
TRACTATUS DE EFFECTIBUS CLERICATUS, IN QUO PRAETER ECCLESIASTICAM...

Carlo : de Grassi, Cesare Crispolti, Bartolomeo Capranica







Ex libris Bartholomei Capranicae

TRACTATVS
DE EFFECTIBVS CLERICATVS.

IN QVO PRÆTER ECCLESIASTICAM IVRISDICTIONEM, & Clericorum priuilegia, omnes ferè casus ad materiam pertinentes eruditissimè declarantur, & resoluuntur.

AVTHORE
DOMINO DON CAROLO DE GRASSIS,
SICVLO PANORMITANO, V.I.D. CELEBERRIMO.

OPVS QVIDEM OMNIBVS IN VTROQVE FORO VERSANTIBVS admodum vtile, & necessarium.

Cum Summarijs, ac Indice locupletissimo.

ACCESSERVNT PRÆTEREA ADDITIONES AD TRACT. DE EFFECTIBVS Clericatus, & in fine operis eiusdem Authoris singularis Tractatus de Amicitia.

SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIO.




VENETIIS, M. DC. XXXVIII.

Apud Petrum Mariam Bertanum.

Dom. Prof. Rom.

ELENCHVS
OMNIVM EFFECTVVM
QVI IN IPSO TRACTATV
ex ordine continentur.

 ces-



DON

DON CAROLI DE GRASSIS PANORMITANI IVRISCONSVLTI EMINENTISSIMI.

TRACTATVS DE EFFECTIBVS CLERICATVS.

SVMMARIVM PRÆLVDII.

1 *Clericatus fuit constitutus de iure diuino.*
2 *Clerici dicuntur quodammodo tenere locum Apostolorum.*
3 *Clerici vnde sic appellentur.*
4 *Clerici sunt qui sorte Dei ministerio seruiunt.*
5 *Clerici dicuntur translati ad famulatum domini, & segregati à cœtu laicorum.*
6 *Clerici quid iurare habeant ex eorum officio, & quibus debent esse intenti.*
7 *Clerici debent sacramenta populis ministrare, eosque pascere.*
8 *Clerici dicuntur res sacræ.*
9 *Clerici in actibus suis vndique elucescere debent.*
10 *Turpitudinibus suspicio à clericis abesse debet.*
11 *Clerici debent esse sicut candelæ super Cādelabro.*
12 *Clerici debēt esse perfectiores, & sāctiores laicis.*
13 *Clerici debent laicos moribus præcellere, & scandala quantum possunt fugere.*
14 *Clerici dicuntur magis peccare quam Laici, ideo grauius puniuntur.*
15 *Clericatus est qualitas aggrauans peccatum.*
16 *Dignitas Sacerdotalis quantum est excelsior, tanta maior erit ruina si peccauerit.*
17 *Clericus in sacris in eodem genere peccati magis peccat, quam constitutus in minoribus.*
18 *Peccare grauius dicitur qui maiori præfulget dignitate, ideo grauius est puniendus, & n. 22.*
19 *Fornicatio est grauior in constituto in dignitate quam in clerico simplici.*
20 *Delictum fit grauius, & turpius ex qualitate, & dignitate delinquentis.*
21 *Maior in honore debet esse maior in sanctitate.*
23 *Clerici cur magis peccent quam laici.*
24 *Clerici sunt efficatius obligati ad diuinum amorē.*
25 *Clerici debet omnino esse casti, & continentes, & mundi.*
26 *Cantus Clericorum luxuriantium, Deo plus displicet, quam placet.*
27 *Dicens quod simplex fornicatio non est peccatum mortale habetur pro hæretico.*
28 *Luxuria quantum sit detestabilis in Clericis.*
29 *Clericus habens rē venereā cū soluta quod genus peccati committat, & n. 30. 31. 32. 34. 35. 36.*
33 *Clericus quando ordinatur coniungitur Ecclesiæ sicut sponsus sponsæ.*
37 *Episcopus habens rem veneream cum soluta dicitur committere adulterium.*
38 *Monaci fornicantes committunt incestum.*
39 *Monaci, & cæteri regulares expressè profitentur castitatem.*
40 *Clerici in sacris fornicando committunt incestum.*
41 *Clerici cum promouentur ad ordines sacros tacitè castitatem promittere censentur.*
42 *Concubina Clericorum dicitur fornicaria.*
43 *Coitus clerici beneficiati dicitur coitus damnatus.*
44 *Filij nati ex prælatis, ex regularibus, ex Clericis in sacris constitutis, & ex Clericis beneficiatis dicūtur nati ex damnato coitu, & sūt incestuosi.*
45 *Filius natus ex Clerico beneficiato, & ex soluta potest legitimari per subsequens matrimonium, & in eo habet locum dispositio loquens de filijs natis ex legitimo matrimonio.*
46 *Clericis omnis coitus est interdictus.*
47 *Pœna clerici fornicarij, quæ nam sit, & quid si esset notorius, & scandalosus, nu. 48. & quid si fornicatio haberet aliquam deformitatem, n. 54. & quid in foro exteriori, n. 55. 56. & quid si fuit monitus, n. 57.*
48 *Clerici fornicantes in quam pœnam incurrant, & quid si essent notorij, & scandalosi, n. 48. & quid si fornicatio haberet aliquam deformitatem, n. 54. & quid in foro exteriore, n. 55. & 56. & quid si fuit monitus, nu. 57. 59. 60. 61. 62.*
49 *Clericus notorius fornicator celebrando fit irregularis.*
50 *Audientes missam a clerico notorio fornicario peccant mortaliter, quod intellige, vt n. 51*
52 *Clerici publici concubinarij non debent admitti ad recitandum diuina officia simul cum alijs.*
53 *Fornicator notorius quando quis dicatur remissiuè.*
58 *Monitio ad hoc vt operetur suum effectum quo ordine sit facienda.*
61 *Clericus concubinarius priuatur beneficio, & tenetur restituere fructus perceptos, & n. 62.*
63 *Ignorantia quātum sit detestabilis in personis Ecclesiasticis, & multa de scientia clericorum.*
64 *Scientia in clericis requiritur de iure diuino, & canonico.*
65 *Clericorum officium est populos docere, & ab erroribus eos remouere.*
66 *Illiterati non possunt promoueri ad ordines clericales.*
67 *Illiteratus circa beneficia obtinenda est magis odiosus, quam homicida.*
68 *Dispensatio non admittitur cū penitus illiterato.*
69 *Illiterati sunt mōstra, & opprobrium in Ecclesia.*
70 *Illiterati non possunt obtinere beneficiū Ecclesiasticum,*

138 Aua-

PRÆLVDIVM.



MEMOR cum semper fuerim præcepti Plinij secundi, qui ad Caninium Rufum scribens ipsum hortatur, vt aliquid effingat, & excudat, quod sit perpetuo suum, quia (inquit) reliqua rerum tuarum post te alium, atque alium dominium sortientur. Hoc nunquam desinit, si semel cœperit esse tuum. Qua Plinij exhortatione ductus, temporibus præteritis typis mandauit tractatum de exceptionibus ad materiam statuti, excludentis omnes exceptiones, in cuius calce politicus fuit alium edere tractatum de effectibus; in quo inter cetera de effectibus Clericatus aliquid scribere promisi. Ideo materiam ipsorum effectuum Clericatus in præsentibus aggredior; Et licet in fine eiusdem tractatus protestatus fuerim; quod aliquid scribere, aut deducere non intellexerim, quod aduersetur Determinationi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nihilominus quia materia, de qua ad præsens sum tractaturus, est magis periculosa; decreui eandē protestationem etiam præmittere, quæ præmissa, & singulo verbo relata deuenio ad tractatum de effectib. Clericatus.

1 Qui quidem Clericatus dubium non est, quod sit cōstitutus de iure diuino, vt not. glo. in c. si Imperator 96. dist. Præposit. in c. in primis, §. de persona, n. 6. 2. q. 1. Abb. in c. solitæ, ver. nota ibi Pōtifex, de maiorit. & obed. Collegg. Ferrarien latè cons. 3. n. 1. post cons. Zabarell. Hieron. Gigans in tract. de crim. lesæ maiestatis in tit. quis cognoscat de crim. læsæ maiest. n. 14. Mart. de iurisd. p. 1. c. 6. num. 1. cum seq. Anastas. Germon. in tractat. de sacror. immun. lib. 3. c. 3. n. 35. vbi dicit, quòd ex actibus Apostolorum manifestissimè probatur, quòd tempore ipsorum Apostolorum fuerunt aliqui creati Clerici, dum in eis legitur, in c. 14. cum Paulus, & Barnabas cōstituissent illos per singulas Ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, & commendauerunt eos Domino, in quem crediderūt; & alibi legitur, in c. 15. statuerunt; vt ascenderent Paulus, & Barnabas, & quidā alij ex illis ad Apostolos, & presbyteros in Hierusalem; & Diuus Paulus in prima Epistola ad Thimoteum: ait, qui benè præsunt presbyteri; honore duplo digni habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina, in 6. Actuum Apostolorum legitur, quod ab Apostolis septem Diaconi constituti sunt in adiutorium, pleni Spiritu sancto, & sapientia; vt fuerunt Stefanus, &c. Et Portius cons. 166. n. 16. dicit (ex Liuio lib. 10. gestorum post Christi aduentum, c. 7. rub. de ord. relig.) Clericorum ordinem a B. Petro, & alijs Apostolis institutum fuisse; & Anastas. Germon. in eod. tract. de sacror. immu., lib. 3. c. 3. n. 31. dicit quod a Christo fuerunt constituti Apostoli, & ab Apostolis Episcopi, & ab ipsis Episcopis Clerici, qui docerent, & instruerent populos; Immo Clerici quoddāmodo dicuntur tenere locū Apostolorum; ita habetur, in c. ex authoritate 16. q. 1. Appellantur autē Clerici isto nomine à verbo græco Cleros, quod idem quod sors, siue hæreditas latinè sonat, Isidor. in li. 7. ætimolog. tit. de Clericis, D. Hieronymus in Epistola ad Nepotianum, si enim ait S. Hieronymus κλῆρος grecè, sors Latinè appellatur, propterea vocantur Clerici, vel quia de sorte sunt domini, vel quia ipse dominus sors, idest pars Clericorum est, talis ergo dicitur esse Clericus, vt ipse possideat dominum, & possideatur à domino, & verè cum propriè dicere, tunc pars mea Dominus. Psal. 15. Magister senten. d. 24 li. 4. vers. Cleros, & Clericos, c. Cleros 21. d. vbi gl. idem glo. in c. porrò, d. 66. & in c. duo sunt in q. 1. & in auth. Presbyteros, C. de episc. & cler.

cler.Cabell.super constit.Marchiæ,li.3.c.10 gl.1. nu.1. cart. 1010. Carauit. super ritu M.C.V. ritu 136.n.18.Rodul. Cupres in repet.c.oportebat 79 dist.rub. quare Rom. Pontifex,&c.ar. 6.n.15.car. 1059.Io.Brocoltea in tract.de feud.c.5. qui feud. dare, vel accipere poss. n.2.vbi etiam poni alias aliorum ologias huius vocis Clericus; sed commu-
* nior * recepta est hæc iam dicta,quam etiam fuit sequutus, Grass.in decis.aur.p.2.lib.3.c.1.n.3.Anastas.Germon.in tract.de sacror.immun.li.2.c.2.nu. 1.& lib.3.n.30.Pacian.in tract. cui incumbat onus proband.negat lib.2.c.34. nu.7. Siluester in summa,in verb. Clericus, in prin.Alphon. Aluarez in Spec.iur. Pontificij, c.66.in prin. Ant. Scappa in tract.de iure non scrip.li.1.c.17.nu.8.Io.Bertach. in tract.de episc.præl.n.9 in 13. to.tract. diuers. p.2 car.1302.Guido Papa in tract.de viur.nu 45. in 17.to. prædictorum tract. car. 1076. Et primus fuit Matthias,qui ex consilio, & inspiratione Spiritus Sancti sorte fuit assumptus, & electus ad ministerium Apostolatus. c.Cleros, vbi Turrecr.nu. 21.d.21.Bertach. in suo reper.in verb. Clericus,il primo,Tiraq.in tract.de iure primoge. c.17.in 1. opin. n 8. Et ideo Clerici sunt,qui sorte electi Dei ministerio seruiunt.Magister sententin loco proximè allegato c.cui portio 12.q.1.Hier.Gigans in tract.de crim.læsæ maiest. tit. quis cognoscat. de crim.læsæ maiest.n 15.cart.1126.Port.cons.16.n. 19.Colleg.Bonon cons.1.nu.47 post cons.Zabar. car.1167.Borell.in add ad Bellugam Spec. princ. rub.11.§.videndum,lit. G, circa principium cart. 1055. vbi dicit, quod statim,quod quis est assumptus ad Clericatum,dicitur translatus ad famulatum Dni,
5 & intelligitur segregatus a cœtu laicorum, Goffr. & Host.in sum tit.de temp. ord. Port.d. cons.16. nu.61.Et ex quo dicuntur serui Dei, ac Deo obsequi & seruire profitentur, c. clericos post prin. 21.dist,c.pen.54.dist.c,diaconi, post prin.93.dist.
B cap.secundum Apostolum,de præben.c.2.de clericus venatore, latè Anastas. Germon.in tract. de
6 indultu, §. seruus seruorū Dei,n. 25.Et nihil aliud debent curare, nisi fugere domesticos, & vacare Deo, ne alterius necessitatis munere impediatur, c.cui portio 12.q.2. Iacob.de Grass.in dec.aur.p. 2.lib 1.c.1.nu 4. circa quod D. Hieron. ad quendam Leuitam ait, hoc hominum genus contemplationi,ac orationi prorsus deditum,ab omni temporalium strepitu cessare debere, ita habetur, in c.duo sunt,12.q 1.§. Deo aut, vers. si autem economi,vel alij clerici fuerint, in Auth. de sanct. Episc vbi hoc not.Bar. & Ang.&consequenter diuinis officijs solum cos intentos esse oportet, l. ols,C.de episc & cler.Ant.de Pad.Lin l.1. nu.7.C. de iur.& fact.ignor.& nefas est eos a diuinis officijs distrahi, quod ad eorum internam professionem pertinet,c.innoua 16. q. 7. Clem.1.de vit. & honest.cler.vbi Card & Io.de Imo.Bar. & Ang.in d.§.Deo nobis,& non solum debent orationibus, ac alijs contemplationibus vacare,verū etiam sacramenta populis ministrare, & docendo Christi
7 gregem diligenter pascere, tot.tit. de baptism. & eius effect.& de pœnit. & remiss. quod colligitur ex præcepto tradito Petro Apostolo à Domino nostro Iesu Christo,dum ei dixit,pasce oues meas; vt in Ioanne c. 20. & Paulus Apostolus admonet Titum, & Timotheu, vt in verbo Dei prædicando sedulo inuigilent, & ex quo sunt ascripti diui-
8 næ militiæ,ac Christo, & diuino cultui se deputarunt,dicuntur res sacrosanctæ, ac spirituales,cap. cui portio,12.q 1. Anastas.Germo. in tract.de sacror.imm n.li.2 c.15.n.29.Hieron.Gigans in trac. de crim.læsæ maiest. tit. quis cognoscat de crim. læsæ maiest.nu.15.car.1126.Lelius de Zanchis in tract.de priuil.eccl.priuil.45.n.16. Alphon. Aluarez in Spec. iuris Pontif. c.35. in prin. car. 1095. Christoforus Ant.de Prattis in tract de iurisd.episc.c.3.nu.5.in 13.tom. tract.diuers.p.2. car.1363. Inno.& alij,in c.2.de maior.& obed.Rebuff.cons. 193.nu.n.6.Martin.Vrarius Vltramon. cons.7.n. nu.17.li.1.Sur.cons.193.n.4 li.2.& cons.301.n.52 li.3.& tanquam tales in actibus suis vndiq; eluce-
9 re debent,Io.de Viscis in tract.de immun eccl. in prin.nu.8.in 13.to. tract.diuers.p.1. car.1012. Et ideo satis ad propositum in sacrosancto Concilio Trid.sess.22.c.1.de refor.habetur, nihil est, quod alios magis ad pietatem, & Dei cultū assiduè instruat,quam eorum vita,& exemplum,qui se diuino ministerio dedicarunt; cum enim a rebus sæculi in altiorem sublati locum conspiciantur, in eos tanquam in speculū reliqui oculos conijciunt ex ijsque sumunt,quod imitentur; quapropter sic decet omnino clericos in sorte Dei vocatos, vitam moresque suos omnes componere; vt habitu,gestu,incessu,sermone,alijsq; omnibus rebus nil nisi graue, & moderatum, ac religione plenum præseferatur, & quæ sequuntur; & non solum aliquā turpitudinem in incessu, vestibus, moribus, dictis factis,ac cæteris actibus demonstrare non debet, vt habetur in præcit.Concil.Trid.c.& in tot.tit.de vita & hone cler.& in clem.eo.ti.& voluit Paulus
C Fuscus in suis singul.in lit.C,n.116. Verum etiam
10 & turpitudinis suspitionem fugere debent,to.tit. de cohab.cle. & mulier. Fider. Prigman.Vltram. cons.52.n.572.& 573.li.1.quia domus Cęsaris nō solum debet carere delictis, verum etiam delicto-
11 rum suspitione;immo esse debent vti candelę super candelabrum,& aliorum lumen, vt in Euāgelio,vos estis lux mundi,Guliel.Duran.Spec.in tracta.de modo general.concil.celebr,p.1.rub.1.n.4. in 13.to.trac.diuers.p.1.car.mihi 154. necnon &
12 & perfectiores,& sanctiores laicis omnimodo se ipsos demonstrare oportet.Petr.Bellin.in tract.de re mil.p.6.tit.2.nu.9.in 16.to.tract. diuers car.mihi 351.ac eos moribus omnino præcellere, Tur-
13 recr.in c.qualis,nu.2.8. q. 1. & scandala quantum possunt fugere,c cum infirmitas,& c.præcipimus de pœnit & remiss.Flam.de Rub. cons.15.nu.12.
14 lib.1.Fider.Prigman.d.cons.50.nu.574. Ideo clerici dicūtur magis peccare,quod laici, & grauius sunt puniendi in eodem genere peccati,c.cū quidam de iureiur.c.1.de empt & vend.l.presbyteri, C.& de episc. & cler, & not.in c. summa, 14.q.3. Dec.in c.& si clericis,nu.235.in ti.de iud.Io.And. in c.ex litteris,de dolo,& contum.Bero.in c. quia in omnibus,n.49.de vsur.Sal.in l.2.n.4.C.vt nemo priuatus,Turrecr.in c.homo Christianus nu.4. &
15 5.& dist.40.vbi dicit,quod Clericatus est qualitas aggrauās peccatum.Bertach.in suo reper.in verb. clericus

clericus periurus, tex. & glo. in verb. cadit, in d. c.
16 homo Christianus, vbi habetur, quod fortiter caditur in peccatum propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis peccantis, c. duo sunt 96. dist. ibi, tanto grauius pondus est sacerdotum; quòd clarissime deducitur ex sacrosancto Concilio Trid. sess. 22. c. 1. ibi leuia delicta, quæ in ipsius maxima essent, & in c. multi 40. dist. dicitur, quod malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, nō dignitatem: & S. Hieronymus, ait, quod grandis est dignitas sacerdotum, sed grandis est ruina, si peccant, vt eum refert Parisien. Concilium celebratū temporibus Gregorij 4. Summi Pontificis, lib. 1. c.
17 12. Sic etiam in eodem genere peccati clericos in sacris; & beneficiatus magis peccare videtur, quam simplex clericus, not. Vital. in Clem. diœcesanus, §. præsenti, nu. 7. de vit. & honest. cler. & qui
18 maiori præfulget dignitate, grauius etiam peccare dicitur, Turrecr. in d. c. homo Christianus, n. 4. & 5. dist. 40. Zabar. in Clemen. 2. §. dignitatem de vita, & hon. cler. Menoc. in tract. de arbit. iud. casu
19 392. nu. 16. quo fit vt in Episcopo, vel alio prælato fornicatio est grauius, quam in clerico simplici. Menoch. in tract. præd. casu 418. nu. 4. Et prædictorum omnium est ratio, quia peccatum gra-
20 uius, & turpius iudicatur ex qualitate, & dignitate delinquentis, & peccantis, l. omne delictum §. 1. de re milit. l. quædam, ff. de pen. l. presbyteri, in fi. C. de epis. & cler. c. excommunicamus, §. credētes, vers. si vero clericus, vbi gl. in verb. exerceatur, de hæret. c. cum quidam, de iureiur. ibi tanto grauius vendicandum, quanto maiori præeminet dignitate, de hæret. c. accusatus, in 6. c. nulli fas, in fi.
21 25. q. 1. vbi Hylarius Papa dicit, quod reatu maiori deliquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorū sublimitas peccantium, Oldr. cons. 65. in fi. Crau. cons. 9. n. 2. lib. 1. vbi
22 dicit, quod delictum sit grauius ratione presbyteratus, & dignitatis delinquentis; & huius rationis ratio est, quia maior in honore debet esse maior in sanctitate, c. rationis 100. dist. c. vilissimus 1. q. 1. Sebast. Medices in 3. opusculo, nu. 9. vbi etiam dicit, quod grauius est puniendus, quanto in maiore honore reperitur is, qui peccat, allegat, cap. presbyteri, 5. q. 6. & quod clerici sint in maxima
23 dignitate constituti, dicam infra hoc eodem preludio nu. 382. cum seqq. Secunda ratio principalis, cur Clerici magis peccant, quam laici, est quia si omnes homines generaliter tenentur, & sunt debitores Deo Omnipotenti pro tot tantisq; erga eos collatis beneficijs, & quæ quotidie ab ipso Domino accipiuntur, vt meminit tex. in Auth. quomodo oporteat Episcopus, in princ. S. Anton. in summa, p. 2. tit. 3. c. 9. §. 8. & seq. Michael. Auiuio. in tract. de vnitate ouilis, & pastoris, c. 1. n. 14. & seq. quanto magis erunt obligati sacerdotes, ac
24 cæteri clerici, ac religiosi, qui altiora, & maiora beneficia à Domino acceperunt; de quibus beneficijs, dignitatibus, ac priuilegijs iam suprascripsi, & inferius per totum præsentem tractatū scribam; quo fit, vt efficacius strictiusq; ad amorem Dei, & Euangelicæ legis custodiam erunt obligati, vt habetur in Concilio Valentino, sess. 2. c. 32. vers. cum igitur. Cui enim multum datum est, multum quæretur ab eo, Lucas cap. 12. & S. Augustino habetur in c. 1. de pœniten. dist. 1. quod in hoc quilibet peccator sit culpabilior, quo est Deo acceptior; & ad præsentem materiam bene conferunt ea, quæ alias dixi in meo tractatu de effect. amicitiæ; hoc est, quod amicitia, & familiaritas iniuriantis aggrauat iniuriam, & tandem si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo, c. alienum, 50. dist. c. si sacerdos, de pœnit. dist. 1.

Et quia inter cætera, quæ dignitatem clericalem contaminant, principale, & præcipuum est luxuria, ideo ab ea exordium sumendo; dico, quod Clerici debent omnino esse casti, & continentes,
25 c. vt clericorum, de vit. & honest. cle. vbi Anchar. nu. 1. dicit, ꝙ debent esse casti, & continentes, & ab omni delectatione, non solum secundum actū, quod facit castitas strictè sumpta, sed etiā secundum gustum, visum, auditum, & olfactum, quod à principio fuit determinatum per Conciliū secundum Carthaginense in canone 2. prout reperitur relatum in cap. in præterito, 84. dist. & voluit etiā Calixtus Papa, in cap. presbyteris, 27. dist. c. proposuisti, 82. dist. c. 1. d. 28. vbi Gregorius Pontifex Maximus scribens Petro subdiacono dicebat, nullam facere subdiaconū præsumant Episcopi, nisi qui se victurum castè promiserit, quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministeriū fuerit approbabata; circa quam Clericorū castitatem multa scribit Gratian. d. dist. 28. & dist. 32. gl. in d. c. cum in præterito, in verb. sacramentis, & in d. c. proposuisti, in verb. planè, & in c. vnico, de voto in 6. & in tit. de Clericis, qui nuptias contrahere non possunt, in Nouella, & in Constitu. 3. Leonis Imperatoris, Portius cons. 149. n. 11. Tho. Docti. cōs. 147. nu. 4. Si n. Gentilium Sacerdotes (prout dicit Textor in officina to. 2. in tit. Sacerdotes Deorum) cū falsis, & immūdis ministrassent demonibus (vt est scriptum in Psal. 95. ibi, oēs Dij Gentiū demonia, & notauit S. Antoninus in summa p. 3. tit. 14. c. 7. §. 1. in prin. & Alfon. de Castro aduersus hæreses, in verb. sacerdotum hæresi, il 1. vers. admoneo) castitatem seruabant, vt testatur S. August. serm. 37. in fi. ad fratres in hæremo, vel castrando seipsos, vel abstinendo à cibis, Venerem prouocantibus, vt tangit Textor vbi supra in tit. castissimi, vers. Origenes, & latissimè Tiraq. in legib. connub. l. 15. n. 119. & 121. & seq. si ipsi (vt dixi) qui sacrificabant demonibus, erant castissimi, quid dicendū erit de Sacerdotibus immortalis Dei viui, & verè de quibus dicebat Moyses: Leuit. c. 20. Sancti estote, qm̄ ego sanctus sum, c. plurimos 82. dist. et Esaias c. 52. mundamini, qui fertis vasa Domini, & Apostolus ad Titum c. primo, omnia munda mundis, nā qui sancti non sunt, sancta tractare non debent, c. Maximianus 81. dist. & in Ecclesiast. c. 34. ab immundo quis mundabitur? & Machabeorum 24. dictum est Leuitis, sanctificamini, & mundate domum Domini, & Neemiæ c. 12. dicitur mundati sunt Sacerdotes, & Leuitæ, & mundauerunt populum. Vtique concludendo, dico, quod non solū debent esse castissimi, & plus quam prædicti antiqui Sacerdotes; verum etiam debent esse mundi ab omni

ab omni inquinamento, iuxta ea, quæ scribunt Turrecr. in c. his ergo, n. 1. d. 33. Port. col. 149. n. 11. Iac. de Graff. in decis. aur. p. 2. li. 3. c. 1. n. 6. Imò Dñs noster Iesus Christus adeo castitatis, & puritatis amator est, maximè in ministris diuino cultui dicatis, vt propterea notabiliter S. Augustinus dixerit, quod plus placet Deo latratus canium, mugitus bouum, grunnitus porcorum, quam cantus clericorum luxuriantium, quem locum citat Tho. Hiberius in suo libro intitularo Flores Doctorum in verbo oratio.

26 Sola .n. castitas est, quæ cum fiducia potest animas hominum Deo præsentare, vt in §. sancimus, in auth. de Lenoni; & gl. in procem. decretal. in verb. pudicos; & è contra luxuria est, quæ animas perpetuo damnat, cum sit vnum ex septem peccatis mortalibus, corpora consumat, & facultas dissipat, quæ D cum sit damnata in laicis; ita, & taliter, quod si
27 quis auderet affirmare, quod simplex fornicatio non est peccatum mortale, esset hæreticus. Caccialup. in repet. l. si qua illustris, colum. 11. ad Orficinianum. Io. de Anan. in c. qualiter. & quando, §. corrigendos, col. 7. de accusat. Io. Sader. & Angel. de Aret. instit. de patria potest. in fine princip. Hostiens. in cap. lator, qui fil. sint legit. Iõ. And. in c. sine culpa, de reg. iur. in 6. in mercurial. Anton. de Butr. in cap. cum sit generale, colum. fi. de foro compet. Archid. in cap. fertur, 1. q. 1. cum multis alijs, quos allegat Marquat. de Susan. in tract. de celibatu p. 3. c.
28 8. nu. 4. multo magis erit detestanda in ecclesiasticis, & etiam in minoribus constitutis, c. nullus 32.
E dist. cap. præter, & c. accepimus de ætate, & qualit. ordinand. cap. vestra, & c. fi. de cohabit. cler. & mulier. l. eum qui, C. de episc. & cler. & in Auth. de sanctiss. Episc. §. cleros, c. in omnibus, 81. dist. cap. quidam clerici, & cap. præsbyter si fornicationem, 82. distin. Astens. in summa lib. 3. titul. 32. Et propterea multi dixerunt, quod simplex clericus habens rem
29 veneream etiam cum soluta dicatur committere incestum; huius inquam opinionis fuit gl. in l. 2. in verb. filij, C. de Episcop. & cleric. vbi Bald. num. 2. dicit ita aliquando fuisse iudicatum, & ibidem Paulus de Castro. Paulus Griland. in tract. de pœnis omnifar. coitus, libro 3. quæst. vlt. vbi testatur hanc esse communem * opinionem Corrad. in tractat. de prætor. in tit. de incestis, & nefarijs, num. 12. carte mihi 647. Sed in hoc articulo contrariam opinionem tenuerunt Cyn. & Bart. in d. l. 2. idem Bal. sibi contrarius in l. si quis incestis, C. de incest. nupt. Corset. in suis sing. in verb. fornicatio, in fi. Suar. in communi opinione in verbo clericorum, num. 132. vbi asserit hanc esse communem * opin. & alios allegat Couar. in epit. de sponsal. in 2. p. c. 8. §. 4. nu. 14. Menoch. in addit. ad suum tract. de arbit. iud. casu
30 289. nu. 6. vbi prædictas, & sequentes ponit opiniones; Alij vero in aliam descenderunt opinionem, hoc est, quod clericus simpliciter fornicans, nihilominus ex persona sua dicatur committere adulte-
31 rium, ita glo. in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi, vbi etiam Abb. num. 32. Imol. in Clem. 1. col. fin. de offic. ordinar. idem Abb. in cap. vt clericorum, num. 8. de vita, & honestate cleric. Lupus in repet. rubr. de donatio. inter virum, & vxorem, §. 30 num. 6. Couar. loco cit. Pet. a Plaza in epitome delict. cap. 41. num. 31. Suarez in dicto verbo clericorum nu. 133. vbi dicit, quod ista opinio * est com-
32 munis Couar. in tract. de publicis concubin. in præfatio. nu. 23. dixit etiam esse stuprum, & incestum. Ioseph. Gonzales in lib. variar. quæst. c. 5. nu. 8. pro qua secunda opinione potest adduci ratio, quia clericus, quando promouetur ad ordines, coniuugitur
33 ecclesiæ tanquam sponsus sponsæ, ideo fornicando adulterat talem coniunctionem. Rodulphus Cupers in repet. c. oportebat 79. dist. in verbo Diaconus, nu. 21. carte mihi 319. Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 418. nu. 7. Quam secũdam opinionem multi etiam oppugnauerunt, prout fuit Boss. in suo tract. crim. in tit. de coitu damnato, nu. 10. Vasq. in tract. de success. creat lib. 3. de testam. §. 22. nu. 50. Clarus in §. fornicatio, vers. cum præsbytero, qui dicit, quod impropriè potest appellari adulteriũ. Alij
34 etiam dixerunt, quod fornicando committũt sacrilegium. Turrecr. in c. de ijs, n. 6. d. 28. Menoc. d. casu 418. n. 8. Couar. in tract. de public. concubi. in prin. nu. 43. vers. apparet ex præmissis, quo adducunt ra-
35 tionem, scilicet, quia fuerunt consecrati Deo, & ei
F dediti, & ob copulam carnalem a Deo separantur, & sic efficiuntur sacrilegi.

Sed reuera prædictæ tres opiniones sunt falsæ, & verior opinio est, quod committant simplicem
36 fornicationem, si cum soluta se immisceant, quoad clericos in minoribus. Cardin. & Imol. in clement. ad nostra, de hæret. Fider. de Sen. cons. 166. Fel. in c. at si clerici, §. de adulterijs, de iudic. Coueron. in tract. de publicis concubin. rub. de incestu, nu. 30. & in verb. seu gl. & alios non publicos, nu. 12. Boss. in d. tit. de coitu damnato, num. 10. Lelius de Zanch. in tract. de priuil. eccl. priuil. 135. nu. 12. Vasq. in d. tract. de success. creat. lib. 3. de testam. §. 22. nu. 50. Clarus in d. §. fornicatio, vers. cum præsbytero, & in §. incestus, vers. nunquid, Menoch. in tract. de arbitr. in addit. ad casum 289. nu. 6. in vltima opinione. Suar. in com. opin. in verb. clericorum, n. 134. qui asserit istam esse com. * opin. Quia vltima opinione retenta causa limitabis quatuor modis.

37 Primo limitatur in episcopo, qui etiam habens rem cum soluta, dicitur nõ solum committere adulterium, quia episcopus dicitur contraxisse matrimonium spirituale cum ecclesia, ad quam est promotus, cap. inter corporalia, de translatione Episcoporum: & in specie dixit Corset. in sing. in verbo fornicatio, in fi. Marquat. de Susannis in tract. de celibatu p. 3. c. 1. nu. 14. Menoch. loco proximè cit. nu. 8. & 9. verum etiam, & sacrilegium ratione ordinum, vt infra.

38 Secundo fallit in monachis, ac cæteris regularibus, quorum coitus non dicitur solum fornicatio, sed sacrilegium. Butr. in cap. significasti, de adulter. Fel. in cap. at si clerici, §. de adulter. de iud. Marqu. eod. num. 14. Menoch. in tract. de arbitr. iud. in ad-
39 dit. casu 289. num. 7. & ratio est, quia ipsi expresè profitentur castitatem, c. cum ad monasterium, de statu monach. Dec. in c. at si clerici, nu. 235. de iud. Monald. cons. 69. nu. 6. lib. 2.

40 Tertio limitatur in clericis in sacris constitutis, qui habentes rem veneream cum soluta; non simplicem fornicationem, sed sacrilegium committere dicuntur. Purpur. cons. 17. nu. 2. lib. 1. Corrad. Lancell. in tract. de præser. tit. de incestuosis, & nefarijs, num. 12.

nu.12. carte mihi 647. Thom. Doct. cons. 197. nu. 4.
41 Et ratio est, quia clerici cũ ad sacros ordines promouentur, tacitè castitatem promittere censentur, c. quæstio, & c. de ijs, & c. præterea, 28. distinct. not. scribentes in c. 1. de voto. Dec. in c. at si clerici, nu. 227. de iudic. Rodulphus Cupers, in repet. c. oportebat 79. dist. vers. explicatur de Cardinalib. art. 1. c. 10. car. mihi 212. Monald. cons. 69. nu. 6. lib. 2. vbi
42 dicit, quod ad castitatem obseruandam astringuntur ex constitutione ecclesiæ, & concubina clericorum in prædictis tribus fallentijs non dicitur propriè concubina, sed fornicaria, quia cum ea matrimonium contrahere non potest. Ioseph. Gonz. in lib. variar. resolut. c. 5. nu. 6.
43 Quarto, & vltimo limitatur in clericis beneficiatis; quia eius coitus non dicitur simplex fornicatio, sed coitus damnatus ratione beneficij, §. Clericus in Authent. de sanctiss. Episcop. Purpur. con-
44 sil. 92. nu. 5. lib. 1. quo fit, quod filij nati ex fornicatione commissa in prædictis quatuor casibus, & fallentijs dicuntur nati ex damnato coitu, & sunt incestuosi. Purpur. d. cons. 92. nu. 5. & cons. 17. nu. 1. lib. 1. Corrad. in tract. de prætore, tit. de incestuosis, & nefarijs, nu. 12. carte mihi 647. de quo articulo dicam infra effectu 35. & licet hoc sit verissimũ, nihilominus tamen filius natus ex clerico benefi-
45 ciato in minoribus constituto cum muliere soluta, potest legitimari per subsequens matrimonium. Angelus de Claua in sua summa in verbo filius, vbi
* dicit, quod hæc est communis * opinio Canonistarum. Maiolus in tract. de irreg. lib. 1. c. 4. nu. 15. Purpur. cons. 92. nu. 5. lib. 1. vbi dicit, quod in taliter legitimato habet locum dispositio loquens de filijs natis ex legitimo matrimonio. Dec. cons. 155. per totum, qui attestatur istos posse succedere in feudis, quod vltimum tamen ego non firmo, quidquid in contrarium tenuerit Ripa in tract. de actis in artic. mort. cap. 82. nu. 6. & seq. & redeundo ad nostrũ institutum dico, quod in Clericis omnis coitus est
46 de iure reprobatus, d. §. cleros in Auth. de sanctiss. Episcop. §. si quis autem, Auth. de Monach. l. eum qui probabilem, C. de episcop. & cler. Ripa in tract.
47 de prædict. de act. in artic. mortis, c. 83. num. 8. ideo de rigore iuris antiqui pœna clerici fornicarij est depositio, c. præsbyter 83. dist. Io. Andr. Dom. de S. Gemin. Butr. & alij in c. pen. de Bigam. & in c. vt cle
H ricorum, de vita, & honest. cler. sed hodie est redacta ad arbitrium confessoris, c. fraternitatis 34. dist. cap. præsbyter 82. dist. Fider. Scotus cons. 32. nu. 9.
* tom. 2. lib. 4. vbi dicit, quod hæc est com. * opin. tam
48 in clerico in sacris, quam in minore. Vasq. in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22. limit. 18. num. 48. & 50.
* vbi dicit, hanc esse communem * opinionem, & omnino tenendam; & alios allegat, prout etiã multos alios congerit Hieron. Ceual. in Specul. pract. quæst. comm. contra communem quæst. 262. qui
* testatur de comm. & magis comm. * opin. Duenas reg. 101. vbi hanc opinionem ponit pro regula Lelius de Zanchis in tract. de priuileg. eccles. priuileg. 135. nu. 14. Nauar. in c. considerat, nu. 121. de pœnit. dist. 5. Grass. in comm. opin. lib. 1. c. 18. q. 4. vbi etiam testatur de communi opin. & alios allegat Deci. in cap. at si clerici, num. 223. 225. & 227. de iudic. vbi
* dicit, hanc esse communem * opinionem Marqu. de Susanna in tract. de celibat. p. 3. c. 2. n. 2. vbi prout alij testantur de communi * opin. vbi dicit, quod *
isto casu melius est, quod iudex reprehendatur de misericordia, quam de rigore, & quod isto casu arbitrium iudicis versatur, vt consideret circunstantias, & scandat inde insurgentia, & consuetudinem patriæ.
49 Limitatur primo prædicta conclusio, quando clericus esset notorius, continuus, vel scandalosus fornicator, quia in eo debet omnino seruari rigor iuris antiqui, & sic potest, & debet deponi, Felin. in cap. dilectus, num. 2. de accusat. vbi dicit, quod ita not. Domin. in c. præsbyter 28. distinct. glo. in cap. fi. 1. q. 1. Aretin. latè in cap. cum non ab homine, de iudic. Duenas prædicta regul. 101. lim. 4. Nauarr. in cap. consideret, num. 121. de pœnitent. dist. 5. Frideric. Scotus cons. 32. num. 54. tomo 2. lib. 4. Pau. Griland. in tract. de pœnis omnifar. coitus q. 9. num. 1. Menoch. in tract. de arbitr. in addit. ad casum 289. num. 15. Marquat. in præcit. cap. 2. num. 3. vbi dicit, quod isti tales non sunt absoluendi, nisi prius è domo eiecerint concubinam; & hoc propter malum exemplum, quod ex cohabitatione oriretur, & propter periculum recidendi ad primum peccatum: & si clericus notorius fornicator, & concubinarius, ita vt nulla tergiuersatione celari possit, audet celebrare, efficitur irregularis, cap. 1. de re iudic. in 6. Siluest. in summa, in verb. concubinarius, num. 4. Cardin. in cap. propter hoc 32. distinct. Nauar. in Manual. confess. cap. 25. num. 77. Maiolus in tract. de irregul. cap. 37. num. 1. Alphons. Aluarez in specul. iur. Pontific. cap. 81. vers. & clericus notoriè concubinarius, carte mihi 497. Menoc. in tract. de arbit. in addit. ad casum 189. num. 16. Io. de Anan. in cap. quæsitum num. 2. de coniugat. Turrecrem. in cap. propter hoc, num. 1. & 2. 22. dist. Marquat. de Susan. in tractat. de celibat. par. 3. cap. 2. num. 4. Guido Papa decis. 558. num. 2. vbi dicit, quod notorius concubinarius celebrans ipso facto incurrit irregularitatem, licet in Aforismis Emanuel Sà expurg. a magistro Sacri Palatij Apostolici, teneat, quod non sit incursa ista irregularitas. Immo audientes missam, vel alia diuina officia a clerico notoriè fornicario peccant mortaliter. Cardin. in cap.
50 nullus 32. distinct. vbi dicit, quod non excusantur ex eo, quod talis clericus sustinetur a prælatis. Alphonsus Aluarez d. cap. 81. vers. & fideles audientes, carte mihi 497. Marquat. de Susanna in tract. de celibat. par. 3. cap. 2. num. 3. in fine, vers. & non sunt admittendi, intelligi etiam secundum Nauar. in Manuali cons. 25. num. 78. quod peccant mortaliter inducentes ad celebrandum sine causa, peccant etiam mortaliter scientes, aut scire debentes esse legem prohibentem auditionem sacri a Sacerdote concubinario, & audiunt. Quod tamen est intelligendum, dummodo habeant aliam commoditatem audiendi missam, vel talia officia, secus si nullam aliam haberent commoditatem, vt quia esset in villa, in qua vnus tantum adest sacerdos, vel esset hora nimis tarda, & non inueniretur alia
51 missa: & vltra isti tales non sunt admittendi ad celebrandum diuina officia simul cum alijs clericis, vt notan cap. Sacerdotum, de consecrat. distin. 22. Marquat. in loco proximè citato. Quando autem quis

quis dicatur notorius fornicator, & concubinarius,
ponunt Abb. in cap. vestra, de cohab. cler. & muli.
Foller. in pract. crimin. canoni. in fi. in Miscellan. n.
32. carte mihi 328. Masc. in tract. de probat. concl.
810. per totam. Marcell. Cala in tract. de modo ar-
ticul. & proband. 6.2. gl. vnica, nu. 691. Marquat. de
Susan. in tract. de celibat. p.3. c.2. n.6. Fran. Monal.
cons. 74. num. 1. lib. 1. Decian. omnino videndus in
suo tract. crim. p.2. lib. 6. cap. 21. nu. 9. vbi dicit quod
52 pluries modis dicuntur clerici concubinarij, de
quibus habetur latè ibi per eum, & per Coueron. in
tract. de publ. concubin.

53 Limitatur secundo, quando non esset simplex
fornicatio; sed coitus haberet aliquam deformi-
tatem insignem, vt quia clericus committeret adul-
terium, stuprum, incestum, vel aliud peius contra
naturam; tunc enim est omnino deponendus, ita
Graff. in communi opinione, lib. 1. cap. 17. quæstio.
5. Vasquez in tractat. de success. creat. lib. 3. §. 22.
limit. 18. num. 49. vbi dicit, quod hæc est communis
* opinio, & allegat glo. in cap. Maximilianus 81.
distinctio. Couarruu. in 4. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 3.
Imol. in c. vt clericorum, de vit. & honest. cler. Abb.
Deci. Fel. & communiter scribentes in c. at si cleri-
ci, de iudi. Duenas reg. 101. limit. 1. vbi loquitur in
clerico cognoscente monialem, & limitationibus
54 sequentibus ponit varias qualitates aggrauantes
fornicationem. Quæ omnia tamen procedunt quò
ad pœnas spirituales, quò verò ad pœnas tempora-
les clericus fornicator punitur pœna suspensionis
ab officijs, ita glo. in d.c. Maximilianus in verb. re-
moueatur 81. dist. Abb. noster Panormit. in c. ex
parte nu. 1. in fin. de testib. Imol. in c. at si clerici in
princ. num. 11. de iud. & ibidem Feli. num. 14. vers.
vtrum autem & Deci. nu. 36. & Berous num. 365.
Corset. in suis sing. in verb. fornicatio vers. propter.
Siluester in summa in verb. concubinarius n. 4. Io.
de Selua in tract. de benefic. in 3. p. q. 3. num. 16. Co-
ueron. in tract. de publ. concubin. in verb. & alios
non publicos, num. 10. Boss. in suo tract. crim. in tit.
de coitu damnato n. 10. Duenas d. reg. 101. in prin.
Diaz in pract. crimin. canoni. c. 72. Menoch. in tra-
ctat. de arb. iud. casu 418. nu. 1. Vasq. in tract. de suc-
cess. creat. lib. 3. §. 22. lim. 18. nu. 48. Clar. in §. forni-
catio, vers. sed quæro; vbi dixit, hanc esse commu-
* nem * opinionem, & ab ea in praxi minimè rece-
dendum, quos omnes refert, & sequitur Menoc. in
tract. de arbit. in addit. ad casum 289. n. 14. & vltra
eos hoc idem dixerunt Deci. in tract. cri. p. 2. li. 6. c.
55 21. n. 7. vbi dicit, quod debet repelli a cõmunione
clericorum, & quod statim ab ordine ecclesi. cadit.

56 Sed in hoc verior opinio puto, quod sit, vt pu-
niatur pœna extraordinaria, iuxta arbitrium iudi-
cis, Diaz in pract. crim. cap. 85. num. 5. in prin. Igna.
Lopez ibi in addit. in verb. cum ea adulterans. Co-
ueron. in tract. de publ. concubin. in verbo alios nõ
publicos, num. 10. Franc. Monald. cons. 2. num. 60.
& cons. 137. nu. 2. lib. 2. vbi dicit, quod hodie impo-
nitur pœna suspensionis, vel pecuniaria pro forni-
catione simplici. Paul. Griland. in tractat. de pœnis
omnifariam coitus q. 9. nu. 3. Abb. Panorm. in c. vt
clericorum, num. 8. & seq. de vita, & honest. cleric.
57 Sed si is talis fuisset monitus, & post monitionem
non desisterit a fornicatione etiam simplici, esset
acrius puniendus, ac grauius, qui non monitus, c.
sicut, vbi Abb. Panormit. num. 2. & cap. si autem, de
cohabit. cler. & mulier. Goffred. in summa eiusdem
tituli, nu. 2. Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 21. nu.
30. & seq. vbi dicit, quod hæc monitio debet esse
58 trina, & quod debeat fieri separatim ex interuallo
dierum, dixerunt gl. in c. constitutionem in verb. no
minatim, de sent. excom. in 6. D. Nicolaus Intrigl.
cons. 24. nu. 15. & si non destiterit poterit etiam be-
neficijs priuari. Monal. d. cons. 137. num. 3. Bellonus
cons. 56. per totum. Clarus in §. Fornicatio, vers. &
in primis. Viuius in lib. 2. commun. opin. 55.
Suarez etiam in com. opi. in verb. clericus, nu. 106.
Kircou. in comm. opin. in lit. C, concl. 37. n. 11. vbi
* testatur de com. * opi. Ripa in l. si unquam, n. 74. &
seq. C. de reuoc. don. Rol. a Valle cons. 98. n. 7. li. 1.
Et prædicta procedunt in clericis committentibus
simplicem fornicationem, tam si sunt in sacris, quã
in minorib. at si committerent fornicationem ha-
bentem qualitatẽ aggrauantem, vt puta si commit-
terent adulterium, incestum, stuprum, nefandum,
vel rem habuerint cum filia spirituali, cum parro-
chiana, cum ea, quam in fonte, vel chrismate leua-
uit, vel cum similibus, vel cum iudæa, vel aliter infi-
deli; tunc sunt grauius puniendi iuxta qualitatem
delicti, etiam quod non fuerint moniti: ita Decian.
late d. lib. 6. c. 23. per tot. vbi singularum prædicta-
rum fornicationum pęnas recenset Io. Bap. Ferret.
cons. 366. n. 5. & 7. lib. 2 vbi dicit, quod puniri po-
59 terint pęna corporali. Emanuel Suarez in comm.
opi. in verb. clericus, n. 110. vbi dicit, quod pro adul
terio debet deponi, & detrudi in monasterium, &
multos alios allegat, prout hoc idẽ dixerunt Flam.
de Rubbi in tract. de adult. in c. 16. in 12. & 13. pę-
na adulterij, car. mihi 76. & car. 88. vers. quid si adul
ter, Lelius de Zanch. in tract. de priuil. eccl. priuil.
55. nu. 11. & priuil. 135. nu. 27. dicit, quod clericus
concubinarius priuatur beneficijs, & tenetur resti-
tuere fructus perceptos.

60 Quæ omnia tamen procedunt de iure antiquio-
ri; at de iure moderniori, hoc est, ex dispositione
sacri Concilij Tridentini aliter est dispositum, hoc
est, quod si moniti concubinam non dimiserint, & a
concubinatu non se abstinuerint, tertia parte fru-
ctuum, obuentionum, ac prouentuum beneficiorum
suorum quorũcunque, & pensionum ipso facto sint
priuati, quæ fabricæ ecclesiæ, vel alteri pio loco ar-
61 bitrio episcopi applicetur; sin vero in eodem deli-
cto cum eadem, vel alia femina perseuerantes secũ
dæ monitioni adhuc non paruerint, non tantũ fru-
ctus omnes, ac prouentus suorum beneficiorum, &
pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis ap-
plicentur, sed etiam ab ipsorum beneficiorum ad-
ministratione suspendantur, & si ita suspensi nihilo-
minus eas non expellant, aut cum ijs etiam versen-
62 tur, tunc beneficiis, portionibus, ac officiis, & pen-
sionibus, quibuscunque ecclesiasticis perpetuo pri-
uentur, ac inhabiles, atque indigni quibuscũque ho-
noribus, dignitatibus, beneficiis, ac officiis in poste-
rum reddantur, donec post manifestam vitæ emen-
dationem ab eorũ superioribus cum illis ex causa
visum fuerit dispẽsandum. Sed si postquã eas semel
dimiserint, intermissum consortium repetere, aut
alias huiusmodi scandalosas mulieres sibi adiunge-
re ausi

re ausi fuerint, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur. Nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat; Clerici verò beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes iuxta delicti, & contumaciæ perseuerantiam, & qualitatẽ, carceris pœna, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijsq; modis iuxta sacros canones puniantur: episcopi quoq; (quod absit) si ab huiusmodi crimine non abstinuerint, & a Synodo prouinciali admoniti se non emendauerint, ipso facto sint suspẽsi. Hæc prædicta ferè sunt verba sacri Concilij Tridentini sess. 25. de reform. c. 14.

Secundum, quod ipsam clericalem dignitatẽ mul
63 tum offendit, & contaminat, est ignorantia, quæ reputat certorum malorum mater, & ideo in personis ecclesiasticis summopere est damnanda: vt expresse apparet in Concil. Toletano 4. canone 24. & habetur in c. ignorantia dist. 48. Aluarez in Spec. Pontif. c. 7. in vltimis verbis cart. mihi 25. Viu. decisio. 455. n. 3. D. Flam. Paris. in tract. de resign. benef. li. 4. q. vlt. n. 18. vbi dicit. quod ecclesia Dei odit viros illiteratos, & lib. 5. q. 3. n. 69. Vnde Leo. Papa in epistola 22. ad Clerum Constantinopolitanum dicebat, si in laicis vix tollerabilis est inscitia, quanto magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia. Et Diuus Hiero. super Aggeum Prophetam in c. 2. satis ad propositum dixit, sacerdotis officium est de lege interrogatus respondere, si sacerdos est sciat legẽ domini, si ignorat legem domini, ipse se arguit non esse sacerdotẽ Domini: sacerdotis. n. est scirem legem, & de ea ad interrogationẽ respõdere: & iterũ in epistola 4. ad Rusticum monachũ dicebat, si clericatus te titillat desideriũ, discas, quod possis docere, & rationabilem Christo hostiam offeras, ne miles, antequam tiro, ne prius magister sis, quam discipulus, vt habetur in c. si clericatus 16. quæst. 1. Et quod scientia omnino requiratur in clericis, & cæteris personis ecclesiasticis liquidissimè deducitur ex ipsa sacra scriptura: vt in euangelio, vos estis sal terræ, & in Malachia Propheta capitulo 2. labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, & 1. Pet. capitulo 2. Vos genus electum, &c. vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum: & 1. Mach. c. 4. elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Dei, & Osiæ c. 4. Quia tu scientiam repulisti, repellã te, ne sacerdotio iungaris, Turrecr. in c. si laicis dist. 38 vbi dicit, quod de iure diuino requiritur scientia in
64 clericis, prout eum refert Illustriss. & Reuerendiss. D. Flam. Paris. in tra. de resignat. Benefi. lib. 4. q. 4. n. 7. Quod requiritur etiam de iure Canonico vt habetur in c. omnes in fi. 38. dist. & in c. nisi cum pridem, §. pro defectu, & de renunc. & ex naturalibus hoc idẽ dixerunt, Io. Hugo in tra. de offic. quatuor prælator. rub. qualiter debeãt esse iudices, n. 3. in 13 tom. tra. diuers. p. 1. car. mihi 296. Alphons. Aluarez in Specul. iuris Pontif. c. 7. in ultim. uerbis car. mihi 25. Iacobus Benius in tract. de priuileg. iurisconsult. priuileg. 24. nu. 4. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1. lib. 3. c. 6. num. 10. qui dicit, quod licet Glos. in cap. legi in verbo instructio, 16. q. 1. teneat, quod in monacho bonitas, & non scientia sit necessaria, nihilominus hodie, & monachi, & clerici debent esse scientia ornati; & quod si in laicis ignorantia est damnata, quanto magis debet damnari in viris ecclesiasticis; c. si in laicis, dist. 38. Menoch. in tra. de arbit. iud. casu 425. nu. n. 47. Io. Hugo. in præci-
65 tat. loco n. 3. Et prædictorum ratio est, quia clericorum officium est, populum Dei docere, & ab errore eum remouere, d. c. ignorantia, Io. Hugo loco proximè citato Anastas. Germon. in tract. de sacrorum immun. lib. 2. c. 3. nu. 5. vbi dicit, officiũ clerici est, docere, & pascere populum, vti gregem sibi commissum, quod dictum fuit originale Iustiniani in nouella 133. ideò si docendi acceptum officium exequi nesciant, in eis culpæ inferiorum refunderentur, Rot. Rom. dec. 881. in antiq. Marches. in tract. de commiss. p. 2. c. 8. n. 33. cart. mihi 557. Et in tantum est vera hæc conclusio, quod ignorantia in clericis sit detestabilis, & omnino debent esse scientia præditi: vt si quis clericus inueniretur litterarum omnino, inscius præsumatur non fuisse
66 promotus, ex quo tales nullo modo sunt promouendi, secundum Iustini: in Authen. quomodo oporteat episc. & c. quæ est in nouella 6. Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 425. nu. 48. vbi recenset eiusdem nouellæ verba, sed a clericatu, & ordinibus repellendi, c. præcipimus 34. dist. c. fin. de tempor. ordinand. in 6. c. fi. de ætate qualitat. ordinan. Spec. in tit. de dispensa. §. iuxta vers. scias quod est, Decian. conf. 14. num. 32. lib. 1. & Dom. Flam. Paris. in tract. de resignat. Benef. lib. 4. cap. fin. num. 20. & lib. 5. c. 3. num. 87. dicit, quod illiteratus circa ordines, & beneficia consequenda, est magis odiosus, quam homicidia, allegat Innoc. in cap. cum nostris de concess. præbend. & Dec. in cap. suscitatus de rescriptis. Et iterum eodem tract. lib. 4. q.
67 4. num. 5. vbi dicit, quod iste defectus est omnino indispensabilis, allegat Innoc. in c. dilectus, de tempor. ordinand. Fely. in c. in quæstionis de sentent. excomm. Diaz in pract. crim. canonica c. 18 vers. illiterati, Maiolus in tract. de irregular. lib. 1. c. 32. & Ant. Gambarus in tract. de authoritate le-
68 gati à latere lib. 7. n. 458. dicit, quod licet illiterati caracterem ordinis recipiant: monstra tamen sunt, & opprobrium in ecclesia Dei, D. Paris. in tract. de præd. lib. 5. q. 3. nu. 74. Lambert. in tract. de iure patro. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 24. num. 2. cart.
69 mihi 99. & clericus illiteratus, non potest obtinere beneficium, Lambert. loco citato num. 1. & per totum, immo si illud iam obtinuisset, & ha-
70 beret, cogi poterit renunciare, relaxare beneficium, quod iam obtinuerat, Hostiens. in cap. nisi cum pridem nu. 14. Bald. num. 3. & alij omnes de renunciat. idem Hostiens. in c. fin. num. 3. vers. sed etiam, de ætat. & qualit. & ordinand. & ibi etiam Abb. Panorm. num. 1. & 2. Fel. in c. si quando nu. 14. de rescript. Alphons. Hoiedo in tract. de incompatib. benef. p. 1. c. 24. nu. 29. in fi. Illustriss. & Reuerendiss. Dom. & Præceptor meus in almo studio Romano Flam. Parisius in tract. de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 18. num. 20. & 21. vbi dicit, quod hoc probatur etiam, in c. fin. de ætate, & qualit. ordin. & quod hæc conclusio procedit etiam in episcopo, & testatur de commu. * opin. & ratio
71 est quia collatio beneficij facta illiterato, & ignoranti

tanti est ipso iure nulla, Inno. in c. cum nostris: vbi etiam Abb. de concess. preben. idem Inno. in c. dilectus, de tempor. ordin. Fel. in cap. per tuas, col. 1. de Simon. Archid. in cap. nullus, de temp. ordin. in 6. Dom Paris. in tract. præd. lib. 4. c. 11. nu. 19. & lib.
72 5. q. 3. nu. 76. & huius ratio est, quia illiterati sunt incapaces beneficiorum, cap. illiteratus, dist. 36. c. penitentes, dist. 55. Rebuff. in tract. de pacifica possess. num. 261. Alphons. Hoiedo in tract. de incom-
73 pat. benef. p. 1. c. 24. nu. 28. Archid. in c. fi. qui 1. q. 7. D. Paris. d. q. 3. nu. 25.
74 Nec est necessaria eminens, exquisita, & suprema scientia in quolibet clerico, sed sufficit, quod sit aliqualis, competens, & mediocris, quæ tamen tanta sit, vt sufficere possit ad munus illud obeundum, & tractandum ad quod est promotus, cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. cap. oportet 8. quæst. 1. glos. in Clement. 1. §. vt igitur, in verb. sufficientem, de magistris, Abb. in cap. exturpande, nu. 3. de præben. & in cap. venerabilis, num. 3. & 8. eo-
75 dem lib. vbi declarat, quæ sit scientia eminens, quę mediocris, & quæ sufficiens, D. Flam. Paris. in trac. præd. lib. 4. q vlt. num. 23. & 24. Cepoll. in repet. l. si contra, num. 10. & seq. ff. de vsucap. pro emptor. Io. Hug. in tract. de offic. quatuor prelat. rubr. quales debeant esse iudices, num. 4. in 13. tom. trac. diuers. p. 2. car. mihi 256. Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 425. nu. 47. & 51. Trocius in tract. de perfecto clerico, lib. 2. c. 33. num. 4. vbi concludit, quod eminens scientia dicitur, per quam quis difficillimas quæstiones resoluit sine reuolutione librorum mediocris cum ipsorum librorum reuolutione, competens vero, seu sufficiens dicitur ea, quæ sufficit illi, de quo quæreretur secundum qualitatẽ status, in quo reperitur, attento illius officio, & beneficio, & considerata ecclesiastica dignitate; vnde alia requiritur, & sufficit in clerico simplici beneficiato, alia in curato, & alia in episcopo; ita cōcludunt in Doctores, in d. c. cum in cunctis de electi, & in d. c. nisi cum pridem, §. pro defectu, de renun. Trotius in d. c. 33. per tot. Lamber. in tract. de iure patr. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 24. per totum. Gambarus in tract. de author. legat. de latere, lib. 7. nu. 459. Parisius, d. c. 11. nu. 25. & seq. Et propterea in sacerdo-
76 tio sufficit scientia canonum pœnitentialium, homeliarum, & huiusmodi, c. quando, & c. nulli, & c. quæ ipsis, 38. dist. c. si decreta, 10. dist. Quod etiam ordinauit Celestinus Pontifex Maximus, qui dum in 3. epistola scriberet ad Episcopos Calabriæ, dixit nulli sacerdotum licere canones ignorãte, quod ex nostratibus etiam notauerunt. Guiel. Dur. alias Speculator appellatus in tract. de modo celebrãdi gener. Cōcil. rub. 30. n. 2. Gemin. in c. illiteratos, col. 1. vers. in presbyteris, 36. dist. vbi etiam dicit, quod non est necesse, vt ij sciant canones iudiciales, quia ij sunt solum iudices animarum, & non corporum, c. omnes de pœnit. & remiss. Menoch. d. casu 415. n. 49. qui ex Ang. in §. hæc de eo, in Auth. quomodo oporteat episc. & cler. refert Florentiæ fuisse determinatum, quod præsbyteri debent esse versati in sacris litteris, & ceremonijs, & alias fuit constitutum in Concilio Toletano, quod sacerdotes omnino callere debeant Theologiam, & canones, vt habetur in c. 1. & in c. nulli, & in c. omnes 38. d. & in c. statuimus 68. dist. Decian. cons. 14. n. 29. lib. 1. Circa quod Leo Papa in prima epistola dixit ignorare nunquam licuerit sacerdotem, quod canonum regulis est diffinitum, & S. Innocentius etiã Papa in epistola 5. ad Maximum, & Seuerum, Ecclesiasticorum canonum norma nulli debet esse incognita Sacerdoti.

77 At in cæteris ordinibus sacris sufficit, vt ordinandus sciat latinè loqui, & intelligere, quia si hoc nescit, non est promouendus ad subdiaconatus, vel diaconatum, Dom. de S. Gemin. in c. illiteratos, 36. dist. Menoch. d. casu 425. nu. 50.

78 Cæteri vero in minoribus ordinibus assumendis ex dispositione Sacri Concilij Tridentini, sess. 23. c. 11. de reforma. censentur illiterati, qui latinã linguam non intelligunt, cuius Concilij Tridentini hæc sunt verba, Minores ordines ijs, qui saltem latinam linguam intelligant per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur, ex quibus vltimis verbis, nisi aliud Episcopo, &c. Menoch. d. cas. 425. num. 58. infert, quod Episcopus, poterit arbitrari, qualem promouere habeat, etiam quod latinam lingnam non intelligat; Ego vero (salua reuerentia tanti iurisconsulti) prædicta verba intelligo, vt per ea collatum arbitrium Episcopo in submouendis interstitijs, quibus interstitijs Episcopus ex causa poterit dispensare, quod clarius patet in eodem cap. Concilij Tridentini, de quo tamen cogita.

79 In confessarijs autem qualis, & quanta requiratur scientia, ponit Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1. li. 1. c. 15. per totum, & præcipuè, nu. 2. vbi dicit, quod confessarius tunc dicitur habere sufficientem sciẽtiam, quando scit distinguere inter peccatũ, & non peccatum, mortale, & veniale ex genere; quia alia penitentia est iniungenda pro veniali, & alia pro
L mortali, & pro mortalibus alia, & alia secundum grauitatem eorum, & nu. 7. concludit, quod illiterati non debent admitti ad audiendam confessionem; si tamen de facto reperiuntur admissi, poterunt ligare, & soluere, licet tunc peccarent mortaliter acceptando confessionem.

Sed in prælaturis maior optatur scientia, cum prælati debeant esse instructi iure canonico, & sacra Theologia, vel saltim aliquo ipsorum, c. qui Episcopus, 22. dist. c. 1. & 2. 62. dist. Decian. cons. 14. num 27. lib. 1. & licet in prælatis scientia eminens
80 requiratur, nihilominus sufficiens, siue competens tolleratur, quia tunc defectum scientiæ, potest supplere perfectum caritatis, vt not. in cap. cum nobis olim, §. pen. de elect. Iacob. de Graff. in appendi. ad decis. aur. lib. 4. c. num. 25. & modernissimè hodie hoc est determinatum per sacrum Concil. Triden. tin. sess. 7. cap. 1. & sess. 22. cap. 2. quod non nisi in vniuersitate studiorum magister, siue doctor, aut licentiatus in Sacra Theologia, vel iure canonico ad prælaturam promoueatur; sic etiam in Conci-
81 lio Basiliensi est ordinatum, vt ad Cardinalatus fastigium nemo possit assumi, nisi sit magister in Sacra Theologia, vel doctor in iure canonico, vel saltim licentiatus, vt dicit Gambar. in tract. de offic. & potest. legati, de latere, lib. 7. nu. 80. D. Flam. Paris. in tract. de resign. benefic. lib 4 c. 4. c. 11. nu. 26.
82 Ex quibus verbis Concilij Tridentini clarissimè

patet, quod doctoratus principis rescripto nullo
83 preuio examine ad dignitates, atque beneficia ecclesiastica non admittitur: quod etiam est dispositum de iure canonico, vt refert Iac.Benius in trac. de priuil.iurisc.priuileg.1.nu.8.p.2. vbi dicit, quod doctorati per rescriptum Principis, dicuntur doctorati per abruptum, & quæ scientia requiratur in cæteris ordinibus, & dignitatibus ponit D. Parif. d.c.11.nu.27.& seq.

84 Quo verò ad Summum Pôtificem dico, quod ex quo ipse est præpositus curæ totius Christianę reipublicæ, oportet vt habeat longè maiorem scientiam, quam alij, Abb.noster Panor.in c. cum in cũctis, de elec.Iac.de Graff.in dec.aur.p.1.li.1.c.15.n. 3.vbi dicit, quod pro eo sufficit præsumptio iuris, qua præsumitur habere omnia iura in scrineo pectoris, c.1.de cõsti.in 6.& ibi gl.in ver.habere, in fi.

Quam quidem scientiam, & literarũ experientiam considerans sacrum Concil.Trident. sess. 24.
85 c.12 (licet non præceptiuè, sed hortatiuè) disponit, vt in prouincijs, vbi commodè fieri potest, dignitates omnes, aut saltim dimidia pars canonicatuum in cathedralibus ecclesijs, & collegiatis insignibus conferantur tantum magistris, vel doctoribus, vel etiam licentiatis in Theologia, vel iure canonico. Et prædictorum ratio est, quia viri sciẽtia
86 præditi melius inseruiunt Ecclesiæ, eiusque iura defendunt, quam simplices, & idiotæ, c.cum ex eo, de
* elect.in 6.& voluit Fulg.* in l.qui sub prætextu, C. de sacrosf.eccl. quem referendo sequitur Decian.d. consf.14.nu.26.& 30. lib.1. Hinc dicebat Io. de Lignan.in tract.de plurali. benefic. relatus ab eodem Decian.in consf.prædicto, nu.37.quod plus prodest
87 vnus doctus decem ecclesijs, quam decem indocti vni ecclesiæ, ad quod dicendum mouetur per text. in cap.constitutis, il 2.de app.

88 Vnde cum Ecclesia Dei maximè viris litteratis indigere dignoscatur, per quos mundus totus illuminatur, c.cum ex eo, de elec.in 6.c.fi.de magistris. Auth.habita, vbi Doctores, C.ne fil.pro patre, gl.in extrauag.execrabilis Ioannis 22.in verb.viris litteratis, de præben.& dignit Marchesf. in tract.de cõmissio, p.2.c.8.nu.33.car.mihi 557.Do.meus Pari-
89 sius in tract.de resign. lib.4.c.11.nu.17. ob id multum fauet ipsis viris litteratis, eisque multa concedit priuilegia, c.de multis in fi.de præben.vbi Abb. idem Abb.in c.licet, eo.ti.& Gemi.in c.cum ex eo, de elect.in 6.satis ad propositum dixit, quod expo-
90 situm per clericos ratione studij, dicitur expositum in vtilitatem Ecclesiæ, sequitur Fel. in c.cum M.Ferrar.in gl.in ver. per industriam de constitut. Dec.d.consf.14 num.34.li.1.vbi etiam ex Hostiensf. in prohe.suæ summæ in §. vade, verf. ciuili, dicit,
91 quod studijs canonum incumbentes non parum mærentur, quod dictum refert, Iasf.in l.1.in pen col. ff.de iusti. & iure. & ideo ex hac causa motus in c. 18. sessio.23. de reformat. sacrum Tridentinum Concilium determinauit, vt in qualibet diœcesi erigatur vnum seminarium pro instruendis adolescentibus, quod prius fuit exequutum per Gregorium Decimum tertium Pontificem Maximum,
92 qui tum in Alma Romana vrbe, tum etiam in diuersis alijs externis prouincijs multa erexit seminaria, & diuersarum nationum, ex quibus seminarijs quotidie multi, atque multi producuntur viri doctissimi in diuersis professionibus, & præcipuè in sacra Theologia, & in hac Vrbe Panormi pro exequutione eiusdem sacri Concilij fuit
93 erectum seminarium propè palatium Archiepiscopale per quondam Illustrissimum, & Reuerendissimum Don Cæsarem Merulla Messanensẽm, huius Vrbis dignissimum, atque vigilantissimum Pastorem, virum quidem magnæ experientiæ, & irreprehensibilis vitæ, cuius anima requiescat in pace.

94 Et eandem rationem dicimus, quod legatum factum alicui pro se manutenendo in studio, vel pro emendis libris causa studij, dicitur pium; scribentem omnes, & præcipue Ripa, & Socin. iun. in l.1.in fi.ff.solut.matr.Rim.iun.consf. 117.nu.13.& 14.lib.2.Hond.consf.57.num.9.li.2.Caualc.in tract. de vsufr.mulier.relicto num.226.vbi dicit, quod ex
95 tali legato non detrahitur falcidia, si legatum est pro studio Theologiæ, Surd.in tract.de alim.tit. 5. q.20.num.9.Tiraq.in tract.de pia causa, in præfat. verf.item relictum causa studij; Doctores in Auth. habita, C.ne fil.pro patre, Decian. consf.14. nu.12. li. 1. Bartius dec.25 nu.19.Adden.ad Bar.in l.fideicommissa, §.Stichus, in lit.A, ff.de legat.3.Iasf.in l.1. ff. solut. matrimon. vbi hoc limitat in studio sacræ Theologiæ, & in l.apud, §. constat, num.15. & 16. ff.de legat.1. Horatius Lucius in tract. de priuileg. scholarium, priuil.1.in 18.tom.tract.diuerf. car.mihi 72.vbi dicit, quod hoc idem procedit in studentibus iuris ciuilis, quæ omnia dicta in studentibus sacræ Theologiæ, procedunt etiam in studentibus iuris canonici, quia hodie ad ecclesiam bene re-
96 gendam non minus prodest ius canonicum, quam Theologia. Hostiensis in cap.1. quem alij Doctores sequuntur, de consangum. & affinit.Iac.Benius in tract.de priuileg. Iurisconsult.priuil.15.nu.4.p.1. immo (quod plus est) idem Hostiensis, & Io.And. in
97 d.cap.1.dixerunt, quod ecclesia Dei non posset regi per puram, & solam Theologiam absque facultate canonica, quod dictum refert, & sequitur Euerard.in Topica iuris, in loco ab author. num. 8. & ex Theologis hoc idem dixit Melchior Cano. in tract.de locis Theologiæ, li.8.c.6. dum voluit sciẽtiam iuris canonici esse necessariam Theologis, maximè ad interpretationem iuris naturalis, & diuinis, quod secus est, quoad spiritualitatem, & tuitionem fidei, ita Mart.de iurisdict.p.2.c.7.nu.15.& Iacob.de Graff.append. ad decisf.aur.lib 4. cap. 1. num.45.dicit, quod Prælatus debet esse magis do-
98 ctus in iure Pontificio, quam in Theologia; & ideo cum Episcopus examinatur, debet examinari super iure canonico; & dicit ẽt, quod bonus Cano
99 nista poterit prædicare; & iterum eo.li.c.4.nu.16. dicit, ꝙ Prælatis est multum necessaria scientia iu-
100 ris canonici, cũ tẽdat de directo ad regimen animarum, & Siluest.in summa, in verb. doctor. n.4.5.
101 ius Canonicum, Theologiam practicam appellauit, Benius in tract.de priuil.Iurisconsf.priu. 15.n.4.
102 p.1.Hinc fit, quod doctor in iure Canonico præfertur in collatione beneficij doctori in Theologia, quando beneficium est in partibus, vbi nulla adest hæresis, vel hæresis suspitio, prout est in isto Regno Siciliæ, Fel.in c.fi.n.2.de magistris, Euerar.

in to-

in topica iuris in loco ab authoritate nu.8. Trotius in tract. de perfecto Clerico lib.2.c.33.nu.6.Io.Lopez in repet.c. per vestras in 3. not.§. 26.nu.16.de donat. inter virum, & vxorē,Rebuff. in concordat. Galliæ tit. de reg. ad prælaturas nominat. in glos. in verb. liceat atum, & in c postulasti,num.204.de sent. excom.Iac.de Carolis in gemmato pauone in consil. vnico, post prohem.n.14.Io. Boias in tract. de hæret. p. 1. num. 389. Petr. Lesnader. in tract. de priuil. Doctorum p. 3. q. 1.cart.mihi 24. vbi et
103 dicit, quod doctor Canonista præfertur doctori iuristæ, & quod doctor in vtroq; præfertur in vna tantum scientia doctorato; quod dictum deducitur ex text. in cap.1.de tregua, & pace,& in l.fin.C.de adopt. & voluit gl.in c.placuit 16.dist.cum alijs ad ductis per Tiraq. in tract.de nobil. c. 5.num. 8.Iac. Benius in d. tract.de priuil.iuriconf p.3.priuil. 1.n. 25. & 27. vbi dicit,quod si quis in vno studuerit, & in vtroq;promoueatur,vt sunt aliqui qui doctorantur in iure pontificio , qui tamen prorsus canones ignorant, per hoc non debeat præferri doctoribus iuris Canoni, ex quo gradus ille est inualidus, allegat Anch. in c.1.col.2. de parroch.Oddo,cons.14. n.36. li. 1. Io.Staphil.in tra. de prærogat. expectat. §.seu sectione,secūdo principaliter,n.21.Petr.Reb. in tracta.de nominat.q. 5.n. 9. & litteratus cæteris paribus ad dignitates, & non alia officia est præferendus, l.2. C. de pact.Paul.Montan.in tract.de tutel.c 35. reg.1.n.161.& litteras nescire dicitur,qui nescit legere, & scribere, vt idem Montan.nu.160. referens Borellum cons.16.per tot.Et redeundo ad nostrum institutum scilicet,quod Clerici debent esse litterati, dico, quod licet alias in c. extirpandæ §. qui vero, de præbend.sit constitutum ; vt omnes beneficiati, qui habent curam animarum, teneātur in proprijs ecclesijs residere , alias priuantur fru-
104 ctibus ipsorum beneficiorum,c. tuæ fraternitati , de cler. non resident.Gl.in c.cum omnes , in princ. de constit quia ex eo beneficia cōferuntur,ut omnibus de relictis Deo Opt. Max.ministerio inhæreāt,
105 l.generaliter in fi.C. de epi. & cler. nihilominus tamen clericus , qui est absens causa studij , & existit in publicis gymnasijs, habetur pro præsente,&
106 pro residente; nec poterit beneficio priuari propter talem non residentiam, & fructus ipsius beneficij consequitur, prout præsentes , præter distributiones quotidianas, est tex. in c. super specula , & ibi cōmuniter scribentes de Magistris, Abb.Pan. in d.c.tuæ fraternitati, & in c.relatum , de clericis non residentibus Fel in c. fi.de Magistris, nu. 2.vbi etiam Io. Andr.nu.8.& Socy.n 8.idem Abb.Panor. in c.licet nu.5.vers. an autem studens de præbend. Oldrad. cons.17. per tot. Ant. Piaghia in tract. de consuetud. q. 11.nu.262. Decian. in pluries citato cons. 14.nu.36. lib. 1. Staffileus in tract. de litteris gratiæ in titu.de vi.& effectu clausulæ vers.post dicta verba n.2.Cephal.cons.83.num.6.lib.1. Paul.Fuscus in sing. lit.A.nu. 3. Pet. Lesnauder. in tract. de priuil.Doctorum p.2. §. 22.cart.mihi 21.Lælius de Zanch.in tract.de priuil.eccl.priuileg.77. n. 7. Menoch. in tract.de arbi.iudicum casu 425.n 27. Bar. in l. quæsitum nu.3.ff.de leg.2.& in l.si cui annū, ff. de annuis legatis,Doctores cōiter in l.1.ff.sol. mat. Horat. Lutius in tract.de priuileg.scolarium priuil. 10. in 18. tom.tract. diuers.cart. mihi 73. Graff. in append.ad decis.aur.lib.4.c.4.nu. 17. Iacob. Benius in tract.de priuilegijs iurisconsultorum p. 1.priuil. 15.n.1.vbi dicit , quod licet aliqui tenuerint , quod hoc vendicabit sibi locum in tantum in studētibus , nihilominus veritas est , vt procedat etiam in professoribus ob vniuersalem vtilitatem ecclesiæ, & n. 8. dicit , quod si absens est pauper obtinebit etiam distributiones quotidianas , & est Regulare , quod absens causa studij habetur pro præsente l.quesitū, & ibi Bar.ff. de leg.3. l.Sciæ,§.Pamphil.ff.de fundo
107 instruc. Horat. Lucius d. priuil. 10. Et prædictæ conclusionis ratio est, quia absens causa studij, dicitur abesse propter publicam vtilitatem, Bald.in l. sed,& si per prætore in prin.ff.de rest. in integ. vbi etiam Alber.n.3.Dec.in c. ex literis, n.9. de consti. Boer.dec.16.nu.20.& 22. Ant.Vrsill. in §. rursus, n. 5.instit.de act. Oddo in tract.de rest. in integr. q. 7.
108 art. 14.n.123. Vnde is talis gaudet commodis, & priuilegijs eorum, qui præsentes sunt, c.de quibusdam,& quod ibi not. Gl.Archid.& D.de S. Gemin. 37. dist. c.fin.de magistris, c.2.de priuil.in 6.c.licet de præben.Oldr.cons. 220.in fi. Calder. cons. 8.de offic. leg.cum alijs, quos allegat Horat. Lutius d. priuil. 10.Oddo d.q.7.n.121. & seq. vbi dicit , quod
109 poterit restitui in integrum,& multa congerit circa absentiam causa studiorum , prout obligari monasteriū pro nuntio ex causa necessitatis in studio , quando ibi manet de licentia, & dispensatione abbatis,Abb.in c. quanto,n.5.de offi.ordi.& in c.cum contingat n.24..de foro competēt.secus extra cau-
110 sam suæ necessitatis, vt ibi Abbas. Et supradictorum ratio ea est , quia scilicet non minus dicuntur seruire ecclesiæ ijs, qui docent, vel student , quam cæteri diuinis officijs interessentes , Abb. in c.licet in fi.de præbendis , & ista dispensatio , seu priuile-
111 gium absentibus causa studij dicitur esse secundū ius; Gamb.de offic.legat.car.219.n.56.
112 Et non solum clerici debent esse versati in sacra Theologia, & iure Pontificio ; sed etiam debent scire humanas literas;Turrecr.in c.1.nu.1.37. dist. Vbi dicit, quod eis licet erudiri literis sæcula-
113 ribus , & si haberet aliquod officium in ecclesia debet omnino scire, quod pertinet ab tale officiū ; vt si est cantor debet habere scientiam cantus , & sic de similibus , Card. Alex.in c.illiteratos 36.dist. Io.de Selua in tract. de benefi.p. 3. q.5.num. 56. in 15.to.tract.diuers.p.1.cart.mihi.56.
114 Et hoc ita, & taliter debet scirem , quod aliter eorum ignoranta est peccatum mortale , Siluest. in sum.in verb.ignorantia n.8.Gaeta.& Rosell.etiā in suis summis in eo.verb.n.1. & Armilla in d. ver. num.3. Sebast. Medices in summa de peccat. p.1. titu.5 q.36.in fi.vbi dicit, quod isti tales peccant in omittendo , quia ommittunt scire ea , quæ ad eorum officium spectant; & ideo Cardin. in Clem. 1. in 2 q.de celebratione missarum, quæ sequitur Bertach. in suo repertorio in ver. clericus dicens of-
115 cium,affirmauit quod clericus dum recitat officium , si illud nnn intelligit, peccat; quia hoc scire tenetur Io.Bapt. Costa in tract.de ignoran. iuris, & facti regul. 2. num. 1. vbi dicit , quod ignorantia
116 non excusat, quem decet ex officij ratione inuestigare ; & ideo iudex iudicans contra ius cla-

rum,& expressum,per ignorãtiam,& imperitiam,
117 tenetur quasi ex maleficio, & facit litem suam,
vt instit.de obl.quæ ex delict. nascun. in prin. & in
l.ex maleficijs,§.si iudex,ff. de act.& obl.Bar.& alij
in l.si.C.de pœnis iud.qui male iud.Nat. cons.172.
n.8.lib.1.Paris.in tract.de sindic.in verb. iudex ma-
118 lè iudicans c.2.n.1. vbi dicit,quod ignorantia iu-
ris ciuilis, vel canonici, vel positiui iudicem non
excusat a toto,licet a tanto, & quod punitur si ma-
lè iudicat,allegat tex.in l.si iudex de varijs cognit.
l.si filius,de oblig.quæ ex quasi malef.& iterum di-
cit, quod talis ignorantia, & imperitia æquipara-
tur culpæ, l. si quis fundum, §.si quis vitulos, ff.lo-
cat.Quia turpe est in iudice ignorãtia iuris, in quo
versatur,l.1.§.seruus,ff. de orig. iuris, Iulius Cæsar
Imbrianus in tract. de iudice regni, dialogo 2.nu.
119 44.qui dicit,quod ignorantia quoad eos,qui alijs
præesse volunt in detestabilium numero, & plus
vltra computabitur, cum in ijs, nec excusatione,
nec venia digna sit, cap. scriptura de consecr.dist.
120 2.cap.fin.37.dist. & iterum,num.72.dicit, quod
debet puniri arbitrio iudicis; & quod non dicitur
extra culpam,allegat glossam magnam in l. si quis
per imperitiam,ff.de euict.Farin.in tract.crim.par.
121 3.q.87.num 47. vbi dicit, quod iudex,qui culpo-
sum homicidam ad mortem indebitè condemna-
uerit propter imperitiam, debet & ipse decapita-
ri,allegat Dec.in l.in actionibus,num.19. vers. ad-
de etiam casum, ff. de in lit. iuran. Mars. in l. lege
Cornelia,nu.4.ff.ad l.Cornel.de Sicar.Sal.in l.1.nu.
5.in fi.vers.fallit ratione officij,C. deposit. Bertac.
in reper.in verb. culpa lata sub num. 31. Diaz reg.
540.in 5.& 6.limit.Pet. a Plaza in epit. delict. cap.
26.num.4.vers.quod si negligentia Medici, Farin.
q.111.nu.379. vbi allegat Io.Fab.in §.1.nu.2.vers.
si tamen per dolum instit. de obligat. quæ ex quasi
delict.nascun.Alber.in l.2.num.2.in fi. & num 3.ff.
quod quisque iuris,Bald.in rubr. de pœnis iud. qui
malè iudica. num. 6. & alios doctores, breuitatis
gratia prætermittam, & iterum eademque q.111.
num 479.Cara.latè in tract.de locat.& conduct. p.
4.q.3.per tot.car.mihi 163. & seq & iterum,p.5.in
tit.de septimo gradu accidentalium, nu.1. car. mi-
122 hi 245. & quod dictum est de iudice procedit in
quolibet artifice,qui si per imperitiam,& ignoran
tiam errauerit in eo, ad quod est conductus, tene-
tur omne damnum emendare; quia ex quo locat
operas suas, qui dicit se asserere se esse in illa arte
peritum,§.imperitia, & quod ibi not. Io. Faber. &
cæteri scribentes instit.ad l.Aquil.Caualc. dec.26.
nu.5.lib.1.Carpan.super Statut.Mediol.p.2.c.398.
n.220.Iulius Cæsar Imbrian.in d.trac.de iudice re-
gni,dialogo 2.nu.73.Caroc.in trac. de locat.& cõ
ducto,par 4. in tit. de imperitia agrimensoris, per
totum.& in titulis sequentibus etiam per totũ car.
mihi 164.& seq. quod etiam procedit in medico,
123 qui si per imperitiam, & ignorantiam ægrotum
occiderit,tenetur de occiso,& poterit puniri pena
vltimi supplicij,Ripa in tract. de peste in tit.de re-
med.ad curandam pestem,nu. 66. Gomez in 3.to.
variar.resolu.c.3 num.16.in fin.vers. & idem est in
medico, vel Chirurgico. Petr. a Plaza in epitome
delic.c.26.num.4 in princ.& in vers. quod si negli-
gentia Medici,cum alijs, & quos congerit. Farin.
d.q.87.num.45. & si infirmus non moreretur, tunc
teneretur ad interesse, Glo.in §.præterea instit. ad
l.Aquil.Felyn. in cap. tua nos, de homic. Additio
ad Dynum in reg.non est culpa in 6 Beninten.dec.
9.Caroc.in trac.de locat. & conduc. p.7.tit. de se-
ptimo gradu accident,nu.8.car.mihi 245. Caualc,
dec.26.nu.16.lib.1.
124 Et vt reuertar ad meum institutum, dico, quod
ignorantia non solum in clericis; verum etiam in
sæcularibus est causa peccati, D.Tho.in 2.2.q. 76.
ar.1.& 1.q.de malo,q.3.ar.6.& in 2.dist.22. art.4.
& si est voluntaria,non excusat peccatum,c.excel-
lentissimus 11.q.3.& præcipui in ijs,quæ quis scire
tenetur,de pertinentibus ad fidem, de quibus per
S.Tho.in 2.2.ar.5.& 38.dist. c.scisma & ibi gl. 24.
q 1.vbi habetur,quod si quis propter ignorantiam
errat in articulis fidei,non excusatur;ex quibus ap-
paret, quam diabolica fuerit illa Iuliani Apostatæ
Imperatoris inuentio,qua præcepit,vt nullus Chri-
125 stianus admitteretur in generali studio ad do-
cendum, vel addiscendum, vt meminit Cassan. in
Catalog.gloria mundi,p.12.consider.17.ver. Iulia-
nus; & plusquam diabolicum fuerit institutum ad-
ditum a pessimo illo hæretico Ioanne Kuclesf. in
suo errore 29. qui in eo damnabat vniuersitates,
studia,collegia,graduationes,magisteria; cuius er-
roneum dictum merito damnauit Martinus Quin-
tus Pontifex Maximus per suam Bullam, de quo
127 errore, & contra illum scribit Alphonsus de Ca-
stro aduersus hæreses in verb.studia generalia. Et
pro conclusione, dico, quod clerici laicis scientia
præcellere habent,Turrecr.in c.qualis nu. 2. 8. q.
1.Aluar.in Speculo iuris Pontif. c.7.in vltim. verb.
car.mihi 25.Sed non propterea simplices Sacerdo
tes,qui doctrinam non habent,non sunt honoran-
di,& venerandi; dicit.n.tex. in c.cum ex iniuncto,
§.licet, de hær. quod non est simplicibus sacerdo-
tibus etiam a scholasticis detrahẽdum, cum in eis
sacerdotale officium debeat honorari. Dur. in ra-
tionale,in proœ.nu.5. & est faciendum prout faci-
mus de aliquibus magnatibus,qui licet sint ignari,
& ignarissimi,nihilominus, quia sunt nobiles, titu-
lati,vel diuites,ab oib.obsequuntur.& venerantur;
& sic patet quod potius veneratur dignitas,in qua
reperiuntur,quam qualitas personæ exposceret.
128 Vnum tamen non omittam, quod vbi Doctor
in sacra Theologia, in iure canonico, vel ciuili est
promouendus ad aliquem ordinem, dignitatem,
officium,vel beneficium, non esset examinandus,
licet alias in tali gradu, & beneficio obtinendo re-
129 quireretur examen, quia semel approbatus non
deberet amplius examinari, nisi aliter cautum es-
set,& merito pluribus de causis, c. de Petro 47. d.
Petrus Laderan in tract.de priuil. Doctorum, p 4.
q.28.Petrus Cenedus in collectan. iuris cano. p. 1.
collect.15.nu.3.car.mihi 23.Iulius Cæsar. Imbr. in
trac de iudice regni,dialog.2.num. 85. Iac. Ben.in
tract de priuil.iurisconf.p.2.priuil.31.nu.1.
130 Tertium, quod non parum offendit dignitatem
clericorum,& ecclesiasticarum personarũ est aua-
ritia, quæ dolorum seruitus appellatur ab Aposto-
lo Ephes. c.5. & est text.in c. cum omnis 1. q.1. e-
131 auaritiæ, vbi Doctores, de præben. Namque se
cundum sanctum Gregoriũ,in moralibus,lib.9.c.2.
auari-

auaritia est radix cũctorũ malorũ, vt habetur in c.
bonorum 47.dist. & clarius adnotauit gl. in c. quia
radix de pœnit.dist.2. Et cũ sit malorũ omniũ cau-
sa a sacerdotibus, & viris ecclesiasticis omnino est
132 fugienda; ne in ipsis verificetur, quod Micheas
Propheta dicebat, c. 3. ib.; sacerdotes eius in mer-
cede docebant, Hinc Maguntinum Concilium ca
none, 10. clericos admonebat dicendo, amorem
pecuniæ quasi matrem cũctorum criminum, c. his
133 igitur 23. dist. & in c. virum 47. dist. dicitur virum
catholicu, & præcipue Domini sacerdotem nullo
errore implicari. ita nulla oportet cupiditate vio-
134 lari. Immo sacrum Concilium Trident. sess. 21. de
reformat. c. 1. vult, vt non solu auaritiã a ministris
ecclesiæ arceri; verum etiam eius suspitionem, ꝙ
etiam tradiderunt Diuus Ant. in summa p. 3. tit. 13
c. 3. §. 11. Trotius in tra. de perfecto clerico c. 51.
num. 12. & seq. lib. 2. Marc. Ant. Mars. columna
135 in tract. de reddit. ecclesiast. p. 2. c. 20. nu. 12.
Ignominia namque sacerdotis est, proprijs studere
diuitijs: c. gloria episcopi 12 q. 2. Arelatan. Concil.
prim. canon. 12. & Concil. 2. canon. 14. & Concil.
Cartag. primum canon. 13. & Concilium Aquisgra
nense tempore Ludouici Pij, celebratum canone
61. & Conciliu Parisien. tepore Gregorij IV. Sũ-
136 mi Pontificis in lib. 1. can. 13. Cæca enim hæc
animi passio, & inordinata cupiditas, & auaritia
passim nonnulla damna, & scãdala generat. Quod
si generaliter in omnibus extraditis per sãctũ Ant.
in summ. p. 2. titu. 1. c. 1. & seq. præcipue tamen in
viris ecclesiasticis maiora producet; vt in plurali-
ter beneficiorum; prębendarum, & dignitatũ col-
ligi poterit, vt ad satietatem de pluralitate bene-
137 ficiorum scripserunt, Io. de Lign. Nicolaus Gimõ
teus, & alij, S. Ant. vbi sup. p. 3. tit. 15. c. 1. & per to-
tum, & præci. §. 6. Sotus in tract. de iustit. & iure
lib. 3. q. 6. art. 3. Trotius in d. tract. de perfecto cle-
rico, lib. 2. c. 45. & 46. Lamb in tract. de iure patr.
lib. 2. p. 1. q. 7. art. 15. & licet ex dispensatione Sũ-
mi Pontificis aliqui obtineant plura beneficia ni-
hilominus hęc dispensatio, vt plurimum est potius
extorta per exquisitor modos, & sub reptitie im-
petrata, quã legitime obtenta, prout aduertit Ioan
nes Papa 22. in extrauag. execrabilis de præben. &
vt plurimum impetratur sine causa, vt considerat
Petrus Rebuff. in concordant. Galliæ in tit. de for-
ma mandati Apostolici in Glos. in verb. dispẽsatio-
nũ ver. vnũ tamen dicebat, quo casu ita dispensati
sine causa nõ sunt tuti quo ad Deum, Glos. in cap.
non est, in verb. adimplere de voto. Nauar. in ma-
nuali, c. 12. n. 76. vers. nemo, Couar. in 4. despõsal.
p. 2. c. 6. §. 9. n. 7. Io. Royas in epit. succes. c. 23. n. 8.

Et non solum auaritia aliquoru clericorum in-
ducit eos ab obtinendum plura beneficia per fas,
& nefas, & cum illegitima dispensatione, & sine,
ita, & taliter, quod alij abundant, & cum maximo
omniũ scandalo, pompis, ac vano apparatu, & fa-
mulorum caterua exuberant: alij vero esuriunt, &
quotidie fame affliguntur; eosdem etiam ad simo
niã pronos facit, qua spiritualia, & diuina, sicut
138 terrena vedunt, & emunt, prout videtur innuere
S. Antoninns in summa, qui immediate post tra-
ctatum de auaritia, statim ponit tractatum de simo
nia, quasi per continuationem dicat, quia pro-
pter auaritiam deuenitur ad simoniã, ita habetur,
p 2 tit. 1. c. 4. & seq. vnde a clericis, & personis ec-
clesiasticis summopere est fugienda auaritia, quæ
secundum Alphonsum de Castro in tra. de iusta
hæreticorum punitione, lib. 3. c. 1. vers. altera hæ
resium radix, & secundum Corrad. Brunũ in tract.
de heret. lib. 1. c. 5. n. 22. & seq. est vna ex precipuis
causis hæresum in ecclesia Dei, ex quo sit, in ec-
139 clesijs sicut in Romano Imperio crescit auaritia
periit lex de sacerdote, & visio de Propheta, ita di-
xit S. Hieronymus, prout est relatum, in c. diaco-
ni sunt, §. nunc autem vers. hincq, cogitant pro-
pter sacerdotum auaritiam 93. dist. Ideo pro se-
danda tali mala opinione caueant clerici ab isto
peccato, vt reddant omnino mendaces eos, qui
dicere solent clericorum auarissimũ genus, prout
dixit Socin. sen. cons. 15. nu. 18 lib. 1.

Et non solum clerici debeat esse casti, & literis
ornati, & non auari, vel tenaces verum etiam de-
bent habere multas alias optimas partes, & qua-
140 litates, & Primo debent esse sobrij, & honesti,
& a crapula penitus alieni, ne sint de numero il-
lorum, de quibus dicit Apostolus ad Philipp. 3.
quod sunt inimici Crucis Christi, propterea quod
eorum Deus venter est, a quibus decet nos caue-
ri, vt habetur in cap. à crapula de vit. & honest.
cler. c. v. nolentum, & c. ante omnia 35. dist. circa
quod idem Apost. ad Colossenses scripsit, nemo
uos iudicet in cibo aut potu; & ad Ephesios, c. 5.
nolite inebriari vino, in quo est luxuria, & Lucæ c.
21. Christus discipulos admonebat dicens, Atten-
dite autem uobis ne forte grauentur corda uestra
crapula, & ebrietate, quod & sancta mater Ec-
clesiæ quotidie admonet in hynno primæ horæ
canonicæ, dum dicit carnis terat superbiam,
potus, cibique parcitas: immo dum ponit en-
141 comia sanctorum confessorum in hinno ue-
sperorum ipsorum dicit sobrius, castus, &c.
& ideo Abb. noster Panormit. in d. cap. a crapu-
la num. 2. de uit. & honest. clericorum, dicit,
142 quod clericus assiduè se in ebrians peccat
mortaliter, & hoc per text. notabilem in c. ui-
num, & alias, dist. 25. quem sequuntur Ripa in
l. generaliter num. 72. & 73. C. de reuocan. do-
nat. Anton. Scappa in tract. de iure non scripto
c. 63. nu. 5. lib. 1. Sebast. Medices in summa de
peccatis tit. de concord. canon. decretalium, art.
4. cart. mihi 20. Moscon in lib. de maiest. militant.
eccles. li. 1. p. 2. c. 2. uers. idem dicit in capitulo car.
mihi 408. Anch. in d. c. a crapula n. 3. Vital. in Cle-
ment. 1. uers. eis in uestibus n. 6. de uit. & honest.
cler. qui dicit, quod religionis excessu cibi, & po-
tus est interdictus, & in Clem. 1. num. 47. de ce-
lebr. missar. & dicitur excedere, & sine mensura
bibere, qui ultra trinam uicem in prandio, uel
cœna bibit, c. quando. 44. dist. Ripa in d. l. gene-
raliter num. 72. Et propterea in Agatem si Con-
cilio fuit dispositum; ut clericus, de quo con-
143 stiterit fuisse ebrium, aut triginta dierum spatio
a communione sub moueatur, aut corporali
supplicio subdatur, ita est relatum in c. fi. 35. dist.
Hostien. in summa titu. de tempor. ordinand. §. &
cui, uers. pæna autem, ubi dicit, quod si episcopus
144 presbyter, vel diaconus immoderatæ potioni

vini operam dederit, si vt q; non desistant, deponuntur subdiaconus, vel inferior, siue clericus, siue laicus, c. si episcopus 35. dist. & si clericus monitus non destiterit a crapulis, & multa vini potione, ab officio, & beneficio poterit suspendi: vt in d. c. crapula de vit. & hon. cler. & ne clerici crapulis, ac vinis se immergerent, est dispositum, in c. non omne, & in cap. nulli, & in cap. clerici 44. dist. & in cap. clerici de vit. & honest. cler. Quod
145 clerici non debent in tabernis comedere, & eas introire, nisi hoc necessitatis causa faciant, vt si essent itinerantes, vel in partibus externis, & in proprio domo non haberent sufficientem cōmoditatem, Turrecr. in præcitato, c. clerici, Card. in Clem. 1. q. fi. de vit. & hon. cler. Purpur. cons. 135. nu. 10. Rosel. in summa in verb. clericus, il 2. nu. 1. Port. cons. 84. n. 9. Bertac. in suo reper. in verb. clericus pōt ingredi, Io. Franc. Pauin. in tract. de visitat. p. 2. q. 9. n. 58. in 14. tom. tract. diuers. cart.
146 mihi 209. Nec valet consuetudo permittēs clericus tabernas introhire; & in eis comedere posse, quia hæc esset corruptela, & non consuetudo, licet excuset, Purpur. cons. præd. 135. nu. 10. lib. 1.
147 Et ratio est, quia hæc consuetudo esset contra bonos mores, & per consequens inualida, Abb. Panor. in c. cum inter n. 3. de consuet. & in c. irrefragabili, in princ. de offic. ordinar. & in c. quod super nu. 4. de consang. & affini. & in c. tua nobis de decim. Ias. in l. more, n. 5. ff. de acq. poss. Vinc. Caroc. dec. 111. n. 23. Beneuent. Stracc. in tract. de mercatura in tit. de sponsion. n. 7. cart. mihi 142.
148 Alia est ratio, quia consuetudo, quæ disponit contra dispositionem iuris canonici, est etiam nulla, & non valet, c. cum causa de re iud. Petr. Aug. Morla in emporio vtriusque iuris par. 1. tit. 2. q. 22. n. 8. Mars. in prac. §. quoniam nu. 98. Rocc. de Curte in repet. c. fi. n. 57. de consuet. Caroc. d. dec. 111. nu. 12. Petr. Asin. pract. q. q. 5. n. 7. Io. Vasin. cons. 18. n. 7. de election. & cons. 226. n. 4. de præ-
149 bend. & dignit. Et ad hoc vt clericus ex tali excessu possit puniri, debet prius moneri iuxta dispositionem sacri Concilij Tridentini, c. 6. §. cos sess. 21. de reform. & ex nostratibus dicit Franc. Mo-
150 nald. cons. 74. n. 11. lib. 1. Et non solum non debent comedere in tabernis, sed etiam debent fugere publica conuiuia, Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 1. n. 7. & solitam nimis edendi curam, S. Ant. in summa in 2. p. tit. 6. c. 1. §. 5. & per tot.
151 vbi dicit, quod cura edendi consistit circa quātitatem, qualitatem, studiositatem, auiditatem, & importunitatem ciborum; & ideo diues ille, de quo per S. Lucam c. 16. non fuit sepultus in inferno, quia simpliciter edebat; sed quia splendidè epulabatur: & ratio cur clerici debent esse sobrij, est, quia nimia perceptio vini, & cibi, luxuriam, & non naturam sustentat, & nutrit; ita dicit Prosp. in lib. 2. de vita cōtēplatiua, cap. 22. iuxta illud S. Pauli ad Ephesos, c. 5. nolite ebriari vi-
152 no, in quo est luxuria; Ceres namque, & Baccus prouocant venerem, c. venter, & c. luxuriam 35. dist. & etiam apud idiotas dicitur.

Sine Cere, & Baccho friges Venus.

153 vltra quod nimia ciborum cogitatio maximam animi perturbationem generat, vt dixit gl. in l. 1. in verb. epulis, C. de comitib. Consistorianis, lib. 12. quem refert Boer. in add. ad tract. de auctor. magni Concilij, n. 3. in verbo cibaria.
154 Secundo debent esse parci, & honestam parsimoniam seruare, c. parsimoniam 41. dist. Gondisslaus Villadego in tract. de legat. q. 7. n. 20. in 13. to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 261. & hoc vt parcè viuendo, Deo Opt. Max. fructificent dispensando bona sibi superflua pauperibus, iuxta tra-
155 dita per Port. cons. 34. n. 3. & 4. & ideo debent vti honestis vestibus iuxta eorum qualitatem condictionē, & dignitatē, ēt nō fulgidis, pretiosis, ac pomposis; vt per decentē habitus extrinsici morum intrinsicam honestatē ostēdat, iuxta Clemen. 2. de vit. & honest. cler. Petr. Baisius in directorio electionum, p. 2. c. 7. n. 4. in 15. to. tract. diuers. par. 1. cart. mihi 387. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. cap. 1. n. 6. in fi. qui dicit, vbi pompa, ibi humilitas non habet locum, Menoch. cons. 912. n. 23. lib. 10. qui dicit, quod clerici non debēt vti vestitus sericis, Rosell. in summa in verb. clericus,
156 il 1. n. 2. vbi asserit, quod clerici non debent deferre vestes incisas, & lingulatas, scilicet frappatas ad modum ioculatorum, nec varij coloris, Patian. in tract. cui incumbat onus probandi negatiuam, lib. 2. c. 34. n. 34. 38. vbi dicit, quod in vestitu cle-
157 ricorū est diligenter attendēdū, quid locis, quid temporibus, & quid personis conueniat; Turrecr. omnino videndus in c. 1. per tot. 21. q. 4. qui mul-
158 ta, & doctè scribit circa vestes clericorum, & dicit, ꝙ est peccatū vti vestibus pōposis, & fulgidis, & in c. seq. nu. 1. ꝙ tamen fallit, quando adesset cōsuetudo in regione, ꝙ clerici vterētur vestibus, pretiosis; quia tūc possunt se cōformari moribus
159 eorū, inter quos viuūt, Patian. d. nu. 38. est bene verum ꝙ clerici nobiles debēt pretiosioribus vestibus indui, Alber. in l. 2. C. quæ res vend. nō poss. Petr. Gerard. sing. 82. Tiraq. in tract. de nobili, c. 27. n. 10. D. Paril. in tract. de resign. benef. lib. 5.
160 q. 6. n. 151. Et quia oē extremū est vitiosum, ideo sicut nō debēt vti vestibus nimis fulgidis, & pōposis, ita nec ēt nimis vilib⁹, aut sordidis, aut senio exterminatis, & laceratis pp humilitatē q̄a ex hoc dignitas clericalis vilesceret, Abb. in c. vt clerici, n. 11. de vit. & hon. cler. Patia. in tr. cui incumb. onus prob. negat. li. 2. c. 34. n. 34. & 35. Vitalin. in Clem. cis in vestibus, n. 5. de statu monachor. vbi dicit, ꝙ vestes clericorū debēt esse mūdæ, Turrecr. d. c. 1. nu. 3. 6. & 7. 21. q. 4. & hoc ne sub nomine parsimoniæ auaritia tegatur iuxta tex. in c. sæpe dist. 4. vbi dicit, ꝙ vitia plerūq; se esse virtutes mētiuntur, sic
161 etiā quādo prodigalitas, & effusio velatur nomine liberalitatis, & largitatis; & crudelitas, vt plurimū ab aliquibus fiscalib⁹ appellatur Zelus iustitiæ; & facilitas, seu lenitas remittendi delicta, pietas, & misericordia a multis nuncupatur, & ideo non debet quia humilitatem, & parsimoniam prætendere ex eo solo quia vilioribus vestibus contra mores aliorum vestitur, namq; sub talibus vestibus, tam superbia, quam parsimonia possunt abscondi, vide Rebuf. p. 3. cart. 17. num. 9. & iuxta illud Euangelicum, cauere ab illis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: In hac enim materia non usus

vsus vestium reprobatur, sed inspicitur abusus, scilicet iactantia, & voluptas: ideo pro conclusione dico, q clerici i isto casu debet esse cauti, ne eis succedat id quod apud nos Italos dici solet; Cascar dalla padella nelle braggie; & apud latinos Incidit in Scillam cupiens vitare Caryddim.

161 Tertio debent esse misericordes, & charitatiui iuxta illud Apostoli 1. ad Corint.c. 8. q imperfectum scientiæ suppleat perfectio charitatis; ideo sunt magis obligati exercere actũ charitatis, quam laici, Abb. in c. peruenit, nu. 1. & c. 1. n. 3. de fideiuss. vbi dicit, quod sunt magis obligati ad subueniendum indigentibus, & pauperibus, quam laici, & quod clerici, & ministri ecclesiæ teneant hospitalitati, & pauperum vsibus inuigilare, est tex. in c. 2. 42. dist. & in c. fratrem 86. dist. & in c. 1. & per tot. 12. q. 1. & in c. quoniam quidquid 16. q. 1. Glo. in extrauag. execrabilis in verbo debita, de præben. & nouissimè hoc est constitutum per Concilium Trid. sess. 25. c. 8. de refor. quo fit, vt clerici teneãtur dispensare tum bona ecclesiæ, cuius sunt præ-

163 lati, & beneficiales, tum etiam bona propria in vsus pios, deductis tamen alimentis, & reparationibus ipsius ecclesiæ, quia debent esse contenti victu, & vestitu, & nullam debent habere proprietatem c. nulli episcoporum 2. q. 1. not. in c. 1. 12. q. 1. dum dicunt, q sunt dispensatores, & vsurarij, Decian. cons. 14. n. 7. lib. 1. vbi dicit, q hoc fũdatur in dicto Apostoli 1. ad Timoth. c. 6. Archid. & cæteri scribentes, in c. statutũ, §. assessorẽ de rescript. in 6. Hiero. Ceual. in speculo pract. q. com. cõtra com. q. 388. n. 18. Soc. sen. cõs. 32. n. 1. & seq. lib. 1. Olac. dec. 31. n. 1. & 2. Oct. Vulpell. in tract. de libert. eccles. p. 2. n. 24. & quidquid superest clericis, & prælatis vltra ecclesiæ necessitates, & suum

164 congruum, & honestum victum, id totum est pauperibus erogandum, vt not. in c. sic non sunt 32 q. 4. Bald. cons. 122. n. 12. lib. 6. vbi vlterius, nu. 14. dicit quod, quidquid habent clerici, id totum est pauperum & domus eorum omnibus debet esse communes pro suscipiendis peregrinis, vt in c. fi. 17 q. 1. & voluit etiam Couar. in lib. var. resol. c. 14. vers. vigesimus pauperum Bero. in c. ex litteris, n. 5. de probat. Vulpel. in loco proximè citato, Lælius de Zanch. in tract. de priuil. eccl. priuil. 78. n. 8.

165 Imo beneficiati, & prælati erogantes fructus beneficiorum in alios vsus, quam prædictos tenentur ad restitutionem, & peccant mortaliter, vt latè ex multis examinat, Ripa in tract. de peste, c. 5. à n. 149. ad n. 173. Couar. in c. cũ in officijs n. 3. de testamentis Marsil. colũna in trac. de reddit. eccl. c. 21. & seq.

166 Et licet non me lateat, q clericus habens proprium patrimonium, & beneficiũ possit reseruare fructus patrimoniales, & viuere de redditibus; quia qui altari seruit, de altari viuere dẽt, c. cum secundum de præbendi Abb. in c. postulasti, n. 4. de rescript. & in q. 4. n. 12. Couar. in c. 1. n. 2. de testam. Neuiz cons. 93. nu. 19. Innoc. Hostiens. Abb. & alij in c. episcopus de præbendis, Vasq. in lib. illustr. q. c. 105. n. 9. Sarmiẽt. in trac. de reddit. eccl. p. 3. c. 1. nu. 18 Sot. de iust. iur. lib. 10. q. 4. art. 3. in resol. arg. vers. est aũt apud, Nic. de Vbald. in tract. de succes. ab intest. in §. seu sectione finita tamẽ n. 21. car. mihi 538. inter trac. de succes. diuers. in folio cum multis alijs, quos more suo congerit sapientissimus Surd. in tra. de alim. tit. 9. q. 12. n. 10. Rodoa in tr. de reb. eccl non alien. q. 51. c. 21. nu. 31. & q. 52. nu. 89. qui dicit, q ex fructibus beneficij pôt deducere victum suæ personæ, & familiæ, & fructus proprij patrimonij sibi reseruare, vel dare suis consanguineis, secundum Petrũ Cened. in collect. iuris cano. p. 2 collect. 33. n. 4. vbi multos alios allegat, Iac. de Carolis in gemmato pauone colore 6. n. 15. Nihilominus tamẽ secundũ S. Thom. quẽ allegat Fel. in c. tuas, il 3. n. 1. & 2. de simonia, arctiori modo ad onera ecclesiastica tenetur, & ad

167 succurrendum pauperibus; qui vlterius dicit, q si talis clericus non reparat ecclesiam ruinam minantem, peccat mortaliter, ẽt quod beneficium sit tenue, licet illa tenuitas beneficij alium clericũ non habẽtẽ propriũ patrimonium excusaret; Sed veh temporibus, & partibus nostris, in quibus multi clerici habent non tenua, & parua beneficia, vorum etiam magna, vel saltim medioeria, & nihilominus ecclesias ipsas non ruinam minantes, sed diruptas non reparant, nec reficiunt, & eas relinquunt, vti speluncas latronum; ita & taliter, quod sunt aliquæ ecclesiæ, de quibus solum vestigium apparet, quod fuerint ecclesiæ, quæ nihilominus sunt diuites, & magni redditus.

168 Quarto debent esse reales, & veridici, & in suis actibus nullam adhibere fraudem, c. per tuas de donati. Matth. Brun. cons. 91. n. 10. Iac. de Graf. in dec. aur. p. 2. lib. 3. 1. n. 7. vers. octaua ne fraudu-

169 lenter: quo fit q licet contrahentes se decipere possint infra dimidiam iusti pretij, l. item si pretio §. fi. ff. locat. l. si voluntatem, C. de resc. vend. c. ad nostram de empt. & vẽd. l. causa la. 2. §. idem Põp. ff. de minor. l. si hæres, la. 1. ff. ad leg. Falc. Couar. in lib. 2. variar. resol. c. 3. n. 1. Messia in pragm. taxæ panis concl. 1. n. 125. Conrad. in tract. de contract. q. 55. Nau. in c. qualitas, n. 45. de pænit. dist. 5. & in c. nouit, not. 6. n. 56. de iud. Petr. Aug. Morla, qui alios allegat in tempor. vtriusq; iur. p. 1. tit. 9. q. 8. n. 4. Duenas reg. 148. vbi allegat ad hoc multa iura, & authoritates, Ant. de Burg. in c. cũ dilecti, n. 15. de empt. & vend. Capr. reg. 87. n. 62. 63. Bomb. cons. 3. n. 20. Nihilominus hoc fallit in cle-

170 ricis, ac cæteris personis ecclesiasticis, Gl. in c. ea enim §. hoc ius porrectum in verb. vt plus 10. q. 2. Brun. in præd. cons. 91. n. 10. Pantal. de Crema in repet. l. 2. n. 161. C. de resc. vend. vbi ẽt. Ant. Padil, n. 55. Butr. in c. continebatur, n. 5. de ijs, quæ fiunt à maiori parte c. & in c. in ciuitate, n. 9. vbi ẽt Annib. nu. 8. de vsur. Cepoll. in tract. de simulato cõtract. in 2. præsumpt. n. 20. vbi dicit, hanc opi.* esse cõiter receptam, & in l. causa huius, n. 12. C. de ædil. edic. Bero. in c. cũ dilecti, n. 20. de emp. & ved. Gomez in §. ex malef. cijs, nu. 37. inst. de act. Franc. Marcus dec. 540. n. 30. lib. 1. & ratio est, quia cleri-

171 ci plusquã laici tenentur æquitatem seruare, Tiraq. in tra. de retrac. Lign. §. 1 gl. 13. n. 6. vbi ad hoc allegat in argumentum tex. in c. 1. §. sed diuersum in tit. de alienat. feud. in vsib. feud. vbi dicitur, sed diuersũ obseruatur in ecclesia, quã in priuato, &c. quod et dixerunt. Ias. in l. iurisgentiũ §. sed cũ nulla n. 4. ff. de pact. Surd. dec. 110. n. 11. & cons. 22. in

si.lib.1.Menoc.conf.322.n.52.lib.4. Et repugnat
172 bono,& Christiano viro proximum suũ circumuenire, & decipere, glo.in l.semper in conuentionib.ff de reg.iur. Bal.in Auth.ad hæc,nu.16. C.de vsur.Ias.in §.sed iste,num.106.Instit.de act. & in l. pe.nu.5.C.de pact.Ant.de Burg. Hispanus in cap. cum dilecti,nu.15.de emp.& vend.Tiraq.in septima lege connubiali,nu.9. vbi multos alios allegat Cur.iun.in l.pena,nu.8.ff.de pact.Ant.de Padil. in l.2.nu.57. C.de resc.vend. Pet.Aug. Morla in empor.vtriusque iur.tit.9.q.8. n.21. vbi prope infinitos allegat non solum Legistas,& Canonistas;verum etiam Theologos,prout est D.Tho. in 2. 2. q.77.ar.1.& quolibet 2.art.16. in 4.sent.dist.14.q. 3.ar.4.Sot.de iusti.& iure.lib.6.q.3.art.1.Palat. in praxi Theol.lib.2.c.1.car.37.Instructor Nepot.p. p.2..c.54.& 66.Medina de restit.q.32.Et Ecclesia
174 cum sit vltrix, & auctrix iustitiæ non patitur cõtra iustitiam aliquid fieri in se,vel in alterum, Neuiz.conf.11.nu.11.Surd.dec. 110.nu.11. Zasius in tract.de feu.p.11.nu.17.Intrigl. in eodem tract.de feud.cent.1.p.30.nu.13. & p.56.nu.224. Cannet. in repet.c.volentes,in §. seu sectione , incipiente , restringitur etiam nu.26.car. mihi 183. & vtrum-
174 que sit in foro exteriori,in foro vero animę, ita decipiens infra dimidium semper teneatur ad restitutionem iusti pretij,vt dicunt multi, quos congerit Morla in loco supra allegato, nu. 11.& seq. & vltra ibi allegatos,idem dixerunt Ant.de Burg. Hispanus in c.cum dilecti, nu.23.de empt. & ven. Hond.qui etiam alios allegat conf.31.nu.39. li.1. Bero.conf.168.nu.5.& 30.lib.1.

175 Quinto rebus temporalibus se immiscere non debent,c.1.2.& per tot.21.q.1.toto tit.ne clerici, vel Monachi.Cõc.Tri.sess.22.de refor.c.1. & sic non debent habere curã de mundanis, nisi quatenus sunt necessaria ad corporale victum , c.si quis obiecerit 1.q.1. Do. & Præceptor meus in studio Rom.Flam.Paris.meritissimus olim Episc.Bitont. in suo trac.de confid.benef.q.9.n.36.Iac.de Graff. in dec.aur.p.2.li.3.c.1.num.5. & seq. vbi latè congerit,quæ clericus fugere habeat , ideo pro quærendo victu poterit aliquam honestam artẽ exercere , de qua materiam dicam latius infra effect. 6.per tot.& præcipuè nu.28.

178 Sexto clerici debent esse honesti,vitam,& mores componentes habitu,incessu, visu, & sermone ita, & taliter ; vt a plãta pedis vsque ad verticem capitis in omnibus sui corporis membris honestatem ostendant ; & nil,nisi graue,moderatum , ac religione plenum præseferant . Io. Roxas in epit. successf. c.27.nu.14.in 8.to.tract. diuers.cart. mihi 421.& esse tales,vt mente,habitu,& conuersatione sæcularibus placeant, & nihil agere, quod eorum offendat aspectum,c.præcipimus 21.q.4. vbi Turrecr.nu.1.& vt dixit Concilium Magontinum cap.74. vitam viuant , quam professio eorum exigit,& vt eorum actiones cunctis afferrent venerationem: Nam clericus,& pastor est reprehensibilis,exemplo vitæ suæ suos minores ad facta sua,& actiones imitandas commouet , vt dixit Sanctus Clemens Papa in lib.2.Apost constitut.c.6 & nouissimè tradidit Tridentina Sinodus,sess.22.de reform.c.1.in prin.& sess.25.c.14.ibi,Populusque hinc eos magis discat reuereri , quo illos vita honestiores cognouerit,Sotus de iust. & iur.lib.9.q. 4.art.1.vers ijs autem , qui dicit , quod sicut clericorum vita indigna parit ipsorum contemptum , sic è contrario ipsorũ immaculata,& irreprehensibilis etiam citra alium ornatum honorem a populo trahet; & è contra si clerici essent vitæ scandalosæ sequeretur a populo responsum satis congruum, videlicet, in quo iudicas alterum teipsum non demnas ; iuxta Concilij Trid. sess. 14. de reform.in proœ. ibi, qua etiam libertate laicos corripere poterunt sacerdotes , cum tacitè sibi ipsi respondeant,eadem se cõmisisse, quæ corripiunt, & Sanctus Gregorius ad propositum dicebat, cuius vita despicitur,restat , vt eius prædicatio contemnatur,c.2.in fi.3.q.7. & in c.vna tantum,vers. quomodo 26.distin. dicitur, qui prædicas non iurandum, iuraris , & aliàs idem Sanctus Gregorius in 16.lib.moralium satis ad propositum dixit, aliquando sancti etiam coram hominibus compelluntur, etiam bona facere , aut etiam hominibus sua facta narrare , sed ad eum finem omnia referunt,vt non ipsi ex eisdem operibus,sed Deus glorificetur.Dum.n.facta prædicant,ipsa eorũ prędicatio fortasse despicitur,quorũ vita nescitur; compelluntur igitur vitã suam dicere,vt auditorũ suorum valeant vitam mutare, & facta sua referunt , & venerari appetunt,& riuerentur audiantur, scriptum quippe est,cum eleuarentur animalia, eleuabantur simul & rotę,quia videlicet cum auditorũ mentes prædicantium vitam conspiciunt necessario,& in prædicatione admirantur.Hinc est,quod prædicatores boni, & honorem propter elationẽ fugiunt, & honorari propter imitationem volũt ; sed quid nam dicere habẽt laici cum viderint clericos in omnibus vitijs immersos(loquendo de ijs, qui tales sunt)in omnibus erroribus implicatos, in delitijs inuolutos voluptatibus deditos,ad cupiditates,& ambitiones vltra modum pronos ? Cũ viderit clericum viuere vti Sardonapalum , luxuriare,vti Diogenem,magis lasciuum,quam Heliogabalus,magis vitiosus,quam Cõmodus ; Parum aut nihil curare de diuino honore, deuotionem prætermittere,officium diuinum nõ recitare, mãdata superiorum non obseruare , & dissolutionibus in totum se subijcere; Quidnã boni poterunt ediscere laici ex tali mala,& inordinata clericorũ vita ? Ideo pro obuiandis tot tantisq; malis, quæ ex eorum malis exemplis oriri possent,clerici non solũ debẽt se abstinere ab ijs, quę secũdũ se sunt mala, verũ etiam ab ijs,quæ habent speciem mali. Turrecr.in c.canonum,nu.11.14. q.3. & propterea in Concilio Agatensi cano.39. prout est relatũ in c. pe.34.dist.fuit dispositum,vt presbyteri,Diaconi, Subdiaconi,vel alij qui sunt prohibiti vxorem ducere,non interueniat in conuiuijs,ne in ijs cœtib. misceantur,vbi amatoria cantantur; & turpia,aut obsceni motus corporum choreis, & saltationib. efferunt,ne auditus aut visus sacris ministerijs deputati turpium spectaculorum,& verborũ contagio polluantur,& contaminẽtur ; si.n.saltationes, tripudia, & balla in laicis ipsi damnantur per Cõcil.Laodic.vt in Can.53.mirum non est, si horum aspectum clericis interdicat.in Can.seq. prout est rela-

relatum in c.non oportet, il secondo, de consecr. d.5.c.presbyteri 34.d. vbi clerici prohibentur interesse spectaculis,& ludis hastilibus.Anchar.in c. cum decorem de vit. & hone.cler.vbi dicit,q̃ non solum clerici non debent interesse talibus ludis, verum etiam si ita ludẽtes superuenerint in loco, vbi ipsi clerici reperiuntur, statim debẽt ab eo recedere.Iac.de Graff.in dec.aur.p.2.li.3.c.1.n.6.de quo interuẽtu spectaculorũ dicã ẽt ifra suo loco.

180 Septimo clerici non debent esse loquaces, & verbosi,vt habetur in Eccles. noli verbosus esse in multitudine presbyterorum;& Iaco.Apostolus in epis.c.1. eos arguendo dicit, Si quis autẽ putat se religiosum esse,non refrenãs linguã suã, sed seducens cor suũ, huius vana est religio;& Iob.c. 11. Nunquid qui multa loquitur,non audiet,aut vir

181 verbosus iustificabitur?& Dauid Ps.139.vir linguosus non dirigetur in terra; & Prouer. c.10.in multiloquio non deerit peccatum, qui autẽ moderatur labia sua,prudentissimus est; & iterum,c. 13.Qui custodit os suũ, custodit animam suã; qui autem inconsideratus est ad loquendum; sentiet mala;& c.17. qui moderatur sermones suos, doctus,& prudẽs est,& pretiosi spiritus vir eruditus, & Eccl.c. 14. Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo,& S.Ambr.in li.1.de officijs dixit, quã plures vidi loquendo in peccatum incidisse, vix quempiam tacendo; ideoque tacere nosse,quam loqui difficilius est.Et non solum sacra pagina videtur reprehendere,& arguere viros loquaces,verum etiam & authores profani,vt fuit Apollonius ad familiares,ad quos dixit;loquacitas multos habet errores,tacere autem tutum est.Ex quibus clarè patet, quam sit detestabile hoc vitium in singulis hominibus; ergo multo magis debet esse detestabile apud viros ecclesiasticos, qui debent esse sapientes,& literati; & sapiens prius quàm loquitur,multa considerat,quid dicat,cui dicat, & quo loco,& tempore,secundum S. Ambrosium in primo officiorum circa quod in c.quoties 22. q.5.ex D.Hieronymo habetur, quoties enim loquimur, aut non opportuno tempore,aut non in opportuno loco, aut non vt conuenit audientibus, toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum, qui audiunt. Consideremus itaque quid loquatur, quia pro omni verbo otioso reddituri sumus rationem in die iudicij; & Sanctus Gregorius lib.6.Moralium in fine scriptum reliquit,in omni quod dicitur, necesse est, vt causa,tempus, & persona pensentur, si verba sententiæ veritas roborat, si hoc tempus congruum pullulat, si veritati sententiæ, & congruitati temporis non repugnat; Et ex nostratibus,quod sit maximum vitium,clericos esse loquaces dixerunt. Tiraq.in legibus connub.l.9.nu.39.Gabriel.Sair. in additionibus ad Romanum singulari 796. Guliel. de Benedictis in repet.c.Rainutius in verbo adiectæ.n. 78.de testam. Dominicus Nanus Mirabellius, & Bartholomeus Amatius in sua Poliantea in titulis de lingua, & loquacitate, qui tres vltimi multa circa istum defectum scribunt, ad quos me remit-

182 to; & quod nugacitas in ore Sacerdotum sit sacrilegium dixit Marc. Ant. Marsilius, columna in tract.de redditibus ecclesiasticis,c.31.nu.5.

Octauo,& vltimo,clerici debent esse eo modo, & tale,prout eos describit Isidor. in li.2.de Eccl. offic.c.2.quod retulit Gratiã.in c.his igitur.d.23.

183 dum dicit,his igitur lege patrũ cauetur, vt a vulgari vita seclusi a mũdi voluptatib.sese abstineãt; non spectaculis,non põpis intersint; conuiuia publica fugiant,priuata non tantũ pudica,sed sobria colant; vsuris nequaquam incumbant,neq; turpiũ occupationes lucrorũ,fraudisq; cuiusquam studiũ appetant amore pecuniæ quasi materiam cũctorum criminum fugiant,& sæcularia officia, negotiaq; abijciant,honoris gradus per ambitiones nõ subeant,pro beneficijs medicinæ Dei, munera nõ accipiant;dolos,& coniurationes caueant;odium æmulationem obtrectationem, atque inuidiã fugiant,non vagis oculis,non effræni lingua,aut petulanti,fluidoque gestu incedant,sed pudorem, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostẽdant; obscenitatem etiam verborum,sicut,& operum penitus execrentur, viduarum,& virginũ frequentationem fugiant,contubernia extranearũ fęminarum nullatenus appetant,castimoniã quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare, studeant,aut certè vnius matrimonij vinculo foederẽtur; senioribus quoque debitam reuerẽtiam præbeant, neque vllo iactantiæ studio semetipsos attollãt,postremo doctrinæ lectionibus,psalmis,hymnis,canticis exercitio iugiter incumbant; Tales .n.debẽt esse, qui diuinis cultibus se mãcipãdo student exhibere,s.vt dum scientię operam dant,doctrinæ gratia populis administrent, & tãdẽ debẽt esse irreprehensibiles, & tales prout scribit Simõ Maiol.in tract.de irreg.lib.5.c.2.n.5.vbi enumerat singulas corporis partes,& aduertit,i quo circa eas possit excedere,& propterea reprehendit.

184 Et quia clericatus non prouenit a natura, sed extrinsecè fit, in dubio nunquam præsumitur cap. presbyteri 68. dist.& ibi gl.c.legũ 2.q.1. Io.And. in c.scienti,de regular.Dec.in c.cum a Deo.n.13 de rescr.& in c.si scripturam,nu.47. de fide instr. Innocen.in c.super his in fi.de accus.Caua c.dec. 31.nu.602.li.2.vbi alios allegat,prout etiam multos alios congerit Tiber. Dec. in suo tract. crim. p.1. lib.4.c.9.nu.117.Claud. Tutius alleg.17.nu. 1.qui prout proximè relati alios adducit Alphõs. Aluar.in Spec.Pontif.iuris. c.35. vers. & notabis car.mihi 98.Calder.cons.12.n.2.in tit.de iud.Corras.in tract.de benef.c.1.n.4.in 15.to.tract.diuer. p.2.car.mihi 292. Menoc. qui multos alios alleg. in tract.de præsump.p.2.lib.2. præsumpt. 76.n.1. & cons.912.nu.3.lib.10.Brunorus a Sole in compendio resolutorio propositionum iuris, in verb. clericos non præsumitur,& in sua q.38.n.10. Vrsill.in adnot.ad Affl.dec.297.n.5.Mascar. in trac. de proba.concl.302.n.13. qui etiam alios allegat Hercul.in tract.de negot.n.92.Gomez super reg. cancell.in ti.de annal.possess.q.58.Alber.in l.non videtur.nu.11.ff.de regul.iur.Crauet. cons.72.nu. 2.vol.1.Dec.in c.cum a Deo.nu.13. de rescript. Cassa.cons.44.nu.13.Crauet.cons.72.n.2.Io.Vismont.cons.297.nu.2. sic etiam in simili dicimus,

185 quod in dubio quis non pręsumitur doctor;ideo qui se fundat in doctoratu, debet hoc probare tãquã fundamentum suæ intentionis, l.Diuus, ff. de milit.

milit. testam. Menoch.cons.301.num.6.lib.4.& in tract.de præsumpt.lib.2.præsumpt.48 num.2.Mascard. in tract.de prob.cōcl.527.quasi per totam;
186 Ita etiam est in notariatu, qui non præsumitur; nisi probetur, Innoc. in c.cum P. Tabellio de fide instru. Bertacch.in repert.in verb.notarius a quo creatur vers 4.Roland.a Valle cons.57.nu. 30.lib. 2. Mascard.in d.tract.de probat.cōcl. 193.num.8.
187 Et pari modo quis in dubio non præsumitur miles,& ita se asserens id probare habet.l.1.C.de appar. magist. milit. lib.12.Aufrer.in addit.ad Cappell. Tholos. dec.141.Mascard.in tract.prædicto concl.1054.n.1.Nec non etiam quis non presumitur nobilis,Bald. in l.nō ignorat C. qui accus. non poss.in c.1.§.si rusticus de pace tenenda,& ibi Afflict.n.6.Rip.resp.183.in tit.de diuers.rescrip.Cassan. cōs.64.n.11.vers.ad secūdū,& sup cōsuet.Burgūd. rub.4. §.19.n.5. & seq.Tiraq.in tra.de nobil. c 10. num.3.& seq.Rol.a Valle cons.67.num.27. lib.2.Soc.sen.cons.246.n.2.lib.2.Mascar.in precitato tract. de proba.cōcl.1090.n.1.Menoc.in tra. de præsum.li.6.præsum.60.n.1.Bimius cōs.109.n. 22.li.2.Fab.de Ann.cōs.8.n.1.Carp.super stat.Mediol.p.1.c.414.n.57.Feder.Prugm.Vltram cōs.50. n.594.li.1.Natta cōs.637.n.2 li.3.Carol Iallōg.noster Siculus in racemationib.iuris racemat.75.n.1.
189 Et horum omnium ea est ratio,quia qui dicit se qualificatum debet talē qualitatem probare, l. non ignorat & ibi Bal.& alij C.de ijs,qui accus.nō poss.Patia.in tra.cui incūbat onus proban.neg.lib. 2.c.34.nu.11.& seq.vbi ad hoc adducit alias rationes Alc. cōs.154.n.7.li.5.& cōs.14.n.17.li.7.Surd. cons.138.n.1.lib.1.Rol.a Valle cons.3.n.43.lib.1. Menoc.cōs.74.n.15.li.1.Marc.Mantuæ.cons.173. n.13.& cons.249.n.5.Rim iun.cons.10.n.44 lib.1. Bimius cons. 174. n.1.lib.2.
190 Fallit primo prædicta conclusio,quod clericatus in dubio non præsumitur;vt non procedat,qñ quis reperiretur in quasi possessione clericatus p longam,ac diurnam delationem habitus;quia tūc deferens habitum presumitur clericus Dec.in c.si scriptura,n. 48.de fide instr.Soc.in c.peruenit nu. 89.de sent.excomm.Ant.Gabr.in suis concl.in tit. de presum.cōcl.1.nu.36.Patia.in d.tra.cui incūb. onus proba.nega.lib.2.c.34.n.60.D.Flam.Paris.in tra.de resign.benefi.lib.6.q.4.nu.45.Crauet.in tra. de antiq. tēp.p.3.n.31.Masuil.in additt.ad Capyc. dec.161.n.5.Mascar.in tra.de prob.concl.304.nu. 1.vbi non solū dicit,quod per longā delationē habitus presumitur,verum ēt probatur clericatus;de quo dicam infra loco suo,& testes ad probandam istam antequam possessionē clericatus quomodo deponere habent,ponit Mascar.d.concl.304.n.2.
191 Fallit 2.quādo quis reperiretur in possessione beneficij tanquam clericus,quia etiā isto casu presumitur clericus, Rot. Rom.dec.13.in tit.de proba.in antiq.Bellā.dec.611.& dec.612.Gemi.cons. 91.Boer.dec.171. nu.13. quos omnes allegat Mascar.in tra.de proba.concl.302.n.16.& vltra prædictos idē dixit Menoc.in tra.de presum.lib.6.presumpt.76.num.19. qui allegat Spec.in tit.de præsump.§.1.in fin.Hostien.& Abb.in c.illud de præsum.Bald.in l.siue possidetis in 4.opposit.C.de proba.Lap.allegat.89.Bellam.dec.645.Barb.cons.26. col.4.lib.2.Abb.in c.sicut,vbi etiam Fel.n.20.de re iud eundem Fely.in ca.super hos nu.18.de accus. & cons. 2 nu.28.Alex.cons.184.nu.7.lib.7.Dec in c. 1.n.17.de fide instr.& cons.118.n.2.
192 Fallit tertio quando per aliquod tps, vel annos inseruijsset ecclesiæ vti clericus,& ibi exerceret officium pertinens ad clericū,quia talis in dubio præsumitur clericus,Anch.cons.117.Rot.Ro. dec.10.in tit.de rerum permut.in antiq.Fel.in c.illud n. 5.de præsump.Alex.cons.219.nu.25.in fi.li. 6.Claud.Tutius allegat.14.n.4.
193 Et sic præter in prædictis Fallentijs sequitur quod negatiua clericatus dicitur eo ipso,probata, quod contrarium non probatur;quia quilibet nascitur laicus, & in dubio laicus præsumitur,Cald. cōs.12.n.2.in tit.de iud. Bal.in c.fi.n.4.de presum. Rip. in c.2.n.4.de iud.idē Bal.in l.in action.§.plane n. 4.ff.de in lit.iuran.Crau.cōs.72.n.2.lib.1.Patia in tra. cui incumb.onus prob.negat.lib.2.c.34. n. 72. Brun.a Sole q.38.n.11.Et ideo excipiens,q actor non est clericus,nihil ex parte sua probare
194 tenetur,sed is, cui excipitur,debet hoc probare,c. legū,2. q.1.capit duæ,de c.er.Peregrin.capi.si iudex vbi gl.in verb.fecerit,de sentent.excomm.in l. 6.glos.in l.si qua per calumniam,C.de episc.& cle. Bal.in d.l.in actionib.§.plane,num.4.ff.de in lit.iurand.& in l.nō ignorat nume.7.vers.hoc ergo pre supposito,C. qui accus.non poss.& in cap.fin.n.4. de præsumpt. & in l.2. numero 80.C.de seruit. & aqua.Cyn.in l.1.in fin.C.vbi causa status,Innocēt. in cap.super his colum.penult.ver.sed quid dices, de accusat. vbi etiam Fely.numero 17.Zabbarell. cons. 13. numero 2.Abb.Panormit.in capit.fi.nu. 7.vbi etiam Fel.nu.1.de præsumpt.idem Panorm. in cap. bonę memoriæ,il primo,num.14.de elect. Dec. cōs.125 num.6.Ripa,in cap.2.nu.4.de iudic. Crauett.consil.72.num.2.& cons.134.num.40.lib. 1. Cassan.cons.44.num.13.Alciat.in tract.de præsump.regul.2.Boer.decis.171.num.17.Gramm.decis. 81. quos omnes allegat Iulius Patianus,in tra. cui incumbat onus proband. negat. libro 1. capit. 51. num.76.& lib.2.cap.34.nu.9.Et è conuerso actor agens, vti clericus tenetur ex parte sua cleri-
195 catum probare,Cardinal.in repet.capit.perpendimus,col. 6. de sentent.excomm.Dec.in c.cum a Deo de rescript.Egid Bellamer.dec.114.Ias.cons. 120. vol. 4. Roland.a Valle,cons.32 num.5 lib.2. Brun. a Sole in compend.resolut.proposit.iuris in verb. clericus non præsumitur & q.38.nu.10.Cassan. super consuet. Burg. rub.1.§.6.n.13.car.mihi 273. quæ duæ proximè conclusiones limitantur,
196 quando is talis reperiretur in quasi possessione clericatus,vt dixi paulo ante,& voluerunt Cassan. loco proximè citato Mascard. conclus.304.n.3.& Mœdan. decis.21.
197 Clericatus vero probatur diuersi modi,& primo probatur per literas testimoniales,seu dimissoriales episcopi attestantis se contulisse ordines illi,
198 qui clericum se esse dicit,Abb. in c.1.numero 3. de cler.peregr.Fely.in capitulo post cessionem,n. 3. & 15.de prob.Cassan.prædicto,§.6.numero 14. eadem carta,Gramm.decis.81.n.1.Roland.a Valle cons.4.nu.5.lib.1.Patian.in d.tra.cui incūb.onus proban. negat. lib.2.c.34.n.71.Couar.in lib.pract. q.c.33.

q. c.33.n.3.Mascard.in tra.de prob.concl.305.nu.1.Foller.super const.regni in ti.de apost.cap.appostatãtes,n.6.car.mihi 100.Iac.de Graff.in dec.aur.p.1.lib.4.cap.18 n.155.Decia.in tra.crim p.1.lib.4.c.9.nu.26.vbi asserit hanc probationẽ dici euidẽte,Surd.cõs.396.n.13.lib.3.Marcel.Cala in tra.de modo art. & proban.§.2.gl.vnica,n.687.Secus si hoc non attestaretur prælatus,sed alius nomine prælati,quia tunc eius litteræ non probarent cleri-

199 catum,Crauett.cons.134.n.41.lib.1.vbi loquitur in vicario attestante, quod in libro in quo erat solitum describi omnes ordinationes reperiebatur scriptum, quod quidam fuit tonsuratus & concludit quod ex hoc non probatur clericatus siue tonsura ; Quæ quidem literæ Episcopales ad hoc vt probent clericatum debent esse obsignatæ,& munitæ signo authentico , & ad talia consueto ipsius ordinarij siue Episcopi,& subscriptæ manu testiũ, Fel. in cap.post cessionem,n.3.de probat.Mascar.d. conclus.305.n.2.

200 Secundo clericatus plenè, & perfectè probatur per scripturam de ipso clericatu confectam , c.legũ 2.q.1.c.duæ de cler.Peregr.cap.si iudex laicus vbi gl.in verb.fecerit in fi.de sent.excomm.Patian.d.tra.cui incumbat onus prob.negat.lib.2.ca.34.num.41.

201 Tertio clericatus probatur ex cõfessione partis aduersæ,Phil. Frãc.in c.1.col.4.de eo,qui mitt.in poss.in 6.Rota Rom.dec.433.in antiq.Crauet.cons.93.nu.4.lib.1.Mil.in suo reper.in verb.probari non potest titulus, & in verb. possessor recuper. Patiã.d.c.34.n.66.Masc.in præcit.cõcl.305.n.6.Quod tamen procedit,quando essemus in pos

202 sessorio, quia tunc ad colorandum possessionẽ, cõfessio rei facta de clericatu actoris prodest ipsi actori,secus in petitorio,in quo quis ageret ad beneficium, quia cum pars non posset facere de non clerico clericum , sed ad hoc requiritur canonica promotio,sequitur vt tunc confessio partis aduersæ nõ probet clericatum Gemin. in c.1.n.6.de eo qui mitt. in poss. in 6.vbi etiam Philip.Franc.col. fi. vers. & aduerte,Crauet.d.cons.93.n.4.li.1.Patian.eodem c.34.n.67.Masc.præcit.concl.305.n.7. & 8. Rot.Roman.dec.408.in nouis,Bellamer.dec.183.Cappel.Thol.dec.423.Felv.in c.olim n.10. vers.limita secundo , de rescriptis.

Quod vltimum intelligas quando actor in possessorio vellet ex toto fundare titulum sui clericatus ex confessione rei,secus si non totũ vellet hoc fundare, sed solum vellet coadiuuare dubiam probationem de suo titulo factam:tunc enim legitimè posset se adiuuare ex confessione rei,& hoc etiam super titulo beneficij,Glo.in c.duobus in ver.si nõ appareat de rescr. in 6. vbi Gemi.nu.7.idem Gemi. in d. c.1.nu.6.de eo,qui mittitur in poss.& ibi etiam,Franc.col.fi.vers.secundo limita,idem Gemi. cons. 38.nu.3.Barbat.noster Siculus in c.tuæ, col. 10.vt lit.non contest. Fely.in c.olim nu.9. & 10.de rescr.Crauet.d.cõs.93.n.4. & 6. Mascar.eadem cõcl. 305.nu.10.Patian.in pluries citato tra. cui incũbat onus proban.negat.li.2.c.34.nu.68.Iterum intelligas , vt non stetur confessione partis aduersæ super titulo clericatus quo ad ipsum titulum fundandum , secus quo ad preiudicium ipsius contentis,& ad imponendum ipsi silentium,Crauet.d.cons.93.num.5.lib.1.Gemin.& Franc.in locis proxime allegatis in ca. fi. Patia.eodem c.34.nu.69.Rot.Rom.dec.245.alias dec.44.in titu.de testib. in antiq.Masc.concl.prædicta nu.9.

203 Quarto clericatus probatur per indicia,& argumenta cap. inter quatuor vbi Gl. in ver.per argumenta de Cler.Peregr.Boer.dec.171.n.25.Masc.in tra.de prob.d.cõcl.305.n.5.Masull.in addit.ad Capyc.dec.161.nu.8.Cæsar Bartius in Rota Bononi. dec. 3.n.3.Patian.d.c 34.n.70.

204 Quinto probatur communi opinione,& reputatione,vt si quis tanquã clericus ab omnibus fuerit communiter habitus & reputatus , dummodo talis opinio sit diurna,& non recens,Inno.in c.innotuit de eo,qui mit.in poss. DD.in ca.fin.9.q.2.Gemi.cons.91.Rot.Rom.dec.264.in antiq.Gabr.cõs.18.num.15.lib.2.Moedan.dec.21.n.3.in ti.de renunc.car.mihi 27.Cæsar Bartius d.dec.3.nu.15.vbi dicit,quod ita est receptum & obseruatum in palatijs. Quod tamen limitatur, quando aliqua ratio aliud suaderet,vt si quis fuerit illegitime natus,vel penitus illiteratus,Accorãb. dec. 21.lib.1. Gabr. cõs.prædicto nu.1.& ratio limitationis est, quia tunc cõtra istos tales vrget vehemens præsũptio,Bisegn.dec.2.in ti.de prob. Papazo in addit. ad Rot. Rom. dec. 2.nu.13.dec.2.nu.13.de filijs presbyter.Mascar.in præcit.concl.305.n.14.

205 Sexto clericatus probatur per famam concurrentibus aliquibus alijs adminiculis, vel coniecturis,Papazo eod. n.13.Masc.ead.concl.305.nu.11. & seq.quod posset exẽplificari in eo,qui per multum tempus inseruiuit alicui prælato.

206 Septimo probatur per testes , qui actui clericandi interfuerũt, si literæ clericatus sunt ammissæ,c. 2.& c.3.de cler.Peregr.Alex.cons.107.nu.7.vol.7.Bal.in c.licet,il 1.nu.4.vers.ista gl.de testib.vbi etiam,Fel.in fi,Guid.Pap.dec.474.Scribent.in l.si qua per calumniam,C.de episc.& cler.Bertac.in suo reper.in verb.clericus an probet,Affl.super const.apostatantes,n.12.lib.1.rub.3.de Apost.vbi etiam Foller.n.6.car.mihi 100.idem Foller.super ijsdem constit.in tit.de episc.& cler.c.itẽ si aliquis citatus n.14.car.mihi 81.Cara.super ritu M.C.V.ritu 235.n.21.& ritu 275.n.18.Mas.in tra de prob. concl. 303.n.1.& 11.Baiard.in add.ad Clarũ.in §. fi. q. 36.nu.22.vbi multos alios allegat Aluarez in specul.iuris Pontifac.35 vers.& tene mẽti car. mihi 98.in fin.Patia.in tra.cui incumbat onus probã. nega. lib. 2. c.34.n.63.qui etiam alios citat Rota Valle cons.4.n.5.lib.1.Decia.in suo tra crim.part.1.li.4.c.9.n.111.vers.& talem informationem,Couar. in lib. pra.q.cap.33.nu.3.Iac.de Graff.in dec. aur.p.1.lib.4.c.18.n.155.Mars.cõs.11.n.7.Sud.cõs.396.n.13.lib.3.Gramm.cons.110.n.3.in ciuil.Marcell. Cala. in tractat. de modo art.& proband.§.2. gl. vnica n. 687.licet contrarium & male tenuerit in eandem gl n.1550.vbi dicit,quod clericatus nõ potest probari per testes, sed per scripturam,& alios allegat; Quæ vltima opinio Marcelli Cala,& aliorum per eum relatorum posset fortasse intel-

207 ligi quando testes deponerent super collatione ordinum tantum, & simpliciter:prima vero quando testes deponerent super collatione ordinum & vltra

re ausi fuerint, præter prædictas pœnas excommunicationis gladio plectantur. Nec quævis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediat; Clerici verò beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes iuxta delicti, & contumaciæ perseuerantiam, & qualitatē, carceris pœna, suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda, alijsq; modis iuxta sacros canones puniantur: episcopi quoq; (quod absit) si ab huiusmodi crimine non abstinuerint, & a Synodo prouinciali admoniti se non emendauerint, ipso facto sint suspēsi. Hæc prædicta ferè sunt verba sacri Concilij Tridentini sess. 25. de reform. c. 14.

Secundum, quod ipsam clericalem dignitatē mul
63 tum offendit, & contaminat, est ignorantia, quæ reputat certorum malorum mater, & ideo in personis ecclesiasticis summopere est damnanda: vt expresse apparet in Concil. Toletano 4. canone 24. & habetur in c. ignorantia dist. 48. Aluarez in Spec. Pontif. c. 7. in vltimis verbis cart. mihi 25. Viu. decisio. 455. n. 3. D. Flam. Paris. in tract. de resign. benef. li. 4. q. vlt. n. 18. vbi dicit. quod ecclesia Dei odit viros illitetatos, & lib. 5. q. 3. n. 69. Vnde Leo. Papa in epistola 22. ad Clerum Constantinopolitanum dicebat, si in laicis vix tollerabilis est inscitia, quanto magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia. Et Diuus Hiero. super Aggeum Prophetam in c. 2. satis ad propositum dixit, sacerdotis officium est de lege interrogatus respondere, si sacerdos est sciat legē domini, si ignorat legem domini, ipse se arguit non esse sacerdotē Domini: sacerdotis. n. est scirem legem, & de ea ad interrogationē respōdere: & iterū in epistola 4. ad Rusticum monachū dicebat, si clericatus te titillat desideriū, discas, quod possis docere, & rationabilem Christo hostiam offeras, ne miles, antequam tiro, ne prius magister sis, quam discipulus, vt habetur in c. si clericatus 16. quæst. 1. Et quod scientia omnino requiratur in clericis, & cæteris personis ecclesiasticis liquidissimè deducitur ex ipsa sacra scriptura: vt in euangelio, vos estis sal terræ, & in Malachia Propheta capitulo 2. labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, & 1. Pet. capitulo 2. Vos genus electum, &c. vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum: & 1. Mach. c. 4. elegit sacerdo-
I tes sine macula voluntatem habentes in lege Dei, & Osiæ c. 4. Quia tu scientiam repulisti, repellā te, ne sacerdotio iungaris, Turrecr. in c. si laicis dist. 38 vbi dicit, quod de iure diuino requiritur scientia in
64 clericis, prout eum refert Illustriss. & Reuerendiss. D. Flam. Paris. in tra. de resignat. Benefi. lib. 4. q. 4. n. 7. Quod requiritur etiam de iure Canonico vt habetur in c. omnes in fi. 38. dist. & in c. nisi cum pridem, §. pro defectu, & de renunc. & ex naturalibus hoc idē dixerunt, Io. Hugo in tra. de offic. quatuor prælator. rub. qualiter debeāt esse iudices, n. 3. in 13 tom. tra. diuers. p. 2. car. mihi 296. Alphons. Aluarez in Specul. iuris Pontif. c. 7. in ultim. uerbis car. mihi 25. Iacobus Benius in tract. de priuileg. iurisconsult. priuileg. 24. nu. 4. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1. lib. 3. c. 6. num. 10. qui dicit, quod licet Glos. in cap. legi in verbo instructio, 16. q. 1. teneat, quod in monacho bonitas, & non scientia ut necessaria, nihilominus hodie, & monachi, & clerici debent esse scientia ornati; & quod si in laicis ignorantia est damnata, quanto magis debet damnari in viris ecclesiasticis; c. si in laicis, dist. 38. Menoch. in tra. de arbit. iud. casu 425. num. 47. Io. Hugo. in præci-
65 tat. loco n. 3. Et prædictorum ratio est, quia clericorum officium est, populum Dei docere, & ab errore eum remouere, d. c. ignorantia, Io. Hugo loco proximè citato Anastas. Germon. in tract. de sacrorum immun. lib. 2. c. 3. nu. 5. vbi dicit, officiū clerici est, docere, & pascere populum, vti gregem sibi commissum, quod dictum fuit originale Iustiniani in nouella 133. ideò si docendi acceptum officium exequi nesciant, in eis culpæ inferiorum refunderentur, Rot. Rom. dec. 881. in antiq. Marches. in tract. de commiss. p. 2. c. 8. n. 33. cart. mihi 557. Et in tantum est vera hæc conclusio, quod ignorantia in clericis sit detestabilis, & omnino debent esse scientia præditi: vt si quis clericus inueniretur litterarum omnino, inscius præsumatur non fuisse
66 promotus, ex quo tales nullo modo sunt promouendi, secundum Iustini: in Authen. quomodo oporteat episc. & c. quæ est in nouella 6. Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 425. nu. 48. vbi recenset eiusdem nouellæ verba, sed a clericatu, & ordinibus repellendi, c. præcipimus 34. dist. c. fin. de tempor. ordinand. in 6. c. fi. de ætate qualitat. ordinan. Spec. in tit. de dispensa. §. iuxta vers. scias quod est, Decian. cons. 14. num. 32. lib. 1. & Dom. Flam. Paris. in tract. de resignat. Benef. lib. 4. cap. fin. num. 20. & lib. 5. c. 3. num. 87. dicit, quod illiteratus circa ordines, & beneficia consequenda, est magis odiosus, quam homicidia, allegat Innoc. in cap. cum nostris de concess. præbend. & Dec. in cap. suscitatus de rescriptis. Et iterum eodem tract. lib. 4. q.
67 4. num. 5. vbi dicit, quod iste defectus est omnino indispensabilis, allegat Innoc. in c. dilectus, de tempor. ordinand. Fely. in c. in quæstionis de sentent. excomm. Diaz in pract. crim. canonica c. 18 vers. illiterati, Maiolus in tract. de irregular. lib. 1. c. 32. & Ant. Gambarus in tract. de authoritate le-
68 gati à latere lib. 7. n. 458. dicit, quod licet illiterati caracterem ordinis recipiant: monstra tamen sunt, & opprobrium in ecclesia Dei, D. Paris. in tract. de præd. lib. 5. q. 3. nu. 74. Lambert. in tract. de iure patro. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 24. num. 2. cart.
69 mihi 99. & clericus illiteratus, non potest obtinere beneficium, Lambert. loco citato num. 1. & per totum, immo si illud iam obtinuisset, & ha-
70 beret, cogi poterit renunciare, relaxare beneficium, quod iam obtinuerat, Hostiens. in cap. nisi cum pridem nu. 14. Bald. num. 3. & alij omnes de renunciat. idem Hostiens. in c. fin. num. 3. vers. sed etiam, de ætat. & qualit. & ordinand. & ibi etiam Abb. Panorm. num. 1. & 2. Fel. in c. si quando nu. 14. de rescript. Alphons. Hoiedo in tract. de incompatib. benef. p. 1. c. 24. nu. 29. in fi. Illustriss. & Reuerendiss. Dom. & Præceptor meus in almo studio Romano Flam. Parisius in tract. de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 18. num. 20. & 21. vbi dicit, quod hoc probatur etiam, in c. fin. de ætate, & qualit. ordin. & quod hæc conclusio procedit etiam in
* episcopo, & testatur de commu. * opin. & ratio
71 est quia collatio beneficij facta illiterato, & ignoranti

tanti est ipso iure nulla, Inno. in c. cum nostris, vbi etiam Abb. de concess. preben. idem Inno. in c. dilectus, de tempor. ordin. Fel. in cap. per tuas, col. 1. de Simon. Archid. in cap. nullus, de temp. ordin. in 6. Dom Paris. in tract. præd. lib. 4. c. 11. nu. 19. & lib.
72 5. q. 3. nu. 76. & huius ratio est, quia illiterati sunt incapaces beneficiorum, cap. illiteratus, dist. 36. c. penitentes, dist. 55. Rebuff. in tract. de pacifica possess. num. 261. Alphons. Hoiedo in tract. de incom-
73 pat. benef. p. 1. c. 24. nu. 28. Archid. in c. fi. qui 1. q. 7. D. Paris. d. q. 3. nu. 25.

74 Nec est necessaria eminens, exquisita, & suprema scientia in quolibet clerico, sed sufficit, quod sit aliqualis, competens, & mediocris, quæ tamen tanta sit, vt sufficere possit ad munus illud obeundum, & tractandum ad quod est promotus, cap. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. cap. oportet 8. quæst. 1. gloss. in Clement. 1. §. vt igitur, in verb. sufficientem, de magistris, Abb. in cap. extirpandæ, nu. 3. de præben. & in cap. venerabilis, num. 3. & 8. eo-
75 dem lib. vbi declarat, quæ sit scientia eminens, quę mediocris, & quæ sufficiens, D. Flam. Paris. in trac. præd. lib. 4. q. vlt. num. 23. & 24. Cepoll. in repet. l. si contra, num. 10. & seq. ff. de visucap. pro emptor. Io. Hug. in tract. de offic. quatuor prelat. rubr. quales debeant esse iudices, num. 4. in 13. tom. trac. diuers. p. 2. car. m. lii 256. Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 425. nu. 57. & 51. Trocius in tract. de perfecto clerico, lib. 2. c. 33. num. 4. vbi concludit, quod eminens scientia dicitur, per quam quis difficillimas quæstiones resoluit sine reuolutione librorum mediocris cum ipsorum librorum reuolutione, competens vero, seu sufficiens dicitur ea, quæ sufficit illi, de quo quæreretur secundum qualitatē status, in quo reperitur, attento illius officio, & beneficio, & considerata ecclesiastica dignitate; vnde alia requiritur, & sufficit in clerico simplici beneficiato, alia in curato, & alia in episcopo; ita cōcludunt in Doctores, in d. c. cum in cunctis de electi, & in d. c. nisi cum pridem, §. pro defectu, de renun. Trotius in d. c. 33 per tot. Lamber. in tract. de iure patr. lib. 2. p. 1. q. 9. art. 24. per totum. Gambarus in tract. de author. legat. de latere, lib. 7. nu. 459. Parisius, d. c. 11. nu. 25. & seq. Et propterea in sacerdo-
76 tio sufficit scientia canonum pœnitentialium, homeliarum, & huiusmodi, c. quando, & c. nulli, & c. quæ ipsis, 38. dist. c. si decreta, 20. dist. Quod etiam ordinauit Celestinus Pontifex Maximus, qui dum in 3. epistola scriberet ad Episcopos Calabriæ, dixit nulli sacerdotum licere canones ignorāte, quod ex nostratibus etiam notauerunt. Guiel. Dur. alias Speculator appellatus in tract. de modo celebrādi gener. Cōcil. rub. 30. n. 2. Gemin. in c. illiteratos, col. 1. vers. in presbyteris, 36. dist. vbi etiam dicit, quod non est necesse, vt ij sciant canones iudiciales, quia ij sunt solum iudices animarum, & non corporum, c. omnes de pœnit. & remiss. Menoch. d. casu 415. n. 49. qui ex Ang. in §. hæc de eo, in Auth. quomodo oporteat episc. & cler. refert Florentiæ fuisse determinatum, quod præsbyteri debent esse versati in sacris litteris, & ceremonijs, & alias fuit constitutum in Concilio Toletano, quod sacerdotes omnino callere debeant Theologiam, & canones, vt habetur in c. 1. & in c. nulli, & in c. omnes 38. d. & in c. statuimus 68. dist. Decian. cons. 14. n. 29. lib. 1. Circa quod Leo Papa in prima epistola dixit ignorare nunquam licuerit sacerdotem, quod canonum regulis est diffinitum, & S. Innocentius etiā Papa in epistola 5. ad Maximum, & Seuerum, Ecclesiasticorum canonum norma nulli debet esse incognita Sacerdoti.

77 At in cæteris ordinibus sacris sufficit, vt ordinandus sciat latinè loqui, & intelligere, quia si hoc nescit, non est promouendus ad subdiaconatus, vel diaconatum, Dom. de S. Gemin. in c. illiteratos, 36. dist. Menoch. d. casu 425. nu. 50.

78 Cæteri vero in minoribus ordinibus assumendis ex dispositione Sacri Concilij Tridentini, sess. 23. c. 11. de reforma. censentur illiterati, qui latinā linguam non intelligunt, cuius Concilij Tridentini hæc sunt verba, Minores ordines ijs, qui saltem latinam linguam intelligant per temporum interstitia, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, conferantur, ex quibus vltimis verbis, nisi aliud Episcopo, &c. Menoch. d. casu 425. num. 58. infert, quod Episcopus, poterit arbitrari, qualem promouere habeat, etiam quod latinam lingnam non intelligat; Ego vero (salua reuerentia tanti iurisconsulti) prædicta verba intelligo, vt per ea collatum arbitrium Episcopo in submouendis interstitijs, quibus interstitijs Episcopus ex causa poterit dispensare, quod clarius patet in eodem cap. Concilij Tridentini, de quo tamen cogita.

79 In confessarijs autem qualis, & quanta requiratur scientia, ponit Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1. li. 1. c. 15. per totum, & præcipuè, nu. 2. vbi dicit, quod confessarius tunc dicitur habere sufficientem sciētiam, quando scit distinguere inter peccatū, & non peccatum, mortale, & veniale ex genere; quia alia penitentia est iniungenda pro veniali, & alia pro mortali, & pro mortalibus alia, & alia secundum grauitatem eorum, & nu. 7. concludit, quod illiterati non debent admitti ad audiendam confessionem; si tamen de facto reperiuntur admissi, poterunt ligare, & soluere, licet tunc peccarent mortaliter acceptando confessionem.

Sed in prælaturis maior optatur scientia, cum prælati debeant esse instructi iure canonico, & sacra Theologia, vel saltim aliquo ipsorum, c. qui Episcopus, 22. dist. c. 1. & 2. 62. dist. Decian. cons. 14. num 27. lib. 1. & licet in prælatis scientia eminens
80 requiratur, nihilominus sufficiens, siue competens tolleratur, quia tunc defectum scientiæ, potest supplere perfectum caritatis, vt not. in cap. cum nobis olim, §. pen. de elect. Iacob. de Graff. in appendi. ad decis. aur. lib. 4. c. num. 25. & modernissimè hodie hoc est determinatum per sacrum Concil. Tridentin. sess. 7. cap. 1. & sess. 22. cap. 2. quod non nisi in vniuersitate studiorum magister, siue doctor, aut licentiatus in Sacra Theologia, vel iure canonico ad prælaturam promoueatur; sic etiam in Conci-
81 lio Basiliensi est ordinatum, vt ad Cardinalatus fastigium nemo possit assumi, nisi sit magister in Sacra Theologia, vel doctor in iure canonico, vel saltim licentiatus, vt dicit Gambar. in tract. de offic. & potest. legati, de latere, lib. 7. nu. 80. D. Flam. Paris. in tract. de resign. benefic. lib 4 c. 4. c. 11. nu. 26.
82 Ex quibus verbis Concilij Tridentini clarissimè

patet, quod doctoratus principis rescripto nullo
83 prævio examine ad dignitates, atque beneficia ec-
clesiastica non admittitur: quod etiam est disposi-
tum de iure canonico, vt refert Iac. Benius in trac.
de priuil. iurisc. priuileg. 1. nu. 8. p. 2. vbi dicit, quod
doctorati per rescriptum Principis, dicuntur do-
ctorati per abruptum, & quæ scientia requiratur in
cæteris ordinibus, & dignitatibus ponit D. Paris.
d. c. 11. nu. 27. & seq.
84 Quo verò ad Summum Pōtificem dico, quod ex
quo ipse est præpositus curæ totius Christianæ rei-
publicæ, oportet vt habeat longè maiorem scien-
tiam, quàm alij, Abb. noster Panor. in c. cum in cũ-
ctis, de elec. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1. li. 1. c. 15. n.
3. vbi dicit, quod pro eo sufficit præsumptio iuris,
quia præsumitur habere omnia iura in scrineo pe-
ctoris, c. 1. de cōsti. in 6. & ibi gl. in ver. habere, in fi.
Quam quidem scientiam, & literarũ experien-
tiam considerans sacrum Concil. Trident. sess. 24.
85 c. 12. (licet non præceptiuè, sed hortatiuè) dispo-
nit, vt in prouincijs, vbi commodè fieri potest, di-
gnitates omnes, aut saltim dimidia pars canonica-
tuum in cathedralibus ecclesijs, & collegiatis insi-
gnibus conferantur tantum magistris, vel doctori-
bus, vel etiam licentiatis in Theologia, vel iure ca-
nonico. Et prædictorum ratio est, quia viri sciētia
86 præditi melius inseruiūt Ecclesiæ, eiusque iura de-
fendunt, quam simplices, & idiotæ, c. cum ex eo, de
* elect. in 6. & voluit Fulg.* in l. qui sub prætextu, C.
de sacrosf. eccl. quem referendo sequitur Decian. d.
cons. 14. nu. 26. & 30. lib. 1. Hinc dicebat Io. de Li-
gnan. in tract. de plurali. benefic. relatus ab eodem
Decian. in cons. prædicto, nu. 37. quod plus prodest
87 vnus doctus decem ecclesijs, quàm decem indocti
vni ecclesiæ, ad quod dicendum mouetur per text.
in cap. constitutis, il 2. de app.
88 Vnde cum Ecclesia Dei maximè viris litteratis
indigere dignoscatur, per quos mundus totus illu-
minatur, c. cum ex eo, de elec. in 6. c. fi. de magistris.
Auth. habita, vbi Doctores, C. ne fil. pro patre, gl. in
extrauag. execrabilis Ioannis 22. in verb. viris litte-
ratis, de præben. & dignit. Marchesf. in tract. de cō-
missio, p. 2. c. 8. nu. 33. car. mihi 557. Do. meus Pari-
89 sius in tract. de resign. lib. 4. c. 11. nu. 17. ob id mul-
tum fauet ipsis viris litteratis, eisque multa conce-
dit priuilegia, c. de multis in fi. de præben. vbi Abb.
idem Abb. in c. licet, eo. ti. & Gemi. in c. cum ex eo,
de elect. in 6. satis ad propositum dixit, quod expo-
90 situm per clericos ratione studij, dicitur exposi-
tum in vtilitatem Ecclesiæ, sequitur Fel. in c. cum
M. Ferrar. in gl. in ver. per industriam de constitut.
Dec. d. cons. 14 num. 34. li. 1. vbi etiam ex Hostiens.
in prohe. suæ summæ in §. vnde, vers. ciuili, dicit,
91 quod studijs canonum incumbentes non parum
mærentur, quod dictum refert, Iaf. in l. 1. in pen. col.
ff. de iusti. & iure. & ideo ex hac causa motus in c.
18. sessio. 23. de reformat. sacrum Tridentinum
Concilium determinauit, vt in qualibet diœcesi
erigatur vnum seminarium pro instruendis adole-
scentibus, quod prius fuit exequutum per Grego-
rium Decimum tertium Pontificem Maximum,
92 qui tum in Alma Romana vrbe, tum etiam in di-
uersis alijs externis prouincijs multa erexit semi-
naria, & diuersarum nationum, ex quibus semina-
rijs quotidie multi, atque multi producuntur viri
doctissimi in diuersis professionibus, & præci-
puè in sacra Theologia, & in hac Vrbe Panor-
mi pro exequutione eiusdem sacri Concilij fuit
93 erectum seminarium propè palatium Archiepi-
scopale per quondam Illustrissimum, & Reueren-
dissimum Don Cæsarem Merulla Messanensem,
huius Vrbis dignissimum, atque vigilantissimum
Pastorem, virum quidem magnæ experientiæ, &
irreprehensibilis vitæ, cuius anima requiescat
in pace.
94 Et eandem rationem dicimus, quod legatum
factum alicui pro se manutenendo in studio, vel
pro emendis libris causa studij, dicitur pium; scri-
bentem omnes, & præcipue Ripa, & Socin. iun. in
l. 1. in fi. ff. solut. matr. Rim. iun. cons. 117. nu. 13. &
14. lib. 2. Hond. cons. 57. num. 9. li. 2. Caualc. in tract.
de vsufr. mulier. relicto num. 226. vbi dicit, qūod ex
95 tali legato non detrahitur falcidia, si legatum est
pro studio Theologiæ, Surd. in tract. de alim. tit. 5.
q. 20. num. 9. Tiraq. in tract. de pia causa, in præfat.
vers. item relictum causa studij; Doctores in Auth.
habita, C. ne fil. pro patre, Decian. cons. 14. nu. 12.
li. 1. Bartius dec. 25 nu. 19. Adden. ad Bar. in l. fidei-
commissa, §. Stichus, in lit. A, ff. de legat. 3. Iaf. in l. 1.
ff. solut. matrimon. vbi hoc limitat in studio sacræ
Theologiæ, & in l. apud, §. constat, num. 15. & 16.
ff. de legat. 1. Horatius Lucius in tract. de priuileg.
scholarium, priuil. 1. in 18. tom. tract. diuers. car. mi-
hi 72. vbi dicit, quod hoc idem procedit in studen-
tibus iuris ciuilis, quæ omnia dicta in studentibus
sacræ Theologiæ, procedunt etiam in studentibus
iuris canonici, quia hodie ad ecclesiam bene re-
96 gendam non minus prodest ius canonicum, quam
Theologia. Hostiensis in cap. 1. quem alij Docto-
res sequuntur, de consanguin. & affinit. Iac. Benius
in tract. de priuileg. Iurisconsult. priuil. 15. nu. 4. p. 1.
immo (quod plus est) idem Hostiensis, & Io. And. in
97 d. cap. 1. dixerunt, quod ecclesia Dei non posset re-
gi per puram, & solam Theologiam absque facul-
tate canonica, quod dictum refert, & sequitur Eue-
rard. in Topica iuris, in loco ab author. num. 8. &
ex Theologis hoc idem dixit Melchior Cano. in
tract. de locis Theologiæ, li. 8. c. 6. dum voluit sciē-
tiam iuris canonici esse necessariam Theologis,
maximè ad interpretationem iuris naturalis, & di-
uinis, quod secus est, quoad spiritualitatem, & tui-
tionem fidei, ita Mart. de iurisdict. p. 2. c. 7. nu. 15. &
Iacob. de Graff. append. ad decis. aur. lib 4. cap. 1.
num. 45. dicit, quod Prælatus debet esse magis do-
98 ctus in iure Pontificio, quam in Theologia; &
ideo cum Episcopus examinatur, debet examinari
super iure canonico; & dicit ēt, quod bonus Cano
99 nista poterit prædicare; & iterum eo. li. c. 4. nu. 16.
dicit, ꝙ Prælatis est multum necessaria scientia iu-
100 ris canonici, cū tēdat de directo ad regimen ani-
marum, & Siluest. in summa, in verb. doctor. n. 4. 5.
101 ius Canonicum, Theologiam practicam appella-
uit, Benius in tract. de priuil. Iurisconf. priu. 15. n. 4.
102 p. 1. Hinc fit, quod doctor in iure Canonico præ-
fertur in collatione beneficij doctori in Theolo-
gia, quando beneficium est in partibus, vbi nulla
adest hæresis, vel hæresis suspitio, prout est in isto
Regno Siciliæ, Fel. in c. fi. n. 2. de magistris, Euerar.
in to-

in topica iuris in loco ab authoritate nu.8. Trotius in tract. de perfecto Clerico lib.2.c.33.nu.6.Io.Lopez in repet.c. per vestras in 3. not.§. 26.nu.16.de donat. inter virum, & vxore, Rebuff. in concordat. Galliæ tit. de reg. ad prælaturas nominat. in glos. in verb. licentiatum, & in c postulasti, num.204.de sent. excom.Iac.de Carolis in gemmato pauone in consil. vnico, post prohem.n.14.Io. Boias in tract. de hæret. p. 1. num. 389. Petr. Lesnader. in tract. de priuil. Doctorum p. 3. q. 1.cart.mihi 24. vbi et
103 dicit, quod doctor Canonista præfertur doctori iuristæ, & quod doctor in vtroq; præfertur in vna tantum scientia doctorato; quod dictum deducitur ex text. in cap.1.de tregua, & pace,& in l.fin.C.de adopt. & voluit gl.in c.placuit 16.dist.cum alijs ad ductis per Tiraq. in tract.de nobil. c. 5.num. 8.Iac. Benius in d. tract.de priuil.iurisconf p.3.priuil. 1.n. 25. & 27. vbi dicit,quod si quis in vno studuerit, & in vtroq;promoueatur,vt sunt aliqui qui doctorantur in iure pontificio, qui tamen prorsus canones ignorant, per hoc non debeat præferri doctoribus iuris Canoni, ex quo gradus ille est inualidus, allegat Anch. in c.1.col.2. de parroch.Oddo,conf. 14. n.36. li. 1. Io.Staphil.in tra. de prærogat. expectat. §.seu sectione,secũdo principaliter,n.21.Petr.Reb. in tracta.de nominat.q. 5.n. 9. & litteratus cæteris paribus ad dignitates, & non alia officia est præferendus, l.2. C. de pact.Paul.Montan.in tract.de tutel.c 35. reg.1.n.161.& litteras nescire dicitur,qui nescit legere, & scribere, vt idem Montan.nu.160. referens Borellum conf.16.per tot.Et redeundo ad nostrum institutum scilicet,quod Clerici debent esse litterati, dico, quod licet alias in c. extirpandæ §. qui vero, de præbend.sit constitutum; vt omnes beneficiati, qui habent curam animarum, teneãtur in proprijs ecclesijs residere, alias priuantur fru-
104 ctibus ipsorum beneficiorum,c. tuæ fraternitati, de cler. non resident.Gl.in c.cum omnes, in princ. de constit quia ex eo beneficia cõferuntur,ut omnibus de relictis Deo Opt. Max.ministerio inhæreãt,
105 l.generaliter in fi.C. de epi. & cler. nihilominus tamen clericus, qui est absens causa studij, & existit in publicis gymnasijs, habetur pro præsente,&
106 pro residente; nec poterit beneficio priuari propter talem non residentiam, & fructus ipsius beneficij consequitur, prout præsentes, præter distributiones quotidianas, est tex. in c. super specula, & ibi cõmuniter scribentes de Magistris, Abb.Pan. in d.c.tuæ fraternitati, & in c.relatum, de clericis non residentibus Fel in c. fi.de Magistris, nu. 2.vbi etiam Io. Andr.nu.8.& Socy.n.8.idem Abb.Panor. in c.licet nu.5.vers. an autem studens de præbend. Oldrad. conf.17. per tot. Ant. Piaghia in tract. de consuetud. q. 11.nu.262. Decian. in pluries citato conf. 14.nu.36. lib. 1. Staffileus in tract. de litteris gratiæ in titu.de vi.& effectu clausulæ vers.post dicta verba n.2.Cephal.conf.83.num.6.lib.1. Paul.Fuscus in sing. lit.A.nu. 3. Pet. Lesnauder. in tract. de priuil.Doctorum p.2. §. 22.cart.mihi 21.Lælius de Zanch.in tract.de priuil.eccl.priuileg.77. n. 7. Menoch. in tract.de arbi.iudicum casu 425.n 27. Bar. in l. quæsitum nu.3.ff.de leg.2.& in l.si cui annũ, ff. de annuis legatis,Doctores cõiter in l.1.ff.sol. mat. Horat. Lutius in tract.de priuileg.scolarium priuil. 10. in 18. tom.tract. diuers.cart. mihi 73. Graff. in append.ad decis.aur.lib.4.c.4.nu. 17.Iacob. Benius in tract.de priuilegijs iurisconsultorum p. 1.priuil. 15.n.1.vbi dicit, quod licet aliqui tenuerint, quod hoc vendicabit sibi locum in tantum in studẽtibus, nihilominus veritas est, vt procedat etiam in professoribus ob vniuersalem vtilitatem ecclesiæ, & n. 8. dicit, quod si absens est pauper obtinebit etiam distributiones quotidianas, & est Regulare, quod absens causa studij habetur pro præsente l.quesitũ, & ibi Bar.ff. de leg.3. l.Sciæ,§.Pamphil.ff.de fundo
107 instruc. Horat. Lucius d. priuil. 10. Et prædictæ conclusionis ratio est, quia absens causa studij, dicitur abesse propter publicam vtilitatem, Bald.in l. sed,& si per prætore in prin.ff.de rest. in integ. vbi etiam Alber.n.3.Dec.in c. ex literis, n.9. de consti. Boer.dec.16.nu.20.& 22.Ant.Vrsill. in §. rursus,n. 5.instit.de act. Oddo in tract.de rest. in integr. q. 7.
108 art. 14.n.123. Vnde is talis gaudet commodis, & priuilegijs eorum, qui præsentes sunt, c.de quibusdam,& quod ibi not. Gl.Archid.& D.de S. Gemin. 37. dist. c.fin.de magistris, c.2.de priuil.in 6.c.licet de præben.Oldr.conf. 220.in fi. Calder. conf. 8.de offic. leg.cum alijs, quos allegat Horat. Lutius d. priuil.10.Oddo d.q.7.n.121. & seq. vbi dicit, quod
109 poterit restitui in integrum,& multa congerit circa absentiam causa studiorum, prout obligari monasteriũ pro nuntio ex causa necessitatis in studio, quando ibi manet de licentia, & dispensatione abbatis,Abb.in c. quanto,n.5.de offi.ordi.& in c.cum contingat n.24..de foro competẽt.secus extra cau-
110 sam suæ necessitatis, vt ibi Abbas. Et supradictorum ratio ea est, quia scilicet non minus, dicuntur seruire ecclesiæ ijs, qui docent, vel student, quam cæteri diuinis officijs interessentes, Abb. in c.licet in fi.de præbendis, & ista dispensatio, seu priuile-
111 gium absentibus causa studij dicitur esse secundũ ius; Gamb.de offic.legat.car.219.n.56.
112 Et non solum clerici debent esse versati in sacra Theologia, & iure Pontificio; sed etiam debent scire humanas literas; Turrecr.in c.1.nu.1.37. dist. Vbi dicit, quod eis licet erudiri literis sæcula-
113 ribus, & si haberet aliquod officium in ecclesia debet omnino scire, quod pertinet ab tale officiũ; vt si est cantor debet habere scientiam cantus, & sic de similibus, Card. Alex.in c.illiteratos 36.dist. Io.de Selua in tract. de benefi.p. 3. q.5.num. 56. in 15.to.tract.diuers.p.1.cart.mihi.56.
114 Et hoc ita, & taliter debet scirem, quod aliter eorum ignoranta est peccatum mortale, Siluest. in sum.in verb.ignorantia n.8.Gaeta.& Rosell.etiã in suis summis in eo.verb.n.1. & Armilla in d. ver. num.3. Sebast. Medices in summa de peccat. p.1. titu.5.q.36.in fi.vbi dicit, quod isti tales peccant in omittendo, quia ommittunt scire ea, quæ ad eorum officium spectant; & ideo Cardin. in Clem. 1. in 2 q.de celebratione missarum, quæ sequitur Bertach. in suo repertorio in ver. clericus dicens of-
115 cium, affirmauit quod clericus dum recitat officium, si illud nnn intelligit, peccat; quia hoc scire tenetur Io.Bapt. Costa in tract.de ignoran. iuris, & facti regul. 2. num. 1. vbi dicit, quod ignorantia
116 non excusat, quem decet ex officij ratione inuestigare; & ideo iudex iudicans contra ius cla-

rum,& expressum,per ignorãtiam,& imperitiam,
117 tenetur quasi ex maleficio, & facit litem suam,
vt instit.de obl.quæ ex delict. nascun. in prin. & in
l.ex maleficijs,§.si iudex,ff de act.& obl. Bar.& alij
in l.fi.C.de pœnis iud.qui male iud. Nat. conf.172.
n.8.lib.1.Paris.in tract.de sindic.in verb. iudex ma-
118 lè iudicans c.2.n.1. vbi dicit,quod ignorantia iu-
ris ciuilis, vel canonici, vel positiui iudicem non
excusat a toto,licet a tanto, & quod punitur si ma-
lè iudicat,allegat tex.in l.si iudex de varijs cognit.
l.si filius,de oblig.quæ ex quasi malef.& iterum di-
cit, quod talis ignorantia, & imperitia æquipara-
tur culpæ, l. si quis fundum, §.si quis vitulos, ff.lo-
cat.Quia turpe est in iudice ignorãtia iuris, in quo
versatur,l.1.§.seruus,ff. de orig. iuris, Iulius Cæsar
Imbrianus in tract. de iudice regni, dialogo 2.nu.
119 44.qui dicit,quod ignorantia quoad eos,qui alijs
præesse volunt in detestabilium numero, & plus
vltra computabitur, cum in ijs, nec excusatione,
nec venia digna sit, cap. scriptura de consecr.dist.
120 2.cap.fin.37.dist. & iterum,num,72.dicit, quod
debet puniri arbitrio iudicis; & quod non dicitur
extra culpam,allegat glossam magnam in l. si quis
per imperitiam,ff.de euict.Farin.in tract.crim.par.
121 3.q.87.num 47. vbi dicit, quod iudex,qui culpo-
sum homicidam ad mortem indebitè condemna-
uerit propter imperitiam, debet & ipse decapita-
ri,allegat Dec.in l.in actionibus,num.19. vers. ad-
de etiam casum, ff. de in lit. iuran. Mars. in l. lege
Cornelia,nu.4.ff.ad l.Cornel.de Sicar.Sal.in l.1.nu.
5.in fi.vers.fallit ratione officij,C. deposit. Bertac.
in reper.in verb. culpa lata sub num. 31. Diaz reg.
540.in 5.& 6.limit.Pet. a Plaza in epit. delict. cap.
26.num.4.vers.quod si negligentia Medici, Farin.
q.111.nu,379. vbi allegat Io.Fab.in §.1.nu.2.vers,
si tamen per dolum instit. de obligat. quæ ex quasi
delict.nascun.Alber.in l.2.num.2.in fi. & num 3.ff.
quod quisque iuris,Bald.in rubr. de pœnis iud. qui
malè iudica. num. 6. & alios doctores, breuitatis
gratia prætermittam; & iterum eademque q.111.
num 479.Cara.latè in tract.de locat.& conduct. p.
4.q.3.per tot.car.mihi 163. & seq & iterum,p.5.in
tit.de si primo gradu accidentalium, nu.1. car. mi-
122 hi 245. & quod dictum est de iudice procedit in
quolibet artifice,qui si per imperitiam,& ignoran
tiam errauerit in eo, ad quod est conductus, tene-
tur omne damnum emendare; quia ex quo locat
operas suas, videtur asserere se esse in illa arte
peritum,§.imperitia, & quod ibi not. Io. Faber. &
cæteri scribentes instit.ad l.Aquil.Caualc. dec.26.
nu.5.lib.1.Carpan.super statut.Mediol.p.2.c.398.
n.220.Iulius Cæsar.Imbrian.in d.trac.de iudice re-
gni,dialogo 2.nu.72.Caroc.in trac. de locat.& cõ
ducto,par 4. in tit. de imperitia agrimensoris, per
totum.& in titulis sequentibus etiam per totũ car.
mihi 164.& seq. quod etiam procedit in medico,
123 qui si per imperitiam, & ignorantiam ægrotum
occiderit,tenetur de occiso,& poterit puniri pęna
vltimi supplicij,Ripa in tract. de peste in tit.de re-
med.ad curandam pestem,nu. 66. Gomez in 3.to.
variar.resolu.c.3 num.16.in fin.vers. & idem est in
medico, vel Chirurgico. Petr. a Plaza in epitome
delic.c.26.num.4 in princ.& in vers. quod si negli-
gentia Medici,cum alijs, & quos congerit. Farin.
d.q.87.num.45. & si infirmus non moreretur, tunc
teneretur ad interesse, Glo.in §.præterea instit. ad
l.Aquil.Felyn. in cap. tua nos, de homic. Additio
ad Dynum in reg.non est culpa in 6 Beninten.dec.
9.Caroc.in trac.de locat. & conduc. p.7.tit. de se-
ptimo gradu accident,nu.8.car.mihi 245. Caualc,
dec.26.nu.16.lib.1.
124 Et vt reuertar ad meum institutum, dico, quod
ignorantia non solum in clericis; verum etiam in
sæcularibus est causa peccati,D.Tho.in 2.2.q. 76.
art 1.& 1.q.de malo,q.3.ar.6.& in 2.dist.22. art.4.
& si est voluntaria,non excusat peccatum,c.excel-
lentissimus 11.q.3.& præcipui in ijs,quæ quis scire
tenetur,de pertinentibus ad fidem, de quibus per
S.Tho.in 2.2.ar.5.& 38.dist. c.fectina & ibi gl. 24.
q 1.vbi habetur,quod si quis propter ignorantiam
errat in articulis fidei,non excusatur;ex quibus ap-
paret, quam diabolica fuerit illa Iuliani Apostatæ
Imperatoris inuentio,qua præcepit,vt nullus Chri-
125 stianus admitteretur in generali studio ad do-
cendum, vel addiscendum, vt meminit Cassan. in
Catalog.gloria mundi,p.12.consider.17.ver. Iulia-
nus; & pluriquam diabolicum fuerit institutum ad-
ditum a pessimo illo hæretico Ioanne Kuclesf. in
suo errore 29. qui in eo damnabat vniuersitates,
studia,collegia,graduationes,magisteria; cuius er-
roneum dictum merito damnauit Martinus Quin-
tus Pontifex Maximus per suam Bullam, de quo
127 errore, & contra illum scribit Alphonsus de Ca-
stro aduersus hæreses in verb.studia generalia. Et
pro conclusione, dico, quod clerici laicis scientia
præcellere habent,Turrecr.in c.qualis nu. 2. 8. q.
1.Aluar.in Speculo iuris Pontif. c.7.in vltim. verb.
car.mihi 25.Sed non propterea simplices Sacerdo
tes,qui doctrinam non habent,non sunt honoran-
di,& venerandi; dicit.n.tex. in c.cum ex iniuncto,
§.licet, de hær. quod non est simplicibus sacerdo-
tibus etiam a scholasticis detrahẽdum, cum in eis
sacerdotale officium debeat honorari. Dur. in ra-
tionale,in proœ.nu.5. & est faciendum prout faci-
mus de aliquibus magnatibus,qui licet sint ignari,
& ignarissimi,nihilominus, quia sunt nobiles, titu-
lati,vel diuites,ab oib.obsequiantur,& venerantur;
& sic patet quod potius veneratur dignitas,in qua
reperiuntur,quam qualitas personæ exposceret.
128 Vnum tamen non omittam, quod vbi Doctor
in sacra Theologia, in iure canonico, vel ciuili est
promouendus ad aliquem ordinem, dignitatem,
officium,vel beneficium, non esset examinandus,
licet alias in tali gradu, & beneficio obtinendo re-
129 quireretur examen, quia semel approbatus non
deberet amplius examinari, nisi aliter cautum es-
set,& merito pluribus de causis, c. de Petro 47. d.
Petrus Laderan.in tract.de priuil. Doctorum, p 4.
q.28.Petrus Cenedes in collectan. iuris cano. p. 1.
collect.15.nu.3.car.mihi 23.Iulius Cæsar. Imbr. in
trac de iudice regni,dialog.2.num. 85. Iac. Ben.in
tract de priuil.iurisconf.p.4.priuil.31.nu.1.
130 Tertium, quod non parum offendit dignitatem
clericorum,& ecclesiasticarum personarũ est aua-
ritia, quæ idolorum seruitus appellatur ab Aposto-
lo Ephes. c.5. & est text.in c. cum omnis 1. q.1. c.
131 auaritiæ, vbi Doctores, de præben. Namque se
cundum sanctum Gregoriu,in moralibus,lib.9.c.2,
auari-

auaritia est radix cũctorũ malorũ, vt habetur in c. bonorum 47. dist. & clarius adnotauit gl. in c. quia radix de pœnit. dist. 2. Et cũ sit malorũ omniũ causa a sacerdotibus, & viris ecclesiasticis omnino est
132 fugienda; ne in ipsis verificetur, quod Micheas Propheta dicebat, c. 3. ib.; sacerdotes eius in mercede docebant, Hinc Maguntinum Concilium canone, 10. clericos admonebat dicendo, amorem pecuniæ quasi matrem cũctorum criminum, c. his
133 igitur 23. dist. & in c. virum 47. dist. dicitur virum catholicu, & præcipue Domini sacerdotem nullo errore implicari. ita nulla oportet cupiditate vio-
134 lari. Immo sacrum Concilium Trident. sess. 21. de reformat. c. 1. vult, vt non solu auaritiã a ministris ecclesiæ arceri; verum etiam eius suspitionem, quod etiam tradiderunt Diuus Ant. in summa p. 3. tit. 13 c. 3. §. 11. Trotius in tra. de perfecto clerico c. 51. num. 12. & seq. lib. 2. Marc. Ant. Mars. columna
135 in tract. de reddit. ecclesiast. p. 2. c. 20. nu. 12. Ignominia namque sacerdotis est, proprijs studere diuitijs: c. gloria episcopi 12 q. 2. Arelatan. Concil. prim. canon. 12. & Concil. 2. canon. 14. & Concil. Cartag. primum canon. 13. & Concilium Aquisgranense tempore Ludouici Pij, celebratum canone 61. & Conciliu Parisien. tepore Gregorij IV. Sũ-
136 mi Pontificis in lib. 1. can. 13. Cæca enim hæc animi passio, & inordinata cupiditas, & auaritia passim nonnulla damna, & scãdala generat. Quod si generaliter in omnibus extraditis per sãctũ Ant. in summ. p. 2. titu. 1. c. 1. & seq. præcipue tamen in viris ecclesiasticis maiora producet; vt in pluraliter beneficiorum, præbendarum, & dignitatũ colligi poterit, vt ad auctoritatem de pluralitate bene-
137 ficiorum scripserunt, Io. de Lign. Nicolaus Gimõteus, & alij, S. Ant. vbi sup. p. 3. tit. 15. c. 1. & per totum, & præci. §. 6. Sotus in tract. de iustit. & iure l b. 3. q. 6. art. 3. Trotius in d. tract. de perfecto clerico, lib. 2. c. 45. & 46. Lamb in tract. de iure patr. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 15. & licet ex dispensatione Sũmi Pontificis aliqui obtineant plura beneficia nihilominus hæc dispensatio, vt plurimum est potius extorta per exquisitos modos, & sub reptitie impetrata, quã legitime obtenta, prout aduertit Ioannes Papa 22. in extrauag. execrabilis de præben. & vt plurimum impetratur sine causa, vt considerat Petrus Rebuffus in concordant. Galliæ in tit. de forma mandati Apostolici in Glos. in verb. dispẽsationũ ver. vnũ tamen dicebat, quo casu ita dispensati sine causa nõ sunt tuti quo ad Deum, Glos. in cap. non est, in verb. adimplere de voto. Nauar. in manuali, c. 12. n. 76. vers. nemo, Couar. in 4. despõsal. p. 2. c. 6. §. 9. n. 7. Io. Royas in epit. succes. c. 23. n. 8.

Et non solum auaritia aliquorũ clericorum inducit eos ab obtinendum plura beneficia per fas, & nefas, & cum illegitima dispensatione, & sine, ita, & taliter, quod alij abundant, & cum maximo omniũ scandalo, pompis, ac vano apparatu, & famulorum caterua exuberant: alij vero esuriunt, & quotidie fame affliguntur; eosdem etiam ad simoniã pronos facit, qua spiritualia, & diuina, sicut
138 terrena vedunt, & emunt, prout videtur innuere S. Antoninus in summa, qui immediate post tractatum de auaritia, statim ponit tractatum de simonia, quasi per continuationem dicat, quia propter auaritiam deuenitur ad simoniã, ita habetur, p. 2. tit. 1. c. 4. & seq. vnde a clericis, & personis ecclesiasticis summopere est fugienda auaritia, quæ secundum Alphonsum de Castro in tra de iusta hæreticorum punitione, lib. 3. c. 1. vers. altera hæresum radix; & secundum Corrad. Brunũ in tract. de heret. lib. 1. c. 5. n. 22. & seq. est vna ex precipuis causis hæresum in ecclesia Dei, ex quo .n. in ec-
139 clesijs sicut in Romano Imperio creuit auaritia perijt lex de sacerdote, & visio de Propheta, ita dixit S. Hieronymus, prout est relatum, in c. diaconi sunt, §. nunc autem vers. hincq; cogitant propter sacerdotum auaritiam 93. dist. Ideo pro scedanda tali mala opinione caueant clerici ab isto peccato, vt reddant omnino mendaces eos, qui dicere solent clericorum auarissimũ genus, prout dixit Socin. sen. cons. 15. nu. 18. lib. 1.

Et non solum clerici debeant esse casti, & literis ornati, & non auari, vel tenaces verum etiam debent habere multas alias optimas partes, & qualitates, & Primo debent esse sobrij, & honesti,
140 & a crapula penitus alieni, ne sint de numero illorum, de quibus dicit Apostolus ad Philipp. 3. quod sunt inimici Crucis Christi, propterea quod eorum Deus venter est, a quibus decet nos caueri, vt habetur in cap. a crapula de vit. & honest. cler. c. vinolentum, & c. ante omnia 35. dist. circa quod idem Apost. ad Colossenses scripsit, nemo uos iudicet in cibo aut potu; & ad Ephesios, c. 5. nolite inebriari vino, in quo est luxuria, & Lucæ c. 21. Christus discipulos admonebat dicens, Attendite autem uobis ne forte grauentur corda uestra crapula, & ebrietate, quod & sancta mater Ecclesiæ quotidie admonet in hymno primæ horæ canonicæ, dum dicit carnis terat superbiam, potus, cibique parcitas: immo dum ponit en-
141 comia sanctorum confessorum in hinno uesperorum ipsorum dicit sobrius, castus, &c. & ideo Abb. noster Panormit. in d. cap. a crapula num. 2. de uit. & honest. clericorum, dicit,
142 quod clericus assiduè se in ebrians peccat mortaliter, & hoc per text. notabilem in c. uinum, & alias, dist. 25. quem sequuntur Ripa in l. generaliter num. 72. & 73. C. de reuocan. donat. Anton. Scappa in tract. de iure non scripto c. 63. nu. 5. lib. 1. Sebast. Medices in summa de peccatis tit. de concord. canon. decretalium, art. 4. cart. mihi 20. Moscon. in lib. de maiest. militant. eccles. li. 1. p. 2. c. 2. uers. idem dicit in capitulo car. mihi 408. Anch. in d. c. a crapula n. 3. Vital. in Clement. 1. uers. eis in uestibus n. 6. de uit. & honest. cler. qui dicit, quod religionis excessu cibi, & potus est interdictus, & in Clem. 1. num. 47. de celebr. missar. & dicitur excedere, & sine mensura bibere, qui ultra trinam uicem in prandio, uel cœna bibit, c. quando. 44. dist. Ripa in d. l. generaliter num. 72. Et propterea in Agatem si Concilio fuit dispositum; ut clericus, de quo con-
143 stiterit fuisse ebrium, aut triginta dierum spatio a communione sub moueatur, aut corporali supplicio subdatur, ita est relatum in c. fi. 35. dist. Hostien. in summa titu. de tempor. ordinand. §. & cui, uers. pœna autem, ubi dicit, quod si episcopus
144 presbyter, vel diaconus immoderatæ potioni

vini operam dederit, si vt q; non desistant, deponuntur subdiaconus, vel inferior, siue clericus, siue
laicus, c. si episcopus 35. dist. & si clericus monitus
non destiterit a crapulis, & multa vini potione, ab
officio, & beneficio poterit suspendi: vt in d. c. cra
pula de vit. & hon. cler. & ne clerici crapulis, ac
vinis se immergerent, est dispositum, in c. non
omne, & in cap. nulli, & in cap. clerici 44. dist.
& in cap. clerici de vit. & honest. cler. Quod
145 clerici non debent in tabernis comedere, & eas
introire, nisi hoc necessitatis causa faciant, vt si
essent itinerantes, vel in partibus externis, & in
proprio domo non haberent sufficientem cõmoditatem, Turrecr. in præcitato, c. clerici, Card. in
Clem. 1. q. fi. de vit. & hon. cler. Purpur. conf. 135.
nu. 10. Rosel. in summa in verb. clericus, il 2. nu.
1. Port. conf. 84. n. 9. Bertac. in suo reper. in verb.
clericus põt ingredi, Io. Franc. Pauin. in tract. de
visitat. p. 2. q. 9. n. 58. in 14. tom. tract. diuers. cart.
146 mihi 209. Nec valet consuetudo permittẽs clericus tabernas introhire; & in eis comedere posse, quia hæc esset corruptela, & non consuetudo,
licet excuset, Purpur. conf. præd. 135. nu. 10. lib. 1.
147 Et ratio est, quia hæc consuetudo esset contra
bonos mores, & per consequens inualida, Abb.
Panor. in c. cum inter n. 3. de consuet. & in c. irrefragabili, in princ. de effic. ordina. & in c. quod su
per nu. 4. de consang. & affini. & in c. tua nobis
de decim. Ias. in l. more, n. 5. ff. de acq. poss. Vinc.
Caroc. dec. 111. n. 23. Benuenut. Stracc. in tract. de
mercatura in tit. de sponsion. n. 7. cart. mihi 142.
148 Alia est ratio, quia consuetudo, quæ disponit
contra dispositionem iuris canonici, est etiam nul
la, & non valet, c. cum causa de re iud. Petr. Aug.
Morla in emporio vtriusque iuris par. 1. tit. 2. q.
22. n. 8. Mars. in prac. §. quoniam nu. 98. Rocc. de
Curte in repet. c. fi. n. 57. de consuet. Caroc. d. dec.
111. nu. 12. Petr. Asin. pract. q. q. 5. n. 7. Io. Vasin.
conf. 18. n. 7. de election. & conf. 226. n. 4. de præ-
149 bend. & dignit. Et ad hoc vt clericus ex tali excessu possit puniri, debet prius moneri iuxta dispositionem sacri Concilij Tridentini, c. 6. §. eos sess.
21. de reform. & ex nostratibus dicit Franc. Mo-
150 nald. conf. 74. n. 11. lib. 1. Et non solum non
debent comedere in tabernis, sed etiam debent fu
gere publica conuiuia, Iac. de Grass. in dec. aur. p.
2. lib. 3. c. 1. n. 7. & solitam nimis edendi curam,
S. Ant. in summa in 2. p. tit. 6. c. 1. §. 5. & per tot.
151 vbi dicit, quod cura edendi consistit circa quãtitatem, qualitatem, studiositatem, auiditatem,
& importunitatem ciborum; & ideo diues ille, de
quo per S. Lucam c. 16. non fuit sepultus in inferno, quia simpliciter edebat; sed quia splendidè epulabatur: & ratio cur clerici debent esse sobrij, est, quia nimia perceptio vini, & cibi, luxuriam, & non naturam substentat, & nutrit; ita dicit Prosp. in lib. 2. de vita cõtẽplatiua, cap. 22. iuxta illud S. Pauli ad Ephesos, c. 5. nolite ebriari vi-
152 no, in quo est luxuria; Ceres namque, & Baccus prouocant venerem, c. venter, & c. luxuriam
35. dist. & etiam apud idiotas dicitur.
Sine Cere, & Baccho friges Venus.
153 vltra quod nimia ciborum cogitatio maximam
animi perturbationem generat, vt dixit gl. in l. 1.
in verb. epulis, C. de comitib. Consistorianis, lib. 12.
quem refert Boer. in add. ad tract. de auctor. magni Concilij, n. 3. in verbo cibaria.
154 Secundo debent esse parci, & honestam parsimoniam seruare, c. parsimoniam 41. dist. Gondisslaus Villadego in tract. de legat. q. 7. n. 20. in 13.
to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 261. & hoc vt parcè viuendo, Deo Opt. Max. fructificent dispensando bona sibi superflua pauperibus, iuxta tra-
155 dita per Port. conf. 34. n. 3. & 4. & ideo debent
vti honestis vestibus iuxta eorum qualitatem conditionẽ, & dignitatẽ, ẽt nõ fulgidis, pretiosis, ac
pomposis; vt per decentiã habitus extrinsici morum intrinsicam honestatẽ ostẽdat, iuxta Clemen.
2. de vit. & honest. cler. Petr. Baisius in directorio electionum, p. 2. c. 7. n. 4. in 15. to. tract. diuers.
par. 1. cart. mihi 387. Iac. de Grass. in dec. aur. p.
2. lib. 3. cap. 1. n. 6. in fi. qui dicit, vbi pompa, ibi
humilitas non habet locum, Menoch. conf. 912.
n. 23. lib. 10. qui dicit, quod clerici non debẽt vti
vestibus sericis, Rosell. in summa in verb. clericus,
156 il 1. n. 2. vbi asserit, quod clerici non debent deferre vestes incisas, & lingulatas, scilicet frappatas
ad modum ioculatorum, nec varij coloris, Patian.
in tract. cui incumbat onus probandi negatiuam,
lib. 2. c. 34. n. 34. 38. vbi dicit, quod in vestitu cle-
157 ricorũ est diligenter attendẽdũ, quid locis, quid
temporibus, & quid personis conueniat; Turrecr.
omnino videndus in c. 1. per tot. 21. q. 4. qui mul-
158 ta, & doctè scribit circa vestes clericorum, & di
cit, ꝙ est peccatũ vti vestibus põposis, & fulgidis,
& in c. seq. nu. 1. ꝙ tamen fallit, quando adesset
cõsuetudo in regione, ꝙ clerici vterẽtur vestibus,
pretiosis; quia tũc possunt se cõformari moribus
159 eorũ, inter quos viuũt, Patian. d. nu. 38. est bene
verum ꝙ clerici nobiles debẽt pretiosioribus vesti
bus indui, Alber. in l. 2. C. quæ res vend. nõ poss.
Petr. Gerard. sing. 82. Tiraq. in tract. de nobili.
c. 27. n. 10. D. Parit. in tract. de resign. benef. lib. 5.
160 q. 6. n. 151. Et quia oẽ extremũ est vitiosum, ideo
sicut nõ debẽt vti vestibus nimis fulgidis, & põposis, ita nec ẽt nimis vilib⁹, aut sordidis, aut senio ex
terminatis, & laceratis ꝓ humilitatẽ q. a ex hoc
dignitas clericalis vilesceret, Abb. in c. vt clerici, n.
11. de vit. & hon. cler. Patia. in tr. cui incumb. onus
prob. negat. li. 2. c. 34. n. 34. & 35. Vitalin. in Clem.
eis in vestibus, n. 5. de statu monachor. vbi dicit, ꝙ
vestes clericorũ debẽt esse mũdæ, Turrecr. d. c. 1.
nu. 3. 6. & 7. 21. q. 4. & hoc ne sub nomine parsimoniæ auaritia tegatur iuxta tex. in c. sæpe dist. 4. vbi
dicit, ꝙ vitia plerũq; se esse virtutes mẽtiuntur, sic
161 etiã quãdo prodigalitas, & effusio velatur nomi
ne liberalitatis, & largitatis; & crudelitas, vt plurimũ ab aliquibus fiscalib⁹ appellatur Zelus iustitiæ; & facilitas, seu lenitas remittendi delicta, pietas, & misericordia a multis nuncupatur, & ideo
non debet quia humilitatem, & parsimoniam prætendere ex eo solo quia vilioribus vestibus contra
mores aliorum vestitur, namq; sub talibus vestibus, tam superbia, quam parsimonia possunt abscondi, vide Rebuf. p. 3. cart. 17. num. 9. & iuxta illud Euangelicum, cauere ab illis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: In hac enim materia non
usus

vsus vestium reprobatur, sed inspicitur abusus, scilicet iactantia, & voluptas: ideo pro conclusione dico, ꝙ clerici i isto casu debēt esse cauti, ne eis succedat id quod apud nos Italos dici solet; Cascar dalla padella nelle braggie; & apud latinos Incidit in Scillam cupiens vitare Caryddim.

162 Tertio debent esse misericordes, & charitatiui iuxta illud Apostoli 1. ad Corint. c. 8. ꝙ imperfectum in scientiæ suppleat perfectio charitatis; ideo sunt magis obligati exercere actū charitatis, quam laici, Abb. in c. peruenit, nu. 1. & c. 1. n. 3. de fideiuss. vbi dicit, quod sunt magis obligati ad subueniendum indigentibus, & pauperibus, quam laici, & quod clerici, & ministri ecclesiæ teneant hospitalitati, & pauperum vsibus inuigilare, est tex. in c. 2. 42. dist. & in c. fratrem 86. dist. & in c. 1. & per tot. 12. q. 1. & in c. quoniam quidquid 16. q. 1. Glo. in extrauag. execrabilis in verbo debita, de præben. & nouissimè hoc est constitutum per Concilium Trid. sess. 25. c. 8. de refor. quo fit, vt clerici teneantur dispensare tum bona ecclesiæ, cuius sunt præ-
163 lati, & beneficiales, tum etiam bona propria in vsus pios, deductis tamen alimentis, & reparationibus ipsius ecclesiæ, quia debent esse contenti victu, & vestitu, & nullam debent habere proprietatem c. nulli episcoporum 2. q. 1. not. in c. 1. 12. q. 1. dum dicunt, ꝙ sunt dispensatores, & vsurarij, Decian. cons. 14. n. 7. lib. 1. vbi dicit, ꝙ hoc fūdatur in dicto Apostoli 1. ad Timoth. c. 6. Archid. & cæteri scribentes, in c. statutū, §. assessorē de rescript. in 6. Hiero. Ceual. in speculo pract. q. com. cōtra com. q. 388. n. 18. Soc. sen. cōs. 32. n. 1. & seq. lib. 1. Olac. dec. 31. n. 1. & 2. Oct. Vulpell. in tract. de libert. eccles. p. 2. n. 24. & quidquid superest clericis, & prælatis vltra ecclesiæ necessitates, & suum
164 congruum, & honestum victum, id totum est pauperibus erogandum, vt not. in c. sic non sunt 32 q. 4. Bald. cons. 122. n. 12. lib. 6. vbi vlterius, nu. 14. dicit quod, quidquid habent clerici, id totum est pauperum, & domus eorum omnibus debet esse communes pro suscipiendis peregrinis, vt in c. fi. 17. q. 1. & voluit etiam Couar. in lib. var. resol. c. 14. vers. vigesimus pauperum Bero. in c. ex litteris, n. 5. de probat. Vulpel. in loco proximè citato, Lælius de Zanch. in tract. de priuil. eccl. priuil. 78. n. 8.

165 Imo beneficiati, & prælati erogantes fructus beneficiorum in alios vsus, quam prædictos tenentur ad restitutionem, & peccant mortaliter, vt latè ex multis examinat, Ripa in tract. de peste, c. 5. a n. 149. ad n. 173. Couar. in c. cū in officijs n. 3. de testamentis Marsil. colūna in trac. de reddit. eccl. c. 21. & seq.

166 Et licet non me lateat, ꝙ clericus habens proprium patrimonium, & beneficiū possit reseruare fructus patrimoniales, & viuere de redditibus; quia qui altari seruit, de altari viuere dēt, c. cum secundum de præbendi Abb. in c. postulasti, n. 4. de rescript. & in q. 4. n. 12. Couar. in c. 1. n. 2. de testam. Neuiz cons. 93. nu. 19. Innoc. Hostiens. Abb. & alij in c. episcopus de præbendis, Vasq. in lib. illustr. q. c. 105. n. 9. Sarmiēt. in trac. de reddit. eccl. p. 1 c. 1. nu. 18 Sot. de inst. iur. lib. 10. q. 4. art. 3. in resol. arg. vers. est aūt apud, Nic. de Vbald. in tract. de succes. ab intest. in §. seu sectione finita tamē n. 21. car. mihi 538. inter trac. de succes. diuersi. in folio cum multis alijs, quos more suo congerit sapientissimus Surd. in tra. de alim. tit. 9. q. 12. n. 10. Rodoa in tr. de reb. eccl non alien. q. 5 1. c. 11. nu. 31. & q. 52. nu. 89. qui dicit, ꝙ ex fructibus beneficij pōt deducere victum suæ personæ, & familiæ, & fructus proprij patrimonij sibi reseruare, vel dare suis consanguineis, secundum Petrū Cened. in collect. iuris cano. p. 2 collect. 33. n. 4. vbi multos alios allegat, Iac. de Carolis in gemmato pauone colore 6. n. 15. Nihilominus tamē secundū S. Thom. quē allegat Fel. in c. tuas, il 3. n. 1. & 2. de simonia, arctiori modo ad onera ecclesiastica tenetur, & ad
167 succurrendum pauperibus; qui vlterius dicit, ꝙ si talis clericus non reparat ecclesiam ruinam minantem, peccat mortaliter, & quod beneficium sit tenue, licet illa tenuitas beneficij alium clericū non habētē propriū patrimonium excusaret; Sed veh temporibus, & partibus nostris, in quibus multi clerici habent non tenua, & parua beneficia, verum etiam magna, vel saltum mediocria, & nihilominus ecclesias ipsas non ruinam minantes, sed diruptas non reparant, nec reficiunt, & eas relinquunt, vti speluncas latronum; ita & taliter, quod sunt aliquæ ecclesiæ, de quibus solum vestigium apparet, quod fuerint ecclesiæ, quæ nihilominus sunt diuites, & magni redditus.

168 Quarto debent esse reales, & veridici, & in suis actibus nullam adhibere fraudem, c. per tuas de donat. Matth. Brun. cons. 91. n. 10. Iac. de Graf. in dec. aur. p. 2. lib. 3. 1. n. 7. vers. octaua ne fraudu-
169 lenter: quo fit ꝙ licet contrahentes se decipere possint infra dimidiam iusti pretij, l. item si pretio §. fi. ff. locat. l. si voluntatem, C. de resc. vend. c. ad nostram de empt. & vēd. l. causa la. 2. §. idem Pōp. ff. de minor. l. si hæres, la. 1. ff. ad leg. Falc. Couar. in lib. 2. variar. resol. c. 3. n. 1. Messia in pragm. taxæ panis concl. 1. n. 125. Conrad. in tract. de contract. q. 55. Nau. in c. qualitas, n. 45. de pænit. dist. 5. & in c. nouit, not. 6. n. 56. de iud. Petr. Aug. Morla, qui alios allegat in tempor. vtriusq; iur. p. 1. tit. 9. q. 8. n. 4. Duenas reg. 148. vbi allegat ad hoc multa iura, & authoritates, Ant. de Burg. in c. cū dilecti, n. 15. de empt. & vend. Capr. reg. 87. n. 62. 63. Bomb. cons. 3. n. 20. Nihilominus hoc fallit in cle-
170 ricis, ac cæteris personis ecclesiasticis, Gl. in c. ea enim §. hoc ius porrectum in verb. vt plus 10. q. 2. Brun. in præd. cons. 91. n. 10. Pantal. de Crema in repet. l. 2. n. 161. C. de resc. vend. vbi ēt. Ant. Padil. n. 55. Butr. in c. continebatur, n. 5. de ijs, quæ fiunt à maiori parte c. & in c. in ciuitate, n. 9. vbi ēt Annib. nu. 8. de vsur. Cepoll. in tract. de simulato cōtract. in 2. præsumpt. n. 20. vbi dicit, hanc opi.* esse cōiter receptam, & in l. causa huius, n. 12. C. de ædil. edic. Bero. in c. cū dilecti, n. 20. de emp. & vēd. Gomez in §. ex malef. ciis, nu. 37. inst. de act. Franc. Marcus dec. 540. n. 30. lib. 1. & ratio est, quia cleri-
171 ci plusquā laici tenentur æquitatem seruare, Tiraq. in tra. de retrac. Lign. §. 1 gl. 13. n. 6. vbi ad hoc allegat in argumentum tex. in c. 1. §. sed diuersum in tit. de alienat. feud. in vsib. feud. vbi dicitur, sed diuersū obseruatur in ecclesia, quā in priuato, &c. quod & dixerunt. Ias. in l. iurisgentiū §. sed cū nulla n. 4. ff. de pact. Surd. dec. 110. n. 11. & cons. 22. in

fi.lib.1.Menoc.conf.322.n.52. lib. 4. Et repugnat
172 bono,& Christiano viro proximum seu circumuenire, & decipere, glo.in l.semper in conuentionib.ff de reg.iur. Bal.in Auth.ad hæc,nu.16. C.de vsur.Ias.in §.sed iste,num.106.Instit.de act & in l. pe.nu.5.C.de pact.Ant.de Burg. Hispanus in cap. cum dilecti,nu.15.de emp.& vend.Tiraq.in septima lege connubiali,nu.9. vbi multos alios allegat Cur.iun.in l.pena,nu.8.ff.de pact.Ant.de Padil. in l.2.nu.57. C.de resc.vend. Pet.Aug. Morla in empor.vtriusque iur.tit.9.q.8. n.21. vbi prope infinitos allegat non solum Legistas,& Canonistas;verum etiam Theologos,prout est D.Tho. in 2. 2. q.77.ar.1.& quolibet 2.art.16. in 4.sent.dist.14.q. 3.ar.4.Sot.de iusti.& iure.lib.6.q.3.art.1.Palat. in praxi Theol.lib.2.c.1.car.37.Instructor Nepot.p. p.2..c.54.& 66.Medina de restit.q.32.Et Ecclesia
174 cum sit vltrix, & auctrix iustitiæ non patitur cõtra iustitiam aliquid fieri in se,vel in alterum, Neuiz.conf.11.nu.11.Surd.dec. 110.nu.11. Zasius in tract.de feu.p.11.nu.17.Intrigl. in eodem tract.de feud.cent.1.p.30.nu.13. & p.56.nu.224. Cannet. in repet.c.volentes,in §. seu sectione, incipiente, restringitur etiam nu.26.car. mihi 183. & vtrum-
174 que sit in foro exteriori,in foro vero animæ, ita decipiens infra dimidium semper tenetur ad restitutionem iusti pretij,vt dicunt multi, quos congerit Morla in loco supra allegato, nu.11.& seq. & vltra ibi allegatos,idem dixerunt Ant.de Burg. Hispanus in c.cum dilecti, nu.23.de empt. & ven. Hond.qui etiam alios allegat conf.31.nu.39.li.1. Bero.conf.168.nu.5.& 30.lib.1.

175 Quinto rebus temporalibus se immiscere non debent,c.1.2.& per tot.21.q.1.toto tit.ne clerici, vel Monachi.Cõc.Tri.sess.22 de refor.c.1. & sic non debent habere curã de mundanis, nisi quatenus sunt necessaria ad corporale victum, c.si quis obiecerit 1.q.1. Do. & Præceptor meus in studio Rom.Flam.Paris.meritissimus olim Episc.Bitont. in suo trac.de confid.benef.q.9.n.36.Iac.de Graff. in dec.aur.p.2.li.3.c.1.num.5. & seq. vbi latè congerit,quæ clericus fugere habeat, ideo pro quærendo victu poterit aliquam honestam artẽ exercere, de qua materiam dicam latius infra effect. 6.per tot.& præcipuè nu.28.

178 Sexto clerici debent esse honesti,vitam,& mores componentes habitu,incessu, visu, & sermone ita, & taliter; vt a plãta pedis vsque ad verticem capitis in omnibus sui corporis membris honestatem ostendant; & nil,nisi graue,moderatum, ac religione plenum præseferant. Io. Roxas in epit. successi. c.27.nu.14.in 8.to.tract. diuers.cart. mihi 421.& esse tales,vt mente,habitu,& conuersatione sæcularibus placeant, & nihil agere, quod eorum offendat aspectum,c.præcipimus 21.q 4. vbi Turrecr.nu.1.& vt dixit Concilium Magontinum cap.74. vitam viuant, quam professio eorum exigit,& vt eorum actiones cunctis afferrent venerationem. Nam clericus,& pastor est reprehensibilis,exemplo vitæ suæ suos minores ad facta sua,& actiones imitandas commouet, vt dixit Sanctus Clemens Papa in lib.2.Apost constitut.c.6 & nouissimè tradidit Tridentina Sinodus,sessi.22.de reform.c.1.in prin.& sess.25.c.14.ibi,Populusque hinc eos magis discat revereri, quo illos vita honestiores cognouerit,Sotus de iust. & iur.lib.9.q. 4.art.1.vers ijs autem, qui dicit, quod sicut clericorum vita indigna parit ipsorum contemptum, sic è contrario ipsorũ immaculata,& irreprehensibilis etiam citra alium ornatum honorem a populo trahet; & è contra si clerici essent vitæ scandalosæ sequeretur a populo responsum satis congruum, videlicet, in quo iudicas alterum teipsum non demnas; iuxta Concilij Trid. sess. 14. de reform.in proœ. ibi, qua etiam libertate laicos corripere poterunt sacerdotes, cum tacitè sibi ipsi respondeant,eadem se cõmisisse, quæ corripiunt, & Sanctus Gregorius ad propositum dicebat, cuius vita despicitur,restat, vt eius prædicatio contemnatur,c.2.in fi.3.q.7. & in c.vna tantum,vers. quomodo 26.distin. dicitur, qui prædicas non iurandum, iuraris, & aliàs idem Sanctus Gregorius in 16.lib.moralium satis ad propositum dixit, aliquando sancti etiam coram hominibus compelluntur, etiam bona facere, aut etiam hominibus sua facta narrare, sed ad eum finem omnia referunt,vt non ipsi ex eisdem operibus,sed Deus glorificetur.Dum.n.facta prædicant,ipsa eorũ prędicatio fortasse despicitur,quorũ vita nescitur; com pelluntur igitur vitã suam dicere,vt auditorũ suorum valeant vitam mutare, & facta sua referunt, & venerari appetunt,& riuerentur audiantur, scriptum quippe est,cum eleuarentur animalia, eleuabantur simul & rotę,quia videlicet cum auditorũ mentes prædicantium vitam conspiciunt necessario,& in prædicatione admirantur.Hinc est,quod prædicatores boni, & honorem propter elationẽ fugiunt, & honorari propter imitationem volũt; sed quid nam dicere habẽt laici cum viderint clericos in omnibus vitijs immersos(loquendo de ijs, qui tales sunt)in omnibus erroribus implicatos, in delitijs inuolutos voluptatibus deditos,ad cupiditates,& ambitiones vltra modum pronos? Cũ viderit clericum viuere vti Sardonapalum, luxuriare,vti Diogenem,magis lasciuum,quam Heliogabalus,magis vitiosus,quam Cõmodus; Parum aut nihil curare de diuino honore, deuotionem prætermittere,officium diuinum nõ recitare, mãdata superiorum non obseruare, & dissolutionibus in totum se subijcere; Quidnã boni poterunt edisceræ laici ex tali mala,& inordinata clericorũ vita? Ideo pro obuiandis tot tantisq; malis, quæ ex eorum malis exemplis oriri possent,clerici non solũ debẽt se abstinere ab ijs, quę secũdũ se sunt mala, verũ etiam ab ijs,quæ habent speciem mali. Turrecr.in c.canonum,nu.11.14. q.3. & propterea in Concilio Agatensi cano.39. prout est relatũ in c. pe.34.dist.fuit dispositum,vt presbyteri,Diaconi, Subdiaconi,vel alij qui sunt prohibiti vxorem ducere,non interueniat in conuiuijs,ne in ijs cœtib. misceantur,vbi amatoria cantantur; & turpia,aut obsceni motus corporum choreis, & saltationib. efferunt,ne auditus aut visus sacris ministerijs deputati turpium spectaculorum,& verborũ contagio polluantur,& contaminẽtur; si.n.saltationes, tripudia, & balla in laicis ipsi damnantur per Cõcil.Laodic.vt in Can.53.mirum non est, si horum aspectum clericis interdicat.in Can.seq. prout est rela-

relatum in c.non oportet, il secondo, de consecr. d.5.c.presbyteri 34.d. vbi clerici prohibentur interesse spectaculis,& ludis hastilibus.Anchar.in c. cum decorem de vit. & hone.cler.vbi dicit,q̄ non solum clerici non debent interesse talibus ludis, verum etiam si ita ludẽtes superuenerint in loco, vbi ipsi clerici reperiuntur, statim debẽt ab eo recedere.Iac.de Graff.in dec.aur.p.2.li.3.c.1.n.6.de quo interuẽtu spectaculorũ dicã ẽt ifra suo loco.

180 Septimo clerici non debent esse loquaces, & verbosi,vt habetur in Eccles. noli verbosus esse in multitudine presbyterorum;& Iaco.Apostolus in epist.c.1. eos arguendo dicit, Si quis autẽ putat se religiosum esse,non refrenãs linguã suã, sed seducens cor suũ, huius vana est religio;& Iob. c. 11. Nunquid qui multa loquitur,non audiet,aut vir

181 verbosus iustificabitur?& Dauid Ps.139.vir linguosus non dirigetur in terra; & Prouer. c.10.in multiloquio non deerit peccatum, qui autẽ moderatur labia sua,prudentissimus est; & iterum,c. 13.Qui custodit os suũ, custodit animam suã; qui autem inconsideratus est ad loquendum; sentiet mala;& c.17. qui moderatur sermones suos, doctus,& prudẽs est,& pretiosi spiritus vir eruditus, & Eccl.c. 14. Beatus vir, qui non est lapsus verbo ex ore suo,& S.Ambr.in li.1.de officijs dixit, quã plures vidi loquendo in peccatum incidisse, vix quem piam tacendo; ideoque tacere nosse,quam loqui difficilius est. Et non solum sacra pagina videtur reprehendere,& arguere viros loquaces,verum etiam & authores profani,vt fuit Apollonius ad familiares,ad quos dixit;loquacitas multos habet errores,tacere autem tutum est. Ex quibus clarè patet, quam sit detestabile hoc vitium in singulis hominibus; ergo multo magis debet esse detestabile apud viros ecclesiasticos, qui debent esse sapientes,& literati; & sapiens prius quàm loquitur,multa considerat,quid dicat,cui dicat, & quo loco & tempore,secundum S. Ambrosium in primo officiorum circa quod in c.quoties 22. q.5.ex D.Hieronymo habetur, quoties enim loquimur, aut non opportuno tempore,aut non in opportuno loco, aut non vt conuenit audientibus, toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum, qui audiunt. Consideremus itaque quid loquatur, quia pro omni verbo otioso reddituri sumus rationem in die iudicij; & Sanctus Gregorius lib.6.Moralium in fine scriptum reliquit,in omni quod dicitur, necesse est, vt causa,tempus, & persona pensentur, si verba sententiæ veritas roborat, si hoc tempus congruum pullulat, si veritati sententiæ, & congruitati temporis non repugnat; Et ex nostratibus,quod sit maximum vitium,clericos esse loquaces dixerunt. Tiraq. in legibus connub.l.9.nu.39.Gabriel.Sair. in additionibus ad Romanum singulari 796. Guliel. de Benedictis in repet.c.Rainutius in verbo adiectæ.n. 78.de testam. Dominicus Nanus Mirabellius, & Bartholomeus Amãtius in sua Poliantea in titulis de lingua, & loquacitate, qui tres vltimi multa circa istum defectum scribunt, ad quos me remit-

182 to; & quod nugacitas in ore Sacerdotum sit sacrilegium dixit Marc. Ant. Marsilius, columna in tract.de redditibus ecclesiasticis,c.31.nu.5.

Octauo,& vltimo,clerici debent esse eo modo, & tale,prout eos describit Isidor. in li.2.de Eccl. offic.c.2.quod retulit Gratiã.in c.his igitur.d.23.

183 dum dicit,his igitur lege patrũ cauetur, vt a vulgari vita seclusi a mũdi voluptatib.sese abstincãt; non spectaculis,non põpis intersint; conuiuia publica fugiant,priuata non tantũ pudica,sed sobria colant; vsuris nequaquam incumbant,neq; turpiũ occupationes lucroru,fraudisq; cuiusquam studiũ appetant amore pecuniæ quasi materiam cũctorum criminum fugiant,& sæcularia officia, negotiaq; abijciant,honoris gradus per ambitiones nõ subeant,pro beneficijs medicinæ Dei, munera nõ accipiant;dolos,& coniurationes caueant;odium æmulationem obtrectationem, atque inuidiã fugiant;non vagis oculis,non effræni lingua,aut petulanti,fluidoque gestu incedant,sed pudorem, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostẽdant; obscenitatem etiam verborum,sicut,& operum penitus execrentur, viduarum,& virginũ frequentationem fugiant,contubernia extranearũ fęminarum nullatenus appetant,castimoniã quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare, studeant,aut certè vnius matrimonij vinculo federẽtur; senioribus quoque debitam reuerẽtiam præbeant, neque vllo iactantiæ studio semetipsos attollãt,postremo doctrinæ lectionibus,psalmis,hymnis,canticis exercitio iugiter incumbant; Tales .n.debẽt esse, qui diuinis cultibus se mãcipãdo student exhibere,s.vt dum scientię operam dant,doctrinæ gratia populis administrent, & tãdẽ debẽt esse irreprehensibiles, & tales prout scribit Simõ Maiol.in tract.de irreg.lib.5.c.2.n.5.vbi enumerat singulas corporis partes,& aduertit,i quo circa eas possit excedere,& propterea reprehendit.

184 Et quia clericatus non prouenit a natura, sed extrinsecè fit, in dubio nunquam præsumitur cap. presbyteri 68. dist.& ibi gl.c.legũ 2.q.1. Io.And. in c.scienti,de regular.Dec.in c.cum a Deo.n.13 de rescr.& in c.si scripturam,nu.47. de fide instr. Innocen.in c.super his in fi.de accus.Caua c.dec. 31.nu.602.li.2.vbi alios allegat,prout etiam multos alios congerit Tiber. Dec. in suo tract. crim. p.1. lib.4.c.9.nu.117.Claud.Tutius alleg.17.nu. 1.qui prout proximè relati alios adducit Alphõs. Aluar.in Spec.Pontif.iuris. c.35. vers. & notabis car.mihi 98.Calder.cons.12.n.2.in tit.de iud.Coras.in tract.de benef.c.1.n.4.in 15.to.tract.diuer. p.2.car.mihi 292. Menoc. qui multos alios alleg. in tract.de præsump.p.2.lib.2. præsumpt. 76.n.1. & cons.912.nu.3.lib.10.Brunorus a Sole in compendio resolutorio propositionum iuris, in verb. clericos non præsumitur,& in sua q.38.n.10. Vrsill.in adnot ad Afll.dec.297.n.5.Mascar. in trac. de proba.concl.302.n.13. qui etiam alios allegat Hercul.in tract.de negot.n.92.Gomez super reg. cancell.in ti.de annal.possess.q.58.Alber.in l.non videtur.nu.11.ff.de regul.iur.Crauet. cons.72.nu. 2.vol.1.Dec.in c.cum a Deo. nu. 13. de rescript. Cassa.cons.44.nu.13.Crauet.cons.72.n.2.Io.Visment.cons.297.nu.2. sic etiam in simili dicimus,

185 quod in dubio quis non pręsumitur doctor;ideo qui se fundat in doctoratu, debet hoc probare tãquã fundamentum suæ intentionis, l.Diuus, ff. de milit.

q. c.33.n.3.Mascard.in tra.de prob.concl.305.nu.
1.Foller.super const.regni in ti.de apost.cap.appo
statãtes,n.6.car.mihi 100.Iac.de Graff.in dec.aur.
p.1.lib.4.cap.18 n.155.Decia.in tra.crim p.1.lib.
4.c.9.nu.26. vbi asserit hanc probationẽ dici euidẽte,Surd. cõs.396.n.13.lib.3.Marcel.Cala in tra.
de modo art. & proban.§.2.gl.vnica,n.687.secus
si hoc non attestaretur prælatus,sed alius nomine
prælati,quia tunc eius litteræ non probarent clericatum,Crauett.cons.134.n.41.lib.1,vbi loquitur
in vicario attestante, quod in libro in quo erat solitum describi omnes ordinationes reperiebatur
scriptum, quod quidam fuit tonsuratus & concludit quod ex hoc non probatur clericatus siue tonsura; Quæ quidem literæ Episcopales ad hoc vt
probent clericatum debent esse obsignatæ,& munitæ signo authentico, & ad talia consueto ipsius
ordinarij siue Episcopi,& subscriptæ manu testiũ,
Fel. in cap.post cessionem,n.3.de probat.Mascar.
d. conclus.305.n.2.

200 Secundo clericatus plenè, & perfectè probatur per scripturam de ipso clericatu confectam, c.legũ 2.q.1.c.duæ de cler.Peregr.cap.si iudex laicus vbi gl.in verb fecerit in fi.de sent.excomm.Patian.d.tra.cui incumbat onus prob.negat.lib.2.ca.
34.num.41.

201 Tertio clericatus probatur ex cõfessione partis aduersæ,Phil. Frãc.in c.1.col.4.de eo,qui mitt.
in poss.in 6.Rota Rom.dec.433.in antiq.Crauet.
cons. 93.nu.4.lib.1.Mil.in suo reper.in verb.probari non potest titulus, & in verb. possessor recuper. Patiã.d.c.34.n.66.Masc.in præcit.cõcl.305.
n.6.Quod tamen procedit,quando essemus in pos
202 sessorio, quia tunc ad colorandum possessionẽ,
cõfessio rei facta de clericatu actoris prodest ipsi
actori,secus in petitorio,in quo quis ageret ad beneficium, quia cum pars non posset facere de non
clerico clericum, sed ad hoc requiritur canonica
promotio,sequitur vt tunc confessio partis aduersæ nõ probet clericatum Gemin. in c.1.n.6.de eo
qui mitt. in poss. in 6.vbi etiam Philip.Franc.col.
fi. vers. & aduerte,Crauet.d.cons.93.n.4.li.1.Patian.eodem c.34.n.67.Masc.præcit.concl.305.n.
7. & 8. Rot.Roman.dec.408.in nouis,Bellamer.
dec.183.Cappel.Thol.dec.423.Felv.in c.olim n.
10. vers.limita secundo, de rescriptis.

Quod vltimum intelligas quando actor in possessorio vellet ex toto fundare titulum sui clericatus ex confessione rei,secus si non totũ vellet hoc fundare, sed solum vellet coadiuuare dubiam probationem de suo titulo factam:tunc enim legitimè posset se adiuuare ex confessione rei,& hoc etiam super titulo beneficij,Glo.in c.duobus in ver.si nõ appareat de rescr. in 6. vbi Gemi.nu.7.idem Gemi. in d. c.1.nu.6.de eo,qui mittitur in poss.& ibi etiam,Franc.col.fi.vers.secundo limita,idem Gemi. cons. 38.nu.3.Barbat.noster Siculus in c.tuæ, col. 10.vt lit.non contest. Fely.in c.olim nu.9. & 10.de rescr.Crauet.d.cõs.93.n.4. & 6.Mascar.eadem cõcl. 305.nu.10.Patian.in pluries citato tra. cui incũbat onus proban.negat.li.2.c.34.nu.68.Iterum intelligas, vt non stetur confessioni partis aduersæ super titulo clericatus quo ad ipsum titulum fundandum, secus quo ad preiudicium ipsius contentis,& ad imponendum ipsi silentium,Crauet.d.cons.93.n.num.5.lib.1.Gemin.& Franc.in locis proxime allegatis in ca. fi. Patia.eodem c.34.
nu.69.Rot.Rom.dec.245.alias dec.44.in titu.de
testib. in antiq.Masc.concl.prædicta nu.9.

203 Quarto clericatus probatur per indicia,& argumenta cap. inter quatuor vbi Gl. in ver.per argumenta de Cler.Pereg.Boer.dec.171.n.25.Mas.
in tra.de prob.d.cõcl.305.n.5.Masill.in addit.ad
Capyc.dec.161.nu.8.Cæsar Bartius in Rota Bononi. dec. 3.n.3.Patian.d.c.34.n.70.

204 Quinto probatur communi opinione,& reputatione,vt si quis tanquã clericus ab omnibus fuerit communiter habitus & reputatus, dummodo talis opinio sit diuturna,& non recens,Inno.in c.innotuit de eo,qui mit.in poss. DD.in ca.fin.9.q.2.
Gemi.cons.91.Rot.Rom.dec.264.in antiq.Gabr.
cõs.18.num.15.lib.2.Moedan.dec.21.n.3.in ti.
de renunc.car.mihi 27.Cæsar Bartius d.dec.3.nu.
15.vbi dicit,quod ita est receptum & obseruatum
in palatijs. Quod tamen limitatur, quando aliqua
ratio aliud suaderet,vt si quis fuerit illegitime natus, vel penitus illiteratus,Accorãb. dec. 21.lib.1.
Gabr. cõs.prædicto nu.1.& ratio limitationis est,
quia tunc cõtra istos tales vrget vehemens præsũptio,Bisegn.dec.2.in ti.de prob. Papazo in addit.
ad Rot. Rom. dec. 2.nu.13.dec.2.nu.13.de filijs
presbyter.Mascar.in præcit.concl.305.n.14.

205 Sexto clericatus probatur per famam concurrentibus aliquibus alijs adminiculis, vel coniecturis,Papazo eod. n.13.Mas.ead.concl.305.nu.11.
& seq.quod posset exẽplificari in eo,qui per multum tempus inseruiuit alicui prælato.

206 Septimo probatur per testes, qui actui clericandi interfuerũt, si literæ clericatus sunt ammissæ,c. 2.& c.3.de cler.Pereg.Alex.cons.107.nu.7.
vol.7.Bal.in c.licet,gl 1.nu.4.vers.ista gl.de testib.
vbi etiam,Fel.in fi.Guid.Pap.dec.474.Scribent.in
l.si qua per calumniam,C.de episc.& cler.Bertac.
in suo reper.in verb.clericus an probet,Afd.super
const.apostatantes,n.12.lib.1.rub.3.de Apost.vbi
etiam Foller.n.6.car.mihi 100.idem Foller.super
ijsdem constit.in tit.de episc.& cler.c.itẽ si aliquis
citatus n.14.car.mihi 81.Cara.super ritu M.C.V.
ritu 235.n.21.& ritu 275.n.18.Mas.in tra dẽ prob.
concl. 303.n.1.& 11.Baiard.in add.ad Clarũ.in §.
fi. q. 36.nu.22.vbi multos alios allegat Aluarez in
specul.iuris Pontifac.35 vers.& tene mẽti car. mihi 98.in fin.Patia.in tra.cui incumbat onus probã.
nega. lib. 2. c.34.n.63.qui etiam alios citat Rol.a
Valle cons.4.n.5.lib.1.Decia.in suo tra crim.part.
1.li.4.c.9.n.111.vers.& talem informationem,Couar. in lib. pra.q.cap.33.nu.3.Iac.de Graff.in dec.
aur.p.1.lib.4.c.18.n.155.Marf.cõs.11.n.7.Sud.cõs.
396.n.13.lib.3.Gramm.cons.110.n.3.in ciuil.Marcell.Cala. in tractat. de modo art.& proband.§.2.
gl. vnica n. 687.licet contrarium & male tenuerit
in eandem gl.n.1550.vbi dicit,quod clericatus nõ
potest probari per testes, sed per scripturam,& alios allegat; Quæ vltima opinio Marcelli Cala,&
aliorum per eum relatorum posset fortasse intel-
207 ligi quando testes deponerent super collatione
ordinum tantum, & simpliciter:prima vero quando testes deponerent super collatione ordinum

& vltra

& vltra allegaretur amissio litterarum clericatus, prout ita hoc intellexerunt, Viui.in commu. opin.
208 opin.974.nu.2.& seq.Io.Batt.Baiard.in addit.ad Clarum in d.q 36.n 23.Alio modo posset intelligi,
209 vt hæc vltima opinio procedat de iure ciuili: prima verò de iure canonico, quia de iure ciuili clericatus non potest probari, nisi per scripturam, ita colligitur, in l.si qua per calumniam, C.de episc. & cler.& voluit Mascard.d.concl.303.num.9.

210 Et aduertendum, quod testes deponentes super probatione clericatus debent assignare rationem sui dicti, etiam non interrogati, quia clericatus est quædam qualitas extrinseca, quæ solo sensu non præcipitur; ideo testis debet dicere, & hoc scio, quia vidi talem clericali.Mascar.in tract. prædicto concl.1369.num.31.& 32.secus si redderent rationem sui dicti, quia viderunt talem exercere officia ad clericos spectantia, & etiam missas celebrare, quia nisi celebratio sit diurna, talis ratio non esset sufficiens,& per consequens non probarent. Crau. consl.134.num.42.lib.1. allegat notata per Doctores in cap.illud, de præsumpt.Paul.de Castro, consl. 202.col.2.lib.1.Dec.consil.135.col.1.& consl.152. col.penul.post medium.

211 Quæ cõclusio, quod clericatus probetur per testes, ampliatur, vt possit probari etiam per vnicum testem.Bal.& Fel.in c.licet vniuersis, in fi.de testib. Purpur.in l.1.nu.551.ff.de off.eius Affli.super constit apostatantes, nu.12.li.1.rub.3 Marsil.in l. 1. §. idem Cornelio, num.4.ff.de quæst.Anna sing.408. Boer.dec.127.Tho.Zerola in praxi episc. in verb. clericus, §.3.in fi.Mascar.d.concl.303. nu. 3.Petr. Rebuff.in trac.de nominatione, in 14.q. princ.nu. 54.in 15 to.tract.diuers.part.2.car. mihi 320. Masull.in addit.ad Capyc.decis.161.n.2. & 8. Crauet. consl.616.num.18.lib.4.& consl.613.nu.13. eod.lib. Arnon.comment.118.Io.Batt. Baiard.in addit. ad Clarum q.36.nu.23. vbi alios allegat Couar. in lib. pract.quæst.c.33.nu.3.Gramm.consl.110.num.5.in ciuil.Marcell.Cala.in d.tract.de modo art. & proband.§.2.gl.vnica, nu. 106. & 687. & hæc amplia-
212 tio subampliatur, vt procedat tam in probando primam tonsuram, quam cæteros ordines sacros, Gabriel.in suis conclusion.in tit.de testib. concl.1. nu.16.Ias.consl.77.num.4.lib.3. & consl.120. nu. 2. vol.4.Patian.in d.tract.cui incumbat onus proban. negat.lib.2.cap.34.num.65. & ratio cur clericatus probetur vni teste est, quia est actus, qui inspecta eius natura, nemini præiudicium infert, ita Patian. tract.prædicto cap.64.vbi ad hoc citat Bal. in cap. licet, num.4.vers ista gl de testib. & ibi etiam Fely. in fi.eudem Fel.in c.Albericus, col.fi vers. & quod tale præiudicium sit modicum de testib. Petr. Gerar.sing.49.Iason. in locis paulo ante citatis Boer. dec.171.nu.24.Gabr.d.concl.1.nu.68.

213 Limitatur modo conclusio paulo ante ampliata, quando is, qui probare intendit clericatum per vnicum testem, pateretur defectum natalium.Petr. Gerard d.sing 49 nu.3.Ias.in repet.l. admonendi, num.198.de iureiur.& in l.rescripto, nu.7.de precib.Imperat.offerend. Mars in l.1. §. idem Cornelio, num.7.ff de quæstio.Fel.in c. licet vniuersis, in vltimis verbis, de testib.Cassan. super consuet.Burgun.rub.1.§.5.num.7.fol.72.Guido Papa, dec. 474. Ias.d.consl.120.in prin.vol.4.Rebuff.in trac.de nomin.q.14.nu.52.quos omnes congerit. Mascar. d. concl.303.num.3.

214 Limitatur secundo, quando probatio clericatus alicui præiudicium inferret, vt quia ageretur de excludendo, vel obtinendo beneficium ab alio obtentum; quia tunc requiritur plena,& perfecta probatio ad minus per duos testes, Pet.Rebuff. in tract.de nomin.q.14 nu.54.in 15. to.tract. diuers. p.2.car.mihi 320.Io.Bapt.Ferret.consl.386. nu.5. & 11.lib.2.Mascar.d.concl. 303. nu.5. Masull. in addit ad Capyc. decis.161. nu.8. Baiard.in addit. ad Iulium Clarum, in §.fin.q.36.nu.23.

215 Limitatur tertio, vt non sufficiat probare clericatum per vnum testem quoad consequendam remissionem ad forum ecclesiasticum, sed tunc ad minus requiruntur duo testes, Couar.in lib. pract. quæstio.c.33.nu.3.vbi alios allegat, & dicit, quod tunc tractatur de maximo præiudicio, Foller. super const.Regni, in tit.de Apostatatis in constitutione, incipiente, Apostatantes, n.6.car.mihi 100. Gomez super reg.cancell.ti.de annali possessore, q.36.n.5 Baiar.d.n.23.Iac.de Graff.in dec.aur. p. 1.lib.4.c.18.n.155.Masull. præd.n.8. & licet pro-
216 batio clericatus facta per vnicũ testem non sufficiat ad consequendam remissionem apud Iudicem Ecclesiasticum operatur tamen, vt interim iudex laicus debeat supersedere, nec procedere ad vlteriora contra clericum, ita Couar.Foller. & Graff.in locis iam citatis.

217 Secundo ampliatur dicta conclusio, quod clericatus probetur per testes, vt possit probari etiã testibus singularibus, Ang.in l.2. ff.quemadm. testam. aper. Bertach. in rep. in verbo clericus, an probet Gram.consl.110.nu.4.in ciuil.Baiar.præcitato n 23.Marcell.Cala.in trac. de modo artic. & probandi, §.2.gl.vnica, n.687. Iac.Emilianus, cõs. 17.nu.5.Mart.de iurisd.p.2.c.31.nu.1.

218 Octaua probatur, clericatus per assertionẽ Cardinalis attestantis, quem esse clericum, Bal.in procem.decr.in princ.nu.23.Archid.in c. nihilominus 90.dist.Mascar.in trac.de proba.concl. 305.n.15. quod tamen non puto verũ, nisi dicamus, quod ex tali assertione præsumptiuè probetur clericatus, ita vt transferat onus probandi cõtrarium in aduersarium per ea, quæ dicam hic inferius.

Iuxta proximè dicta, quæro vtrum clericatus
219 probetur per verba enunciatiua Pontificis, vel prælati in aliqua Bulla nominantis talem clericũ, vt si alicui commendaretur beneficium tanquam clerico; & dico, quod non, ita Petr.de Anchar. in cap.si iudex laicos, de sentent.excommu.in sexto. Philippus Franc.in d.cap.si iudex laicus, in §.non sic, Io.Andr.in Mercurial. in reg. non licet, in 6. Affl.super constit.Apostatantes, num.12.in tit. de Apostatis, lib.1.rub.3.Alex.in l.prius, n.38.de nou. oper.enuncia.Bal.& communiter scribentes, in l. si qua per calumniã, C.de episc.& cler.Gram.dec. 8.num.4.Mascar. d.conclu.305.nu. 4. vbi testatur de commu.* opin.Abb. Panor.in c.dudum, n.7.de proba.Io Bapt.Marchesan.in tract.de commiss.p. 1.c.14.nu.60. car. mihi 151. Alphons. Aluarez in Specul.iuris Põtificij, n.35.vers.& tene menti, car, mihi 98. in fin. & licet hæc opinio sit verissima, nihi-

220 nihilominus hujusmodi nominatio siue assertio inducit talem præsumptionem pro nominato, quæ transfert onus probandi contrarium in aduersarium, ita Ferret. cons. 386. nu. 1. libro 2. vbi allegat Lupum alleg. 3. n 1. Io. Andr. in regula non licet de regul. iur. in 6. Fel. in c. a nobis, col. 3. de testib. & in ca. nonnulli § sunt & alij in 5. & 6. col. in 4. ampliat. de rescript. & vltra eos idem dixerunt Fulu. Patiā. in pluries citato tractat. cui incumbat onus proband. l. negat. lib. 2. c. 34. nu. 18. Decian. in tractat. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 13. vbi alios allegat Cæsar. Barzi. in Rota Bononien. dec. 3. nu. 12. Mart. d. c. 31. n. 7. Prosper Carou. super rita M C V. ritu 135. num. 20. Item prædicta nominatio producit alium effectum, hoc est, vt per eam clericus captus per iudicem laicum debeat remitti ad iudicem ecclesiasticum absque alia probatione, & ita practicatur
221 in Regno, in quo clericus captus ostendens simplicem collationem beneficij sibi factam vti clerico, remittitur statim ad suum ordinarium, cui debet remitti, Io. Andr. in d. regula non licet de regu. iur. in 6. Fel. in d. c. nonnulli, § sunt & alij col. 5. in 4. ampl. de rescript. Ferrett. cons. 397. nu. 19. lib. 2. Gramm. dec. 81. n 4. Masull. in add. ad Capyc. dec. 161. n. 8.

Quos duos effectus intelligas procedere quando
222 clericus vltra nominationem ab omnibus vti clericus reputabatur vti laicus, quia tunc simplex nominatio non produceret hos effectus, Prosper Carouit. d. ritu 135. num. 20. & hoc procedit propter præsumptionem, quæ oritur ex tali communi opinione, et existimatione, et quia potest esse quod quis per subreptionem impetrasset beneficium vti clericus, cum non esset talis; Nec omnino etiam dicere quod
223 talis nominatio sola non est sufficiens, quādo ita nominatus vellet vēdicare beneficium ab alijs possessum, Io. Andr. in d. regula non licet de reg. iur. in 6. Petr. de Anch. & Franc in c. si iudex laicus de sent. excomm. in 6 Boer. dec. 171. nu. 12. Mascar. in tract. de probat. concl. 304. n. 22.

Quæro secundo verum clericatus dicatur proba-
224 tus, si probatum fuerit quod quis steterit, & sit in quasi possessione clericatus & quod tanquam clericus incesserit in habitu, & tonsura; & respondeo quod non, dum non docetur de titulo, Anch. in c. si iudex laicus num. 3. de sent. excom in 6. Florian. de Sancto Petro in l. sicut ff. si certū petat. vind. Ang. in l. si prius, & ibi etiā Alex. n. 78. ff. de nou. oper. nuntia. Bert. in suo repert. in verb. clericus agens. Mascar. in tract. de probat. concl. 314. n. 8. & 19. & concl. 302 n. 1. 2. & 11. vbi dicit quod si quis dixerit se clericum, licet sit in habitu, & tonsura clericali, nō obtinebit beneficium tanquam clericus, nec declinare poterit iurisdictionem iudicis secularis, nisi aliunde doceat de clericatu, cap. si iudex vbi gl. in verb. clericali, & communiter scribentes de sent. excom. in 6. glo. in c. presbyteri 68. dist. Io. Vinm. cons. 240. n. 7. Alciat. in tract. de præsump. præsum. 4. reg. 2 n. 2. Boer. dec. 171. n. 12. & seq. Tiraq. in tract. de præscript. in verb. per decem annos Glo. 4. § 1. vers. 17. luc. pertinet Menoch. in tract. de præsumpt. p. 2 li. 6. præsūp. 76. n. 25. vbi alios allegat Patian. in tract. cui incumbat onus proband. neg. lib. 2. c. 34. nu. 53. Bertach. & Florian. in locis proxime allegatis Petr. Rebuff. in tract. de nomin. in 11. & 12. q. princip. in 15. to. tract. diuers. p. 2. Bal. in c. dudū, col. fi. de elec. Crauet. in tract. de antiq tempor. rub. fallen. extrinsec. ex tēpore diuturno n. 33. cart. mihi 175. & licet quo ad remissionem fori contrariū tenuerit Boer. decis. 171. n. 13. prout eum refert, & sequitur Masull. in addit. ad Capyc dec. 161. n. 6. dum dixit quod sufficit quasi possessio clericatus ad hoc vt clericus
225 possit declinare iurisdictionem iudicis sæcularis, quam opinionem tenuit etiam Aufre. in addit. ad Cappell. Tholosan. decis. 117. Grammat. decis. 81. numer. 16. Rebuff. in tracta de nominatione quest. 22. nu. 13. in 15. tom. tracta. diuers. part. 2. Menoch. d. præsumpt. 76. num 8. Mascard. eadem conclus. 302. num. 7. & 10. Patian. præcit. cap. 34. num. 47. Claud. Tutius allegat. 17. num 4. vbi multos alios allegat; Tamen verior, & communior * opinio est in contrarium quam sequuti sunt omnes supradicti, & præcipue Crauett. rubr. prædicta numero 34. & ratio esse potest quia quando in aliquo casu est necessarius titulus (prout in isto casu per Sacrum
226 Concilium Tridentinum session. 23. cap. 6. de reform.) tunc possessio etiam longissimi temporis ius non tribuit, Menoch. in tractat. de præsumpt. par. 2. lib. 6. præsumpt. 76 nu. 6. & licet ista quasi possessio clericatus non probet clericatum; nihilominus operatur, vt transferat onus probandi contrarium in contradicente. Innocent. in c. super his col. penult. vers. sed quid dices, de accusat. & in c. fin. in princ. de eo qui furtiue ordin. recep. Petrus de Ancher. & in c. si Iudex laicus de sentent. excomm. in 6. & in c. si forte vbi Philipp. Franc. de elect. etiam in 6. Io. Andr. & Bal. in c. Bald in capitulo dudum numero 5 de elect. idem cum causam. nu. 31. de testib. & ibi etiam Fel. col. 4. in princ. vers. & per hāc doctrinā, Vinc. Honded. cons. 76. nu. 19. lib. 2. Gra. dec. 81. n. 16. Soc. in c. peruenit nu. 90. de sentent. excomm. Guid. Pācirolla. cons. 70. nu. 6. in Patiā. in pluries relato c. 34 nu. 19. Thomas Zerol. in prax. episcopali in verb. clericus § 3. in fi. Mascar. d. cōcl. 302. n. 6. & 12. & cōclus. 1369. nu. 31. & seq. & cōcl. 304. n. 10. & 11. & seq. vbi dicit quod ista quasi possessio clericatus est deducenda, & alleganda.

228 Secundo ista quasi possessio clericatus operatur in præambulis, & præparatorijs iudiciorū; quia in eis tractatur de modico præiudicio, Gl. in l. non ignor. C. de his, qui accus. non poss. vbi Bal. in prin. Alc. in tract. de præsum reg. 2. præsumd. 4, Patian. in tract. cui incumb. onus proband. negat. lib. 2. c. 20. n. 45. & c. 34. n. 50. Mascar. d. conclus. 302. n. 3. Menoch. eadem præsumpt. 76. nu. 7.

229 Tertiò quasi possessio clericatus operatur quādo tractatur de commodo aliorum, & non ipsius clerici, Alex. in l. si prius num. 38. ff. de nou. oper. nūtiat. vbi et Angel. in l. Barbarius ff. de offic. prætor. Mascard. d. concl. 302. nu. 4, & 5, & concl. 304. n. 6.

230 Et prædictos effectus operatur quasi possessio clericatus, quando is, qui reperitur in ea, esset in sua patria seu mauis regione; secus si esset alienigena, & penitus ignotus, vt quia esset vltramontanus in Italia, vel Italus vltra montes; quia tunc plene debet docere de clericatu Grām. decis. 81. n. 16. Boer. decis. 171. n. 13. Mascard. concl. præd. num. 15. Menoch. d. præsumpt. 76. n. 11.

Secundo

231 Secundo, prædictos effectus non operatur, quãdo constat de vitioso ingressu ad clericatum, quia tunc præsumptio inducta a quasi possessione clericatus etiam diuturna nihil operaretur, Socin. Senior, conf. 270. col. 2. lib. 2. Bal. in l. 2. nu. 73. C. de seruit. & aqua. Imola in c. dilecto, nu. 3. de præben. Menoch. d. præsumpt. 76. nu. 26. quod exemplificarem in clerico bigamo.

232 Tertio, nec etiam operatur prædictos effectus, quando is, qui reperitur in quasi possessione clericatus esset illegitimus, ita Masc. d. concl. 302. nu. 8.

233 Et quæ dicta sunt de quasi possessione, & probatione clericatus habent locum, & procedut etiã in monachatu, vel alterius habitus cuiusuis religionis, Zabarel. in clemen. 1. §. quia vero, num. 15. de statu monach. Patian. in tract. cui incumbat onus proban. negat. p. 2. c. 34. num. 82. Vinc. de Franch. decis. 384. in princ. lib. 2. vbi dicit, quod professio potest probari per testes.

234 Quarto tertio, quomodo probetur, quod quis nõ sit clericus, & respondeo, quod diuersis modis, & primo per confessionem ipsius, Socinus in c. peruenit, num. 91. de senten. excommun. Franc. in c. si iudex laicus, in 2. not. de sentent. excommun. in 6. Boer. decis. 171. nu. 18. Marcellus Cala in tract. de modo artic. & proban. §. 2. glo. vnica, nu. 1143. Patian. d. c. 34. nu. 73. 74. vbi dicit, quod hoc intelligitur esse verum in illis casibus, in quibus tractatur de mero commodo ipsius confitentis, & in quibus po

235 test per suam confessionem sibi præiudicare, secus quoad præiudicium ordinis clericalis, cui clericus non potest renuntiare, c. si diligenti de foro compet. vt si clericus esset captus a iudice laico, &

236 confiteretur se esse laicum, non præiudicabit Episcopo ipsum vendicanti, vt dicam infra effectu primo, ampliat. 47. nu. 327.

237 Secundo probatur, quod quis non est clericus eo ipso, quod constat aliquem esse penitus illiteratũ, quia tunc habet præsumptionẽ contra se, qꝫ nõ sit clericus, ex quo penitus illiteratis, nec etiam prima tonsura conferri debet, c. nullus, de tempor. ordinand. in 6. c. præcipimus, dist. 34. Io. Andr. in d. c. si iudex laicus, n. 1. vbi etiam Domin. de Sãcto Gemin. in §. idem esse, n. 4. Franc. in 1. notab. & Anch. in fine, Soc. in c. peruenit, n. 92. & 93. de sent. excõmu. Patian. in d. tract. cui incumb. onus proban. neg. lib. 2. c. 34. nu. 79. & penitus illiteratus dicitur ille, qui grammaticam non edidicit. Menoch. in tract. de arbit. iud. cas. 425. nu. 52. & 53. & pluribus seq. vbi ex Bart. in Auth. sed nouo iure, num. 7. C. si cer. pet.

238 dicit etiam quod quis dicitur literarum ignarus, qui scit legere vulgariter tantum, quam opinionem fuit sequutus etiam Dec. in c. sciscitatus, n. 15. de rescript. Pet. Rebuff. in tract. de pacific. possess. nu. 262. qui dicit, illiteratus est, qui nullas scit, aut modicas, vtpote, quia scit tantum legere, & scribe-

239 re in vulgari, & hodie ex dispositione Sacri Concilij Trid. sess. 23. c. 11. de reform. etiam quoad minores ordines is dicatur illiteratus, qui latinum sermone non intelligit.

240 Tertio probatur, quod quis nõ est clericus, quãdo probaretur illum talem fuisse priuatum priuigio clericali, Patian. d. c. 34. nu. 78.

241 Quarto, & vltimo probatur eo ipso, quod contrarium nõ probetur, arg. tex. in l. fi. ex cautione, C. de non num. pec. Inn. in c. super his, nu. 10. vers. sed quid dices, de accus. & dixi et supra eodẽ preludio.

242 Et quod dixi de clericatu, quod in dubio nõ præsumitur, ita etiam dicendum est de ordinibus, quia licet fuerit concludenter, vel præsumptiuè probatum, quod quis sit clericus, si tamen non apparet, in quo ordine fuerit ordinatus, præsumitur solum habere primam tonsuram, & si constat de vno ordine non præsumitur de alio, & si constat de maioribus, adhuc non præsumitur de minoribus. Butr. in c. 1. col. 1. de cler. Peregr. Fel. in c. super his. n. 18 de accus. Guid. Papa, dec. 582. Rebuff. in pract. benef. in tit. de form. liter. primæ tonsure, n. 22. Menoch. in tract. de præsump. p. 2. lib. 6. presump. 76. n. 2. 3. 28. 29. & seq. vbi latè tract. de præsenti materia. Crau. cons. 134. n. 45. lib. 1. Abb. in c. tua nos, n. 5. de cler. peregr. Bart. in l. illud, nu. 2. ver. item si probo, ff. de acq. hær. vbi etiam Castr. n. 3. Ang. n. 2. & Cuman. n. 3. Camil. Gall. in tract. de verb. sign. li. 5. c. 19. n. 42. Patia. d. c. 34. n. 42. Masc. in tract. de prob. cõcl. 304. n. 13. 14. & seq. Dom. Flam. Paris. in tract. de resign. ben. li. 4. q. 2. n. 86. vbi alios allegat, & dicit, quod asserens se ordinatũ, debet ostendere scripturã, vel literas testimoniales sui episcopi ad hoc

243 vt ei credatur. Quod tamẽ limitatur, quando promotio ad maiores ordines fuisset facta ab episcopo multum probo, & prudenti, Fel. in c. vnico, n. 2. de lit. contest. Rimin. sen. cons. 426. n. 44. lib. 3. Gemin. in c. si iudex laicus, §. fi. de sent. excomm. in 6. Alc. in tract. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 4. nu. 1. Patian. eod. c. 34. nu. 44. vbi alios allegat.

244 Secundo fallit, quando quis in maioribus ordinibus stetisset per decennium, quia tunc præsumitur ad ordines minores promotus, Cur. in add. ad Paul. de Castr. in d. l. illud, ff. de acq. poss. cum alijs, quos congerit Patian. d. c. 34. nu. 43.

245 Tertio, & vltimo fallit, quando quis tanquã promotus ad sacros ordines beneficium obtinuerit, & præcipuè si tale beneficium non posset conferri, nisi existenti in sacris, quia tunc promotus ad maiores præsumitur etiã promotus ad minores, Crauet. cons. 134. n. 44. lib. 1. Gomez. super reg. cancell. in tit. de annali possessor. q. 58. ver. non obstat. Rot. Ro. dec. 8. in ti. de causa possess. & propriet. & dec. 7 in tit. de test. in antiq. Menoc. d. præsumpt. 76. n. 20.

246 Sciendum est etiam, quod hoc nomen clerici, est generale, comprehẽdens omnes species, & in quocunque ordine, & tàm maiores, quàm minores, c. de persona, 11. q. 1. cap. 12. q. 1. c. vt lex continentiæ 27. q. 2. c. si quisquam, de cohab. cler. & mulier. glo. in c. cleros, in verb. Salmistæ 21. dist. & in c. si quis suadente ver. quid in cler. 17. q. 4. Spec. in tit. de instr. edict. §. nunc vero aliqua circa finem vers. quid de præpositis, Card. in Clem. 1. in princ. de offi. ordin. Maran. in pract. p. 4. dist. 11. nu. 3. Boni. fa. de Vital. in Clemen. & clericorum, nu. 2. de offic. ordin. & in Clem. Bonifac. n. 30. de sepult. Port. cons. 164. n. 25. Corrad. in templo iud. lib. 2. c. 1. §. nu. 3. cart. mihi 164. Thom. Zerola in praxi Episcop. in verb. clericus, §. 1. Barbatius in tract. de præstant. Cardin. in basilicæ primæ partis, quæst. 7. nu. 2. in 13. in tract. diuers. p. 2. car. mihi 80. Turrecr. in cap. 1. nu.

247 1. 32. dist. vbi dicit, quod comprehendit omnes ordi-

ordinatos, Cabell. super constit. Marchiæ, lib. 3. c. 10. gl. 1. n. 2. Lambert. in tract. de iure patron. in 1. p. lib. 2. art. 2. q. 7. princ. n. 2. Marc. Ant. Eug. cons. 26. nu. 9. Borg. in tract. de irregular. p. 2. in tit. de interpretatione, & extensione, n. 22. vers. item nomẽ, car. mihi 33. Io. Lupus in tract. de libert. ecclesiast. p. 2. q. 2. n. 1. 13. tom. tract. diuers. p. 1. car. mihi 5. Henric. Botta in tract. de sinodo episcop. p. 1. n. 66. in eodem tomo 13. p. 2. cart. mihi 380. Io. Iacob. a Canibus in tractat. de exequut. vlt. volunt. in prima particula, nu. 41. in 8. tomo eorumdem tract. p. 1. cart. mihi 187. Sebast. Medices in summa decretor. art. 4. vbi dicit, quod comprehenduntur omnes seruientes diuinis ministerijs Rosella in summa in verb. clericus, il 1. in princ. vbi dicit, quod veniunt omnes, qui non sunt laici, quod dixerunt etiam Io. Brocolten. in tract. de feud. c. 5. nu. 2. car. mihi 202. qui allegat l. 3. de episcop. & cler. in cap. Teodosiano, & in c. clerici 21. dist. Rodulph. Cupers in repet. cap. oportebat 79. dist. rubr. quare Roman. Pontifex, & art. 9. nu. 14. cart. mihi 59. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. nu. 3. cart. mihi 192. Magister sentent. dist. 24. de ordin. ecclesi. lib. 4. versic.
248 talis autem, Io. Petr. Molign. in tract. de appell. verbor. vtriusque iur. in ver. clericorum appellatione. Hic est quod veniunt monachi, ac religiosi cuiuscũq; regulæ, Vital. in Clem. si vero nu. 12. de sepult. & in Clemen. dignum, n. 3. de celebra. missar. Harma. Vulteius in tract. de feu. lib. 1. cap. 9. n. 67. vers. atque hi car. mihi 459. quod secus est si stricte, & proprie caperetur, quia tunc non venirent religiosi, Fel. in c. tua nos de iureiur. & in c. fin. de simon. not. Doctores in l. omnes, §. præterea, C. de episc. & cler. & in c. 1. & præcipue, Abb. Panor. ne cler. vel monac. notat. Soc. in c. vniuersitati, n. 5. de sent. excomm. Io. Brocolt. Vltram. in tract. de feud. c. 5. num. 19. vbi copiose hanc materiam tractat. Nec etiam in odiosis appellatione cle
249 ricorum veniunt religiosi, Thom. Zerola in praxi episcopali in verb. clericus, §. 1. in fin. vbi allegat c. quia periculosum, de sent. excomm. in 6. Silvest. in summa in verb. clericus, il primo, n. 1. Sic è contra appellatione religiosorum, vel monachorũ latè sumpto vocabulo veniunt etiam clerici sæculares, gl. in c. præsens in religiosos 20. q. 3. c. nullus itaque vbi glos. in verb. religiosis 1. q. 1. glos. in c. ex multa in verb. religiosi, de voto, & in Clem. 1. in verb. præsidentis, de rescript. gl. 2. & 3. in cap. obeuntibus 63. dist. & ibi D. de S. Gemin. Fel. in c. tua nos, nu. 1. de iureiur. vbi ad hoc allegat alia iura, Lamber. in tract. de iur. patron. art. 11. in 11. quæst. princ. p. 1. libro 2. Io. Petr. Molignat in tract. de appell. verbor. in verb. religiosorum appellatione, sed stricto sumpto vocabulo comprehenduntur
251 ij soli, qui emittunt tria vota substantialia, vt not. in rub. de reg. iur. Abb. in c. ecclesiæ S. Mariæ, nu. 3. de const. Item appellatione clericorum veniunt, tã
252 existentes in maioribus, quam in minoribus ordinibus, & etiam in prima tonsura tantum, & hoc tam in materia odiosa, quam fauorabili, cap. 1. vbi gl. de præbend. cap. 1. & ibi etiam gl. de cler. coniug. in 6. Abb. in c. quoniam, nu. 1. de vit. & honest. cler. Io. Lop. in repet. cap. per vestras §. 42. n. 8. de donat. inter virum, & vxor. Dec. in c. non licet, nu. 17. de præben. Rol. a Valle cons. 4. num. 16. lib. 1. Corset. in suis sing. in verb. accusat. nu. 4. Didacus Perez in l. 1. tit. 3. gl. 1. lib. 1. Emanuel Suarez in thesaur. receptar. sentent. in verb. clericus, nu. 126. Tho. Gram. voto 33. n. 4. Aluar. in Spec. iuris Pontif. c. 35. circa principium car. mihi 95. Neuiz. cons. 59. n. 5. vbi multos alios citat. Dec. in tract. crimin. p. 1. libro 3. cap. 10. nu. 22. Hieron. de Ceual. in Specul. pract. q. comm.
253 contra comm. q. 524. n. 6. Item appellatione clericorum veniunt nouitij, conuersi, ac moniales cuiuscuis religionis approbatæ, c. locũ illorũ de sent. excomm. c. monachi, & c. de monialib. eod. ti. c. religiosos, §. quamuis de sent. Petrus Bellug. in Spec. princ. rub. 11. §. videndum, n. 5. & 6. cart. mihi 52. Thom. Zerola in praxi episc. in verb. clericus §. 1. de quo di-
254 cã latè inferius effectu primo ampliat. 9. 12. & 13. Item veniunt, tam clerici regulares, vt sunt Reuerẽdi patres Clerici Regulares Teatini, & societatis Iesu, & hospitalarij, seu de Cruce, quam sæculares viuentes liberi, cap. 1. & c. generaliter 16. q. 1. Diuus Tho. 22. q. 189. art. 4. respons. ad secundum argumẽ
255 tum Port. cons. 164. n. 93. item appellatione clericorum secundum aliquos veniunt tertiarij de qua
256 materiã dicã etiã infra effectu primo ampliat. 11. Item veniunt milites Hierosolemitani, S. Iacobi, S. Stefani, S. Mauritij, ac similes, vt dicam infra in prædicto effectu primo ampl. 15. & 16. & voluit Iulius Cæsar Imbrian. in tract. de iudice regni in præfat. n. 42. quod secus est in odiosis, Octau. Bãbac. in c. 1. §. qui clericus, n. 25. si feud. defunct. contem. fuer. & n. 45. dicit, quod largo modo comprehenduntur, & alios allegat, Io. Bapt. a Costa in tract. de rat. part. q. 40. n. 5. Item veniunt hæremitæ, qui sunt sub obedientia alicuius superioris, vel episcopi,
257 prout in hac Vrbe Panormi sunt hæremitæ, qui vocantur de Monte Caluario, seu vulgatius de fratre Iacobo glos. in ca. qui vere in verb. vero, & ibi Archid. 16. q. 1. Siluest. in summa in verb. hæremita, §. 1. num. 2. in verb. ecclesia, il primo, §. 5. Abb. in c. ex parte n. 10. de conuers. coniugat. Th. Zerola in praxi episcop. in verb. heremita Iul. Cæsar Imbr. in tract. de iudice regni in præfa. n. 8. vbi alios allegat, & dicit, quod hoc non habet locum in heremitis vagabundis, & qui nemini prestãt obedientiã, prout sũt multi hodie in isto regno qui solũ sibi vsurpant nomen heremitarũ; vt possint ad alterius expensas, & sine labore viuere, & Illustr. & Reuerẽd. D. Card. Doria Archiepisc. Panor. tales Heremit. extirpauit.
258 Item appellatione clericorum secundũ aliquos veniunt indistincte omnes in quacunque dignitate positi ecclesiastica, est tex. in c. cum tibi de verb. signif. & probatur in rub. & nigro de vit. & honest. cler. dum in rubrica solum fit mentio de clericis, & in nigro fit etiam mentio de episcopis, & sic etiam & istud probatur, in rub. & nigro de clericis non residen. & de cohabit. cler. & mulier. dum vtrobique in rub. fit mentio de clericis, & in nigro de clericis etiam in dignitate constitutis, Abb. Panorm. in d. rub. de vit. & honest. cler. Anc. in c. non dubium, num. 1. de sentent. excomm. Lapus in c. auaritia, num. 2. & in c. 1. §. hæc autem de elect. in 6. Corrad. in templ. iud. lib. 2. c. 1. §. 4. nu. 3. cart. mihi 164. Carau. super ritu M. C. V. ritu 135. num. 18. Resel. in summa in verb. clericus, il primo, in princ.

Cau-

Capa super cap. Regni Neap. in rub. de clericis cle
ricaliter viuen. c. 98. num. 7. cart. mihi 133. Barb. in
tract. de præstāt. Card. in Basilica primæ part. q. 7.
259 n. 2. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. car. mihi 80. Dec.
in c. non licet, n. 19. de præbend. Sic etiam secundū
aliquos comprehenduntur canonici, Io. de Ana. in
ca. ad abolen. n. 16. de hæret. Dec. in c. dilecti n. 17.
de appellat. Lap. in c. 1. nu. 5. de elect. in 6. Barba lo
co prox. cit. Butr. in ca. cum tibi de verb. signific.
Abb. Panorm. in rub. de postul. prælat. Franc. Mar-
ch. dec. 1124. n. 3. p. 1. Alber. Troit. in tract. de per-
fectione clericor. c. 7. n. 2. Millens in suo repert. in
verb. canonicus, n. 5. in fi. Bero. cons. 3. num. 29. &
260 seq. lib. 2. Buriat. cons. 187. nu. 6. lib. 3. Sed in hoc
cōtrarium nihilominus tenuerunt multi relati per
Cassan. super consuetud. Burgun. rub. 4. §. 7. nu. 31.
cart. mihi 662. Lapus in c. vnico de cler. egrotan. in
6. Et licet prædicta prima opinio sit approbata
a tot, tātisque Doctoribus, nihilominus puto quod
261 non sit recedēdum a distinctione, quā magis cō-
muniter Doctores amplectuntur, hoc est, aut ma-
teria de qua tractatur est odiosa & restringibilis,
& tunc appellatione clericorum continentur tan-
tum clerici simplices, & non prælati, ac alij in di-
gnitate constituti; quia in eius est qualitas, quæ nō
reperitur in clericis simplicibus c. quam periculo-
sum de sentent. excom. in 6 c. in fidei fauore de hę-
ret. etiam in 6. Io. de Silua in tract. de benefic. p. 1.
q. 1. n. 24 & p. 3. q. 14. n. 27. in 15. tom. tract. diuers.
p. 1. cart. mihi 7. & 78. Abb. Panor. in rub. de maio-
rit. & obed. & in c. bonæ il primo, col. 1. de postu-
lat. Rosell. in summa in verb. clericus il primo, in
princ. Th. Zerola in praxi episcop. in ver. clericus,
§. 1. in fi. Marc. Ant. Eugen. cons. 33. n. 85. Suar. in
com. op. in verb. clericus, n. 125. Crot. cons. 50. n. 9.
lib. 1. Bero. cons. 153. nu. 61. lib. 1. Troil. Maluez. in
tra. de canonic. tanct. dubio 2. nu. 35. in 14. to. tract.
diuers. cart. mihi 99. quo fit vt statutum vel rescri-
ptum edictum contra clericos alicuius ciuitatis nō
cōprehendit episcopum, ac cæteros prælatos eius-
dē ciuitatis, Bart. in l. nulli ff. quod cuiusque Bal. in
l. siue pars C. de dilat. C. lib. 3. Fab de Ann. obseru.
6. Aut sumus in materia fauorabili, quæ ex se solet
ampliari, & tūc continentur omnes etiam in qua-
cumque dignitate constituti, c. per exempti, de pri-
uileg. in 6 d. c. bonæ, il primo, iuncta gl. de postul.
prælat. vbi etiam Card. Fider. de sent. cons. 71. Bar-
ba. in tract. de præstant. Card. in basilica primæ par
tis, q. 7. n. 1. in 13. to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 80.
Suarez & Troil. Maluez. locis sup. cit. Quod vlti-
mū membrum intelligas, vt procedat quando ma-
teria de qua tractatur est proportionabilis, & cō-
ueniens, tām clericis simplicibus, quām alijs in di-
265 gnitate constitutis, & tunc omnes comprehendū
tur, secus si non est proportionabilis, nisi ad cleri-
cos simplices quia tunc non comprehenduntur in
dignitate constituti; ita Fel. in repēr. in verb. clerici
an dicantur, quod procedit etiam in eo quòd dixi
supra, quod appellatione clericorum veniunt reli-
giosi, & è contra appellatione religiosorum veniūt
clerici, namque est etiam intelligendum in mate-
ria pro portionabili, vt est in materia capit. Odoar
dus de solut. vel capit. si quis suadente diabolo, de
cima septima, q. 4. vel similibus, quia tunc appella-
tione vnius venit alter, secus materia improportio
nabili, vt est in collatione beneficiorū, vel similib.
266 Fab. Turret. cons. 5. n. 12. lib. 2. quo fit, vt statutū
loquens de ingredientib. monasterium ex quo non
est proportionabilis nō extenditur ad clericos qui
non intrant monasterium late Cephal. cons. 641,
numero 58.
267 Secundo sciendum est, quòd habitus clericalis
consistit in duobus copulatiue in veste scilicet, &
tonsura, nec vnum sine alio sufficeret, cap. si iudex
laicus circa medium de sentent. excom. in 6. Bal. in
l. si qua per calumniā, nu. 3. C. de sacros. eccl. Gem.
in c. 1. de cler. coniugat. Franc. Aret. cons. 16. & ibi
Addentes in lit. C, Iul. Patia. in tract. cui incumbat
onus probād. neg. lib. 2. c. 34. nu. 25. Masul. in addit.
ad Capic. dec. 161. n. 10. Aluar. in Spec. iuris Ponti-
fic. c. 35. & vers. & notabis cart. mihi 68. Bertach. in
suo repert. in verb. clericus, il 2.
268 Est bene verum quod clericus non coniuga-
tus incedens sine altero ipsorum non dicitur ince-
dere sine habitu, & tonsura, Zabbar. in c. perpendi
mus de sentēt. excom. Cepol. cōs. 11. n. 42. in crim.
Roland. a Valle cons. 4. nu. 26. lib. 1. Farinac. q. 8. n.
65. Cuccus in instit. canon. maiori, lib. 3. tit. 9. n. 70.
quos omnes refert. Scaccia in tract. de iud. p. 1. c.
11. n. 91. Quod secus est in clerico cōiugato, qui si
269 alterum tantum ipsorum defert, dicitur omnino
incedere sine habitu, & tōsura; Rot. Rom. dec. 202.
alias dec. 3. in tit. de sentent. excomm. in nouis Gui-
do Papa dec. 138. Couar. in lib. pract. q. cap. 31. n.
7. vers. 2. & 3. Farinac. d. q. 8. nu. 64. Scaccia eod. n.
91. & an clericus deferens alterum ipsorum ammit
tat priuilegium fori dicam infra effectu primo in
limitationibus.
270 Et quia vestes siue habitus clericalis non repe-
ritur de iure determinatus, cum de iure antiquo
esset amictus, linea tunica super quibuscumque ve
stibus, vt refert Carol. Tapp. in repet. Auth. ingressi
in verbo monasteria, cap. 1. n. 22. C. de sacros. eccl.
qui tamen hodie non defertur, ideo circa hunc est
omnino attendenda cōsuetudo regionis, in qua cle
ricus reperiretur glos. in c. pen. in verb. deoratis de
vit. & honest. cler. vbi dicit, quod ad videndum an
aliquis incederet in habitu, & tonsura clericali, vi-
dendum esset an ille, qui in tali habitu incedere pri
ma facie si videretur a populo, iudicaretur clericus
271 an laicus, Glos. in Clē. 1. in fi. de elect. & ibi Barb.
Card. in Clem. si. in fi. de vit. & honest. cler. Abb. in
præcitato c. pen. Cappel. Thol. & dec. 227. & dec.
252. Couar. in lib. pract. q. c. 31. vers. 4. illud, Farin.
d. q. 8. n 69. Diaz in pract. crim. canon. cap. 69. per
totum, Marc. Ant. Cuccus in instit. cano. maiori li-
bro 2. tit. 2. uers. 2. curare Patian. in tract. cui incū-
bat onus proband. negat. lib. 2. c. 34. nu. 35. Clarus
in §. fi. q 36. nu. 11. Tho. Zerola in praxi episcopal.
in ver. Clericus, §. 14. Camil. Borell. in addit. ad Bel
lug. in Spec. princ. rub. 11. §. videamus in lit. B, cart.
mihi 61. Cassa. super consuet. Burgund. rub. 1. §. 5.
nu. 59. cart. mihi 147. Roland. a Valle cons. 4. n. 27.
lib. 1. Alex. cons. 8. nu. 17. lib. 1. Fider. Scot. cons. 9. n.
10. lib. 1. tom. 1. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9.
nu. 69. ubi dicit, quòd omnis habitus honestus dici
tur conueniens clericis, dummodo non sit a con-
suetudine reprobatus, Scaccia in tract. de iud. p. 1.
cap. 11.

c.11.n.84.& 87.vbi dicit,quod illæ dicuntur vestes clericales,quæ a sacris canonibus non reperiuntur prohibitæ; ex quo ius canonicum in ista materia procedit potius prohibendo,qua in permittendo: prohibet.n.clericis nonnullos habitus, de quib. infra; non tamen præscribit, quam deferre habeant (vt vtar verbis eiusdem Scacciæ,d.n.84.) qui etiam dicit, quod ita communiter asserunt Doctores, allegat Claram in §.fi.q.36.vers.dixi clericũ. Forma vero habitus clericalis, qualis debeat esse habetur in c.pen.de vita,& hon.cler.vbi habetur, quod debet esse clausa desuper nec nimis longa, nec nimis breuis,& in c.contingat inter lum, de sent.excom. vbi Doctores notant, quod clerici debent deferre vestes vsque ad tallos, quod dictum referunt, Me-
272 noch.in tract.de arbit.iud.casu 392.n.2.Patian.in tract.cui incumbat onus prob.neg.lib.2.c.34.n.38. & 39.Thom.Zerola in praxi episco. in verb. clericus,§.14.Cepol.consil.11.nu.30.in crim. Moscon.in tract.de maiest.milit.eccl.lib.1.p.2.c.2.vers.de habitu autem,car.mihi 412. vbi dicit, quod vestes talares vsque ad pedes, vel quasi iuxta rationabilem mensurã:Color vero vestimẽtorũ debet esse potius niger,quam aliter,Moscon. loco prox.cit.est tamẽ verum,quod aliqui colores sunt clericis specialiter interdicti,vt est rubeus, qui permittitur solum Cardinalibus, & viridis, qui conceditur episcopis tantum,c.pen.de vit.& hon.cler.Cepol.eod.n.30.Menoch.d.casu 392.nu.12. Patian.sũ.cit. c.34.nu.39. Foller.in pract.crim.in verb.audiantur excusatores n.42.Ant.Cuc.in instit.can.maiori,li.3.ti.10.n.1.& seq.Scac.in tract.de iudic.p.1.c.11.nu.85. & 86.
273 Et sicut clerici prohibentur deferre aliquos colores,ita etiam aliquas vestes, & ornamenta,vt manicas,pileum,epitocchium,seu tabarrum foderatũ vsque ad orã,calligas saccatas,& indumenta aperta,ita habetur in præcit.c.pen.de vit. & hone.cler. Menoc.latè d.casu 393. per tot. vbi luculenter declarat omnium supradictorum veram etimologiã, & significatum,Patia.in d.tract. cui incumbat onus prob.neg.p.2.c.34.nu.39. vbi vlterius addit, quod
274 non possunt vti frænis, sellis, pectoralibus, aut calcaribus deauiatis,item nec fibulis, nec corrigijs auri,item nec possunt vti vestibus virgatis partitis,
275 vel diuersi coloris,clem.quoniam, de vit.& hon. cleric. vbi habetur etiam quibus pœnis plectantur clerici prædictis vestibus, seu coloribus se induentes,Vital.in præcit.clem.quoniam, nu.1.4.19. 20. 21.22.& per tot.Rosell.in summa, in verb. clerici, il 1.nu.3.Turrecr.in c.omnes,nu.2. 21.q. 4. Clarus in §.fi.q.36.nu.11.in fi. Cappell. Tolos.dec.228.n. 6.Menoch.d.casu 392.n.19.20. & 22. vbi tandem concludit, quod punitur iudicis arbitrio, & quod
276 dictum est,quod attenditur consuetudo circa habitum, quando dicatur clericalis, ita etiam est dicendum quoad birrettum, cum nec hoc in iure reperiatur determinatum, Isodor. Mosc. in tract. de maiest.milit.eccl.li.1.p.2.c.2. vers. de berretto uero car.mihi 412.Menoch.d.casu 392.nu.11.& 14.
277 vbi dicit, quod eis est interdictum deferre pilei linteum,quæ omnia tamen tempore primitiuæ ecclesiæ non obseruabantur, ex quo tunc clerici nullum deferebant habitum distinctum a laicis, ita Decian.consil.50.n.18.lib.4. & pro conclusione dicendum est, quod clerici nõ debent vti vestibus superbis, & laicalibus, sed congruentibus statui, & ordini clericali,prout fuit determinatum in 6. Cõcilio Constantinopolitano,canone 27. & in secundo Niceno,canon. 16. & habetur in c. clerici 23. dist.c.1.& seq.21.q.4.clemen.quoniam, de vita, & hon.cler.gl.in c.pen.in verb. de curat. etiam de uita,& hon.cler. & nouissimè per Concil. Tri.sessio. 14.c.6.de refor.Rebuff.latè super const.Galliæ,to. 2.in rubr. de panis aureis,num 18.Trotius in trac. de perfecto clerico,lib.2.c.38.Couarr.in lib.pract. quæstio.c.31.num.8. qui omnes ad satietatem loquuntur de vestibus clericis congruentibus; Nec
278 omittam dicere, quod sicut est indignum, quod viri vtantur vestibus muliebribus,iuxta tradita in l. vestes,§.muliebria, ff.de aur. & argen.legat. & per Tiraq.in tract.de leg. connubial. lib. 3.nu.58. pari modo,& indignum, & abhominabile reputabitur,
279 quod clerici, & præcipuè sacerdotes laicalibus vestibus vtantur,ut aduertit Concil. Matisconense, il 1.canone 5.
280 Deueniendo modo ad tonsuram, dicit Vital. in clem.2.nu.14.& seq.de vit.& honest.cler. quod est quadruplex,f.rasura,tonsura,clerica, & & corona, quæ tamen videntur quasi sinonima, licet quælibet significet aliquid diuersum ab alijs,exceptis rasura & clerica,quæ idem sunt,est rasura, vel clerica illa pars capitis,quæ inter capillos apparet pilis denudata; Corona vero est pars capillorum remanens, quæ si per se inspiciatur, se habet per modum coronæ circularis, & ista utuntur Monachi, ac alij regulares: Tonsura autem est pars inferior capitis denudata pilis,Patian.vero in tract. cui incumbat onus probandi, negat lib.2. cap. 34. num. 26. 28.& 30.dicit,quod tonsuræ duæ sunt species,vna, quæ figuratur in modum sphæræ, seu coronæ, & hæc competit clericis deputatis ad diuina officia, de qua habetur in cap.prohibita,num.23.distin.& in cap.duæ sunt 12.quæst.1.

Altera est, quæ ex parte inferiori capillorum fieri debet, & hæc est propriè tonsura, & non rasura, & competit eius delatio conuersis, qui quoniam misterij diuini non occupantur, ideo capilli superius illis non raduntur, sed inferius tondentur, qnia temporalia deponunt, quod dixit etiam Ioan. Iacob.Masull.in additio.ad Capyc.decisio.161.nu.
281 10. Quæ quidem clerica, siue corona initium sumpsit a Beato Petro Apostolo in ciuitate Antiochena,cui ibi Iudæi abraserũt summitatẽ capitis in contumeliam, vt post Bedam dixit Durandus in rationali,lib.2.cap.1. num.31. & est nobis quoddam continuum memoriale illius sacratissimæ coronæ Domini nostri Iesu Christi, vt aduertit Triburinense Concilium, canone 20. & non est dubium, quod tanti misterij frequens consideratio, clericorum vitam in melius reducit, & cum sit circularis,& careat angulis, significat clericos debere carere sordibus, quia ubi adest angulus ibi sordes, uel sic, ex quo tonsura in capite repræsentat coronam,datur intelligi,quod clerici in Deo regnum habent, & dum se, & alios uirtutibus regunt, possunt dici reges in signũ regni, quod in Christo expectatur; hæc sunt uerba Patian. d.c. 34. num. 27. qui nec fuit clericus,neq; religiosus prout ego sum

(licet indignus) de quo fortasse posset dixi, quod trahit aquam ad eius molendinũ, dum tantam dignitatẽ clericis attribuit, necnõ, & idem dixit Por. cons. 164. n. 31, qui nec etiam fuit clericus; Deniq; pilorum rasura liberam mentem a mundi cogitationibus denotat, c. duo sunt, vers. ratio 12. q. 1. Duran. in rationali, li. 2. c. 1. n. 6. in fi. & habetur in Catechis. Paroch. in tit. de ordinis sacram. vers. docendum, & uer. tondentur uero capilli, & licet hæc tõsura (vt dixi) habuerit origine tempore Apostolorum nihilominus in ecclesia fuit ordinata ab Aniceto Summo Pontifice, ut in c. prohibitæ, 23. d. & meminit Platina in uitis Põtificum in eiusdẽ Aniceti uita, Sed Anto. de Butr. in c. pen. in fi. de vit. & hon. cler. prout eum refert Patia. d. c. 34. nu. 32. & 33. dixit, quod hæc rasura, seu tonsura fuit inuenta a Nazarenis, qui seruato tamen ordine, radebant caput ad continentiam, & capillos ponebant in ignem sacrificij.

282 Tertio sciendum est, quod (secundum aliquos) ordines clericales sunt nouem scilicet, Prima tonsura, Ostiariatus, Salmista, siue Lectoratus, siue Cantor, Exorcista, Acholythus, Subdiaconatus, Diaconatus, & Sacerdotium, siue Presbyteratus, & Episcopatus, huius opiniones fuit gl. in prohem. sexto, in verb. episcopus, Turrecr. in c. clericos, nu. 10. dis. 21. Glo. & Butr. in c. quoties, de purgat. canon. Barbat. in c. quanto, col. 2. & 3. de consuet. Io. a Ceruates in legibus Tauri, l. 5. num. 14. Imol. & Cardin. in cap. plerisque, de elect. Fel. in cap. sicut pro certo, de simonia. Harman. Vult. Vltramont. in tract. de feud. lib. 1. c. 9. nu. 67. Conrad. in templ. iudi. lib. 2. c. 1. §. 4. num. 1. car. mihi 164. & licet hæc videatur communis opinio Canonistarum, nihilominus mihi videtur verior opinio, quod sint septẽ, quam sequuti fuerunt non solum aliqui Canonistę, verum etiam & Theologi, & Legistæ, ita tenuit Magister Sentent. in princ. 24. dist. Bertach. in trac. de episc. in prælud. num. 9. in 13. tom. tract. diuers. p. 2. car. mihi 302. Foller. super in constit. Regni, in tit de episc. & cler. c. clerici quoque, num. 5. car. mihi 100. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 1. c. 9. n. 6. vbi D. Flam. Parisius in tract. de resign. benef. li. 5 * quæst. 6. nu. 180. ubi asserit, quod est * communis opinio. Bartol. Vgol. in tract. de simonia, tabula 1. cap. 43. num. 3. car. mihi 138. Ioan. Lupus in tract. de libert. eccles. p. 2. q. 5. num. 3. in 13. tom. trac. di- * uers. p. 1. car. mihi 6. vbi testatur de com. * opin. &
283 dicit, quod istorum septem sunt, primus Ostiariatus, & reliqui præter episcopatum, quorum septem ordinum, hæc sunt officia Ostiarij, namque cura est sacros edes tueri, aperire, & recludere, & omnia, quæ sunt intus, & extra custodire, fideles recipere, & infideles, ac excommunicatos expellere, ideo ei, qui promouetur ad talem ordinem, tradũtur claues, quo quidem officio functus fuit Dominus Noster Iesus Christus in propria persona, quando eiecit ementes, & vendentes de templo, itẽ quando dixit attollite portas Principes vestras, & eleuam ni portæ æternales. Foller. super const. Regni, in tit. de episc. & cler. c. clerici quoque, n. 5. car. mihi 51. Io. Brocolten. in tract. de feud. c. 5. nu. 16. Rodulph. Cupers in repet. c. oportebat, dist. 79. in tit. de ordine Ostiarij, per totum, car. mihi 326. vbi multa ad talem ordinem spectantia congerit, prout facit etiam in cæteris ordinibus in rubr. sequen. Anast. Germon in tract. de sacr. immu. lib. 3. c. 3. nu. 64. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 1. c. 9. num. 6.

284 Ad quem quidem ordinem, prout etiam ad cæteros ordines minores non potest promoueri minori septennio, c. fi. & in gl. in verb. infanti, de tempor. ordin. in 6. gl. fi. in clem. fi. de ætat. & qualit. ordin. Cardin. Alex. in c. de ijs 28. dist. Cagnol. in l 1. §. item impuberes, n. 13. vers ad primam tonsuram. ff. de reg. iur. Bertach. in tract. de episc. lib. 2. p. 1. q. 31. nu. 56. Mandos. in tract. de minori ætate, c. 4. nu. 12. Gigans in tract. de pẽs. q. 13. n. 3. Rebuff. in prac. in tit. de dispens. ratione ætatis, in princ. & in tract. de pacifica poss. n. 209. Flam. Parisius in suo solẽni tract. de resign. benefic. lib. 4. q. 9. num. 9. Gambar. in tract. de offic. & potestate legat. lib. 7. nu. 432.

285 Secundus ordo est Salmista, siue Lector, siue Cãtor, qui dicitur a psallendo, siue legendo, siue canendo, cuius est officium, Lectiones legere, ac veteris testamenti, & sacrarum historiarum libros rectè, & verè populo pronuntiare, ideo cum quis ad talem gradum assumitur, ei datur Missale, quod officium exercuit etiam Dominus noster Iesus Christus in medio seniorum, librum Esaiæ aperiens, & legens, quæ legit distinctè ad intelligendum dicẽs, spiritus Domini super me, &c. Foller. Brocolten. & Graff. in locis sup. cit. Germon. d. c. 3. nu. 63. Rodul. Cupers in repet. eiusdem cap. oportebat in tit. de ordine Lectoris, art. 1. per tot. car. mihi 325.

286 Tertio ordo est Exorcista, ad quẽ pertinet exorcismus memoriæ retinere, ac manus super energumenos, & a malis dæmonibus obsessos exorcizãdo imponere, eosq; adiuuare adiurando per Dominũ, vt exeat ab eis Satanas, quod misteriũ pluries fuit operatus Dominus, vt legitur in pluribus Euangelijs, quod multos dæmones expulsit, & pręcipue in personam Mariæ Magdalenæ, a qua fugauit septẽ dæmones, & ex hoc in eorum promotione traditur liber. Foller. eo. nu. 5. Brocolt. d. tract. de feu. c. 5. n. 14 & 15. ubi et ponit huius nominis diuersos significatus, Germ in præd. trac. de sacror. immu. lib. 3. c. 3. n. 58. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 1. c. 9. n. 6. Rodul. Cupers in præcitata repet. c. oportebat, dist. 79. in tit. de exorcistis ar. 1. per tot. car. mihi 324.

287 Quartus ordo est Acholytus, qui alio nomine Ceroferarius appellatur, cuius munus est Candelabra, Luminaria, & Vrceolos ad Aram deponere, & portare, & necessaria pro Eucharistiæ ministerio Subdiaconis præparare; ideo tempore quo ordinantur, eis assignatur Candelabrum cum Cereo, & Vrceolis, Foller. super constit. Regni, in tit. de episc. & cler. c. clerici quoque, n. 5. car. mihi 51. Brocolt. d. c. 5. nu. 13. vbi etiam ponit vnde deriuet hoc nomen, Germon. d. tract. lib. 2. c. 2. nu. 8. & lib. 3. c. 3. n. 56. Rodulph. Cupers in d. c. oportebat in Acholytos iure diuino, art. 2. per to. car. mihi 323. & Graf. eod. num. 6 & hi quatuor ordines prædicti uocantur ordines minores.

288 Quintus ordo est Subdiaconatus, qui idem sic appellatur, quia subiacet præceptis, & officijs Leuitarum, cuius onus est oblationes percipere, calices, & patenam attrectare, & sacrificiũ deferre vinum, & aquã in vrceolis diaconis administrare, &

manile

manile, & manutergium tenere, & pro lauandis ante Altare manibus Sacerdotibus aquam praebere,& hoc etiam officio functus fuit Iesus Christus Dominus noster, quando linteo se praecinxit ad lauandos pedes discipulorum, & quando de aqua in nuptijs fecit vinum, & propterea cum ordinantur, eis dantur calix vacuus cum patena, & vrceoli vino,& aqua plena, Foller. loco cit. Rodul. Cupers in repet. praed. & Subdiaconus ordo ar. 1. per tot. car. mihi 322. Graff. d. nu. 6. in fi. Brocolt d. c. 5. nu.
289 12. in fi. & ad talem ordinem de iure canonico non assumebantur minores 17. anno, clem. fi. de vita,& honest. cler. vbi Vital. nu. 12. Mandos. in trac. de minori aetate, c. 5. nu. 67. sed hodie ex Sacri Cōcil. Trid. sess. 23. c. 12. de reform. promouendus ad talem ordinem debet excedere 21. annum, & hic est primus ex ordinibus sacris, c. erubescant, 32. distin. Cardin. in cle. vt habetur nu. 7. de aetat. & qual. ord. Rodulph. Cupers in repet. c. oportebat, 79. d. in tit. de ordine Ostiarij, nu. 20. car. mihi 328.
290 Sextus ordo est Diaconus, cuius officium principale est verbum gentibus praedicare,& Sacerdotibus in sacris ecclesiae actibus deseruire, ad quos actus omnes alij, qui attribuuntur huic officio, reddantur, quod officium etiam Dominus noster exercuit, quando post coenam Sacramentum sanguinis & carnis ministrabat discipulis, ac quando praedicabat Euangelium, ideo eis assignatur liber Euangelij, & Stola in modum iugi alteri tantummodo eis humero iniecta, Rodulph. Cupers in d. c. oportebat rub. Diaconatus institutum, ar. 1. n. 38. car. mihi 317. & per totum illum articulum, vbi multa de Diaconatus ordine scribit Foller. & Brocolt. locis iam dictis, qui Brocoltés etiam ponit vnde dicatur hoc nomen Diaconi. Graff. in dec. aur. p. 2. li. 1. c. 9. nu. 7. vbi ponit nouem munera istius ordinis, quae vt dixi redduntur ad illa duo,& ad hoc vt quis pos-
291 sit ordinari de tali ordine prius requirebatur aetas annor. 20. vt in clem. fi. vbi Vital. n. 13. de aeta. & qualit. ordin. Mandos. in d. tract. de minori aetate, c. 5. n. 9. sed per Conc. Tri. sess. 23. c. 12. de refor. ordinandus debet explere vigesimum secundum annū, & attingere vigesimum tertium.
292 Septimus, & vltimus ordo est Praesbyteratus, siue Sacerdotium, cuius officium est Sacramentum Corporis,& Sanguinis Domini in Altare Dei conficere,& pro peccatoribus orare, ac per iniunctam poenitentiam Deo, rursus conciliare potestatē habent, vnde ait Dominus Sacerdotibus, Hoc facite in meam commemorationem, vt habetur Lucae c. 22. Tunc enim Dominus Apostolos sacerdotes ordinauit, quibus dedit potestatem, vt quemadmodū ipse ex pane corpus suum consecrauit, accipiens panem, ac dicens, Hoc est corpus meum, est Calix, &c. & quando pro peccatis humani generis seipsum in Ara Crucis obtulit patri,& modo ēt gloriosus implet, dum ad dexteram patris sedēs interpellat pro nobis, sic habentes ordinem sacerdotalem in virtute verbi possunt panem in corpus,& vinum in sanguinem conuertere, pro cuius quidem sacerdotij insignib. in promotione traditur calix cū vino, patena cum Hostia, Stola super vtrūque humerum,& casulā, Foller. eo. n. 5. Graf. d. n. 7. vbi ēt huic ordini attribuit alia munera, Brocol. in pluries, cit. c. 5. n. 11. vbi cum Graffio dicit, ꝙ appellātur praes-
293 byteri, idest seniores, quod nō refertur tā ad aetatem, quam ad dignitatem, ex quo prudentia,& grauitate caeteris debent esse venerabiliores, de quib. quidem sacerdotibus, praeeminētia, ac dignitate, ex
294 quo amplè loquuti sunt, Cassan. in catal. glor. mūdi, lib. 4. quasi per tot.& Marc. Ant. Mars. Columna in tract. de reddit. eccles. c. 17. per tot. Marquat. de Susan. in tract. de celibat. p. 1. c. 5. num. 2. ideo circa eas non insisto, sed ad per eos scripta me remitto, & in isto ordine ius canonicum, & Conc. Tri. concordant circa aetatem, ex quo ambo requirunt aeta-
295 tem annor. 25. inceptorum de iure canonico, vt in clem. 2. de aetat. & qualit. ordin. c. generalem, eo. tit. c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. in Concil. Tri. vt in sess. 23. c. 12. de refor. & ex Canonistis tradiderunt Lap. alleg. 35. n. 3. Vital. in clem. fi. nu. 16. de aet. & qual. ordin. Mādos. in trac. de minori aetate, c. 5. n. 102. Gambar. in trac. de off. leg. li. 7. n. 426 & 432. & isti tres vltimi dicūtur ordines sacri, quia ordinati in eis sunt quorum actus, aut habent sacra tangere, aut sacramentum Altaris perspicere, Aluarez in Spec. iuris Pontif. c. 81. vers. circa istum arti-
296 culum, car. mihi 497. aliam ponit rationem cur appellentur sacri, Paris. in tract. de resign. benef. li. 5. q. 6. hoc est, quia eis est annexum votum castitatis, non vt essentiale, sed accidentaliter ex statuto ecclesiae, c. nullum, dist. 38. c. decernimus, dist. 23. c. 1. de voto, in 6. Nauar. in Manual. c. 22. a nu. 23. ad
297 fi. licet quatuor primi largo modo dicantur etiā sacri, & illos habentes quandoque dicuntur in sacris constituti, vt est gl. singul. 32. distinc. in summa Abb. in c. clericus, num. 7. ne cler. vel Monachi, D. de S. Gem. in c. sint Sacerdotes, 2. q. 7. Vrsill. In annotat. Afft. dec. 2. nu. 7. Io. Gul. a Ceruates super legib. Tauri, l. 5. nu. 14. & 15.
298 At ij, qui dicunt esse nouem ordines connumerans inter eos primum tonsuram,& episcopatum, quae quidem prima tonsura non est ordo reuera, sed potius ianua, praeambulum gradus, vel dispositio ad ordines, vt dixit D. Tho. in summa, p. 3. q. 35. art. 2. & q. 4. etiam artic. 2. Magister sentent. in 4. sentent. 24. dist. q. 2. art. 1. per totum, Gl. in §. sancimus, in verb. tonsura, Auth. de Monach. D. Anton. in summa, tit. 14. de ordin. §. 6. incip. de prima tōsura. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. num. 75. Menoch. in tract. de praesumpt. lib. 6. praesump. 76. num. 37. Ioan. Lupus in tract. de libert. ecclesiast. p. 2. q. 5. n. 2. & 3. in 13. to. tract. diuers. p. 1. car. mihi 6. vbi insimul cum Gramm. voto 33. nu. 2. Mart. de iurisd. p. 2. c. 31. nu. 17. (licet ipse Grāmaticus contrarium teneat in casu suo) dicit, ꝙ prima tonsura propriè non potest dici ordo, sed ianua ad ordines, quae ostendit animum,& intētionem illam recipientis esse clericandi, licet ipsa per
299 se propriè non cōtineat ordinem, nec exercitiū, & asserit hoc probari in c. 1. 25. dist. dū in eo oēs ordines connumerantur praeter primam tōsuram, quod clarius probatur in c. cleros, in princ. 21. dist. dum dicit, ꝙ clerici generaliter nuncupantur oēs, qui in ecclesia Christi seruiunt, vt sunt Ostiarij, &c. nec etiam nominatur prima tonsura,& in c. de persona, §. nec vero 11. q. 1. quam opinionē etiā, quod non sit ordo fuerūt sequuti, Dec. in c. cū nō ab ho-

mine de iud. Menoch. cõs.912.n.21.lib.10. Didac. Coua.in c.quia nos nu.4.de testam. Vinc. de Frãc. dec.189.n.9. qui ad hoc ponderat. Conc. Trid. in c.nullus prima tõsura sess.23.de refor. dũ extra mi nores ordines ponit initiatos prima tonsura; & licet hæc opinio sit verissima, nihilominus clerici
300 prima tonsura tantum insigniti gaudẽt omnibus priuilegijs clericalibus, sicut clerici constituti in sacris, vt dixi sup.n. 300. & add. Mart.d.c.31. n. 18.
301 & dicam infra effectu primo ampl.8. n.77. & ratio est, quia prima tonsura initiatus dicitur clericus c.cum contingat vbi Butr.& alij de ætat.& qual.ordinan.Io.Gul.a Ceruates super legibus Tauri l. 5. n.13.15. & 16.Hartman.Vulteius Vltramontan.in tract.de feud. lib.1.c.9.n.67.vers.cæterum sunt clerici, cart. mihi 459. Anastas. Germon. in tractatu
302 de sacr. immu. lib. 3. c. 15.n. 76. qui duo vltimi dicunt etiam quod prima tonsura largo modo dicitur ordo, Rodulph. Cupers in repet. c. oportebat dist. 79.in tit.tonsurã, seu salmissam, art.1. per tot.car. mihi 329. vbi multa scitu digna de tonsura scribit.

303 Episcopatus vero quod sit ordo (quam pro nono tenentes opinionem, quod ordines sunt noue) dixit Haritm. Vulteius in præcitato ver. cæterum sunt clerici. Abb. in c.aqua de consecr.eccl.cũ alijs quos recenset Corrad.in templ.iud. lib 2 c.1. in §. seu sect.incip. ordinum defectus,n.2.car.mihi 164. Sed reuera episcopatus non est ordo, sed ordinum cacumen, & culmen dignitatum, imò est dignitas dignitatum; c. venerabilis in ver.culmina dignitatũ de præb.Barb.in tract.de præst.Card.in basilica primæ partis, q.1.nu.16. Anast. Germ.in tract. de sacror.immu.lib.3.c.8.n.9. Borg. in tract.de irreg.p. 6 in tit.de simonia,nu. 39. cart.mihi 242.& p.3. in tit.de dispens.n.8.car.mihi 60.Cæph.cons.1. num. 47. & seq. lib.1.vbi dicit,quod in ecclesia Dei non est maior dignitas,& n. 49. dicit,quod sunt summi sacerdotes, allegat c.1.de sacra vntione,ideo quãdoque vocantur Pontifices, quandoq; summi sacerdotes, vt dixi,est text. in c. incita, &c. de persona n.q.1.c. qui ecclesiasticis,c.si officia 59.dist.de cuius quidem dignitate, ac eminentia, multa scribit Anastas. Germon. in tract. de indultu in ver, episcopus per totũ,Bertach.in tra.de episc.in proem. & per totũ tract. Sfort.Oddo in tract.de rest.in integr.q.31.n.150.Fabb.Turrett.cons. 80.n. 4.lib.1. Tob. Noni.cons.71.n.31.Lancell.Corrad.in tẽplo iud.lib.1.c.6.n.5.fol.131. & lib.2.c.6.§.4. nu. 2. &
306 per totum,cart.mihi 208.In tantum quod episcopi dicũtur esse multi relati per Barb. in trac.de præstantia Cardinaliũ in basilica 2.p.q.1.n. 16. & seq. in 13.to.tract.diuers. p.2.car.mihi 64.licet ipse cõtrariũ defendat,Gãba.in tract.de offic.& potest.legat.lib.7.n.134.135.& 136.vbi dicit,quod Episcopi à Romano Pontifice appellantur fratres,& Cardinales vocãtur filij,allegat c.frater noster 16. q.1. & not.per Doctores in proœm.6.& gl.in c. fundamẽti.in ver. fratres de elect. in 6. & in c, graui de crim. falsi, & voluit etiam Cephal.d.cons.1. n.49.
contemplatiua religiosorum, & clericorum est me
lior, & dignior vita seculari, & actiua §. 1. in Auth.
de monach. c. infirmitas de pœnitentijs, & remiss.
c. nupt. 34. q. 1. clem. exiui de ver. signif. Menoc. cõs.
160. nu. 11. lib. 2.
403 Hinc est quod si alicui relinquatur legatum cũ
conditione quod non debeatur si legatarius ingre-
deretur monasterium talis conditio tanquam im-
peditiua vitæ spiritualis, & ingressus religionis om
nino reijcitur à legato, & sic legatum debetur etiã
quod legatarius ingrederetur religionem. vel effi-
ceretur clericus, Bald. in l. cum ita de condict. &
demonst. Carolus Tappia in repet. Authen. ingressi
in verbo ingressi c. 1. nu. 11. C. de sacros. eccles. vbi
dicit quod hoc procedit quando prohibitio est ge-
neralis secus si prohibitio esset particularis ne lega
tarius ingrediatur ad certam religionem particula
rem, & e contra eadem ratione si alicui puellæ re-
404 linquantur mille si nupserit, & quingenta si mo-
nasterium ingrediatur adhuc debebũtur mille etiã
quod monasterium ingrediatur, & non nupserit,
Io. And. in addit. ad specul. in tit. de stat. monacor.
Ant. de Butr. n. 27. Abb. n. 49. vbi Addentes Aret. n.
72. Fely. n. 32. & Bero. n. 494. in c. in præsentia de
probat. idem Abb. in c. Ecclesia S. Mariæ nu. 35. de
constit. Bar. Alex. & Soc. in l. 2. de his, quæ pene no
mi. Alber. in l. deo nobis nu. 7. C. de episc. & cler. &
in trac. de statut. p. 2. q. 104. Roman l. stipulatio hoc
modo concepta n. 16. de verb. oblig. Ias. in Auth. si
qua mulier. n. 9. C. de sacros. eccles. Ripa in l. 1. n. 61.
ff. solut. matrim. Mars. in repet. l. vnic. nu. 45. C. de
raptu. Virgin. Rimin. iun. conf. 84. per tot. lib. 1. Cã-
pegg. in tract. de dote p. 1. q. 30. Matthesilan. sing.
52. & ibi Gabriel Saraina in addition. Boer. decis.
3. n. 14. Io. Crotus in l. nemo potest. de legat. vbi
testatur de comm. opinione Alex. conf. 121. n. 14.
Socin. conf. 241. n. 3. & conf. 269. lib. 2. Ruin. conf.
68. in fi. Soc. iun. conf. 160. n. 68. lib. 2. Dec. cõs. 419.
Durand in tract. de arte testand. tit. 6. caut. 64. Vil-
lalobs in lib. comm. opin. in verbo relictum vbi asse
rit hanc esse commun. opin. Aquilinus in l. Gallus
§. & quid si tantum de liberis, & postum. quos
omnes refert licet ipse contrarium teneat cũ mul-
tis alijs quos allegat pro contraria opinione, Ca-
rolus Tappia in repetit. Authen. ingressi in verbo
ingressi c. 1, nu. 12. C. de sacros. eccles. & vltra præ-
citatos hanc eandem opinionem tenuerunt Io. Ba-
ptista Ladrech cõs. 171. nu. 2. vers. minus obstat li.
1. Don Gars. Mastrill. dec. 152. n. 5. cum seq. vbi nu.
2. assignat rationem quia mulier ingrediendo mo-
nasterium dicitur nubere, Leonard. Galgan. de
condit. & demonstr. p. 1. c. 8. n. 44. & seq. Mars. in
repet. rub. de fideiuss. num. 127. & singul. 215. Io.
Asina in suis conclus. in verbo dos cart. mihi 29. Io.
Moedan. dec. 3. nu. 2. in tit. de testam. Ant. Gabriel
in suis concl. lib. 4. in tit. de legat. concl. 2. nu. 1. vbi
asserit hanc esse veriorem opinionẽ, Decian. cõs.
5. per totum, vol. 3. Sfor. Odd. conf. 19. num. 19. Pet.
de Gregor. in tract. de dote de parag. q. 13. circa
prin. Didacus Perez in lib. 5. tit. 2. l. 1. car. 134. vers.
vtrum autem legatum dotis Michael de Palac. in
tract. de contract. lib. 6. c. 6. car. 530. vers. præterea
omnis Io. Guttierrez in lib. 1. canoni quæst. c. 32. n.
15. Didacus Spino in specul. testamen. in 14. gloss.
princ. n. 110. Domin. Intrigl. decis. 30. nu. 3. Rimin.
Iun conf. 85. per tot. lib. 1. vbi pro ista opinione ad-
ducit nonnulla validissima argumenta Couarr. in
lib. 1. var. resolupt. c. 19. n. 9. vbi dicit, quod hæc cõ-
clusio procedit etiam contra expressam prohibi-
tionem testatoris, Do. Cosimus Nepita super con-
suet. clariss. ciuitatis Cathaniæ tit. 19. nu. 15. vbi
multos congerit, & testatur de magis com. * opi.
probat etiam multos allegat, & de magis * cõ. testa
tur Brun. à Sole in compend. resolut. proposit. iur.
in verbo filia cui pater Rolan. a Valle conf. 35. n.
16. lib. 3. Maluas. conf. 21. n. 17. lib. 1. multos conge-
rit Fabius Turrett. & plures testatur de magis
comm. opin. * conf. 4. n. 11. lib. 3. vbi nu. 12. 13. &
14. ponit fundamenta huius opinionis licet ipse
transeat cum opinione contraria in nu. 15. & seq.
prout facit etiam conf. 74. n. 4. & seq. lib. 2. vbi asse-
405 rit quod hæc est com. opin. & ipse contrarium
defendit in casu suo Emanuel a Costa in repet. l.
cum tale §. si arbitratu ampliat. 11. n. 5. Thomas
de Ferrar. cautela 9. Ludou. Beia Hispan. in respo. ca
suum conscientiæ casu 44. Parif. conf. 65. n. 14. vol.
2. Siluester in summa in verb. hæreditas il 4. n. 13.
Illustriss. Cardin. Franc. Mantica in tract. de con-
iectur. ultim. volunt. ubi dicit, quod in hac quæ-
stione non solum veteres, uerum etiam recentio-
res inter se multum dissentiunt, Ant. de Corduba
in repet. l. si quis a liberis, §. si quis ex his, nu. 174.
& seq. ff. de liber. agnoscen. Petrus Nicolaus Moz-
zius in tract. de contract. tit. de matrimonio rub. de
diuisio-

diuisione matrimonij,n. 3. car.mihi 173.Emanuel Suarez in tesaur. recept. sentent. in lit. R,n. 40.& hæc est magis * cōmunis,magis vera,& magis tuta opinio quidquid in contrarium tenuerint, Carol. T app. & Fabius Turrett. in locis sup. allegatis,& Menoc. cons. 169.li.2.& alij per prædictos alleg.

Retenta igitur prædicta opinione quod legatū debetur integrum ampliatur vt procedat etiam si mulier non efficiatur monialis in monasterio clau strato verum etiam si efficeretur tertiaria alicuius religionis,vt S. Francisci D. Intrigl.d.dec.30.n.5. vbi allegat Gabriel in suis concl.lib.4.tit.de legat. cōcl.2.n.2.Caual.dec.1.nū.10.li.3.Lanceli.Polit.in tract. de substit.p.6.n.3.Capit.dec.115.nu.9.

406 Hinc est etiam quod licet legatum alimentorum factum cum conditione quod legatarius debeant alimentari certo loco vtputa in domo testatoris si alimentarius nolit eo loco alimentari illud amittat, & extra illum locum nō debentur,Bartol. in l.Caio,§.Imperator ff.de aliment.& cibar.legat, Menoch. qui multos alios allegat in tractat. de arbit. iud. casu 167. num. 13.& casu 170.num.10.& in tractat.de præsump.lib.5.præsumpt.157.n.51.Simon de Preus in tract.de interpet.vltimar.volunt, lib.4.dubio 11.n.102.& sequ.Leonard. Galganett. de condition. & demonstr. p.1,c.11.n.18.Nonius cons. 85. nu. 8. Burtat.cons.87.n.23.lib.1.Gabriel cōs. 109.n.15.lib.1.Fab.Turrett.cons.88.n.12.lib. 1. Nihilominus si legatarius vellet religionem in-
407 gredi,& se Deo dicare consequi poterit legatum etiam extra domum,Anton. Corduba in repet.l. si quis à liberis §. si quis ex hijs n. 174. de lib. agnos. vbi ad hoc allegat spec. in tit. qui filij sint legitimi n. 33. & eadem ratione dico quod licet tutor, qui
408 se excusa. a tutela ammittat legatum,& solutum restituat,l. Nessennius,§. fin. ff. de excusat.tutor.l, tutor §. quæ tutoribus,ff. eo.tit.l.qui tutelam,ff.de testamen. tutel.l.etiam si partis ff.de legat.1.Ruin. cons. 38. n. 2. & 3.& cons.49.nu.1.vol.2.Emanuel Suarez in suis comm. opi. in verb. tutor n.323.vbi dicit istam esse comm. opinion. Tiraq.in tract.cessante causa nu.121.vers.ligati causa in prima parte Petr.Caleñatus in repet.l.diem functo nu.115.ff. de offic. assessor. Caroni. decis. 17. n.1. Caualc. in tract.de tutor.& curat.n.190.c art.mihi 116.Viui. dec. 11.n.16.Montan.in tra.de tutel.c.32.reg.5.n, 118. Pancirol. cons.44.n.39.Rom.qui loquitur in fideicommisso cons. 207.n.1.2.& 3.& cons.235.n. 1.& cons.221.n.1.Honded.cōs.52.lib.2.Nihilomi-
409 nus si is tutor vellet se clericari & per consequēs a tutela se excusari non ammitteret legatum ne retraheretur a vita contemplatiua vt dicam infra eff.16.n.4.

410 Hinc est etiam quod si institutus sub conditione de restituendo hæreditatem alteri si decederet sine filijs efficeret monacus,vel aliter regularis adhuc eo decedente sine filijs, substitutus erit exclusus, & monasteriū in quo iam professus est illi succederet quod quomodo, & quando procedat, & an hoc indistinctè sit verum ponunt, Sim. de Pret. cons. 39. n. 16.Vinc Hondod.cons.62.n.50.51.& 52.lib. 1. Ripa in l.si vnquam n.92.C.de reuocau. donat.Bimius cons. 17.per tot.li.1.& cons.149.lib. 3. Franc.Viuius in communibus opinionib.in ver, substitutus Stefan.Gratiā.in Rota Marchesan.dec. 6.per tot. D.meus Mastrill.d.dec.152.num.18.cum sequen.Camillus Borellus consil.33.Bald.consil.3. lib.6.Anton.de Gam.decis.316.Fabius Turret.consil. 4.lib.3.Osascus dec.126.late Polidorus Ripa in tract. de actis in articulo mortis,c.44.per tot.Ang. Mattheazius in tract.de legatis,& fideicommiss. c. 23.per totū,Caualc.late dec.1.quasi per tot.li.3.D. Intrigl. in tract. de feud. centur, 1. q 46.n.83.cum plurib.seqq & in tract.de substit centur.3 q.63.nu. 3. vbi cæteris melius ac latius hanc conclusionem examinat eam ampliando septem modis, & limitando 25.vbi post limitationes num.91.dicit quod in casibus in quibus non excludit substitutum mo-
411 nasterium possidebit bona, & erit ipsorum vsufructuarium durante vita ipsius monaci allegat Peregr. in tractat. de fideicomiss.articul.28.num.81. Couarr. in lib. 1. variar. resolut.c.19.num.7.Bald. cons.407,n.13.vol.1.Franc.Mantica in trac.de coniect.vltimar.volunt.lib.11.tit.7.n.4.Crot.in l.Gallus,§.& quid si tantum n.15.ff.de liber.& posthum, Mastrill. d.dec.nu.25.quod tamen est intelligendū dummodo religio ad quam quis ingreditur sit in communi,vel in particulari secus si esset penitus incapax, quia tunc institutus statim facta professione succederet, vt dicā infra effectu quarto,& quid si institutus non ingreditur monasterium,sed efficitur clericus an substitutio euanescat,vide Io.Alois, de leo in l. 1. nu.16.C.de instit.& substitut.& ideo tam supra citati quam infra citatandi dixerunt q monasterium isto casu habetur loco filij,Alb.Mādell. cons.171.nu.49.lib.1.Ant.de Gama dec.508, Fabi. Turrett.cons.72.n.6.lib.2.Sfort.Odd.consil. 19. n. 24. & 26. Dominus Cosimus Nepita super consuet. clarissimæ ciuitatis Cataniæ tit. 13.n.20, Vinc.de Franch.dec.460.Ludou.Molin.in tract.de primog.Hisp.lib.2.c.5.n.28.Tho,Triuisan.dec.47. n. 7. lib.1.Do.Intrigl.tam d.q.62.n.21.quàm q.51. n. 22. & per tot. cent. 3.& q.35.n.23.cent.2. & q. 72. nu. 9. cent. 1.& in tract.de feud.cent.1.q.46.n, 82.Hiero.Ceuall.in speculo pract.quæst.comm.cōtra com. q.192.& 193.

412 Quod tamen intelligat vt habetur loco filij ciuilis seu adoptiui non autem legitimi,& naturalis, Bald. in Authen.nisi rogati in fi.C.ad trebell.Zasi. in tract. de feud. p. 8. n. 79.Menoc.in tra.de præsumpt. p. 2.lib.4.præsump.83.n.28.

313 Hinc iterum est quod filius familias etiam patre inuito,& contradicente poterit clericari,& monachari, nec ob id erit reputandus ingratus, nec occasione huiusmodi ingressus poterit exeredari, Sal. in l,Deo nobis,C.de episc.& cler.Ant.Scappa in tract.de iure non script.lib.1.c.55.nu.1.& 2.Im-
414 mo ex dispositione sacri Concilij Trident.non solum contradicentes, & impedientes ne quis clericetur, vel monacetur,verum etiam,& consulentes sunt excommunicati.

415 Hinc procedit etiam dispositio, l. si coloni C. de agricol. & censit. lib. 11.qua datur præsidium, & auxilium dominis in spoliatione non violenta licet cum vitio contra eos qui seruos vassallos, vel ascriptitios, vel colonos fugitiuos possiderent vel contra eosdem seruos,at alios,qui seipsos domino surripuerunt,& obedientiam subtraxerunt,vt dixit

Bart.

bart.ibi in princ.Roman.in l.rem quę nobis col.2. vers. secundum ff. de acqu. possess. & ibidem Soc. quæst.9.col.3.Abb.in c.2.in 3.not.de cappell.monacor. Rip. in cap. sepe num. 30.de restit.spoliat. Alexand. consil. 90. num.2.lib.2.Corne.consil.18.
416 lit.G,lib.1.namque dispositio dictæ legis non habebit locum, vbi seruus colonus vel ascriptitius se clericauerit, vel monachauerit, Lucas de Penna in d.l.si coloni in 5.& 7.opposit.Abb.in c.2.de seruis non ordinand. Ioan.Baptista Pontanus in tract.de
417 spolio lib. 1.n.97.& lib.3.n.131.& quod clericatus liberet suum a seruitute, Azzo.in summa tit.de episcop. & cler. n. 14. & quod liberet libertum ab
418 operibus libertorum, dixit Alberic. in tra. de statut. lib. 3. q.41.n.6.ad quod allegat l.interdum de oper.libert.
419 Vndecimo sciendum est quod priuilegia concessa clercis debent latissimè interpretari, l.priuilegia C.de sacrosanct.eccles. Alfer.cons.70.num.38.
420 & tanquam concessa non subditis transeunt in vim contractus, Ioan. Bott. consil.88.nu.50.vbi dicit quod propterea debent extendi.

Duodecimo sciendum est quod donatio facta
421 a patre filio causa se promouendi ad ordines sacros iusta determinationē sacrosancti Cōcil. Trid. sess. 21. c.de refor.non computatur in legitimam, Fab. in §. fi. inst.de off.test.Crauet.cons.136 lib.1.
422 Decimotertio sciendum est quod clerici,& cęterę persone ecclesiasticæ comprehenduntur in numero miserabilium personarum, Innocent. & Butr. in cap.significantibus de offic.delegat & ibi communiter scribentes Anna alleg.146. nu.2.pro-
423 ut comprehenditur etiam ecclesia, Isern. in constit. statuimus num. 3.& ibidem Affl.num.16.idem Afflict. dec. 257. n. 2.& 3.Capit.dec.160.Carauit. super ritu Magn. Cur. V. ritu 233. n. 2. Rebuff.in tract. de sent. prouisional. gl.vltima n.5.Thesaur. dec.117.n.1.in fi.Menoc.in tract.de arbitr.in add. ad cas.66.n.25.& quod clerici sint de numero pauperum, est tex.in c.quod autem 23.quæst.7.& in c. sacerdos 1. q.2.Turrecr.in cap.decimo n.6.& 16.
424 ideo dico quod si testator mandat vt aliquid dispensetur inter pauperes exequutores poterunt illud dispensare etiam clericis.
425 Decimoquarto,& vltimo non ommittam dicere quod omnes non solum debent honorare clericos bonos, verum etiam & malos (si tamen aliqui mali reperiūtur) capitulo Dominus noster 93.dist. & ibi gl.in verbo sacrilegium glo.in c.sacerdotibus in verb. specialiter 11.q.1.

Quia reuerentia,& honor fit officio quod ministrant non autem personæ prout vidimus in aliquibus principibus,& officialibus, qui sunt pessimi nō solum mali,& nihilominus quia reperiuntur positi in illa dignitate ab omnibus venerantur, & hoc clarissimè demonstratur exemplo Domini nostri Iesu Christi, qui in sacratissima cœna ita honorauit Petrum Apostolum sicut & Iudam traditorem permittendo, vt ambo in eadem mensa secum ederēt, & amborum pedes lauit, Ioan.cap.13.Nec ex quo fortasse aliquis clericus, vel monachus reperitur
426 malus totum cetum, & vniuersum ordinem clericorum, & religiosorum debent paruipendere, & illi detrahere, non enim debet alteri per alterum iniqua cōditio inferri, l. non debet ff.de regul.iur. Cassan. in catalag. gloriæ mundi p. 4. considerat. 4.versiculo,& quidam, nam delictum personæ non debet in detrimentum ecclesiæ redundare, capitulo delicto, de reg. iur in sexto,& singulorum delicta singulos authores pœna afficiunt, l. sancimus C. de pœnis, & hoc etiam comprobatur exemplo eiusdem Iudæ, qui licet fuerit ita pessimus non propterea Apostolorum corus aliqua macula fuit affectus, neque dignitatem Apostolorum minuit eiusdem societas.
427 Quæro nunc (vt finem imponam præsenti prędudio) vtrum clerici Orientales, quos nos Græcos appellamus, sint subiecti dispositioni iuris pontificij,& dico quod non, quia ecclesia orientalis canones nō recepit, gl. in c.de libellis, in fi.21.dist.Abb. & Bero. nu. 197.in cap.1.de constitutionibus ideo videmus quod clerici orientales, siue Græci etiam sacerdotes vxorem ducunt vt dicam infra in alio ef fec. loco suo,& dixit Alphons.Aluarez in Speculo iuris Pontifitij c. 81. in princ.mihi 494.
428 Quibus autem priuilegijs possit, vt clerici oriētales, ponunt Cotta in memorial. in verb. clericus n. 2. vers. sed quid Remigg.de Gonn.in tractat.de caritat. subsid. q.65.n.8.in 15.to.tract.diuers.p.2. cart. mihi 92.
429 Quæro secundo qua pœna puniatur is, qui dicit se clericum dum talis non est,& dico quod punitur pœna falsi, Bal.in l.sub prætextu C.de sacros. eccles. Felin. in c.3.loco,n.1.de probat.Dec.in c. tuarum nu.47.de priuileg.Bertac.in repert.in ver. clericus qui non est,& si quis vteretur vestibus clericalibus vel monachalibus puniendus est pœna exilij,& corporali, §. penult. in Authen.de sanctiss. episcop.Menoch.in tract.de arbitr.iud. cent.6.ca-
430 su 361 num.7.vbi dicit quod ista pœna corporalis non reperitur in iure determinato, de iure ciuili arbitrio iudicis erit imponenda allegat Montele.in praxi arbitra. in 4.parte nu.961.& si quis au-
431 deret celebrare vti sacerdos dum non est, vel cōfessionem audire quo modo esset puniendus de iure canonico, ponit Petr.de Gregor. Tholosan. in partit.iuris canon.lib.4.tit 4.c.1.sed de iure nouissimo erit omnino degradandus & tradendus curię seculari, vt comburatur, ita est dispositum per quandam Bullam felicis recordationis Clemetis Papæ Octaui, & ratio cur comburendum esse statuit ille sanctissimus Pontifex fuit quia is talis dat occasionem idolatrandi dum populus adorat hostiam tanquam consacratam, vt verum corpus Christi, & si laicus impetrat beneficium tanquam clericus cum clericus non sit caret impetratis, Ancher. in cap. cum à Deo num.3.de rescript.& ratio est, quia sim
432 plex laicus non potest obtinere beneficium, vt dicam infra effectu 5. nu. 26. vide Zerol.in verb.ordo §. 3.

DON

DON CAROLI DE GRASSIS PANORMITANI IVRISCONSVLTI EMINENTISSIMI.

TRACTATVS DE EFFECTIBVS CLERICATVS.

PRIMVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non supponuntur iurisditioni, & potestati laicorum, quod ampliatur vsque ad n.666. lim. vt a n. 667. cum pluribus seqq.*
2 *Clerici sunt exempti à iurisdictione laicorum de iure diuino, & seq.*
3 *Iudices aliqui laici fuerunt diuinitus pœnis corporalibus afflicti ex eo, quia in clericos iurisdictionem indebita exercere voluerunt.*
4 *Clerici quo tempore consecuti fuerunt possessionẽ exemptionis iudicis laicorum.*
5 *Iuris diuini dicitur illud quod in lege veteri est figuratum.*
6 *Laici sunt penitus incapaces iurisditionis super personas ecclesiasticas.*
7 *Laici non possunt prescribere iurisditionem aliquã super personas ecclesiasticas.*
8 *Iudex ecclesiasticus habet iurisditionẽ in personas ecclesiasticas priuatiuè quò ad iudicem laicum.*
9 *Clericis tàm in causa criminali, quam ciuili habẽt priuilegium fori ecclesiastici.*
10 *Bona clericorum sunt exempta a iurisdictione laicorum prout ipsi clerici sunt, nu. 11. quid tenendum nu. 12. & quo iure.*
13 *Bona sunt accessoria ad personam clerici, nu. 14.*
15 *Consuetudo quòd clerici non potiantur priuilegio fori circa bona an sit valida.*
16 *Papa potest tollere priuilegium fori quò ad bona clericorum.*
17 *Clericus si conuenitur actione reali quo loco conueniri debeat.*
18 *Clerici in omni iudicio, & causa sunt puniendi coram iudice ecclesiastico.*
19 *Papa non potest facere legem generalem per quã indistinctè omnes clericos supponat iurisditioni iudicis, seu Principis sæcularis, ampl. vt n. 23. lim. nu. 24. 25.*
20 *Papa non potest tollere ea, quæ sunt de iure diuino.*
21 *Papa ex causa potest modificare, & limitare ius diuinum.*
22 *Papa non potest facere, id per quod decoloraretur totus status ecclesiæ.*
25 *Papa potest delegare principibus sæcularibus causas clericorum, ampl. vt n. 26. 27. limit. vt num. 28. 29. 31. & 33.*
27 *Papa potest concedere mero laico iura spiritualia certis casibus.*
29 *Papa non potest delegare mero laico causas ordinibus annexas, vt est dicere missam, & audire confessionem, & similes.*
30 *Papa potest delegare Principibus laicus causas spirituales.*
32 *Papa si committit aliquam causam Principi, vel iudici sæculari ille cui committitur de ea causa cognoscit non iure proprio, sed vti delegatus.*
34 *Asserenti se habere delegationem tenetur illã ostẽdere antequam accipiat exercere eius iurisdictionem, & nu. 41.*
35 *Asserenti se habere delegationem non creditur.*
36 *Delegatus ante præsentationem rescripti non dicitur habere iurisdictionem.*
37 *Processus factus per delegatum ante præsentationem rescripti est nullus.*
38 *Citatio facta per delegatum ante præsentationem commissionis est nulla, nec ex ea citatus fit contumax.*
39 *Iurisditio non dicitur collata ante præsentationem literarum.*
40 *Delegationes, & commissiones factæ per Papam, vel Principem sæcularem non possunt probari per testes sed requiritur scriptura.*
42 *Clerici non possunt renuntiare priuilegio fori, & sed submittere iurisdictioni iudicis laici; & de ratione vide n. 43. ampl. tàm in causa ciuili, quam criminali, & nu. 44. Ampl. vt n. 45. 46. 47. 48. 50. 51. 53. 54. 55.*
46 *Clericus, nec cum iuramento potest renuntiare priuilegio fori.*
47 *Episcopus potest inbibere iudici laico, & prohibere, ne procedat contra clericum etiam si ipse clericus vellet conueniri coram eo.*
48 *Clerici, nec etiam cum consensu episcopi possunt renunciare priuilegio fori lim. vt n. 49.*
50 *Consuetudo quod clerici possint renunciare priuilegio fori non valet.*
51 *Clericus non declinans forum iudicis laici potest puniri per suum superiorem; & qua pœna num. 52. 73. 74.*
55 *Clericus non potest consentire in alium iudicem etiam Ecclesiasticum sine cõsensu sui prælati sub ampl. vt n. 56. 57. 58. 59. 60. & 62. lim. vt n. 63. 66. 70. 71.*
61 *Nullitatis causa qui fuit nõ potest allegare ipsam nullitatem:*

64 Hie-

152 Famu-

152 *Famulorum appellatione qui veniant.*
153 *Domesticorum appellatione qui veniant.*
154 *Familiæ appellatione qui veniant.*
155 *Vxor legitima clerici potitur priuilegio fori ipsius clerici lim. vt n. 185.*
156 *Vxores famulorum sanctissimæ inquisitionis gaudent priuilegio fori suorum virorum.*
157 *Vir & vxor sunt vnum corpus, & vna caro.*
158 *Vxor reputatur pars corporis viri.*
159 *Vir & vxor dicuntur vna anima, & vnũ corpus.*
160 *Vir & vxor reputantur socij diuinæ, & humanæ domus.*
161 *Vir & vxor dicuntur esse vnum & idem.*
162 *Impensa facta pro vxore dicuntur factæ pro viro, & è contra.*
163 *Vxor fruitur dignitate & honore viri.*
164 *Iniuria facta vxori dicitur facta viro ita vt ex ea agere possit.*
165 *Vxores admittunt propriam agnationem, & trãseunt in agnationem viri.*
166 *Legatum vsus factum viro censetur etiam factũ vxori, & n. 174.*
167 *Vir & vxor simul, & iisdem cartis testari possũt.*
168 *Vxor non dicitur forensis in loco sui viri.*
169 *Statutum quòd forẽsis nõ possit in loco acquirere non comprehendit viduam, quæ fuit vxor ciuis.*
170 *Vxor ciuis comprehenditur in statuto loquente de ciuibus.*
171 *Statutum si requirat pacem offẽsi ad hoc vt possit consequi abolitionem si est facta iniuria vxori pax est obtinenda à viro.*
172 *Pater viri dicitur pater vxoris, & è contra.*
173 *Vir si stipulatur alimenta pro se censetur illa etiam stipulasse pro eius vxore.*
175 *Priuilegium concessum marito censetur etiam concessum eius vxoris ampl. vt n. 177.*
176 *Priuilegium immunitatis concessum viro extenditur ad eius vxorem.*
178 *Vxor sortitur.*
179 *Statutũ loquẽs de viro extenditur ad eius vxorẽ.*
180 *Spuria nubens viro legitimo fit legitima.*
181 *Concubina clerici sortitur forum ipsius clerici.*
182 *Vxor clerici consequitur forum ipsius clerici etiã si habitaret seorsum à viro propter continentiã secus si sua culpa habitaret seorsum, n. 183.*
184 *Vxor si sua culpa habitat seorsum à viro non cõsequitur alimenta.*
185 *Vxor quãdo dicatur habitare seorsum à viro eius culpa, & quando culpa viri.*
186 *Priuilegium concessum ob causam cessante causa cessat priuilegium.*
187 *Priuilegiũ personale extinguitur extincta psona.*
188 *Vxor perdit priuilegium sibi concessum ratione viri quotiescumque illud amittit eius vir.*
189 *Filij legitimi clericorum gaudent priuilegio fori eorum patrũ secus in filijs illegitimis, vt n. 202.*
190 *Pater & filius reputantur vna & eadẽ persona.*
191 *Filius dicitur pars corporis patris.*
192 *Filius censetur eadem caro cum patre.*
193 *Pater & filius reputantur pro vno capite in extimo faciendo & sufficit vt alter ipsorum registret bona.*
194 *Filius regius vel comitis dicitur rex vel comes etiam viuente patre.*
195 *Petrus Filingerius Comes Sancti Marci nominat.*
196 *Gerardus Migliaxius filius primogenitus Marchionis montis Maioris mentionatur.*
197 *Filij vxor censetur vxor patris & è contra.*
198 *Pater torquetur in filio.*
199 *Maria Virgo cur dicatur fuisse martirium passa.*
200 *Sancta Felicitas dicitur pluries martirizata.*
201 *Pater magis torquetur quam filius si ipse filius torqueatur patre præsente.*
202 *Priuilegium concessum patri extenditur ad filios.*
204 *Filij legitimi dicunt cõstituti in potestate patris.*
205 *Filij clericorum Orientalium gaudent priuilegio eorum patruum.*
206 *Filij clericorum græcorum sunt & reputantur legitimi, & naturales, licet nati ex sacerdote.*
207 *Filij clericorum mortuo patre perdunt priuilegium fori.*
208 *Rustici ecclesiæ gaudent priuilegio fori ecclesiastici & quibus casibus, & n. 209. 210.*
211 *Iudex laicus iudicans de clerico coram eo conuento priuatur eius officio.*
212 *Iudex laicus non remittens clericum ad suum iudicem ecclesiasticum peccat mortaliter.*
213 *Negligentia in officiali est peccatum mortale.*
214 *Negligentia quando æquiparetur dolo.*
215 *Officialis negligens iura respicientia suum officiũ tenetur pacti ad interesse.*
216 *Iudex laicus intentus procedere contra clericum incurrit in sententiam excommunicationis.*
217 *Iudex laicus non excusatur à pœna excommunicationis si clericus coram eo conuẽtus confiteretur se esse laicum si tamen ille sciebat, vel scire debebat esse clericum.*
218 *Iudex tunc demum incidit in excommunicationẽ quando procedit contra clericos secus si procederet contra aliquos qui non sunt clerici, sed potiũtur priuilegio clericali.*
219 *Iudex laicus non remittens clericum suo iudici competenti tenetur ad interesse, tàm ipsi clerico, quàm ecclesiæ.*
220 *Iudex laicus non remittens clericum ad suum iudicem dicitur inferre grauamẽ totæ ecclesiæ Dei.*
221 *Iudex laicus detinens carceratum clericum iniustè committit sacrilegium.*
222 *Iudex laicus sequestrans bona clerici dicitur spoliare eum ideo ante omnia est restituendus.*
223 *Iudex incõpetẽs quidquid agit, agit vti priuatus.*
224 *Iudex laicus, nec etiam per modum exceptionis potest cognoscere de delictis clericorum contra nu. 225. distingue, vt n. 227.*
226 *Occidens aliquem excluditur ab eius successione.*
228 *Processus factus per iudicem sæcularem contra clericum est ipso iure nullus ampl. vt n. 232. & 234. lim. vt n. 235. & seq.*
229 *Iudex ecclesiasticus cui remittitur clericus cum processu facto per iudicẽ sæcularẽ non tenetur stare tali processui, sed debet aliud de nouo cõpilarẽ*
230 *Iudex quando dicatur prorsus incompetens.*
231 *Iudex ecclesiasticus quando tenetur stare processus facto per laicum contra clericum.*
233 *Processus factus per laicus in tantũ est nullus vt non operetur effectum, nec ad constituendũ in mora nec ad interrumpendum præscriptionem.*
234 *Iudex sæcularis põt recipere accusationes contra*

clericos quando testes sunt de proximo recessuri.

239 Testes recepti per laicum contra clericos probant quando sunt mortui, vel absentes, ita vt non possint amplius repeti.

240 Processus factus per iudicem ecclesiasticum contra laicum est validus.

241 Confessio facta per clericum coram iudice laico est ipso iure nulla ampl. vt nu. 242. & seq. lim. vt nu. 249. & seq.

244 Confessio emanat a clerico coram iudice sæculari an faciat indicium ad torturam, & nu. 245. concilia vt nu. 246. 247.

248 Confessio facta per clericum coram iudice incompetente etiam ecclesiastico est nulla.

253 Confessio clerici facta coram iudice laico, licet nō probet delictum principale ad effectum condemnationis probabit tamen delictum, quod ex tali confessione oritur, vt iniuria.

255 Clericus interrogatus à laico nō tenetur illi respōdere si est in sacris constitutus.

256 Clericus coactus a iudice laico quod respondeat qua cautela debeat vti ad hoc vt ipsa responsio sit ipso iure nulla.

257 Index laicus non solum non potest condemnare, verum etiam nec absoluere clericum corā eo conuentum, sed contra, n. 259.

258 Cōdemnare qui nō pōt, nec etiā poterit absoluere si de facto prouenit ex iurisdictione, & n. 259.

260 Clericus bannitus occidens alium bannitū an possit inaultari per iudicem sæcularem.

261 Clericus qui tenetur de euictione si in iudicio est nominatus ab emptore an possit petere vt causa ventiletur coram iudice ecclesiastico, & nu. 262. ampl. vt n. 269. lim. vt n. 270. 271. 272.

263 Forum quod potest declinari à defensore non poterit declinari à defensio.

264 Iudex ecclesiasticus nō pōt inhibere iudici laico ne in causa in qua clericus tenetur de euictione vlterius procedat cōtra laicū principaliter conuentū.

265 Emptor laudatus si sucepit in se iudicium videtur gerere vices emptoris.

266 Venditori laudato ab emptore conuento ea omnia obstabunt, quæ ipsi emptori obstant.

267 Venditor laudatus nō pōt opponere aliquam exceptionē qua non potest opponere emptor cōuētus.

268 Venditor qui venit ad defendendum emptorem tenetur causam suscipere in eo statu in quo reperitur tempore quo ipse venit.

273 Clericus nominatus in iudicio ad hoc vt possit declinare forum quid probare habet.

274 Conuentus si a principio fatetur se possidere, & postea nominat clericum poterit legitime condemnari ad restitutionem rei, & solutionem expensarum reseruatis iuribus ipsius clerici.

275 Iudex laicus qui condemnauit emptorem laicū nō poterit cōpellere clericū, qui tenetur de euictione ad satisfaciendum ipsi emptori condemnato.

276 Iudex laicus remittens clericum ad suū iudicē ecclesiasticum maximum cōsequitur premiū a Deo.

277 Clericus debitor fiscalis non potest conueniri corā pronocare Cæsaris.

278 Clericus hæres laici non potest conueniri coram iudice laico ampl. vt nu. 279. & 280. 281. 282.

281 Clericus succedens laico tenetur lites inceptas contra defunctum prosequi coram ipso iudice laico, & nu. 282. & de ratione n. 283. & seq. limitatur vt nu. 290. & seq. vsque ad n. 318.

284 Instantia incepta cum defuncto transit in hæredē actiuè, & passiuè.

285 Iudicium ibi debet terminari vbi est ceptum.

286 Hæres censetur, & reputatur vna, & eadem persona cum defuncto.

287 Conuentus in iudicio videtur quasi contrahere.

288 Personæ mutatione nō dēt fieri deterius alteri.

289 Ius formatum, & creatum in persona defuncti trāsit actiuè, & passiuè in hæredem.

291 Instantia perempta, lis est tanquam si nunquam fuissent incepta.

292 Instantia perempta effectus inhibitionis facta per iudicem appellationis annullatur.

293 Litigiosi vitium cessat instantia perēpta, & cōsequenter res de qua agebatur potest alienari.

294 Instantia perēpta perit cōfessio inducta ex dispositione statuti.

295 Fideiussor de iudicio sisti dicitur liberatus instantia perempta.

296 Instantia perēpta extinguitur iurisdictio iudicis.

297 Instantia perempta iudex non dicitur amplius iudex, sed priuata persona.

298 Litis pendentia inducitur per simplicem citationem, quod lim. vt n. 300.

301 Citatio nulla non operatur vt possidens non dicatur pacificus possessor.

302 Sententia nulla non dicitur sententia.

303 Solutum vigore sententiæ nullæ non potest repeti tanquam indebiti solutum.

304 Statutum puniens facientem aliquem actum non comprehendit facientem actum nullum.

305 Feudatarius seu emphyteuta alienans rem feudalē vel emphyteuticam non consentiente domino priuatur iure suo.

306 Alienatio rei feudalis, siue emphyteutæ si est nulla res nunquam incidit in commissum.

307 Statutum puniens eum qui cesserit debitum potētiori non habet locum vbi cessio esset aliquo capite nulla.

308 Præceptum si est nullum contraueniens illi non incidit in aliquam pœnam.

309 Citatio nulla non interrumpit præscriptionem.

310 Processus si est nullus non interrumpit præscriptionem.

311 Processus si est nullus non facit desinere rem esse integram.

312 Processus nullus non perpetuat iurisdictionem.

313 Gabella quæ ex forma statuti debet solui ex quolibet contractu nō erit soluēda ex cōtractu nullo.

314 Laudemium non debetur ex contractu nullo.

315 Retractus nō habet locū vbi alienatio esset nulla.

316 Appellatio suspendit sententiam, & iurisditionem iudicis a quo.

317 Appellatio si est nulliter interposita non suspendit sententiam.

319 Clericus hæres prædonis potest conueniri coram iudice laico, vt restituat rē quam eius author depredatus fuerat.

320 Laicus qui succedit clerico debet conueniri coram iudice sæculari lim. vt n. 321.

322 Iudex laicus non solum iurisdictionē contentiosā

verum

474 *Non probat hoc esse, quod ab hoc cōtingit abesse.*

475 *Clericus potest citari per iudicem laicum in inuentario faciendo.*

476 *Clericus artatus proclamare generali edito per Iudicem sæcularem.*

477 *Statuto stante, quod omnia instrumenta debeant insinuari citatis creditoribus, clericus creditor poterit citari per Iudicem sæcularem.*

478 *Clericus citatus coram Iudice sæculari tenetur comparere si in citatione exprimitur talis causa ex qua apparet, quod ipse est suppositus iurisdictioni Iudicis laici.*

479 *Clericus citatus à Iudice laico tenetur comparere ad allegandum suum priuilegium, quando est dubium an sit clericus.*

480 *Clericus citatus a laico quatenus suum putauerit interesse tenetur corā eo cōparere lim. vt n.488. Citatio quatenus suum putauerit interesse non dicitur artatoria, sed incitatoria.*

481 *Citatio quatenus suum putauerit interesse, est potius monitio, quàm citatio.*

482 *Citatus quatenus suum putauerit interesse dicitur potius actor voluntarius, quàm reus necessarius.*

483 *Citatio cum clausula quatenus suum putauerit interesse non artat citatum ad comparendum.*

484 *Citatus quatenus suum putauerit interesse si non comparet, non efficitur contumax.*

485 *Clericus citatus per proclama generale si suum putauerit interesse, tenetur comparere.*

486 *Clericus citatus quatenus suum putauerit interesse si non comparet, sibi non præiudicat.*

487 *Clericus citatus quatenus suum putauerit interesse si comparet, & docet de possessione rei, super qua agitur non esset vlterius procedendum coram iudice sæculari.*

489 *Clericus citatus quatenus suum putauerit interesse si comparet, et petit, vt remittatur ad suum Iudicem competentem, debet statim remitti, de veritate vid. num.490.*

491 *Clericus licet posset citari per Iudicem laicū quatenus suum putauerit interesse, attamē tutius est vt citetur per suum Iudicem Ecclesiasticum.*

492 *Clericus si citatur per Iudicem sæcularē pōt quilibet pro eo cōparere, et allegare declinatoriā fori.*

493 *Exceptio incompetentiæ Iudicis, etiam in causa capitali potest opponi per procuratorem.*

494 *Iudex ecclesiasticus erit Iudex competens quando clericus, & laicus sunt dati exequutores testamenti.*

495 *Clericus etiam infamis non potest conueniri coram Iudice sæculari.*

496 *Infamia omnis tollitur per susceptionem ordinis clericalis.*

497 *Iudex Ecclesiasticus si pronuntiat simul cum laico in aliqua causa, est appellandum ad superiorem Iudicis ecclesiastici.*

498 *Clericus debet consequi priuilegium fori etiamsi in sua promotione narrauerit aliam qualitatem, quæ reuera non aderat.*

499 *Iudex eccl. est iudex competens pro legatis pijs.*

500 *Princeps laicus nō solum per se ipsum non potest cognoscere de causis clericorum, verum etiā, nec per suum delegatum clericum.*

501 *Delegatus nihil habet ex se.*

502 *Clericus vt delegatus laici non poterit cognoscere de causa spirituali.*

503 *Delegatus principis sæcularis etiam quod sit clericus dicitur Iudex sæcularis.*

504 *Clericus potest esse delegatus laici, quod ampliatur vt num.505. lim. vt nu.506.*

507 *Clericus non pōt esse locumtenens officialis laici.*

508 *Episcopus delegatus laici pro tuenda iurisditione delegata non poterit vti gladio spirituali.*

509 *Appellatio est interponenda coram delegante laico à grauamine illato per delegatum clericum.*

510 *Prælatus, vel clericus habens iurisdictionem a principe sæculari, vt quia est feudatarius si infert grauamen ab eius grauamine appellatur ad dominum temporalem, secus si tamen iurisdictionem haberet iure proprio num.512.*

511 *Clericus si est dominus feudi habetur pro laico.*

513 *Prælatus iudicās vti feudatarius, cur appelletur ad dominum feudi.*

514 *Homo idem diuersis respectibus, & qualitatibus diuersis homo considerari poterit.*

515 *Episcopus, qui est eiusdem Ecclesiæ Episcopus, et canonicus in quo loco sedere habet, quando reperitur in capitulo vti canonicus.*

516 *Episcopus si est consiliarius principis in loco cōsilij sedebit vti consiliarius.*

517 *Rex vel alius supremus princeps si iudicat vti feudatarius alterius principis, ab eius sententia erit appellandum ad principem dominum feudi.*

518 *Laicus si est delegatus clerici ab eius sententia appellatur ad delegantem clericum.*

519 *Clericus penitus illiteratus gaudebit priuil. fori.*

520 *Iudex Ecclesiasticus debet dirimere cōtrouersiam ortam inter coheredes, vbi aliquis ipsorum esset clericus.*

521 *Laicus potest conueniri coram Iudice Ecclesiastico pro re ad ecclesiam spectante ampliat. vt num. 522. lim. vt num. seq.*

524 *Iuramentum perorrescentiæ quomodo, et quando præstetur.*

525 *Depositus pro crimine nō perdit priuilegiū fori.*

526 *Irregularis non perdit priuilegium fori.*

527 *Irregularis, si ordinatur de facto, fit verus sacerdos, & accipit omnem potestatem.*

528 *Irregularis si ordinatur licet suscipiat ordinum caratherem nihilominus non habebit eorum exequutionem.*

529 *Irregularis quando dicatur ordines ministrare.*

530 *Episcopus potest dispensare cū irregulari, quoad suscipiendos ordines minores.*

531 *Clericus potitur priuilegio fori etiam si dubitatur de clericatu lim. vt num.532.*

533 *Laicus, qui spoliauit clericum, potest conueniri coram Iudice Ecclesiastico.*

534 *Clerici nō possunt capi per officiales laicos ampl. vt num.535. lim. vt num.536. & seq.*

538 *Officialis laicus potest capere clericum in fraganti crimine captū, & quando, et quomodo hoc procedat ampl. vt num.539. 540. 541. 542.*

542 *Officialis laicus potest capere clericum quem scit deliquisse dūmodo illum statim remittat ad suum Iudicem.*

543 *Officialis laicus quando possit capere clericum inuentum de nocte.*

D 3 544 *Infra-*

Recon-

ecclesiastici, & quando possit de causa cognoscere 829. 830. 831. 832. 824.

833 *Exequutor merus quis dicatur.*

835 *Clericus degradatus si est absens, & ideo non possit actualiter degradari quomodo sit procedendum.*

836 *Clericus pro quibus criminibus possit degradari 838.*

839 *Hæreticus si est paratus se corrigere non est tradendus curiæ sæculari nisi sit relaxus.*

839 *Clerici in minoribus constituti an sint actualiter degradandi 840.*

841 *Clericus in omnibus casibus vbi est puniendus per iudicem laicum semper est degradandus præter in casibus in iure expressis.*

842 *Clericus degradatus si post degradationem committit aliquod crimen poterit indifferenter puniri per iudicem sæcularem tanquam laicus.*

843 *Clericus nunquam debet degradari, & tradi curiæ sæculari nisi cōtra eum processum fuerit per viā accusationis.*

844 *Clericus negotiator, vel artifex potest conueniri coram iudice laico si deliquerit in negotiatione, vel artificio lim. 845. 846. 847.*

848 *Clericus officialis laici si deliquerit in officio, potest puniri per laicum, & de ratione vid. n. 849. sed contra 850. concorda 851. 852. 853. & 854.*

855 *Clericus depositarius, vel sequester pro restituēdo deposito, vel sequestro potest conueniri coram iudice sæculari lim. vt n. 856.*

857 *Iudex laicus potest cognoscere de causa clerici vti compromissarius intellige, vt n. 858.*

859 *Clericus quibus casibus possit, vel non possit facere compromissum.*

860 *Compromissum de licentia episcopi potest fieri in clericum, & laicum simul.*

861 *Compromissum non potest fieri de rebus temporalibus ecclesiæ sine licentia episcopi.*

862 *Clericus inuentus cum armis per officiales laicos potest armis spoliari, & tunc arma acquiruntur ipsi capienti.*

863 *Clericus venator si exercet venationem prohibitam pōt puniri canibus, & auibus per officiales laicos.*

864 *Clericus repertus cū armis nō pōt puniri aliqua pœna per officiales laicos sed solū armis priuari.*

865 *Clericus in minoribus constitutus si aliquod agit quod est penitus contrarium statui clericali ammittit priuilegium fori.*

866 *Clericus qui militiā exercet perdit priuilegiū fori.*

867 *Militiæ clericalis, & sæcularis sunt contrariæ.*

868 *Iudex sæcularis potest cognoscere de causis clericorum vti minister iudicis ecclesiastici vt si esset assessor episcopi.*

869 *Clericus potest conueniri coram iudice laico quādo cōuenitur vt reparet ecclesiam ruinā minātē.*

870 *Ecclesiam ruinā minātē quis reparare teneatur.*

871 *Clericus qui tenetur reparare ecclesiam si illam non reparat peccat mortaliter.*

872 *Clericus perturbans, vel sibi vsurpās iurisdictionē principis, vel iudicis potest ab eodem perturbato puniri.*

873 *Iurisdictio est defendenda etiam vsque ad effusionem sanguinis.*

874 *Clericus pro tributis casu quo ad illa tenetur potest conueniri coram procuratore Cæsaris, & quomodo tunc conueniatur.*

875 *clerici qui communi appellatione esset habitus pro laico potest conueniri coram iudice laico ampl. vt nu. 879.*

878 *Opinio præiudicat, & præualet veritati in iudicijs.*

880 *clericus conuentus coram iudice laico si distulerit allegare declinatoriā fori poterit in expensis cōdemnari ab eodē laico, & hoc est si iniuste egerit cōtra laicum limita, vt n. 882. 883. 884. & 885.*

881 *clericus condēnatus ad expensas ex eo quia distulit allegare suū priuilegiū, vel quia temere egit poterit conueniri vltra quam facere potest.*

886 *Expensæ in quibus clericus fuit condemnatus per iudicem laicum debent peti, & taxari coram iudice ecclesiastico.*

887 *Expensæ ad quas clericus fuit cōdemnatus super quibus bonis debeant solui.*

888 *clericus ingerens se enormitatibus, & dimittens habitum clericalem perdit priuilegium fori, & an requiratur trina monitio ibidem ampl. 880. limit. 900. 901.*

890 *clericus captus in enormitatibus sine habitu si tamen monitiones non præcesserint non perdit priuilegium fori lim. nu. 891.*

892 *clericus coniugatus eo ipso quod dimittit habitum, & tonsuram perdit priuilegia clericalia.*

893 *Monitio debet esse particularis ad hoc vt clericus possit priuari priuilegio fori, nec sufficit monitio generalis per proclama.*

894 *Monitus ter si monitionibus non paret dicitur cōtemnere monentem.*

895 *Monitio vnica cum comminatione pœna habetur pro tribus.*

896 *Monitio ad hoc vt dicatur trina quomodo sit facienda nu. 897.*

898 *Actus pluries repetitus vnico contextu dicitur vnicus actus.*

899 *Terminus intermedius inter plures monitiones est arbitrarius iudicis monentis.*

902 *Monitio quæ fit clerico vt desistat ab enormitatibus, & ab alijs vt sit valida debet fieri per iudicē ecclesiasticum, & non sæcularem.*

903 *Iudex ecclesiasticus si est negligens in monendo clericos vt deferant habitū, & desistant ab enormitatibus quid facere habeat iudex sæcularis num. 905.*

904 *Iudex laicus potest punire clericos qui cum fuerint moniti non desisterunt a primæua vita.*

906 *Negligentia, & lenitas siue manus laxitas prælatorum in puniendo clericos delinquētes est causa multorum malorum, & quorum.*

907 *clericus legitime monitus si post monitiones deliquerit poterit puniri per iudicem laicum absque degradatione.*

908 *clericus monitus vt re assumat, & deferat habitum, & tonsuram si reassumit tantum aliquod ipsorum an propterea perdat priuilegium clericale*

909 *clericus repertus in fraganti crimine sine habitu, & tonsura an perdat priuilegium fori si prius nō fuerit monitus.*

910 *clericus delinquēs in habitu laicali nō propterea perdit priuilegiū fori intellige vt n. 911. & 914*

912 *clericus qui dimisit habitū, & tonsurā, & propterea perdidit priuilegiū clericale si tamē habitum re assumerit statim omnia priuilegia recuperabit*

Biga-

ri possit attamen est interpretandum vt vnum tantum operetur.

87 Argumentū a contrari sensu sumitur in statutis, in tantū quod disponunt etiam a contrario sensu.

88 Argumentum a contrario sensu non sumitur in statutis vbi veniret legis correctio.

90 Delicta plura si ex vno facto oriuntur omnia cōfundantur, & attenditur id quod est maius.

91 Accusatus de vulnere si post susceptum habitū clericale vulneratus moritur pro homicidio a quo iudice sit puniendus.

92 Accusatus de vulnere si habet pacem seu remissionem si sequatur mors talis remissio ei non erit profigua.

93 Vulnus, & delictum satis diuersum ab homicidio.

94 Vulnerans mortaliter non potest statim puniri pro homicidio etiam quod sit certum quod vulneratus ex vulnere erit peritus.

95 Viuere quis dicitur dum anima est in corpore licet sit letaliter vulneratus.

1096 Iura loquentia de occidente non vendicant sibi locum in vulnerante.

1098 Principia qualia sunt talia præsumuntur principiata donec probetur contrarium.

1099 Votum probatur iuramento ipsius vouentis si aliunde constare non potest.

1100 Iuramento regulariter probantur ea quæ consistunt in animo nu. 1125.

1101 Ignorantia probatur iuramento.

1102 Testes post didicita testificata de nouo produci non possunt.

1103 Iurans se ignorare primas attestationes admittitur ad producendū testes post didicita testificata.

1104 Appellatio est interponenda infra decem dies.

1105 Iurans se nescire sententiam contra se fuisse latā admittitur ad appellandum etiam post decē dies.

1106 Tempus ad appellandum quando currat vbi sententia est obscure lata.

1107 Exceptio recusationis, & suspitionis iudicis debet opponi in principio litis.

1108 Exceptio recusationis potest opponi in quacunq; parte iudicij vbi causa ipsius peruenit ad notitiā partis post iudicium incohoatum, & statur iuramento opponentis quod postea id sciuit.

1109 Deferens rem pro qua debetur gabella si illam non manifestat gabelloto eandem perdit, & punitur pœna statuti.

1110 Iurans se nescire quod pro re quam deffert debeat solui gabella non potest aliquo modo puniri.

1111 Deferens rem causa vsus proprij non tenetur persoluere gabellam.

1112 Iuramento asserentis quod res quam defert est causa proprij vsus probatur hac qualitas.

1113 Emphyteuta alienās rem emphyteuticam inscio domino directo cadit a iure suo quod limitatur vbi ignoranter alienasset, vt nu. 1114. & statur eius iuramento quod id ignorabat, n. 1115.

1116 Emphyteuta cessās a solutione canonis per triennium cadit a iure suo quod limita si id ignorasset nu. 1117.

1118 Iuramento emphyteutæ asserentis se ignorasse remisse emphyteuticam statur ad euitandum pœnam caducitatis.

1119 Dominus directus recipiēdo canonem post incursam caducitatem præsumitur caducitatem remisisse lim. vbi caducitatem ignorasset, n. 1120.

1121 Iuramēto domini directi qui recipit canones post incursam caducitatem probatur quod ipse talem caducitatem ignorabat.

1122 Conclusione in causa facta non intrant alia scriptura fallit vbi ipse scripturæ essent de nouo repertæ.

1124 Scripturæ quod sint de nouo repertæ statur iuramento ita asserentis.

1126 Probatio quam quis nouit ante commissum delictum est facienda in curia ecclesiastica.

1127 Fraus regulariter non præsumitur.

1128 In dubio præsumitur quod suscipiens habitū clericalem post delictum patratum eundem habitū susceperit in fraudem.

1129 Iudex laicus an possit aliquid tentare contra personam illius, qui fecit se clericum post delictum commissum, & n. 1130.

1130 Degradatio an sit necessaria ad hoc vt iudex laicus posset punire illū, qui fecit se clericū postquā deliquit & quid si episcopus nolit cum degradare 1132.

1131 Fraus sua nemini debet esse profigua.

1133 Degradatio non est necessaria vbi quis habet solum primam tonsuram.

1134 Clericus qui se fecit absque fraude post commissum delictū a quo iudice & quomodo sit puniēdus

1135 Iudex ecclesiasticus potest cogi per laicum ad puniendum eum qui se fecit clericum post commissum delictum etiam absque fraude.

1136 Iudex sæcularis an possit punire eum qui eadem die qua fuit accusatus fecit se clericum.

1137 Præsumptionem qui pro se habet transfert onus probandi contrarium in aduersarium.

1138 Bannitus si tempore bāni fecit se clericum an sit exemptus a iudice laico.

1139 Condemnatus per iudicem sæcularem dicitur factus seruus pena.

1140 Relegatus, vel exiliatus si durante exilio, vel religatione fecerit se clericum & postea non obseruauerit exilium & sic inciderit in pœnam fractionis a quo iudice sit puniendus.

1141 Carceratus si dum est pœnas carcere fecit se clericum non propterea eximitur a iurisdictione iudicis laici.

1142 Carceratus dicitur etiam is qui est sub fideiussione alligatus.

1143 Bulla Sixti V. edita quando quis post commissum delictum possit puniri per iudicem ecclesiasticū & quando per laicum.

1144 Clericus qui se fecit statim patrato delicto præsumitur hoc fecisse in fraudem.

1145 Clericatus assumptus post commissum delictum nunquam prodest vbi est præuenta persona.

1146 Clericus delinquens coram iudice laico an possit ab eo puniri. & nu. 1147. 1148. distingue 1149. 1150. limita 1151.

1148 Iudex laicus potest cognoscere de falsitate corā eo commissa per clericum ad hoc vt arbitretur quanta & qualis fides ei præstanda.

1152 Iudex coram quo committitur falsitas potest punire eum qui ita deliquit coram eo.

1153 Laicus deponens falsum corā iudice ecclesiastico potest

potest ab eo puniri.
1154 Iudex causarum ciuilium potest criminaliter punire testem deponentem falsum coram eo.
1155 Iudex causarum criminalium incidẽter pot. pronuntiare super causa ciuili quod intelligas vt nu. 1156.& 1159.& de ratione, vid. n. 1157.1158.
1160 Iudex delegatus ad certã causam potest punire testes coram eo falsum deponentes, quæ conclusio quomodo procedat, vt num. 1161.
1162 Iudex compromissarius non potest punire testes falsos coram eo deponentes.
1163 Iudex ad quẽ potest punire testes, qui falsum deposuerunt coram iudice a quo.
1164 Clericus exemptus deponens falsum coram iudice ecclesiastico ordinaria potest ab eodem ordinario puniri.
1166 Clericus im minoribus non adimplens qualitates requisitos per sacrum Concil. Trid. perdit priuilegium fori etiam absque monitione.
1167 Clericus in minoribus ad hoc vt gaudeat priuilegio fori tria requiruntur ex dispositione sacri Cõcil. Trid. & quæ.
1168 Clericus in minoribus deferens habitum sine tonsura sine tonsuram sine habitu non gaudet priuilegio fori.
1169 Statutum vbi requirit plures qualitates nõ sufficit vt adsit vna qualitas, sed omnes debent adesse ad hoc vt eius dispositio habeat locum.
1170 Clericus inseruiens alteri ecclesiæ quàm ab episcopo assignatæ non gaudet priuilegio fori.
1171 Clericus qui propter infirmitatem non defert tõsuram non propterea perdit priuilegium.
1172 Clericus qui propter infirmitatem non potest interesse in choro non propterea perdit distributiones quotidianas.
1173 Clericus qui ante delictum dimiserat habitum et tonsuram si tempore delicti illud reperitur habere non propterea perdit priuilegium fori.
1174 Clericus, qui causa necessitatis dimisit habitum, vel tonsuram, non perdit priuilegium fori, & de exemplis, vid. nu. 1175.
1176 Clericus causa necessitatis potest habitum mutare & transformare.
1177 Seruitium ecclesiæ præstandum per clericum ad hoc vt potiatur priuilegio fori in qu b. consistere habeat an scilicet in temporalibus an vero in spiritualibus.
1178 Seruitium debet præstari de præsenti ad hoc vt clericus potiatur priuilegio fori, nec sufficit præstitisse de præterito.
1179 Qualitas iuncta verbo regulatur secundum tempus ipsius verbi.
1180 Seruire de præsenti ecclesiæ quãdo quis dicatur.
1181 Possidere de pñti dicitur probatũ si per mẽsem ante probationem factã fuit probatum possediße.
1182 Tertius cõuẽtus vti possessor rei subiugate sufficit vt probetur quod per mẽsem ante exceptionẽ possederit ad hoc vt legitime condemnari possit.
1183 Seruitijs præstatio debet esse frequens ad hoc vt clericus in minoribus dicatur ecclesiæ inseruire & propterea gaudeat priuilegio fori.
1184 Priuilegium concessum causam officij durat tantum durante officio.
1185 Immunitas concessa ratione alicuius causa cessat cessante causa.
1186 Clericus deferens vestem superiorem clericalem vt est pallium, & cæteras vestes laicales an dicatur incidere in habitu, & tonsura.
1187 Clericus in minoribus ad hoc vt gaudeat priuilegio fori non sufficit habere titulum beneficij, sed omnino requiritur eius possessio.
1188 Clericus qui obtinuit beneficium tempore quo non erat ordinatus an si postea ordinetur consequatur priuilegium fori tanquam beneficiatus.
1189 Titulus superueniens validat possessionem prius acquisitam.
1190 Collatio beneficij facta in personam inhabilem conualidatur si superuenit dispensatio.
1191 Dispẽsatio supueniẽs validat actũ retro nullũ.
1192 Testamentum militis Hierosolimitani quod a principio fuit nullum validatur si superuenit licentia testandi.
1193 Ius superueniens validat iudicium retro nullum ex defectu carentiæ actionis.
1194 Clericus beneficiatus gaudet priuilegio fori tanquam beneficiatus etiam si esset impeditus beneficium obtinere.
1195 Clericus beneficiatus ad hoc vt gaudeat priuilegio fori an debeat deferre habitum clericale.
1196 Conditione vna verificata in alternatiuis conditionibus non est opus aliam verificari.
1197 Legatum si sit factum sub duabus conditionib. in alternatiuis sufficit vt vna verificetur.
1198 Clericus in minoribus habens pensionem super aliquo beneficio an gaudeat priuilegio fori tanquam beneficiatus, n. 1206. 1216. & seq.
1199 Pensio quãdoque venit appella tione beneficij, & n. 1208. & 1222.
1200 Pensio succedit loco beneficij.
1201 Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur & quomodo procedat 1223.
1202 Impetrans beneficium debet facere mentionem de alio beneficio, vel pẽsione quod vel quam hẽt.
1203 Dispositio comandati de rescript. loquens in beneficij habet etiam locum in pensionibus.
1204 Impetrans beneficium debet exprimere verum valorem ad hoc vt impetratio sit valida.
1205 Impetrans pensionem debet exprimere verum valorem prout impetrans beneficium ad hoc vt inpetratio sit valida.
1206 Pensio non est neque dicitur beneficium ecclesiasticum, & n. 1216.
1209 Beneficium licet possit resignari in fauorem certæ personæ pensio tamen non poterit resignari.
1210 Expectatiua beneficij non porrigitur ad pensionem.
1211 Regula de infirmis resignantibus beneficium nõ porrigitur ad transferentes pensiones.
1212 Pensionem qui habet super beneficio requirente residentiam non tenetur residere prout ipse principalis beneficiatus.
1213 Pensio non operatur compatibilitatem cum alio beneficio.
1214 Pensionarius non tenetur recitare officium prout habens beneficium.
1215 Prohibitus habere beneficium non prohibetur habere pensionem.
1217 Habens ius super aliqua re nõ dicitur habere rẽ.

Cleri-

24 *Clericus gaudet priuilegio fori vti benefitiarius etiam si habet beneficium sine redditibus.*

25 *Clericus habens hospitale an gaudeat priuilegio fori vti beneficiatus.*

26 *Clericus habens beneficium in commendam, & non in titulum an gaudeat priuilegio fori vti beneficiarius,*

127 *Clericus habens beneficium in commendam non potest succedere in feudis.*

228 *Clericus habens beneficium in spe, & non in re nō gaudet priuilegio fori tanquam beneficiatus.*

229 *Clericus qui resignauit beneficium non gaudebit amplius priuilegio fori vti beneficiatus.*

230 *Resignans non habet amplius aliquod ius in beneficio resignato,*

1231 *Resignans non tenetur amplius recitare officium pro beneficio resignato.*

1232 *Clericus in minoribus qui dimisit habitum, & tōsuram, & propterea ammisit priuilegium fori si eundem habitum reasumit iterum gaudebit priuilegio fori,*

1233 *clericus qui tempore delicti nō deferebat habitū vel tonsuram, vel non inseruiebat ecclesia an si post delictum id fecerit gaudeat priuilegio fori.*

1234 *clericus qui post annum si nō fuerit monitus, vel infra annum si fuerit monitus inculatoriam artē exercuit, vel vt dicitur buffonem, vel histrionē se fecit ammictit priuilegium fori amplia vt nu. 1236. 1237.*

1235 *Histriones siue buffones, & ioculatores sunt infames.*

1238 *Tempus vbi est præfixum a lege, vel statuto semper est continuum.*

1239 *Iudex laicus cognoscit de causa coram eo incohoata antequam quis fuisset factus clericus lim. nu. 1240. cum plurib. seq.*

1241 *Instantia viuificata per principem dicitur noua instantia.*

1243 *Præuentio adhoc vt transferat iurisditionem in iudicem præuenientem debet esse legitima, & valida.* (*lidam.*

1244 *Præuentio non inducitur per præuentionē inua-*

1247 *Appellatio omnia redducit ad pristinum, & habetur ac si non fuisset sententiatum.*

1248 *Appellatio omnia redducit litem ad statū in quo erat in prima instantia.*

1250 *Laicus qui est obligatus per publicum instrumētum si efficitur clericus coram quo sit petēda executio ipsius instrumenti n. 1251. & seq.*

1254 *Lis pendere quando dicatur.*

1255 *clericus hæreticus non potitur priuilegio fori ecclesiastici.*

1256 *clericus nō baptizatus nō gaudet priuilegio fori*

1257 *Iudex ecclesiasticus, & non laicus est Iudex cōpetens ad decidendum an quis sit clericus, & an debeat remitti ad forum ecclesiasticum.*

1258 *Iudex ecclesiasticus penes quā reperitur clericus captus pēdēte articulo, an debeat remitti ad Iudicē ecclesiasticū, quiescere, & nihil facere debet.*

1259 *Iudex secularis summariè se informare potest, & cognoscere de clericatu ad effectum remittēdi clericum ad suum Iudicem, & quando fiat hæc informatio, & cognitio vid. n. 1260. & 1261.*

1262 *Iudex ecclesiasticus, & non secularis cognoscere habet an iurisdictio ad eum spectet vbi contingit quæstio inter eos super iurisdictione.*

1263 *Iudex ecclesiasticus determinat an quis sit in habitu, & tonsura, & an habitus quem defert sit ecclesiasticus.*

1264 *Tonsuræ quæstio vbi vertitur tunc Iudex ecclesiasticus poterit statim de ea cognoscere ex quo poterit denudare caput, & videre.*

1265 *Iudex ecclesiasticus, & non laicus determinat, & cognoscit quæstionem an quis debeat admitti ad ecclesiasticam immunitatem,*

1266 *Iudex ecclesiasticus, & non laicus determinat an locus in quo quis fuit captus sit sacer, & an sit de illis quæ potiuntur ecclesiastica immunitate.*

1267 *Iudex ecclesiasticus, & non laicus arbitratur an quis voluerit perseuerare in clericatu an vero habitum deijcere.*

1268 *Iudex ecclesiasticus determinare habet an res quas clericus defert sint causa proprij vsus, & an debeat super hoc iurare si gabellotus hoc negat.*

1269 *Iudex ecclesiasticus declarat an res quas clericus detulit non soluto vectigali ceciderint incommissum.*

1270 *Iudex ecclesiasticus decidit quæstionem si quē forte verteretur super inualiditate clericatus.*

1271 *Probatio an quis sit clericus, & an deferat habitum, & tonsuram, & an habitus quem gerit sit clericalis debet fieri in curia ecclesiastica.*

1272 *citatio partis an sit necessaria in facienda probatione clericatus.*

1273 *citatio Iudicis secularis an sit necessaria quādo Iudex ecclesiasticus vult declarare an clericus debeat admitti ad forum ecclesiasticum vel non.*

1274 *Iudex secularis tenetur statim remittere ad forū ecclesiasticum clericum penes eum captum postquam hoc fuit pronuntiatum per Iudicem ecclesiasticum, & num. 1275.*

1276 *Iudex secularis dum remittit clericum ad suū Iudicem competentem qua cautela vti debeat.*

1277 *Iudex laicus non potest statuere tempus clerico capto infra quod docere habeat de clericatu, & quid si fuisset morosus nu. 1278.*

1279 *Qui nam Iudex ecclesiasticus habeat determinare articulum an quis debeat gaudere foro ecclesiastico an scilicet ordinarius clerici an Iudicis an vero loci delicti.*

1280 *Persona clerici capti penes quē sit retinēda pēdēte articulo an debeat gaudere foro ecclesiastico.*

1281 *citatio iudicis secularis an sit necessaria qū iudex ecclesiast. vult ei inhibere ne in causa procedat.*

1282 *clericus quo ordine, & sollemnitate sit remittendus ad Iudicem ecclesiasticum.*

1283 *clericus ad cuius expensas sit remittendus ad Iudicem ecclesiasticum.*

1284 *clericus quando dicitur clericaliter viuere.*

1285 *Iudex laicus cui constat clericum prosecutum esse innocentem potest eum dimittere absq; eo quod illum remitat ad iudicem ecclesiasticum.*

1287 *clericus ad cuius instantiam fuerunt emanatæ inhibitoriæ non potest illis renuntiare.*

1287 *clericus bannitus per Iudicē laicū, & per cōtumaciam ficte confessus comparendo omnia annullat.*

1288 *clericus condemnatus tamquam laicus docendo de clericatu annullat sententiam.*

1289 *Iudici seculari in casibus in quibus cõpetit iurisditio super personis ecclesiasticis illa competit cumulatiuè cum ipso Iudice ecclesiastico, & non priuatiuè.*

1290 *Episcopus potest prohibere ne laici diferant habitum, & tonsuram clericalem.*

1291 *Clericus quãdo priuatur priuilegijs clericalibus priuatur tantum possessione clericatus quia quò ad reliqua remanet clericus.*

1292 *Sententia lata per iudicem secularem contra clericum conuentum est nulla etiam si prius per interlocutoriam declarauisset se competentem.*

1293 *Clericus si conuenitur coram Iudice laico tunc debet seruari ius canonicum sicut e contra, quando laicus conuenitur coram Iudice ecclesiastico seruatur ius ciuile.*

1294 *Clerici in sacris constituti a constitutis in minoribus non differunt quoad ammissionem fori ecclesiastici vbi illud ammittitur propter delictum.*

1295 *Priuilegium fori adhoc vt quis ammitteret quæ erant necessaria de iure antiquo, & quid hodie sit dispositum in clericis in sacris constitutis.*

1296 *Clericus non solum personaliter, & per se ipsum potest petere declinatoriã fori verũ, & per aliũ.*

PRIMVS EFFECTVS.

1 PRIMVS, itaq; est clericatus effectus, vt clerici eximantur a iurisdictione, & potestate laicorum: ita vt corem iudicibus, & officialibus laicis nullo modo conueniri poterint, quod probatur, in cap. 1. 11. quæst. 1. dum Caius Papa ad Felicem Episcopum scribens ait, nemo vnquam episcopum, aut reliquos clericos apud iudicem sæcularem accusare præsumat, & Marcellus primus Pontifex Maximus scribens Episcopis Orientalibus in epistola secunda dicit, Clericum cuiuslibet ordinis absque Pontificis sui permissu nullus præsumat ad sæcularem iudicem trahere, nec laico quemlibet clericum liceat accusare, & Pelagius Sergio Camellario scribit, si quis laicus clericum cuiuscumque gradus dixerit esse pulsandum ad episcoporum iuditium in eadẽ ciuitate, vel territorio constitutorum proponat eas, quas se habere existimat actiones, Innocentius Primus ad Victricum Rhotomagensem, vt Isidorus citat in præfatione canonum, Si quæ (inquit) causæ, vel contentiones inter clericos, & laicos tam superioris ordinis, quã etiam inferioris fuerint exortæ placuit vt secundum Nicenam sinodum congregatis prouinciæ episcopis iuditium terminetur, & in Concilio Parisiensi canone 10. habetur, Nullus iudicum neque præsbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut ecclesiæ iuniores sine licentia Pontificis per se distinguat, aut condemnare præsumat, & in Concilio Matisconensi primo, canone 8. Nullus clericus alium clericum ad iudicem secularem accusare, aut ad causam dicendam trahere quocumque modo præsumat, sed omne negotiũ clericorum aut in episcopi sui aut præsbiterorum in Archidiaconi præsentia finiatur, & in Concilio Agatensi canone 32. clericus nullus præsumat ad sæcularem iudicem episcopo non permittente pulsare, quod etiam ex alijs Concilijs: & Summorum Pontificum rescriptis hunc effectum deducit Gratia. 11. q. 1. per totam quod etiam habetur in c. denique 96. distin. c. si quis 23. q. 8. c. si iudex laicus de sentent. excomm. in 6. c. item statuimus de const. c. si diligenti, & c. significasti de foro comp. c. cum non ab homine c. ac si clerici, & c. qualiter de iudit. Authen. statuimus, C. de episcop. & cler. Auth. vt clerici apud proprios episcop. collat. 6. Ex quibus omnibus hæc conclusio fit indubitata ita, & taliter, quod nullum habet contradictorem (quod rarissime in iure nostro inuenitur, cum aliqui vt videantur acuti, & perspicacis ingenij, alij passione moti, alij pecuniarum cupiditate ducti audeant ipsi veritati se opponere, & dum volunt veritatem ostendere ipsam veritatem inuoluunt, & ob curãt) immo (ad rem nostram reddeundo) prædictum effectum recenset Doctores proxime citãdi, & alijs quos datã opera prætermictam, & hos etiam prætermisissem nisi fuissem motus ad illos allegãdum, quia multa circa hunc effectum vtilia, & scitu digna in locis inferius citandis ponunt, glos. in c. si Imperatori in verb. discite 96. distinct. Azor. in suis institut. moralibus lib. 5. cap. 12. vers. in hoc proculdubio car. mihi 502. vbi dicit quod Marsilius Patauinus merito fuit ab ecclesia damnatus ex quo cõtrarium defendere voluit Aufrer. in tractat. de potest. iud. sæcularis super personas ecclesi. n. 5. in 11. tom. tra. diuersor. p. 1. car. mihi 328. Bernard. Laurentius in tract. prædicto n. 5. in 16. tom. dictorum trac. car. mihi 301. Io. Lupus in tract. de liber. ecclesi. p. 2. q. 11. nu. 2. in dictis tract. diuers. to. 13. p. 1. cart. mihi 5. Theofalus Gisbertus vltramõtanus in trac. de reconuent. c. 11. n. 23. Petr. Augustinus Morla Hispanus in empor. vtriusque iuris in tit. de iurisd. omn. iud. n. 123. Surd. cons. 193. nu. 4. & cons. 222. n. 1. lib. 2. & cons. 301. n. 16. lib. 3. Hondod. cons. 3. n. 12. lib. 1. vbi alios allegat, & cons. 20. num. 11. lib. 2. Bursat. cons. 397. nu. 10. lib. 4. & cons. 42. nu. 2. lib. 1. vbi testatur de magis comm. * opi. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immanit. lib. 3. c. 15. nu. 1. & seq. Natt. cons. 495. n. 15. li. 3. Cornelius Beninca sa in tract. de pauper. q. 8. n. 57. in 18. to. tract. diuers. car. mihi 158. Camillus Borrellus cons. 68. n. 9. Aluarus Velasc. dec. 100. n. 8. vbi multos alios allegat Bernard. Diaz regul. 92. Menoch. in tr. de arb. iud. cent. 2. casu 246. n. 5. & centur. 6. casu 562. nu. 2. Io. Batt. Marches. in tract. de commiss. p. 2. c. 4. nu. 30. Marius Anguiss. cons. 28. n. 12. Ludouic. Alser. cons. 70. n. 31. Abb. noster Panorm. in c. solite nu. 14. de maior. & obedien. Bart. Soc. reg. 80. Io. Montaig. in tract. de collat. parlamen. p. 2. nu. 11. in 16. to. tract. diuers. car. mihi 277. Thom. Gramm. voto 18. n. 7. & uoto 33. n. 16. Petr. Rebuff. cons. 193. nu. 5. Thomas Triuis. decis. 34. nu. 3. lib. 1. Marcus Antonius Eugen. cons. 26. n. 23. vbi alios allegat, & testatur de com. * opi. Marc. Ant. Peregr. cons. 91. n. 49. Io. Batt. Asinius in pract. exequut. §. 2. c. 12. nu. 45. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 32. n. 1. Guido Papa cons. 221. n. 2. Hieronym. de Ceuallos in spec. comun. cõtra cõmun. opin. q. 550. Camill. de Cur. in diuersor. feud. p. 2. c. 2. n. 75. vbi multa circa hoc scribit, & dicit quod iste effectus deducitur ex infinitis iurib⁹ tã iuris ciuilis tũ etiam, & canonici, & dicit quod totus fere orbis Christianus hanc conclusionẽ obseruat,

Brunus

Bertus, conf. 64. nu. 14. & 17. & conf. 89. nu. 8. & 9. Marian in tract. de bann. in verbo iudice, nu. 156. Fider. de Senis conf. 148. num. 8. Mattheus Colera in tract. de process. exeq iur. p. 1. c. 4. nu. 6. Bernar. Bombin. cons. 10. n. 14. Aimeric. de Rosac. in tract. de statut. lib. 3. q. 42. nu. 1. Specul. in tit. de reo, §. 1. num. 3. Iacobus de ret. conf. 3. n. 34. Ant. Scappa in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 1. nu. 1. vbi testatur de de commu.* opin & c. 2. etiam nu. 1. Alph. Aluarez in speculat. Pontif. c. 35. in prin. car. mihi 95. Greg. ... in Claui Regia, lib. 12. c. 7. n. 6. vbi dicit, quod sunt omnino exempti Ludou. Molina in tractat. de iust. & iur. tr. 2. dispu. 3. in 2. concl. car. mihi 138. Hieron. Papp. conf. 29. num. 10. vbi dicit, quod ante omnem humanam legem clerici fuerunt exēpti a iurisdictione laicorum. Farin. in suo tract. cri. q. 8. nu. 1. Fern. Vasq. in tract. de success. creat. §. 22. lim. 17. nu. 58. Flamin. Cartar. in pract. de interrog. reis, lib. 1. c. 1. nu. 12. Petr. Cenedus in collect. iuris canonici, par. 1. collect. 57. vbi prope infinitos congerit, nec sublimioribus potestatibus laicorum, Mart. de iurisd. p. 1. c. 25. nu. 46.

Ampliatur primo prædictus primus effectus, vt hanc immunitatem, & exemptionem consequantur clerici non solum de iure positiuo, & humano, enim etiam de iure diuino, & ante humanam legem ... in Psal. 104. Nolite tangere Christos meos, ... & Matth. cap. 17. & cap. 10. & alibi Prophe... dicit, Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, ... in veteri testamento legitur, quod Ioseph exe... it Sacerdotes a potentia Pharaonis, vt in Gen. c. ... quod manifestissimè affirmauit Constantinus ... sanctissimus Imperator, qui cum præesset Cō... io Niceno, & quædam querelæ contra clericos ... latæ fuissent, querelantes repulit, & memoriales ... mbussit, & ad clericos conuersus dixit, vos a nemine iudicari potestis, quia ad Dei solius iuditium ... prout hæc refert Gratian. in cap. con... ... 11. qu. est 1. & in cap. futuram 12. q. 1. quod moderni ... fuit determinatum per Sacrum ... ilium Tridentinum, sess. 25. cap. 20. de refor... dum sancta Synodus admonet Principes secu... ne patiantur suos Magistratus, & Officiales ... clericorum immunitatem Diuino, & hu... iure inductam, & antiquitus per Concilium ... edonense, vt refert Gratianus in c. ... clericus, ... cap. clericus nullus 11. quæstio. 1. & per Con... ... Melitanum, vt in cap. nolita eadem causa, ... & per Concilium Carthaginense, vt habe... ... c. placuit eadem q. 1. quod etiam attestatus ... oannes Pontifex Max. in c. si Imperator 96. ... & ex nostratibus iurisconsultis multi atque ... talem opinionem fuerunt secutati inter quos Glo. in d. cap. si Imperator, in verb. discuti Bal... Aluarot. in cap. 1. §. statuimus, num. 1. de sta... imagini. Abb. in c. at si clerici, num. 23. de ... DD. communiter, & præcipuè Fel. n. 6. & De... in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, de consti. Gom. ... et. c. 1. nu. 67. de constit. in 6. Alciat. in c. cum ... homine, n. 20. & 46. de iudit. Io. Ostaseus in ... de quibus n. 144. de legib. Aluar. Velasc. de... n. 8. Gigans in trac. de crimine læsæ maiest. ... 2. car. mihi 111. vbi multos allegat, licet casu suo contrarium teneat, & in tit. quis cognoscat, ... crimine læsæ maiest. nu. 15. car. mihi 126. Conrad. in templ. iud. tit. de vicario episc. li. 2. c. 6. n. 3. car. mihi 215. Rol. a Valle conf. 12. n. 44. lib. 2. & conf. 23. n. 10. eod. lib. Camil. de Curte in tr. de feu. p. 2. c. 2. num. 77. & seq. vbi multa circa hanc ampl. scribit Ludou. Molin. in tract. de iust. & iure, tr. 2. disp. 3. in 3. concl. car. mihi 139. & seq. per totum. Petrus Belluga in spec. princ. rub. 11. §. videndum, n. 1. & 5. car. mihi 51. & 52. vbi pro ista opinione allegat alia iura, & authoritates, & dicit, quod iudices laici diuinitus pęnis corporalibus affliguntur, qui officium iudicum ecclesiasticorum sibi vsurpant, quod probat exemplo Oziæ, qui fuit lepra percus-

3 sus, vt est relatum in c. nos si, §. item cum Balam 2. q. 7. Io. Gutter. in repet. l. nemo potest, num. 107. &

* seq. ff. de leg. 1. vbi testatur, de comm.* opin. Lelius de Zanchis in tract. de priuil. eccles. priuil. 47. num. 15. Tiber. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 1. Cardin in cap. perpendimus in septima oppositio. de sentent. excommun. Villalobus in commun. opi. in verb. clericus, nu. 68. Viu. etiam in comm. opi. in verb. clerici a potestate, Couarr. in lib. pract. q. cap. 31. nu. 1. Azebed. in l. 5. tit. 3. lib. 1. nouarum compilationum, Vantius in tract. de nullitate, in tit. de nullit. ex defectu iurisd. nu. 101. vbi multos alios allegat Sigismundus Scac. in tract. de iudic. p. 1. c. 11. nu. 44. vbi testatur de com.* opi. & nonnullos congerit Dominus Don Nicol. In trig. sing. 82. nu. 3. & in tract. de casibus conscien. cas. 8. nu. 104. quidquid in contrar. dixerint aliqui per eum relati, nu. 105. Pappon. conf. 29. n. 10. Farin. in trac. crim. q. 8. n. 2. Cassan. super consuet. Burg. rubr. 1. §. 5. vers. s'il n'a grace, n. 48. mihi 192. Foller. super const. Regni, in tit. de episc. & cler. c. de personis clericorum, nu. 8. car. mihi 41. Beninca s. in tr. de pauper. q. 8. speciali 4. num. 53. Cauale. decis. 27. num. 32. & 31. lib. 1. Iacob. de Graff. in decis. aureis, p. 2. lib. 3. cap. 5. num. 4. Clarus in §. fi. q. 36. nu. 1. vbi asserit hanc esse cōmun.* opin. Thomas Zerola in praxi episc. in verbo clericus, §. 12. Rot. Rom. dec. 840. alias dec. 10. nu. 4. in tit. de consuet. in antiq. prope infinitos allegat Petr. Cenedus in collect. iuris canonici, par. 1. collect. 37. nu. 1. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. nu. 17. & 18. vbi dicit, quod clerici fuerunt exempti a iurisdictione laicorū ante omnem humanam constitutionē, quod constitutiones, quæ postea emanauerunt non ad exemptionē inducēdā, sed ad iuris diuini declarationem constitutæ fuerunt, Farin. in tr. cri. q. 8. n. 2. vbi hanc ampliationē limitat duobus modis, quarum limitationū neutra est vera. Prima non est vera, quia supra citati Doctores loquuntur indistinctè, & authoritates sacræ scripturæ etiam loquuntur indistinctè, nec respiciunt magis causas spirituales, quam temporales, ciuiles, vel criminales, imò magis videntur respicere causas temporales, quam spirituales, dū sacra pagina dicit, noli tangere Christos meos, &c. & qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, & dum eximit sacerdotes a potentia Pharaonis. Secunda autem limitatio non est vera, quia ius diuinum in locis supra allegatis loquitur etiam indistinctè, nec respicit magis vnam personam, quam aliam, vel vnam causam, quam aliam, & si fortasse esset limitanda hęc ampliatio (prout non puto) deberet

beret imitari in omnibus clericis, qui nō sunt sacer
dotes,& hoc per illud dictum, Ioseph exemit sacer
dotes a potentia Pharaonis. Et licet sit verissimum
quod hanc exemptionem habeant, & consequan-
tur clerici de iure diuino, nihilominus exercitium
ipsius exemptionis, & possessionem talis priuilegij
non obtinuerunt, nisi post Concilium Remense, q
4 fuit celebratum anno Domini 829. sub Eugenio II.
Pontifice Max. vt habetur in c.2. & in c. in parte,
& in c. qualiter,& quando,& in c. quādo, de iud. &
in tertio tomo Conciliorum inter decreta ipsius
Eugenij prius namque conueniebantur apud iudi-
ces saeculares, tam in causis ciuilibus, quam crimi-
nalibus, vt colligitur clarè ex tex. in l. cum clericis,
5 & in l. omn. C. de episc. & cler. & non est dubium,
quod dicitur de iure diuino illud, quod in lege ve-
teri est figuratum, & in noua est adimpletū cū de-
claratione. Rodul. Cupers in rep. c. oportebat 79.
d. in 5. ar. n. 23. car. mihi 241. Ex quibus DD. & ex
alijs in ipso effectu allegati, qui etiam hoc dixerūt
clarissimè liquet, quod magis * com. opi. est quod
hanc immunitatem consequuntur clerici de iure
diuino, quidquid contrarium tenuerunt, Pet. Aug.
Morla,& alij per eum allegati in empor. vtriusque
6 iuris tit. 2. q. 12. n. 3. & seq. Ampliatur secundo prae-
dictus primus effectus, vt laici sint omnino, & pe-
nitus incapaces iurisdictionis super personas eccle
siasticas. Victoria de potes. eccl. in fi. Bal. in l. si quis
ex aliena, ff. de iud. vbi dicit, quod laicus nō est, nec
esse potest iudex super clericos. Egid. de Mandal-
bertis in sua disp. incipien. quaestio talis est inter q.
Pau. de Leazar, vbi dicit, quod clericis coram iudi-
ce seculari non est licita comparitio, nec possibilis
iurisdictionis prorogatio Gram. cons. 71. nu. 37. in
crim. & voto 18. n. 12. & 13. & voto 27. n. 6. & dec.
61. n. 5. & 17. vbi dicit. quod ita fuit conuentum in-
ter regem Regni Neapolis, & Sum. Pontificem, &
iterum dec. 29. n. 5. Morla in empor. vtriusque iur.
p. 1. tit. de iurisd. omn iud. nu. 123. & sunt ita, & tali-
ter incapaces, vt nunquam hac iurisdictionem prae-
7 scribere possint. Abb. in c. quanto de consuet. & in
c. ad aures, & in c. caus. quae. n. 2. & 3. de praesc. Pau.
de Cast. cons. 2. n. 3. vol. 2. Ripa in c. decernimus. n.
74. & 75. de iud. Fel. in c. accedentes, n. 6. vers. fallit
secundo de praesc. & in c. 1. in prin. de maior. & obe
dien. Roc. de Curte in rep. c. fi. sect. 5. n. 32. car. mi-
hi 153. de cons. Iac. Berret. cons. 3. n. 34. Aug. Bero.
cons. 16. n. 21. lib. 5. Rom. sing. 419. & ibi Addentes,
Caualc. dec. 27. n. 31. li. 1. qui praedictos omnes alle-
gat, & dicit, q tempus nunquam poterit causare, &
8 tradere hanc iurisdictionem, & haec iurisdictio cō-
petit iudici ecclesiastico priuatiuè quoad laicū iu-
dicem, c. cū nō ab homine, & c. at si clerici, de iud.
§. 2. & ibi gl. de foro comp. c. clericum il 2. 11. q. 1.
Alex. cons. 8. nu. 11. lib. 1. Gram. voto 27. n. 7. Rol. a
Valle cōs. 12. n. 34 & seq. li. 2. Marc. Ant. Cuccus in
insti. can. li. 1. c. 6. n. 122. & 124. Cartar. in tract. de
interrog. reis, lib. 1. c. 1. n. 12. vbi quamplurim. alios
allegat Signum. Scac. in tr. de iud. p. 1. c. 11. nu. 14. &
32. Neuiz. cons. 4. n. 41. vbi dicit hoc idem esse quo
ad bona, quia etiam in eis iudex ecclesiasticus ha-
bet iurisdictionem priuatiuam quoad laicos.

Ampliatur tertio, vt praedictus primus effectus,
quod clerici non possint conueniri coram iudice
9 laico habeat locum tam si causa est criminalis, quā
ciuilis, Petr. de Rauen. in tract. de feu. tit. de stat. &
cons. §. item statuimus in 10. to. trac. diuer. p. 2. car.
mihi 41. Bertach. in trac. de episc. p5. lib. 4. n. 95. in
13. to. eorundem tractatuum, par. 2. car. mihi 353.
Rol. a Valle cons. 23. n. 13. li. 2. Viuiu. dec. 49. nu. 3.
Lud. Molin. in tract. de iust. & iur. tract. 2. disp. 30. in
prin. car. mihi 138. gl. siue additio ordinaria super
ritu Magnae Curiae vicariae rub. de foro comp. lit.
B, car. mihi 396. post constit. Regni, Aufr. in tract.
de potes. iud. laici super eccl. pers. regula 1. in priu.
in 16. to. tract. diuers. car. mihi 286. Io. Brocolt. in
tract. de feu. c. 10. n. 22. car. mihi 659. Euerar. in to-
pica iuris in loco a milite armatae militiae. n. 14. car.
mihi 338. vbi prope infinitos allegat Proposit. In
tract. item statuimus, nu. 1. in tit. de stat. & consuet.
in vsibus feud. Lelius de Zanchis in tit. de priu. ec-
cl. priuil. 85. num. 7.

10 Ampliatur quarto praedictus primus effectus, si-
ue regula, quod clerici sunt exempti a iurisdictione
laicorum, vt procedat tam si clericus conueniatur
actione reali, quam personali, quia sicut ipsi clerici
non subijciuntur iurisdictioni iudicis saecularis, ita
nec eius bona, Auth. statuimus, C. de episc. & cler.
cap. statuimus 11. q. 1. Oldrad. consil. 84. Bal. in c. 2.
in fine, de iudic. Abb. & Bntr. in cap. si diligenti, de
praescr. Affl. decisio. 2. nu. 25. Aufrer. in trac. de po-
test. iud. laici super eccles. person. reg. 2. num. 5. vers.
contrariam tamen in 16. to. tract. diuers. car. mihi
289. vbi alios allegat, & testatur de communi opi.
* Franc. Viui. dec. 49. n. 4. Soc. in c. sanè si episc. nu.
10. de foro comp. Euerard. cons. 42. nu. 24. Vant. in
tr. de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisd. n. 54. ver.
quae procedunt Rol. a Vall. cons. 12. n. 37. & cons.
23. nu. 13. lib. 2. Tiraq. in tract. de retract. lign. §. 32.
gl. 1. nu. 80. vbi quamplurimos allegat, & asserit istā
esse commun. * opin. gl. in c. eccl. S. Mariae de con-
stit. & in c. ex litteris in verb. oblig. de pign. & in c.
fi. in verb. facultatibus, de vit. & honest. cler. Rom.
sing. 113. n. 2. Mart. de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 18. nu.
27. & cas. 125. n. 6. & p. 2. c. 6. nu. 25. Rober. Maran.
in prac. p. 4. dist. 11. nu. 2. car. mihi 192. & cons. 37.
num. 3. vbi dicit, quod est falsa opinio tenentium
contrarium. Petr. Aug. Morla in empor. vtriusque
iur. c. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iud. n. 144. Surd. cōs. 301.
11 n. 64. li. 3. Menoc. in tra. de retinen. poss. remed. 3.
nu. 401. & in tr. de arbitr. iud. cap. 246. n. 5. Soc. sen.
cons. 13. n. 30. lib. 4. Hieron. Pappon. cons. 29. n. 9. &
11. lib. 1. Foller. in prac. crim. in verb. audiantur ex-
cusatores, nu. 38. Villalobus in com. opi. in verb. cle
ric. num 70. Caualc. dec. 33. num. 28. lib. 2. Io. Iacob.
Masul. in addit. ad Capyc. dec. 98. nu. 3. Scac. in tr.
de iud. c. p. 1. c. 11. nu. 28. & 30. qui dicit, quod haec
est magis commun. Doctor. sentent. Anton. Massa.
Galles. in tr. de obl. in forma Camerae p. 2. q. 2. nu.
3. de magis com. * testatur Mising. obseru. 28. cent.
1. licet ipse in contr. opi. videatur inclinare Dec. in
d. c. eccl. S. Mariae, nu. 65. & 176. de constit. Anast.
Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. num.
107. Addentes ad Fulu. Patian. in tract. cui incum-
bat onus probandi negat. li. 2. c. 34. nu. 123. in lit. O,
Iac. Rebuff. in l. viros, num. 2. C. de palatin. sacrar.
&c. lib. 12. Gugl. de Bened. in rep. cap. Raynutius, in
verb. vxorem nomine Adelesiam in 2. dec. nu. 120.
de te-

de testam. Cassan. super consuet. Burg. rub. 1. §. 5. n. 92. car. mihi 206. vbi hanc ampl. ponit pro regula Afsl. super const. Bauli. n. 13. rubr. 66. de sacramen. praestand. lib. 1. Vinc. Honded. qui multos alios allegat cons. 3. n. 21. lib. 1. Maran. disp. 8. n. 13. Gram. dec. 29. nu. 14. Farin. in tr. crim. p. 1. q. 8. nu. 21. vbi
12 testatur de comm. * & magis commun. * opin. & multos allegat, & licet praedicta ampliatio sit a tot DD. approbata nihilominus non defuerunt, qui contrarium tenuerint prout fuit Gulgel. de Cun. in Auth. clericus, in prin. C. de epis. & cle. qui ad ita tenēd. mouet, per tex. in l. de ijs, vbi idē tenet eo. tit. & eidem Odofr. Boer. decis. 69. Ioachim Mising. cons. 47. nu. 26. vbi sibimet contrarius dicit hanc opinionem esse communiorem, * & quod pro ea facit tex. in c. quod clerici, & in c. si diligenti, de foro comp. vbi tantum disponitur circa actiones personales, & ciuiles personales, & in Auth. sed hodie C. de epis. & cler. vbi etiam tātum de actionib. personalibus memoratur, & praedictam opinionem sequuntur etiam Gail. obser. 37. n. 4. li. 1. Cou. in lib. 1. var. resol. c. 4. n. 3. Azzo in summa, tit. C. de episc. & cler. n. 12. Patian. d. nu. 123. Tho. Triuil. dec. 34. per tot. li. 1. Franc. Marc. qui alios allegat dec. 67. lib. 1. Aluis. de Leo in l. 1. nu. 13. C. de epis. & cl. Tiraq. in loco sup. cit. nu. 18. & 82. vbi dicit, quod hęc opinio seruatur in Regno Galliae; Ego vero puto non esse recedendū a priori opinione, quae re vera est communior,* & verior, & praedictae opinionis ea est ratio, quia cum bona sint accessoria ad per-
13 sonam clerici, sequitur vt ipsa bona sicut & persona sint exempta a iurisdictione laicorum, vt in Genesi c. 47. vbi Ioseph exemit a potestate Faraonis omnē terrā Aegypti praeter terram sacerdotalem, l. decernimus, C. de epis. audi. c. in praesentia de proba. Auth. ingressi, C. de sacros. eccl. Pet. Aug. Morla in empor. vtriusque iur. p. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iud. nu. 144. Marian. Soc. in c. sanè, n. 10. de foro cōpet. Marc. Mantua in c. cum sit generale, nu. 16. eo. tit. Bertran. cons. 121. nu. 1. & seqq. li. 3. Fern. Vasq. in tract. de success. creat. §. 10. nu. 651. Maran. disp. 8. nu. 13. & cons. 37. nu. 5.

14 Et licet persona clericorū sit exempta a iurisdictione iudicis laici de iure diuino nihilominus eius bona non sunt exempta a tali iurisdictione de iure diuino, sed de iure positiuo, ita Franc. Capibl. in tr. de iure, & author. baron. pragm. 8. p. 2. n. 14. & 15.
15 vbi ex hoc infert, quod valet consuetudo existens in aliquibus regionibus, vt clerici non gaudeant beneficio fori in bonis, prout est apud Gallos, Anglos, & Hispanos de cuius consuetudinis validitate dicā hic inferius ampl. 6. n. 372. ego vero ex hoc
16 infero, quod Papa potest facere legem generalē, & per eā tollere clericis hoc priuilegium, de quo etiam dicam infra ampl. 6. n. 19.

17 Nec omittam dicere, quod si clericus conueniatur actione reali debet conueniri coram iudice ecclesiastico illius loci, vbi res reperitur sita, & non in loco clerici, l. fin. & quod ibi not. Doct. C. vbi in rem act. exerc. debe. Neuiz. cons. 4. nu. 4. Sigismun. Scac. in tr. de iud. p. 1. c. 11. nu. 31.

18 Ampliatur quinto praedictus primus effectus, vt locum sibi vendicet tam si iudicium est ordinariū, quam extraordinarium, & summarium, tam petitorium, quam possessorium, & tam reale, quam personale, vel mixtum, Soc. sen. cons. 95. n. 7. vol. 3. & cons. 13. n. 12. & 30. li. 4. Amod. Aponte in tr. quis sit iudex in causa feudi, n. 63. Maccabr. ab Anguil. cōs. 44. n. 8. li. 1 sed circa iudicium possessorium aduertas, quod in eo poterit se ingerere, & cognoscere iudex laicus, vt dicam infra in limitationibus.

19 Ampliatur sexto praedictus effectus, vt clericus non possit conueniri coram iudice laico etiam si Papa faciat legem generalem, quod clerici conueniri possint in curia saeculari. Cardin. Alex. & Abb. in c. perpendimus, de sent. excom. Bertac. in suo reper. in verb. clerici coram laico, & in tr. de episc. p. 5. lib. 4. n. 4. in 15. to. tract. diuers. p. 2. car. mihi 275. Mar. Anguiss cons. 28. nu. 11. Io. Bapt. Asin. in trac. de exequut. §. 6. c. 49. n. 15. Aluarez in specul. iuris Pontif. c. 36. in prin. Natta cons. 495. num. 15. li. 3. Rol. a Valle cons. 4. n. 15. li. 1. & cons. 12. nu. 46. & cons. 23. num. 11. lib. 2. Foller. super const. Regni in tit. de episc. & cler. c. item statuimus, nu. 2. car. mihi 64. Gram. dec. 61. nu. 10. vbi dicit, quod Papa hoc facere non potest, & dec. 29. num. 11. Corn. Beninc. in tract. de pauper. q. 8. Special. 4. nu. 50. Camil. de Curte in diuersor. iud. feud. p. 2. c. 2. num. 123. Oct. Vulpel. in tract. de liber. eccles. p. 1. nu. 16. Ferdin. Val. in tr. de success. creat. lib. 3. §. 22. n. 59. qui dicit hanc opinionem esse * receptiorem Moz. in trac. de feu. in tit. de natural. feud. nu. 127. car. mihi 160. Clarus in §. fi. q. 41. nu. 7. Rom. & ibi Addent. sing. 419. Boss. in tract. crim. in tit. de foro comp. n. 130. Farin. q. 8. num. 4. Et huius ampliationis ratio est, quia cum hoc priuilegium sit clericis concessum de iure diuino, ut dixi supra in secunda ampliatione, Papa non poterit illud tollere, c. sunt quidam 25. q. 1. c. statutū, in prin. & ibi gl. de rescr. in 6. Io. Orosius in l. non est receptum, nu. 12. ff. de iurisd. omn. iud. Abb. in c. 2. nu. 2. & ibi Anch. & Imol. de maior. & obed. Aluarez loco praecit. Surd. d. cons. 301. n. 53. li. 3. Natta co. n. 15. Rol. a Valle in locis supra allegatis, & quod Summus Pontifex non possit tollere ea, quae sunt de iure diuino, dixerunt Fel. in c. quae in ecclesiarum, num. 19. de const. Lancell. Corrad. in templo iud. lib. 2. c. 1. §. 4. nu. 1. car. mihi 170. cum alijs, quos latè adduxi in meo tract. de except. exceptione 32. nu. 108. & seq. Sed tantum ex causa illud modificare, & limitare, vt ibidem dixi, & not. Doctores in c. 1. dist. 5. cum alijs innumeris, quos congerit Ferdin. Loaz in alleg. pro Marchione Veles, n. 69. Marius Anguiss. cons. 28. n. 11. & latè Anastas. Germ. in trac. de sacror. immu. li. 3. cap. 15. nu. 72. vers. verum insurget aliquis.

22 Et etiam quod haec immunitas esset clericis attributa de iure positiuo (prout aliqui voluerūt) adhuc Papa causam indistinctè non tolleret, quia ex hoc decoloraretur totus status vniuersalis ecclesiae, c. & si illa prima, quaestio. 7. Glo. in cap. litteras de restitut. spoliat. Cardin. in repet. c. perpendimus, colum. 5. vers. & primo scias, de sent. excomm. Fel. in cap. ecclesia S. Maria, num. 6. de constit. vbi ad hoc allegat Abb. in c. decernimus, de iud. Foller. super constit. Regni, in tit. de episcopis, & cler. c. item statuimus, nu. 2. car. mihi 64. Petrus Rebuff. consil. 15. nu. 6. Surd. cons. 301. nu. 53.

23 Subamplia primo istam sextam ampliationem,

vt nec etiam cum consensu omnium clericorum Papa poterit tollere priuilegium fori ordini clericali, Benincas. in tract. de paupertate, q. 8. speciale 4. num. 54. vbi allegat Signor. de Honded. cons. 21. col. 2. & Dec. cons. 276. nu. 2.

24 Limita modo prædictã ampl. quando Papa vellet aliquo casu tollere prædictum priuilegium vni clerico, vel clericis certi ordinis, vt puta in minoribus cõstitutis, vel clericis committentibus aliquod crimen vt est in crimine assassinij adulterij, vel vsurarum, quia hoc omni iure erit sib. permissum, c. bene quidem, 96. d. c. iusiurando, 64. d. c. Adrianus, 11. q. 1. & not. in c. fi. de off. ordin. & in c. decernimus, de iud. Alphon. Aluarez in Spec. iur. Pontif. c. 36. in prin. vbi ad hoc allegat Cardin. & Arch. Vasquez in trac. de success. creat. lib. 3. §. 20. limit. 47. nu. 60. qui alios congerit, & testatur de com. opin. Cassan. super consuet Burg. rubr. 1. des iustices, §. 5. vers. si magrazze, nu. 48. car. mihi 198. gl. ordinaria super ritu M. C. V. in rub. de foro compet. lit. B, car. mihi 306. post constit. Regni, Nicol. Euerar. in topica rans in loco a milite armat. milit. nu. 16. car. mihi 340. Pet. Belluga in Specul. princ. rubr. 11. §. videndum, nu. 12. 13. & seq. car. mihi 59. Sigismun. Scac. in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 43. vers. hoc tamẽ, Marc. Ant. Cuccus in instit. maior. lib. 2. tit. 2. n. 20. Prosper. Farin. in tract. crim. q. 8. nu. 4. vers. limita hanc tertiam ampliationem. Couar. in lib. pract. q. c. 31. num 4. & 6. qui duo vltimi dicunt, quod Papa facilius potest tollere priuilegium fori clericis primæ tonsuræ, quam clericis existentibus in ordinibus sacris, Corrad. in pract. in tit. de inquisit. in 9. & 10. limit. car. 247. & pro hac limitatione bene faciunt, c. 1. de homicid. in 6. vbi clericos committentes certum delictum hoc est assassinium priuat priuilegio clericali, & dat potestatem principibus, ac iudicibus secularibus eos puniendi, & Concil. Trid. sess. 23. c. 2. de refor. vbi clericos in minoribus non obseruantes certas qualitates ibi requisitas exuit priuilegio clericali.

25 Limitatur secundo prædicta sexta ampliatio, quando Papa delegaret causam Principi, vel iudici laico, & ei daret potestatem iudicandi de clericis certi loci, vel in certis casibus, quia hoc facere posset, c. officium, 32. d. c. Menna 2. q. 7. in quo habetur, quod causa spiritualis commissa fuit Reginæ Fracorum, c. verum, de foro comp. c. solitæ de maior. & obe. c. Romana, §. debet, de appell. in 6. c. illud 10. q. 3. vbi dicitur, quod Pelagius Papa potestatẽ

26 dedit cuidam nobili Siculo puniendi episcopos, qui vexabãt, & opprimebant clericos, gl. in c. clericus nullus, 11. q. 1. & in c. 1. 94. d. & in c. plures, 16. q. 1. & in c. laici 16. q. 7. & in c. imperium 10. d. & in c. 2. 25. q. 7. Archid. & scriben. in c. sunt quidam 25. q. 1. & in c. decernimus, vbi etiam Abb. Panor. de iud. Corrad. in templo iud. lib. 2. c. 1. §. 4. num. 6. car. mihi 171. Greg. Lopez super ll. Tauri, in l. 13. Sixta p. 2. Soc. reg. 8. fall. 1. Aufr. in tract. de potestate laici super ecclesiast. person. reg. 1. fall. 1. num. 1. & 18. in 16 tomo tract. diuers. cart. mihi 278. Montaluus super ll. Tauri l. 25. tit. 9. p. 1. in gl. magna vers. ex quibus, Io. Quintus in Aristocratia Christi Ciuit. car. 168. in princ. Rebuff. in concord. Galliæ in rubr. de protectione concordatorũ Frãciæ Reg. in prin. Camil. de Curt. in diuers. iur. feu. p. 2. c. 2. n. 123. Io. Faber in Auth. statuimus, C. de epi. & cler. Bero. cons. 169. nu. 2. lib. 2. Decian. cons. 82. n. 9. lib. 2. vbi multos alios citat, & in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 66. Boss. in tract. crim. tit. de foro comp. n. 142. in fi. Pau. Borg. in tract. de irreg. in tit. de dispen. p. 3. concl. 1. n. 20. & p. 6. reg. 7. n. 3. Gig. in tr. de crim. læsæ maiest. li. 1. tit. quis de crim. læs. maiest. cognos. posit, nu. 20. & 21. car. 111. vbi testatur se

27 vidisse, & legisse priuilegia Venetorũ eis a Sancta Sede Apostolica concessa, quorum vigore habent potestatem procedendi, & puniendi clericos in certis delictis ibi per eum enumeratis, & hoc etiã cõtra clericos in sacris constitutos, Cou. in lib. pract. quæst. c. 31. n. 4. in fi. Clarus in fi. q. 41. nu. 7. vers. sed quid dicendum, Sigismun. Scac. in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 92. Achil. Badroc. cõs. 40. n. 84. 85. vbi memi

28 nit de alio priuilegio concesso Dominis Venetis, vt in eorum statu possint omnes clericos preter in sacris constitutos, & beneficiatos punire iusta eorum delicta omnibus pœnis, quibus merè laici delinquentes de iure puniri deberent, de quo priuilegio meminit etiam Peregr. cons. 91. n. 51. lib. 1. vbi dicit, quod tale indultum fuit concessum a Papa Paulo II. anno Domini 1468. Farin. d. q. 8. n. 4. vers. limita hanc tertiam ampliationẽ, Io. Segura de Auilos in direct. iud. eccles. p. 2. c. 11. n. 4. & 5. Iul. Cæsar. Imbr. in tract. de iud ce regni, p. vlt. n. 57. & seq. gl. ord super ritu M. C. V. in tit. de foro comp. in litera B, fall. 10. car. mihi 396. post const. Regni.

29 Ampliatur modo hæc limitatio, vt Papa non solum possit delegare iudici, vel principali laico causas ciuiles verũ etiam criminales, c. ad hæc vbi hoc not. Doct. 32. dist. Hostien. & Io. And. in c. 2. de foro comp. Archid. in c. ad arbitris, de off. deleg. in 6. Hẽric. Bohic, in c. at si clerici, nu. 1. de iud. Purpur. in rubr. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. n. 50. Tiber. Decian. in tract. crim. par. 1. li. 4. c. 9. nu. 70. Camil. de Curte in diuers. feud. p. 2. c. 2. num. 73. vbi multa circa hoc scribit.

30 Ampliatur secundo prædicta limitatio, vt Papa possit mero laico delegare causas spirituales, ac certis casibus est concedere iura spiritualia, hoc est, vt possit excommunicare, beneficia conferre, possidere decimas, a vinculo excommunicationis absoluere, & similia, not. gl. in c. propter hoc §. verum in verbo deribus, 32. d. & in c. Adrianus 63. d. & in c. Imperium 16. d. & in c. bene quidẽ in verbo præter 36. d. & in c. 2. de iud. & c. in summa 25. d. & in c. ad nostram in ver. ecclesia de hæret. & in c. lector in verb. subdiaconus 33. dist. & in c. 1. in verb. præcipimus 94. dist. & in c. clericus nullum 11. q. 1. & in c. plures 16. q. 1. Hostiens. & cæteri scribentes in c. magna deuotio. Abb. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ in lect. ordinaria, nu. 5. & in repet. num. 6. & in c. decernimus de iud. & in c. causã, col. 1. de rescr. Ioann. And. in addit. ad Specul. in tit. de legat. §. nunc tractemus vers. sed nunquid. Innoc. in c. quod sicut de elect. Ant. de Butr. in c. a nobis de iure patron. Anchar. in clem. per literas, de præbon. Fel. in d. c. causam, col. 3. vers. dum dicit, Abb. de rescript. & in c. 2. de rescrip. & in c. 2. de maior. & obed. Bero. in quæst. familiar. q. 7. ubi dicit, quod prædictas glossas totus mundus sequitur Innocen. Ioan. Andr. Ant.

fr.Ant.de Butr.Abb.Ioan.de Anan: Petr.de Anch. & Dom.de Sancto Gem. in c.2. de præbend. in 6. Paul.Borg.late in tract. de irregul.p.6.regul.7.cart. mihi 350. Camill. de Curt. in diuers.feud.p.2.cap. 2.n.72.& 124. Io. Segura de Auilos in direct. iud. ecclesiast.c.11.nu.4. Pet.Lausined. in tract. de priuileg.Doctorum,p.2.§.18. vbi ad hoc allegat multas authoritates, Iul.Cæsar Imbr. in tract. de iudice regni,p.vlt.nu. 58.

Et hæc ampliatio limitatur etiam duobus modis: primo quando delegatio esset generalis de omnibus causis spiritualibus, Dec.in c.2.nu.55. de iud. Anastas. Germe. in tract.de sacror.immun. li. 3.c.15.num. 12.

Secundo limitatur, vt non possit Papa merè laico delegare causas ordinibus annexas veluti, quod missam dicat, vel a peccatis absoluat, vel ordines conferat, gloss. in cap. peruenit, in verb. concedimus, 95.distinct. Couarruu.in lib.1.variar. resolut. cap.10.nu.4.Petr. August. Morla inempor. vtriusque iur. par.1.tit. 2.de iurisd.iud.q 22.nu.9.

31 Ampliatur tertio eadem limitatio, vt Papa possit delegare iudicibus, vel principibus laici causas ecclesiasticas, vt sunt causæ beneficiales, hæresis, sacrilegij, & similes, gloss. in cap. præter in verb. ducibus, 32. dist. glos. magna, in cap. quanto, de consuetud. & in capit. bene quidem, in verb. præter 96. distinct. & in c.2.de iud.vbi etiam Abb.Panor. in princ. Dec.num.5.Mantua,nu.17.& Ripa, num.40. Couarru. in lib.practi.quæst. c. 31. nu. 4. Paz in pract. tom.2.præludi.2.num.2.& 3. Nauarr. in cap. 1.de pænit.dist.6.nu.83. Cassan. super consuetud.Burgun. rubr. 1. §. 5. gloss.pen.nu. 48.vers. fallit Lancellot. Corrad. in templ.iud.lib.2.cap. 1. num.3.Gregor.Lopez super ll.Tauri leg.13.tit.13. part.2. gloss.4. Morla in præcit. q. 22.

Sublimita modo hanc limitationem quando Papa delegaret omnes causas indifferēter alicui principi, vel iudici laico, & in totum daret potestatē, vt possit cognoscere de omnibus causis clericorū, quia hoc facere non posset, & sic isto casu remaneret firma, & in tacta principalis ampliatio, Stefan. Aufrer. in tractat. de potestat. iudicis laici super ecclesia.person. regul.1. Fallent. 1. num. 1. & sequen. in 16. tomo tractat. diuers. cart. mihi 287. Clar.in §. fin.quæstio 41.num.8. Pedrocch. consil. 40.num. 84. Boss. in tractat.crimin.in titu. de foro competent.num.130. Prosp.Farinac.quæst.8.num. 4. versic.limita hanc tertiam ampliationem, Ioan. Segura de Auilos in director. iud. ecclesiast. p. 2. cap. 11.nu.5.Scacc.in tractat.de iud.par.1.cap.11. num. 43.

Et est aduertendum quod quando Papa cōmit-
32 tit aliquam causam iudici, vel principi laico tūc ille cui committitur censetur delegatus Papæ ad illam, vel illas causas, Aufrer.in repet.capit.primi, de offic. ordinar. quæst.4.num.6. Bald. in l. rescripta, C. de præcib. Imperat. offeren. glos. in cap. laicis, 16. quæstio. 7.Cardin.in repet.cap. perpendimus,num. 6.in fin. & n.7.de sententi.excommun. Felyn. in capit.2.nu.3.& 4.de maiorit.& obedient. quos omnes citat, & sequitur Decian. in tract. crimin.part. 1.li.4.cap.9.nu 66.Camill. de Curte in directorio iuris feud.part.2.c.2.num.123. in fine, & isto casu princeps, vel iudex cui causæ committuntur non cognoscit de illis iure proprio, sed nomine delegantis, capit. sane il 2. de offic.de legat. not. Io. Andr. in cap.ad hæc 32. dist. & in capit. Adrianus 63.distinct. Innocēt.Hostiēt.Ioan.Andr.& Henric.Bohic,in capit.at si clerici,de iudic.Nauar. in cap. 1.de pænit. distinct. 6.num.86.Decian.d. c. 9.num.70.Petr. Aug. Morla in empor. vtriusq;iur. p. 1.tit. 2.de iurisd. om iud.q.22.num.8.

Secundo aduertendum est, quod tunc tenet de-
33 legatio facta per Papam alicui laico de causis supradictis quando Papa scit illum talem cui causam committat esse laicum, secus si hoc ignoraret, gl. & Doctores in c.2. de iud. & in c. Menna 2. q. 4. Purpur. in repet. rubr. ff. de offic. eius.n.43.

Tertio aduertendum est,quod quando iudex lai
34 cus, vel princeps asserit se habere mandatum, vel rescriptum Apostolicum de legatione sibi facta de causis supradictis tenetur illud ostendere antequā incipiat eius iurisdictionem exercere Fel. in c. cætera vers.valet processus de rescript.Guid.Papa decis.286. Anna allegat.24. 143. n.1. & 2. vbi dicit, quod delegatus debet inserere copiam suæ delegationis in citatione,& quod ordinariæ ante præsentationem commissionis non licet exercere iurisdictionem Ang.in l.cum furiosus,ff.de iudic.Rutger. Ralant. in tract. de commissar. lib. 6.cap. 2. num. 3. vbi late examinat hanc materiam, Purpur. in l. eum qui ff.de iurisd.omn.iud.num. 16. Natta cons. 529.num.37.lib 3.Vant.in tract.de null.tit.de nullit.ex defect. iurisd.num. 15. & 16. Ioan. Iac. Masullus in addi.ad Capyc. Nec ei ita asserenti creditur l.vnica vbi Dec. num. 15.C.de mandat. Princip. c. cum in iure peritus vbi Innoc.num 4. & Fely. n. 3.de offi.delegat. & est text. in extrauag. com. incip.iuncte de elect.Bart.in d.l.vnica vbi dicit,quod
35 etiam nuntijs Sanctæ Sedis Apostolicæ, vel legatis Principum non debet credi, absque eo quod ostendant eius literas, & est tex. in l. prohibitum vbi hoc firmat idem Bartol num 1. C. de iure fisci lib.10. Fider. de sen. cons. 251. Guido Papa dec. 332.Sbrozz. in tract. de vicario Episcopi, lib. 2. c. 192.n.5.Vant.in prædicto tit.num.16. & 17. Fely. in c.quod superijs num.10. de fide instru. Robert. Lancell.in tract.de attent.lib.2.in præfat. nu. 195. & 166 car.mihi. 55. vbi dicit, quod delegatus ante
36 præsentationem rescripti regulariter non dicitur habere iurisdictionem, allegat cap. pastoralis, in fin. de rescript. & not.in c. super eo,il 2.de appell. & Innoc.in c.ex cōquestu de rest. spol.& vltra prædictos idem dixerunt Guid. Papa dec.286.Purpur. cons.446.num.10.lib. 2. & in tantum est vera pro-
37 xima conclusio, vt processus factus ante præsentationem commissionis sit nullus etiam si ille sciret se esse delegatum, Rot. Rom. dec 242.alias 6. in tit. de off. legat. in nouis, Alex. de Neue in d.c. super eo,n.16.& seq. & in c.vt debitus,honor, num. 25. eodem tit. de appell. late Alba Mandell. cons. 514. per totum, & ibi Vinc.Anibal. in addit.
Sed Bolognett. videns tantas scissuras opinionũ conatur illas conciliare federe distinctionis, & sic præsupponit huius religionis tres status, siue gradus, siue regulas, quorum primus est eorum, qui contrahunt matrimonium, & retinent omnia sua bona habitando separatim, ac se passim immiscendo in omnibus negotijs sæcularibus, & solum differunt a ceteris laicis in habitu, quem gerunt longiorem, ac illius coloris eiusdem religionis solent deferre, & ceteris diebus congregantur, & exercent aliqua opera spiritualia iuxta eorum modum viuẽdi, & præceptum sui ordinis. Secundus est illorũ, qui abstinent se a matrimonio,& faciunt votum castitatis perpetuæ, & obedientiæ præstandæ suis superioribus, quod votum emittunt in manibus suorum superiorum, & habent propriam congregationem, sed non morantur perpetuo in monasterio, sed habitant in proprijs domibus, & retinent aliqua bona, cum quibus possint exercere certas honestas negotiationes, vt ex eis viuere possent. Tertius est ordo illorum, qui viuunt in perpetua congregatione in monasterijs, & in paupertate, & castitate tamen non pro miserunt expresse tria vota substantialia religionis hoc est castitatis paupertatis, & obedientiæ faciendo sollennem professionem prout sunt fratres, Iesuati, & de primo ordine siue regula concludit ipsemet Bolognet.d.cons.22.n.8.9. & seq. quod non autem personæ ecclesiasticæ,nec potiuntur priuilegio aliquo clericali, & quod hæc est comm. * opi. quam etiam sequitur Eugens.cons. 25. num. 25, vbi dicit quod hoc expressè est ordinatum per quandã Bullam Papæ Leonis X. in Concilio Lateranensi in vndecima ordinatione, qua disponitur, vt isti tertiarij habitantes in proprijs domibus possint conueniri coram iudicibus laicis non obstantibus priuilegijs eisdem alias forte concessis de secundo, & tertio ordine, siue regula, tandem concludit, quod sunt personæ ecclesiasticæ, & tanquam tales non solum gaudeant priuilegio fori, verũ etiam,& omnibus alijs priuilegijs clericis concessis, ita concludit Bolognet.loco cit.n.13. & seq.quod etiam voluit, & affirmauit Aufr. in tra.de potest.iud.laicis super ecclesi,perso. reg.2.n.39.in 16.tom.tra.diuer.Viu. dec.49.n.11.in fi.Misting.d.cons.100,nu.20. & seq. Alij vero prout fuit Mariã.Soc.in c.1.n.12. de foro cõpe.& Decian.in trac.crim. p.1.li.4.c.9.n.34.alio modo has discrepantes opiniones concordare conantur, hoc est,aut assumpserunt prædictum habitum in fraudem, vt studiose eximerent a iurisdictione iudicis laici: aut non, & concludunt quod primo casu procedit secunda opinio, quod non potian-

portantur priuilegio fori: in secundo vero procedit
prima opinio, attamen hæc distinctio non habet
odorem, neque saporem cum resolutio istius con-
clusionis non dependeat a voluntate ipsorum ter-
tiariorum, & sic an per susceptionem habitus sint
liberati a iurisdictione laicorum, sed a conclusione
illa, an isti sint personæ ecclesiasticæ, & religiosi
necne, & illa quæstio satis differt ab ista, de qua
nunc tractamus, & de illa dicam latius infra in limi
tationibus, & hæc prædicta distinctio posset fieri
quando pro indubitato esset quod sint personæ ec
clesiasticæ prout magis cõmuniter negatur. Aliam
etiam distinctionem ponit ipsemet Decian. eod. n.
34. & hæc parum distat ab illa, quam posuit Bolo-
94 gnett. scilicet aut isti viuunt in domibus priuatis,
& habent vxores, vel maritos, neque sunt ligati ali-
cui regulæ, neque ab alia regula dependent, neque
habent authoritatem superiorum, sed tantum cer-
tum, & determinatum habitum vilem portant, &
tunc indubitatè tenet quod non gaudent priuile-
gio fori, nec alijs priuilegijs concessis personis ec-
clesiasticis, & huius qualitatis sunt omnes tertiarij
in hac vrbe Panormi. Aut vero habent authorita-
tem a Summo Pontifice, vel episcopo vltra habi-
tum, vel dependent ab alia regula, vtputa S. Fran-
cisci, & ab ea regulantur, & eorum regulæ inser-
uiunt. & tũc gaudent beneficio fori. mihi vero nec
ista distinctio videtur vera nec bona quo ad secun-
dum membrum, quia primum est indubitate verũ,
nisi intelligamus secundum membrum de fratri-
bus tertij ordinis S. Francisci, quia vulgariter in
vtraque Hesperia vocantur li scalzi, qui viuunt in
commune, & emittunt tria vota substantialia reli-
gionis, & in istis non ambigendum, quia reuera isti
tales dicuntur religiosi, & habent eorum superio-
res, & totius ordinis priorem, siue ministrum gene
ralem, & sunt a Summo Pontifice approbati cum
certa, & determinata regula, & quod dixi de fratri
bus Scalzis idem est dicendum de fratribus quos
in hac vrbe vocamus de Monte Peregrino, qui su-
biacent prælatis ordinis S. Francisci conuentualiũ,
& concludendo dico quod non est discedendum à
secunda opinione cum reuera isti tales potius sunt
vocandi fratres societatis cordonis vel cinturati,
qui licet portent certũ habitum nihilominus sunt
mere laici, & ad suum libitum talem habitum di-
mittere possunt.

Qua opinione retenta eam limitabis quando vl
95 tra approbationem ordinis per Papam, fuisset eis
concessa hæc immunitas quia, tunc standum est
priuilegio quatenus verba hoc dicunt, ita Bolo-
gnet. d. consil. 22. n. 6. 7. vbi dicit quod isto casu pri-
uilegia debent esse clara, & hoc limitat quando
multitudo ita postea accresceret vt magnam par-
tem ciuitatis occuparet quia tunc refrenari debe-
ret: sed in Regno isto puto quod tali priuileggio
non concederetur vt exequatur per Proregem, &
alios officiales Regni prout nec etiam est conces-
sum militibus S. Stephani, & S. Lazari, ac militibus
multarum aliarum religionum, qui propter ea con
ueniuntur coram iudicibus laicis, & nullo Eccle-
siastico priuilegio fruuntur, & omnino vt laici re-
putantur.

Ampliatur duodecimo in conuersis siue oblatis
alicuius monasterij dummodo isti viuant, vt regu-
96 lares, & sint in seruitio ecclesiæ & incedant in ha
bitu ipsius religionis, c. parrochianos de sent. ex-
comm. c. inolita 11. q. 1. Doctores in d. c. parroc-
chianos, & in c. ex ter ⁊ re, & in c. non dubium, & in
c. de monialibus, de sent. excom. & in c. ex eo de
elect. in 6. & in c. religiosa de sent. excom. in sexto,
Calder. consil. 30. in tit. de regular. Belluga in specul.
in principum rub. 11. §. videndum n. 6. ver. item cõ-
prehendi, Ferdin. Vasq. in lib. controuers. illustr. c.
105. n. 51. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 28.
Eugen. d. cons. 26. n. 10. Camill. de Curte in diuers.
seu comprehensorio iuris feud. p. 2. c. 2. n. 92. & dũ
dixi quod debent portare habitum illius religionis
intelligo illius coloris, non autem de habitu omni-
no conformi cum ceteris monachis, namque isti
cõuersi solent deferre habitũ in diuersum ab alijs.

Ampliatur decimo tertio in monialibus alicui
97 monasterio inclusis, quæ gaudent priuilegio fori
prout cæteræ personæ ecclesiasticæ, c. de persona
11. q. 1. Phil. Franc. in c. indemnitatibus §. cæterum
in 3. not. de elect. Abb. in c. cum monasterium. n. 3.
de elect. Boer. in tract. de statu, & vita heremitarũ
n. 14. in fi. Ang. in summa, in verb. heremita Bellug.
in specul. princ. rub. 11. §. videndum n. 7. vbi Camil.
Borell. in add. in lit. D. qui asserit hanc esse com-
mu. opin. * Decian. in tract. crim p. 1. lib. 4. c. 9. n.
98 31. & ratio est, quia moniales dicuntur, & sunt
personæ ecclesiasticæ, c. de monialibus vbi Abb.
& alij scribentes de sent. excom. Passer. cons. 22. n.
99 9. Alia potest esse ratio, quia monialis dicitur esse
in potestate monasterij in quo est professa, c. non
dicas 12. q. 1. c. cum ad monasterium de statu mona-
100 cor. Bombin. cons. 12. n. 3. & dicitur serua, & fi-
lia monasterij in quo est ingressa, not. in Authen.
ingressi, C. de sacros. eccl. Bombin. eod. n. 3. Tertia
101 est ratio, quia moniales vtuntur ijsdem substan-
tialibus quibus monachi, Calder. in clem. 1. in vlt.
quæstio. de decim. Fider. de Sen. cons. 273. col. 1.
Deci. in c. tuarum nu. 40. de priuil.
102 Ampliatur decimoquarto in heremitis, qui &
ipsi dicuntur personæ ecclesiasticę, c. indemnitati-
bus de elect. in 6. c. qui vero vbi gl. 16. q. 1. not. Do-
ctores, & pręcipue Innoc. in c. cum monasterium
de Pellitia de elect. & in c. nulla ratione vbi glos.
83. dist. & in c. aliud 11. q. 1. Innoc. in c. cum ad mo-
nasterium de statu monacor. gl. in l. 1. in ver. non
possunt, ff. de in ius voc. vbi etiam Angel. & Doct.
idem Angel. cõs. 121. col. fin. & in Auth. apud quos
oporteat causas dicere monach. Butr. in c. 2. vbi
etiam Abb. nu. 10. & Fel. n. 7. de foro comp. idem
Butr. cõs. 19. col. pen. vers. ad nonum. Imol. in clẽm.
per litteras de prębend. Franch. in d. c. idemnitati-
bus, §. ceterũ in 3. not. de elect. Zabarella in clem.
pen. in 9. quæst. de senten. excom. Archid. in c. vni-
co de excessib. prel. in 6. Couar. in lib. pract. quæst.
cap. 34. num. 4. vers. secundo intelligitur Petr. Bel-
luga in specul. princ. rub. 11. §. videndum, nu. 7. vbi
Borell. in addit. in lit. D, qui testatur de com. * opi.
& alios allegat Sancius Antonius Florent. in 3. p.
suæ summæ tit. 16. c. 1. §. 4. Ferd. Vasq. in lib. 1. con
trouers. illustri. c. 105. n. 52. Camill. de Curte in di-
uersorio, seu comprehẽsorio iur. feudor. par. 2. c. 2.
nu. 93. vbi multos alios allegat, & dicit ꝙ hæc est
comm.

comm. * opin. Boer. in tract. de statu, & vit. heremit. nu. 13. & 14. qui etiam alios allegat, & dicit,
103 quod sunt sub iurisdictione episcopi, & reputantur personae ecclesiasticae, & gaudent priuilegijs clericorum, & quod haec opinio est de iure verior * aequior, & benignior, & quod ita, & taliter sunt religiosi, & pro religiosis in iure existimantur quod non possunt in ius vocari, sed eius praelatus pro eis est vocandus qui vide respondere tenetur, & quod vita heremita dirimit matrimonium non consumatum, & adducit alia argumenta pro ista opinione; Socyn. in cap. 1. nu. 11. de foro comp. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 32. vbi etiam alios congerit.

Contrariam nihilominus opinionem, quod imo heremitae non gaudeant priuilegio fori dixerunt Abb. in cap. 2. num. 10. de foro competent. Cardin. in clement. per litteras de praebend. vbi etiã Ioan. de Lignan. Aufrer. in addit. ad cappell. Tholosan. decis. 8. num. 9. & in tract. de potestat. iud. secular. super ecclesiast. person. regul. 2. nu. 37. in 16. to. tractat. diuers. cart. mihi 292. vbi dicit, quod haec opinio de iure videtur verior * & in practica seruatur, licet prima sit equior, & quod pro hac parte iudicauit Capel. Thol. contra quendam heremitam, qui per peregregia furta, & rapinas fuit vltimo supplitio affectus, Belluga in specul. prin. §. uidendum n. 8. D. de S. Gem. in d. clem. per litteras Morla in empor. vtriusque iur. par. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iud. n. 141. & licet in hoc articulo prima opinio sit communior * nihilominus secunda videtur tutior, quae vsu quotidiano seruatur isto Regno.

104

105 Ego vero in ista ampliationem non recederem a distinctione posita a Decian. d. c. 9. n. 33. qui ita distinguit, aut heremita tempore quo assumpsit habitum heremiticum erat clericus, vel aliter religiosus, & tunc remanet vt erat prius, & fruitur omnibus priuilegijs clericalibus (& non est dubiũ quod
106 religiosus de consensu suorum superiorum potest effici heremita, vt voluit Io. Andr. in c. vnico de excess. praelat. quia licitus est transitus de religione laxiori, & largiori ad arctiorem, & strictiorem, & de imperfectiori ad perfectiorem, & de vita actiua ad contemplatiuam, Tappia in Auth. ingressi in verb. ingressi c. 9. n. 18. 24. 27. 31. & per totum C. de sacrosanct. eccles. vbi nu. 29. dicit quod votiens minus bonum potest illud propria authoritate mutare in maius bonum, vt si quis vouerit introire in religionem imperfectiorem, poterit introire ad perfectiorem allegat, c. scripturae de voto c. peruenit, de iureiur.) Aut non erat clericus neq; religiosus sed simplex laicus, & tunc iterum distinguit, aut fuit approbatus a Summo Pontifice, vel episcopo, & ei datus modus viuendi cui se obligauit, prout fuit Frater Iacobus de Corleone qui fuit approbatus a Clemente Octauo Pontifice Maximo cum omnibus suis sequacibus in heremo, fundato in territorio huius vrbis Panormi, de anno 1603. sub titulo de Monte Caluario, & tunc gaudebit priuilegio fori prout de talibus voluit glos. in cap. qui vere, in verb. vero, & ibi Archid. 16. q. 1. Siluester in summ. in verb. heremita il 2. §. 1. & in verb. ecclesia il primo §. 5. Cardin. in d. clement. 2. de praeben. Abb. in c. ex parte nu. 10. de conuersat. coniug. vbi Zaccar. in addit. in lit. A, Nauarr. in manual, c 27. nu. 79. Thom. Zerola in praxi episcop. in verb. haeremitae.

107 Aut vero sua sponte, & nullo authoritate cum esset purus laicus sumpsit habitum heremiticum, & tunc dicit, quod si is talis se reducit ad heremi solitudinem, & ibi continuè habitet exercendo se in orationibus, ieiunijs, disciplinis, ac alijs operibus heremitis conuenientibus omnino gaudebit priuilegio clericali, quia ij tales uere possunt dici religiosi donec in eo statu permanent, si uero essent uagabundi hinc inde mendicantes uictũ prout faciunt multi, qui cum uelint a laboribus se eximere, & ad alterius expensans uitam quietam ducere, fingunt se heremitas, & tunc tenet quod nõ gaudent priuilegio clericali, & tandem concludit quod in dubio in hoc est omnino attendenda consuetudo, quae iurisdictionem tribuit, cicum contingat de foro compet. l. uiros C. de diuers. offic. lib. 12. hanc eandem distinctionem ponunt, & sequũtur Iulius Caesar Imbrianus in tract. de iudice Regni in praefat. n. 8. Couarr. in lib. pract. quaest. c. 34. n. 4. uers. 2. intelligitur Borgas. in tract. de irregul. p. 6. tit. de conuers. coniug. n. 3. & 4. car. mihi 177. licet contra hanc distinctionem uideatur expresse tenetur Cald. in quodam cons. posito post cons. Thom. Doct. in ordine cons. 197. nu. 10.

108 Ampliatur decimoquinto, ut praedictus primus effectus quod clerici sunt exempti a iurisdictione iudicis laici procedat in quibuscunq; religiosis regulam a Summo Pontifice approbatam profitẽtibus, c. fin. de religi. dom. DD. in c. 2. de foro compet. & in c. si quis suadente diabolo 17. q. 4. Decian. in tract. crim. p. 1. l. 4. c. 9. nu. 29. & 30. ubi hãc ampliationem exemplificat in Ieiuatis.

109 Ampliatur decimosexto in militibus Hierosolimitanis, qui hodie Melitenses, dicuntur, in militibus S. Iacobi, S. Stephani, S. Lazari, & similibus, qui uerè sunt religiosi, Io. Monacus in c. ex eo in fine de elect. Doctores, & praecipuę Abb. n. 11. Felin. n. 10. & Barbat. n. 72. in c. 2. de foro cõpet. Bart. in l. semper §. quibusdam ff. de iure immun. ubi etia Alex. late Bald. in l. officiales C. de episcop. Natta cons. 495. n. 12. li. 3. ubi dicit quod isti milites prius uocabantur Templarij, & quod religionem profitentur, Io. Aloiss. de Leo. in Authen. casian. 20. C. de sacros. eccles. Decian. in tractat. crim. parte 1. lib. 4. c. 9. n. 36. Ferdinand. Vasq. in lib. 1. controuers. illustr. c. 105. n. 51. Ortens. Caualc. in tract. de brach. reg. p. 1. n. 88. Masil. q. multos alios allegat in addi. ad Capyc. dec. 109. n. 10. Io. Franc. Aponte cõs. 14. n. 3 lib. 1. Bambac. in rep. c. 1. §. qui clericus q. 2. n. 41. & 42. ubi alios allegat si de feu. defunct. conten. Nauar. cons. 11. n. 1. & 2. & cons. 12. n. 1. in tit. de regul. & cons. 2. per tot. in tit. de conuersat. coniug. li. 1. & ratio est quia milites religionum praedictarũ, & similium sunt de ordine clericali, & extra legẽ
110 matrimon. j, & habent certum uiuendi modum, & dicunt horas canonicas iuxta Pontificũ institutiones not. in clem. 1. de relig. domib. Marc. Salon. Burgens. cons. 17. n. 2. Io. Aloiss. de Leo. in Auth. cassanu. 20. C. de sacros. eccles. Molina in tract. de primog. Hispan. lib. 1. c. 13. n. 98. Vasques d. c. 105. nu. 48. ubi multa circa hoc scribit Iulius Caesar Imbrian.

brian. in tractat. de iud. Regni in præfat. nu. 42. Menoch. in tract. de arbitr. in addit. ad casum 231. nu. 31. vbi dicit, quod ita per quoddam suum breue declarauit Paulus Tertius Pontifex maximus de an-
111 no 1540. Secunda est ratio, quia isti tales connumerantur inter personas ecclesiasticas, c. duo sunt genera 12. q. 1. vbi hoc not. glos. & in c. ex parte de decim. & in c. sciant cuncti de elect. in 6. Guerrin. Filon. in tract. de feud. c. 33. n. 2. Rimin. iun. cons. 527. n. 23. & 24. lib. 5. vbi dicit quod sint personæ ecclesiasticæ, & Deo dicatæ, & alios allegat Io.
112 Aloif. de Leo præcit. n. 20. Tertia est ratio quia isti milites profitentur tria vota substantialia religionis scilicet castitatem, paupertatem, & obedientiam, quæ professio probat eos vere esse religiosos, Glos. in clem. 1. in verb. obedientiam de religi. domi. & in clement. cum ex eo. vers. tertio de sent. excom. Io. Franc. a Ponte d. cons. 14. n. 4. Pison. c. predicto Io. Moedan. dec. 10. nu. 2. in tit. de caus. possess. & propriet. nu. 4. Rimin. Iun. cons. 527. nu. 28. lib. 5. Bambacar. in repet. c. 1. §. qui cle-
113 ricus q. 2. nu. 41. si de feud. defunct. content. fuer. Quarta est ratio quia prædicti milites semper profitentur vnam ex religionibus a Summo Pontifice approbatis prout Diui Augustini, Diui Benedicti, & similium, ideo sunt personæ ecclesiasticæ, Ferron. super consuet Bardegal. in tit. de feu. §. 10. col. 1. Rimin. iun. cons. prædicto num. 25. Menoch. cons. 54. nu. 17. lib. 1. vbi dicit, quod tenentur recitare horas canonicas prout alij religiosi, Alcia. cons. 29 nu. 6. Io. Aloif. de Leo in d. Autent. cassa. num. 22. C. de sacros. eccles. Alias multas rationes illius ampliationis adducit Bambacarius loco supra citato nu. 31. cum plurib. seq. quas referre esset potius laboriosum quam vtile cum apud eundem videri possint, & licet aliquibus ex supradictis militibus sit permissum vxores ducere; nihilominus non propterea desinunt esse religiosi quia illam vxorem ducunt ex permissu, & licentia summi Pontificis qui
114 hoc facere, & dispensare potest vt in terminis dixerunt Glos. Innocent. & alij in c. cum ad monasterium de statu monacor. Nauarr. in manual c. 12. nu. 75. & in comment. 2. de regular. nu. 17. & cõs. 11. n. 2. in tit. de regul. in 1. to. car. mihi 506.

Vbi dicit quod ita etiam tenuit Caetanus contra suum Diuum Thomam. & nu. 3. adducit rationem quia cum solemnitas voti sit introducta de iure positiuo Pontificio per ipsum Pontificem ad libitum poterit alterari, & mutari, & eius rigorosi-
115 tas relaxari. Sed in isto Regno Milites Santi Stephani, Sancti Lazari, & similes ex quo non habent regium exequatur in suis priuilegijs, & indultis non gaudent beneficio fori prout nec illo gaudent in Regno Neapolis secundum Iulium Cæsarem Imbriamum in tract. de iudice Regni p. vlt. nu. 25. qui dicit quod propterea non possunt opponere declinatoriam fori, sed Milites Sancti Iacobi, & alia-
116 rum religionum in Hispania creatarum omnes in Regno gaudent priuilegio fori prout milites Sancti Ioannis, qui milites Sancti Ioannis vere sunt, & in omnibus reputantur religiosi, & quælibet dispositio loquens de religiosis in eis sibi locum vendicat, ideo dicit Nauarr. cons. 2. per totum in tit. de conuersat. coniug. quod per ingressum talis religionis dirimitur matrimonium non consumatum.

117 Ampliatur decimoseptimo prædictus primus effectus quod personæ ecclesiasticæ non possint conueniri coram iudice laico vt procedat, & locum sibi vendicet in hospitalarijs, & rectoribus xenodochiorum qui in manibus Episcopi aliquã profitentur regulam approbatam. Abb. in c. 2. nu. 11. de foro compet. vbi etiam Barbat. nu. 68. cum pluribus seq. qui dicit, quod isti gaudent tali priuilegio vel interueniente; pio loco qui obtinent priuilegia ecclesiastica, Hostiens. in summ. in tit. de regular. §. 1. vers. quod rusticus Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. ecclesiast. reg. 2. nu. 28. in 16. tom tract. diuers. cart. mihi 292. vbi loquitur in hospitalarijs quorum hospitale est edifica-
118 tum authoritate Episcopi, & ipsi promiserint in manibus ipsius Episcopi caste viuere, & vxore mortua aliam non ducere ex quo isti tales videntur quasi conuersi, Io. Aloif. de Leo in Authen. cassa. nu. 21. & 22. C. de sacrosanct. eccles. qui dicit hoc procedere in hospitalarijs portantibus signum crucis super vestimentis, Vasques in lib. 1. controuers. illustr. c. 105. n. 52 Eugen. cons. 26. nu. 7. & 8. Quod secus est si isti tales hospitalarij vtuntur coniugio, & habent, & retinent proprium, & sunt laici, namque tunc nullo gaudebunt priuilegio clericali non solum quoad bona; verum etiam nec quo ad personam, quia tales non sunt, nec dici possunt clerici neque conuersi, Abb. in d. c. 2. n. 11. de foro cõpet. Io. de lignan. & Zabarell. in clement. literas de præbend. Bart. & Angel. in l. quod constitutum ff. de milit. testam. Morla in empor. vtriusque iur. tit. 2. de iurisd. omn. iud. nu. 142. Camill. de Curte in diuers. seu comprehensorio iuris feud. p. 2. c. 2. nu. 94. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 3. 37. vbi dicit, quod cum rector hospitalis possit esse coniugatus, & omnia alia offitia exercere quæ potest laicus; non videtur iure aliquo exemptus à suo primo iudice; sed est bene verum, quod quoad ipsum offitium rectoratus, & quoad omnia quæ concernunt res hospitalis ipse sequitur forum ecclesiasticum hoc est si deliquerit circa ea quæ spectant ad suum offitium vel si conueniretur tãquam rector, quoad reliqua autem remanet sub iurisdictione iudicis secularis, & vltra asserit quod ita seruatur in ciuitate Patauij, prout etiam vidi obseruari in isto Regno præter in aliquibus hospitalibus, prout est in hospitali maiori huius Vrbis Panormi, quod ex priuilegijs multorum Regum omnes inseruientes dicto hospitali debent conueniri in curia, & coram iudice ipsius hospitalis, coram quo iudice tenentur etiam agere omnes, qui
119 aliquid prætendunt ab ipsomet hospitali, & hoc idem est dicendum in rectoribus montis Pietatis, ac cæterarum confraternitatum, qui licet loca, quibus præsunt sint pia, nihilominus ipsi non sunt de foro ecclesiastico, nisi quando conueniuntur pro rebus, quas administrant, vel si circa administrationem deliquerint, in cæteris autem semper, & indistinctè subiacent iurisdictioni iudicis laici, ita Decian. cum prædicto num. 38. vbi ad hoc allegat Bald. in l. illud col. 1. C. de sacrosanct. eccles. & in Authen. hoc ius porrectum in 2. quæst. eod. tit.

tit.& in l.id. quod pauperibus in 21. quæst. C. de epis. & cler.cons.133.lib.2. & cons.94.lib.3. Corn. cons.59.colum.8.vers.tamen ijs non, lib.2. & cons. 18.colum 2.vers.quinimo cessantibus etiam,& col. 5.vers.ideo ex ijs,volu.4.Alex.cons. 102. in 1. dub. volum.7.Socyn.cons.82.colum.penul.vers.sed diffi cultas, vol.4.Bart.in l.sub prætextu C.de sacros.eccles.Bal.in c.1.de pace iuramen.firman.Felin. in c. 2.nu.13.de foro comp.Socyn.in c.1.num.19. eod. titu. & vltra prædictos idē dixerunt Zabbarell.cōs. 11.per totum, Bursat.cons. 60.num. 27. volum. 1.

120 Sed in prædictis omnibus semper est attendenda consuetudo, quæ isto casu potest iurisdictionem tribuere, Hostiens.in summa in ti.de irregul. §.1.vers. quod rusticus Aufrer. in tract. de potest. iud. secul. super eccles.person.regul.2.nu.38. in 16.tom.trac.

121 diuers.cart.mihi 292.quæ omnia procedunt etiā in istis confratribus disciplinatorum, qui si sint laici nullo modo priuilegium fori consequuntur Bar. in l.fi.n.15.ff.de colleg.illici.Ias.cōs.218.col.2. vol. 1.Paris.cōs.34.n.28.lib.4. Ant. Gabriel in suis cōcl. lib. 9.in tit.de pia causa concl. 1. num. 13. Et quia dixi quod pro rebus spectantibus ad hospitale, & quod pro earum rerū mala administratione debēt

122 conueniri coram iudice ecclesiastico,quia hospitale est locus pius, est aduertendum,quod non omne hospitale dicitur pium, & religiosum, sed illud tantum cuius rectoris constitutio, & eiusdem destitutio spectat ad Episcopum, at quando spectat ad laicos dicitur profanum.& priuatum,Calder.cons. 4.vers.itē constitutio in tit.de religios.domib.Bald. in auth.hoc ius porrectum,num.2.vers.sed hic quæro C. de sacros. eccles.Roma.cons.477.num.8.Fel. in c. de quarta nu.11.vers.commissio de præscript. Rot.Roma.dec.725.in 1.p.diuers. quos omnes refert, & sequitur Marche.in tract.de commiss. p. 1. c.7.nu.24.car.mihi 84. & vltra prædictos idem dixerunt Euerard.in topica iuris in loco ab ecclesia ad pia loca Iodoc.in cōm.opin. in verb. hospitalia Ludou. Scacc.cons.20.nu. 6. Ioseph Ludo. in dec. Perus.30.nu.7.vbi dicit quod quando hospitale est consecratum, & adest ecclesia cum campanili, in qua celebrantur diuina officia,adsunt sepulturæ, curantur infirmi, & gubernatur a personis catholicis, pijs, & circumspectis adhibito semper in electionibus consensu Episcopi,tunc dicitur pium, & potitur priuilegijs ecclesiasticis, quæ omnia in hospitalibus huius vrbis verificantur, & inueniuntur præter illum vltimum, quia in istis hospitalibus rectores, & hospitalarij eliguntur per Illustrissimum, & Amplissimum eiusdem Vrbis Senatum, & ab eo absq;aliqua Archiepiscopi authoritate, & licentia possessionem accipiunt, circa, quæ hospitalia

123 quando dicantur loca pia, & quando fruantur priuilegijs ecclesiasticis, & an ex legatis illis relictis detrahatur quarta, & an eorum bona possint alienari sine sollemnitatibus requisitis in extraua-

124 gant. Pauli IV.Summi Pontificis, quia parum faciunt ad materiam de quas nos tractamus ideo me remitto ad dicta per Felin. in cap.de quarta per totum de præscript. vbi dicit quod decem, & nouem sunt requisita ad hoc vt hospitale dicatur pium, Ancher.cons.129.etiam per totam Io. Iacob à Ferro,super lege municipale Vicentina c.21.num. 19. & seq.Caual.dec.17.nu.65.& seq. lib.2. Brunor. a Sole in compend.resolut. proposit.iur.in verb.Hospitale dicitur,Capra cons.97.per totum,Io.Franc. a Ponte cons. 18. etiam per totum Io. Vincen. de Anna singul.90. latissime Anto.Gabriel in suis con cl.lib. 6. in tit. de pia causa conclus.2. Rodoan. in tractat.de reb.eccles.non alienand.quæst. 41. num. 27. & sequent.per totum, & quæst.49.nu. 7. quæst. 28.& quæstio 51.c.1.Magont.in Rota Florēt. dec. 61.Port.concl.67.& 8.lib.5.Achill.Padrocch. cōs. 2.n.15.Marant.in pract. par.4.distinct. 11.num.23. car.mihi 196.

Amplius decimo octauo in mulieribus, quæ vul-

125 gariter appellantur canonichæ sæculares dummodo eius regula sit approbata à Summo Pontifice, & sub illa viuant, vel sit approbata ab Episcopo, Narian.Socyn.in capit.1.num. 15. de foro cōpeten. Ferdinand. Vasquez in lib. 1. controuersiarum illustrium,capit.105.in vlt. verbis, Decian. in tract. crimin.par prima,libro quarto,capit.9.num. 39. de quibus canonicabus in hoc Regno nullam cognitionem habemus.

Ampliatur decimonono dicta regula, seu pri-

126 mus effectus quod clerici non possint conueniri coram iudicibus laicis, vt non modo procedat quoad personas veras clericorum, verum etiam quo ad eorum fictam personam, vt quo ad vniuersitatem clericorum, prout sunt collegia, & capitula ecclesiarum, & religionum, Aufrer. in tract. de potest.iudicis ecclesiastic. super laicis, & eorum bonis nu.12.in 13.tom.tractat.diuersor.par.1. cart. mihi 126.Decian.in tract.crimin.par.1.lib.4.cap.9 num.41.Camill.de Curt.in diuersorio, seu comprehensorio iuris feud.p.2.c.2.num.110.

Ampliatur vigesimo fratribus pænitentibus, vel

127 de pœnitentia vocatis hoc est in ijs, qui propter aliquod crimen ecclesiasticum sunt condemnati ad peragendum publicam pœnitentiam,Abb. nu. 9. & communiter scribentes in cap.2.de foro compet. Hostiens. in summa eiusdem tituli,Decian.in tract. crimin.par.1.lib. 4.cap.9.nu.35.Eugen.cons.26.n. 7.& 8. & hanc opinionem tenentes multos refert Couar.in lib.pract.quæst.34.n.3.& 5.qui pro exemplo ponit eos qui portant habitellum, vel sunt cōdemnati ad seruiendum alicui hospitali, & in isto Regno potest exemplificari in condemnatis per officium Sanctissimæ Inquisitionis ad portandum habitellum prædictum, qui est crocei coloris cum cruce rubea iusta formam crucis Sancti Andreæ.

Sed contrariam opinionem in ista ampliatione quod scilicet isti tales non gaudeant priuilegio fori tenuerunt Innocent.in c. significasti de offic.deleg.Aret. in cap.2.colum. 2. de foro compet. Marian.Socyn.in c.1.num.13. & Barbat.num.65. eod. tit. Iacobus Septimacensis in suis catholicis institutionibus c. 46.Couarr.d.num.3.in fi.& nu. 4. vbi late tract.de veritate istius ampliationis Petr. Aug. Morla in empor.vtriusq;iur.par. 1. tit. 2.de iurisd. omn.iud.num.143.vbi dicit hanc opinionem * esse veriorem,& pro ea adducit tres rationes,& respondet fundamentis,& rationibus in contrarium adductis, & hac vltima opinione vtimur in Regno in quo isti tales ita condemnati conueniuntur coram iudicibus sæcularibus.

128 Ampliatur 21. in familia Episcopi, quæ licet sit laica potitur eodem priuilegio fori sicut ipsi clerici, not. in c. cum non ab homine, de iud. & in c. fi. de offic. Archidiacon. Abb. in cap. 2. num. 6. versic. familia vero episcopi, de foro compet. Summa Angelica, in verb. famulus, num. 6. Vulpell. in tract. de libert. eccles. p. 3 num. 24. vbi multos alios allegat Bellouis. in pract. crim. in tit. de iniur. nu. 43. Anton. de Nigris. Campanus in extrauagan. vnica, nu. 89. de vit. & honest. cler. Farin. in tract. crimin. q. 8. nu. 47. vbi asserit istam esse commun.* opin. Lambi, cons. 10. nu. 10. Belluga in specul. princ. rubr. 11. §. videndum, nu. 6. in fi. vers. de existentibus. Gratian. dec. 133. num. 1. Calcan. cons. 71. nu. 2. & seq. Clarus in §. fi. quæst. 35. vers. quæro nunquid familiares. Bonacoss. in trac. de famul. quæst. 5. vbi testatur hãc esse commun. opin. Capyc. dec. 12. n. 1. Thom. Zerola in praxi episc. in verb. episcopus, vers. decimo primo, Io. Franc. Leonius in thesaur. for. eccl. p. 1. c. 11. num. 19. Boss. in tract. crim. in tit. de foro comp. nu. 127. Baiard. in addit. ad Clar. in §. fi. q. 36. num. 2. Bersat cons. 25. num. 13. lib. 1. Thesaur. dec. 22. num 6. Martin. Vranius Vltramont. cons. 7. nu. 5. vers. septimo nam, & num. 13. & 14. lib. 1. vbi dicit, quod est speciale in familia episcopi, Io. Aloiss. de Leo in Auth. cassa, num. 23. C. de sacros. eccl. & in l. 1. nu. 12. C. de episc. & cler. Villalobus in comm.
* opin. in lit. F, nu. 23. qui testatur de com.* opi. Suarez in comm. opi. in verb. clericus, n. 129. qui etiam
129 asserit hanc esse comm.* opi. si tamen viuunt ad
* expensas episcopi, aut pro administratione suæ iurisdictionis, Maceratens. variar. resol. lib. 1. resolut. 75. per totum. Sed an episcopus possit habere familiam armatam pro tuitione, & exequutione suæ iurisdictionis, & mandatorum, vide Rolan. a Valle cons. 37. lib. 4. Affli. super constit. Regni intentionis nostræ, num. 13. Camil. de Curte in diuersorio, seu comprehensorio iuris feud. p. 2. c. 2. n. 108. vbi alios allegat Io. Aloiss. de Leo in d. Auth. cassa, nu. 24. C. de sacros. eccl. Aufrer. in tract. de potest. iud. eccle. super laicis, & eorum bonis, nu. 18. in 13. to. tract. diuers. car. mihi 127. Vranius loco sup. citato. Frã. Pegna in 3. p. direct. Inquisit. fol. 114 Dec. in c. significasti, n. 19. vers. vnde infert, de offic. deleg. vbi etiam Fely. n. 4. & Abb. n. 10. Turrecr. in c. clericorum, n. 4. 11. q. 1. Paul. Fusc. in tract. de visit. lib. 2. c. 32. nu. 16. Anton. Scappa in tract. de iure non scripto, lib. 5. c. 209. nu. 8. Salzedus in sua praxi, c. 140. nu. 23. Iacob. Berret. cons. 3. per totum. Menoch. in tract. de arbit. iudic. casu 394. n. 70. Ludou. Alferius
130 alleg. 10. Et quid in Inquisitionibus hæreticæ prauitatis ponunt. Menoch. casu prædicto, nu. 66. Roxas de hæret. sing. 21. nu. 7. Paulus Fuscus cod. cap. 32. num. 17. Rendin. in tractat. de maiest. princ. in verb. seu, §. non solum armis, p. 2. nu. 188. Lucerna Inquisit. in verb. Inquisitor, num. 14. Roland. præcitato, consil. 37. nu. 9. Iacob. Simancas de cathol. institut. c. 34. num. 24. & c. 41. num. 15. Franc. Pegna, vbi supra.
131 Ampliatur vigesimosecundo in quocunque modo ecclesiæ seruientibus, quia isti etiam sunt conueniendi coram iudice ecclesiastico, c. ecclesiarũ seruos, 12. q. 2. gl. in c. nullus iudicum, de foro compe. Aufrer. in tract. de potestat. iudicis ecclesiast. super laicis, & eorum bonis, nu. 37. vers. quinquagesimo in 13. tomo tract. diuers. p. 1. car. mihi 128. Addent. ad Marant. in pract. p. 4. d. 1. nu. 4. in lit. A, car. mihi 206. Petr. Bellug. in Spec. prin. rub. 11. §. videndum, nu. 6. vers. nam glossa, vbi hanc ampliationem exemplificat in ianuatoribus, & nos in Regno possumus exemplificare in Camerlingis, seu Sacristanis, Dec. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 27. Io. Aloiss. de Leo, in l. placet, n. 17. C. de sacros. eccl. Ludou. Alfer. cõs. 44. nu. 2. Sed Petr. August. Morla in empor. vtriusq. iur. p. 1. tit. de iurisd. omn. iud. nu. 140. dicit, quod hęc ampliatio non caret difficultate, quia cum isti, qui ecclesiæ seruiunt sint merè laici, non videtur potuisse Romanum Pontificem in præiudicium Regiæ, & sæcularis iurisdictionis hoc statuere prout fatetur ipse Romanus Pontifex, in cap. nouit, de iud. & ita censet tenendum salua correctione Sanctæ Apostolicæ Sedis, & dicit, quod tex. in d. c. 2. de foro compet. potest procedere in locis, & terris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ subiectis etiam in temporalibus, quæ opinio Morlæ in isto Regno seruatur, in quo isti tales non habent fori priuilegium, nisi sint clericalibus caracteribus insigniti.
132 Ampliatur vigesimotertio dicta conclusio, quod clerici non possunt conueniri coram iudice laico, vt in tantum sit vera, quod clericus trahat ad suum iudicem consortem litis, vel insimul cum eo delinquentem, quia maius dignum trahit ad se minus dignum, l. de onorario, C. de offic. præfer. orient. l. iustissimè, C. de episc. & cler. gl. in l. iustissimè, C. de edil. edic. Bar. in l. præcipimus, §. eodem obseruãdo, nu. 5. C. de appell. Aufrer. in tract. de potest. iud. ecclesiast. super laicis, & eorum bon. nu. 13. in 13. to. tract. diuers. p. 1. car. mihi 127. & nu. 49. car. 129. Mart. de iurisd. p. 4. cent. 2. casu 123. nu. 14. Guido Papa, cons. 72. nu. 1. Ias. in l. emancipati, n. 3. de collat. Fernand. Vasquez in tract. de success. creat. §. 22. n. 7. Didac. Spino in Specul. testamen. gl. 33. nu. 72. Hieron. Ceuallos in Specul. pract. q. comm. contra comm. q. 36. nu. 4. Bernard. Bombin. cons. 10. n. 11. Zuccard. in l. fi. nu. 36. C. de bonor. possess. contra tabul. Riminal. iun. in prin. instit. quib. alien. licet vel non, num. 156. Crot. in l. 1. in prin. num. 15. ff. de verb. oblig. Lamberten. in tract. de contract. in fine operis, nu. 237. vbi multos alios congerit Parisiens. cons. 154. nu. 1. lib. 4. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 21. & 22 car. mihi 196. Clarus in §. fi. q. 36. nu. 41. vbi vltra quod multos alios allegat testatur pluries ita fuisse seruatum in diuersis curijs, & quod hæc
* est communis * opinio Menoch. in tract. de arbitr. iud casu 371. nu. 12. & 13. vbi asserit ista esse magis
* comm.* opin. Soc. sen. in l. cum senatus, in fi. ff. de reb. dub. vbi testatur ita de facto fuisse decisum Marches. in tract. de commiss. p. 1. commiss. 2. c. 2. n. 27. 28. & 29. secundum impressionem in quarto folio, & in impressione maiori in folio, p. 2. cap. 3. quarti capituli principalis, num. 42. & 56. car. mihi 492. & c. 3. tertij c. princ. nu. 23. car. mihi 448. Matthes. sing. 143. Misinger. in obseru. cent. 1. obseru. 4. Surd. cons. 396. nu. 16. li. 1. Muta super consuet. huius vrbis, c. 12. n. 4. Scaccia in tract. de iud. p. 1. cap. 11. nu. 24. vbi multos alios allegat Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 4. c. 9. num. 44. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immunit. lib. 3. c. 15. num. 84. & 81.

vbi

vbi alios etiam enumerat, Neuizz.in Silua nuptial. in verb. quomodo iudicandum pro comm.opin.n. 38. in fin. Ant. Scappa in tract.de iure non scripto, lib.1.c.11.n. 4. Villaut in tract.de extens. in tit. de extensione priuileg.n.116.car.mihi 147.Lamber.in tract.de iure patron.p.1.lib.1.6.q.princ. nu. 3. Couarr. in lib.pract.quaest.c.34.nu.1. vbi multos alios hanc opinionem sectantes adducit,Io.Batt.Baiard. in add.ad Iul. Clar.§.fi.q.36.n.49.& 57.Io.Arnon. soliloquio 57. Rim.iun.cons.261.n.42. & 44. li.3. vbi multos alios allegat, & dicit,quod contrarium tenentes male sentiunt, & cons.551.nu. 67. & 68. lib.5.vbi iterum plurimos alios congerit, & ex alijs testatur, ita in practica seruari,& fuisse obtentum, Surd.cons.222.nu.1.& 2.lib.2.& cons.396. nu. 16. & 18.li.3.qui prout alij alios allegat Mars in repet. rubr.de fideiussor.n.130.& seq.& n.152.& cõs.67. nu.62. & sing.180.Gail.obseru.37.in 3.ampl.lib.1. Soc.iun.cõs.34.nu.1.& 2.lib.1. Natta cons.590.n. 18.li.3.Martin.Vranius Vltramont.cons.32. n.19. li.2.qui alios recenset Fider.Scotus cõs.6.n.3. tom. 1.lib.6.Camill.Borrell.super pragmat.odialitium,§. 1.gloss.3.nu.244.vbi dicit,quod haec ampliatio pro
133 cedit quando clericus fuit author rixae, multos refert Ant.de Padilla, in l.si libellum nu.6 C. de di-
* uers. rescript. vbi etiam testatur de comm.* opin. Bolognet.in l.posthumo,n.29.vers.item infertur C. de contrabul.Rim.iun.in l.Imperium,n.83.ff. de iurisd.omn.vbi etiam alios recẽset Cassan. super cõsuetud. Burgun.rubr.1.§.5.nu.70.car.mihi 205.qui dicit hoc esse dictum stupendum,&alios prope infinitos allegat Farin.in tract. crim.q.8.n.151.vbi plu
* ries testatur de comm. opi.& magis * com.Cabell. super constit. Egid. lib.5.c.1. glo.1.num 20. & 24. car.mihi 320. qui loquitur quando causa est indiuidua Multos etiam congerit Horat. Carpan. super statut. Mediolan.p.1.c.69.num. 108.Mart.d. cent. 2.p.4.cas.118.nu.8.

Sed quidquid sit de iure, & licet haec opinio sit a tantis, & talibus Doctoribus roborata,nihilomi-
134 nus de consuetudine non seruatur secundum Clarum loco supra allegato, & in isto Regno numquã vidi talem opinionem seruari,sed communis practica, & obseruantia est vt iudex laicus cognoscat de
135 laicis, & ecclesiasticus de ecclesiasticis, & quia in criminalibus proceditur ex abrupto, & palatino modo per processum informatiuum, ideo quando
136 delinquunt clericus, & laicus insimul iudex laicus sumit informationes, & postea easdem transmittit iudici ecclesiastico absq; nominatione laicorum, sed loco nominis laici relinquitur spacium album, & quilibet procedit cõtra sibi subiectum, sed iudex ecclesiasticus per suam curiã easdem informationes repetere facit parte citata, & de praedicta consuetudine quod laicus cognoscit de laici, & ecclesiasticus de ecclesiasticis testatur Igneus in l. 1.§. si quis in villa,n.17.ad Sillen.Cabell. & Menoc. locis supra citatis Cuccus in instit.maiori,li.3.tit.9.n.16. Scacc.d.n.24. Farin.eodem n.151.in vers. contrarium,quod vbi postquam allegat multos Doctores qui tenuerunt hanc opinionem in vers. nec obstat, dicit, quod a tali consuetudine non est recedendũ, Couarr.d.c.34.n.1.vers.idcirco ego,vbi alios citat de Neuizzan.in Silua nuptial.li.6.n.68.Boer. super consuet Bituricen.tit.de iurisd.§.9. vbi dicit, quod contraria opinio nunquam fuit in practica seruata, Anton.de Padilla in l.si bellum,n.6. in fin. C.de diuers. rescript. multas rationes pro ista opinione, & consuetudine adducit Carrolus Fallongus, in raccemationibus iuris racemat.123. per totam & praecipue nu. 9. vbi concludit pro ista opinione postquã ipsius opinionis fundamenta recensuit, Camill. de Curte in diuersorio, seu cõprehensorio iuris feud. p.2.c.2.nu.115. vbi multos allegat, & dicit, quod ita seruatur in curijs, & tribunalibus Regni Neapolis Anastas.Germ.in tract.de sacros.imm li.3.c. 15. n.85.vers.& quamquã,Osas.dec.103.nu.8.Scapp.in trac.de iure non script.li.1.c.11.n.12 Fulu.Patian. in tract.cui incũb.onus proband.negat.lib.1. c. 28. nu.3.& in add.in lit.A.& vtrobiq;alios allegat.

Doctores autẽ qui conantur veram resolutionẽ
137 in isto articulo tradere distingunt, aut sumus in causis inseparabilibus in quibus nulla potest congrua diuisio fieri, & tũc procedit praedicta ampliatio,quia magis dignum trahit ad se minus dignum: aut vero sumus in causis diuisibilibus, & tunc quilibet est conueniendus coram suo iudice competenti prout seruatur de consuetudine,ita concludit Bart. in l.praecipimus,§.eodem obseruando,C.de app.& in l.iurisperitos, §.fi. ff.de excus.tut.Couar.in d.lib. pract.q.c.34.n.2. qui ad hoc etiam multos alios allegat, late Soc.sen.cons.12.n.17.li.1.Masull. in addi.ad Capyc.dec.109.n.3.Mar.Vran.Vltram.cons. 32.n.19.lib.2.multos allegat Boss.in tract. crim. in tit.de foro comp.n.146. & 147.vers. an mandans, Matthes.sing.143.n.1.& ibi Serain.in addit.multos alios etiam refert Marant.in pract.par.4.dist. 11.n. 24. car.mihi 196.Gail.obser.37.n.2.vers.tertio singulariter lib.1.Vrsill.in adnota.ad Affl. dec. 213.n. 7.Vinc.de Franc.dec.426.n.4.li.2.Io.Alois.de Leo in l.qui sub praetextu.n.21.C.de sacros.eccl.Bertac. in suo reper.in ver. clericus, & laicus Intrigi. late sing.138.nu.1.qui etiã multos citat Marian.Soc.in c.1.nu.18.d.foro cõp.Neuiz.in Silua nuptial.lib.6. n.38.cum multis seq.& praecipue n.43.Läberteng. in tract.de contract.in fi.operis,nu. 224 Mandos.in tract.de inhib.q.69.per totã vbi alios recẽset, Germon.in praecitato tract.de sacros.immu.l.3.c.15.n. 85.Patia.in tract.cui incumb.onus proband. negat. lib.1.c.28.in add.in lit.A.qui omnes alios allegant.

Retenta tandem ista opinione, quod in non se-
138 parabilibus,& indiuisibilibus procedat ampliatio praedicta,quod clericus trahat laicum cõsortem litis coram suo iudice ecclesiastico,prout concludũt Farin.d.q.8.n.151.vers.nec obstent iure, & alij per eundem Farin.citati, etiam subampliabis aliquibus modis, vt infra.

Subampliatur 1. vt dicta ampliatio procedat ẽt si ipse clericus non poterat talem remissionem, sed tantum laici,vel vnus ipsorũ, quia tunc etiã omnes sunt remittendi ad iudicẽ ecclesiasticũ, Zuccar. in l. posthumo,n.36.C.de bonor.posses.cõtra tab.Rim. iun.in l.Imperium n.84.ff.de iurisd.om. iud. & cõs. 261.n.23.lib.3.Surd.cons.396.nu.18 lib.3.

Subampliatur 2.vt haec ampliatio procedat etiã
139 si clericus, & laicus fuissent citati quatenus eorũ putauerint interesse,nam si apparet clericum possidere, & sic esse remittendũ ad iudicẽ ecclesiasticũ

tunc omnes alij cum eo simul citati sunt remittendi ne causa ipsa diuidatur, & ne super eodem facto diuersæ ferantur sententiæ, Soc. sen. in l. cum Senatus, num. 11. ff. de reb. dub. & cons. 12. n. 17. li. 1. Zuccar. in repe. l. fi. n. 260. & 360. 361. C. de edict. Diui Adr. toll. Marf. cons. 67. n. 62. Paris. cons. 154. in prin. c. lib. 4. Socy. iun. cons. 34 nu. 1. & seq. lib. 2. vbi alios congerit Achill. person. in tract. de adipisc. poss. n. 90. in fi. car. mihi 35.

140 Subampliatur tertio etiam si essent conueniēdi plures laici, quam clerici, vt quia esset vnus clericus & duo vel plures laici, namq; etiam isto casu omnes sunt conueniendi coram iudice ecclesiastico, Socy. sen. d. cons. 12. n. 17. li. 1 Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 21. car. mihi 198. Sigism. Scaccia in tract. de iudit. p. 1. cap. 11. nu. 25. idem Soc. sen. in cap. 1. in 15. declarat. de foro compet. & in l. cum Senatus, in fin. ff. de reb. dub. vbi dicit ita alias in facti contingentia obtentum fuisse, Bart. in l. iurisperitos, §. 1. ff. de excusat. tutor. Lambert. in tract. de iure patronat. lib. 1. p. 1. art. 7. princ. quæst. princ. nu. 4. vers. subeundo, Crot. in l. 1. nu. 19. ff. de verbor. obligat. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 44. Alban. in Lucubrat. ad Bars. in l. ex hoc iure num. 10. ff. de iust. & iur. qui dicit hanc decisionem esse memorabilem.

Subampliatur quarto vt in causis ita indiuisibilibus iudex ecclesiasticus possit in hibere iudici laico vt sibi remittat omnes conuentos etiā laicos, Mandos. in tract. de inhibit. q. 69. in princ.

Subampliatur quinto, vt dicta ampliatio procedat etiam si clericus, qui vult secum trahere laicos coram iudice ecclesiastico esset clericus in minoribus tantum constitutus, & etiam primæ tonsuræ, & etiam clericus coniugatus, Scappa in tract. de iure non script lib. 1. cap. 11. n. 5.

Limitatur modo prædicta ampliatio, vt non habeat locum in causa criminali, in qua iudex ecclesiasticus non potest condignè punire laicum delinquentem propter grauitatem delicti, vt quia veniret imponenda pœna sanguinis, namque isto casu laicus ratione clerici non remittitur ad iudicem ecclesiasticum, Couarru. in libro pract. quæstion. capit. 34. num. 1. Boss. in tractat. crim. in tit. de foro competent. nu. 147. vbi dicit, quod isto casu iudex ecclesiasticus post cognitionem habitam potest tales remittere ad iudicem laicum, vt debita pœna puniantur, immo quod plus est si laicus isto modo coram iudice ecclesiastico tractus ab ipso non fuerit penitus pœna delicto condigna poterit iudex sæcularis iterum pro eodemmet delicto illum punire pœna delicto condigna, DD. in c. de ijs de accusat. Bald. in l. fin. in 6. q. C. de edict. diui Adrian. tollend. Socyn. sen. in pluries citato cons. 12. num. 17. lib. 1. Io. de Imol. cons. 139. col. 3. versic. quinimo Marf. sing. 180. & cons. 67. num. 62. Socy. iun. cons. 34. nu. 2. li. 2. & in l. cum senatus, in fi. ff. de reb. dubi. vbi testatur ita vidisse iudicatū Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 45. vbi hos omnes refert, & sequitur, & licet Parin. d. q. 8. n. 151. in fi. vers. & quicunque sit, dixerit quod si laicus fuerit præuentus à iudice ecclesiastico per capturam personæ poterit ab eodem puniri, nihilominus eius dictum debet intelligi, vt possit puniri condigne; alias procederet hæc opinio Deciani.

141 Limitatur 2. vt dicta ampliatio non procedat quando plures conueniuntur, vt collegium, vel vniuersitas, quia tunc est distinguendum an sint plures clerici quam laici, si enim sunt plures laici omnes conueniuntur coram iudice laico, si vero sunt plures clerici corā ecclesiastico, Sal. in Auth. habita C. ne fil. pro patr. ubi per varias columnas hanc quæstio. examinat Couar. in lib. pract. quæst. c. 34. num. 1, vers. nam, & fieri Aufr. in tract. de potest. iud. eccl. super laicis, & eorum bonis, nu. 12. in 13. to. tract. diuer. par. 1. car. mihi 126. & in tract. de potestate iud. secul. super ecclesi. person. regul. 2. fallent. 16. in 16. tom. prædictorum tractat. cart. mihi 290, Glos. ordinaria super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. uers. 2. regula cart. mihi 397. in tomo const. Regni Camill. de Curte in diuers. seu cōprehensor. iur. feud. part. 2. c. 2. num. 111. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. nu. 23. cart. mihi 196. reddit ra-
142 tionem, quia collegium recipit denominationē a maiori parte, Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. nu. 25. Marian. Soc. in c. 1. nu. 17. de foro compet. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 42. & licet cōtra prædictam opinionem tenuerit Vran. Vltram. cons. 11. nu. 6. vers. quod, & iam procedit lib. 1. & cons. 32. n. 21. lib. 2. qui allegat Salic. in d. Auth. habita C. ne fil. pro patre, nihilominus a priori opinione tanquam a communiori * nullatenus est recedendum, sed si essent numero equales tunc collegium diceretur ecclesiasticum, & deberet conueniri coram iudice ecclesiastico, Bar. in l. cū senatus, ff. de reb. dubi. Couar. in lib. pract. quæst. c. 34. n. 1, ver. q̄d si pars Aufr. eod. n. 12. Vran. d. cōs. 11. n. 6. ver. q̄d si fit, & d. cōs. 32. n. 21. l. 2. vbi alios affert Decian. pręcitato c. 9. n. 43. Camill. de Curte eo. n. 111.

143 Et aduertendum est quod si in aliquo collegio essent clerici, & laici simul tunc rector collegij non poterit esse laicus, sed omnino debet esse clericus, Bart. in l. fi. in 3. col. vers. sed circa hoc ff. de colleg. illicitis. & in Auth. habita in 8. colum. vers. 2. quæro C. ne fil. pro patre, vbi loquitur in collegio scholarium, & dicit q̄ eius rector debet esse clericus, & in prohœm. ff. §. hæc autē tria col. 2. vers. secundo quæritur Marsil. in repet. rub. de fideiuss. n. 152. Et si is
144 rector collegij laicorū, & clericorū iudicauerit in causa clerici coram eo conuenti tunc erit appellandum ad superiorē ecclesiasticum, Aufr. in d. tract. de potest. iud. eccles. super laicis, & eorum bonis, n. 12. in fin. in 13. tom. tract. diuersor. cart. mihi 126 quæ omnia prædicta non procedunt in communitatibus, & vniuersitatibus ciuitatum in quibus licet adsint multi clerici, & religiosi quia tunc nullatenus posset talis vniuersitas, & ciuitas inhærere priuilegio suorum ciuium clericorum, & religiosorū,
145 nec tunc rector debet esse clericus, quia si aliter diceretur potestas laicorum in partibus Christianorum esset penitus extincta, & annullata cum in qualibet ciuitate, & suburbio adsint clerici, & religiosi, Io. Battista Marches. in tract. de commiss. p. 2. cap. 3. quarti c. principalis nu. 59. & 60. cart. mihi 493.

146 Ampliatur 23. prædicta regula, seu effectus, q̄ clerici non sunt conueniendi nisi coram iudice ecclesiastico, ut habeat locum, & extendatur etiā ad fami-

familiam,& seruos ipsorum clericorum,Gl.in c.cle rum 11.q.1.& in c.ecclesiarum 12.q.2. & in c.eos, 32.d.Doctores,& præcipuè Bal. nu 4.in l. 2. C. de epis.& cler.idem Bal.in l.1.circa finem,n.12.eo.tit. Mars.cons.67.n.60.summa Angelica,in verb.clericus,il 14.§.2.Carpan.super stat.Mediol. c.167. nu. 52.li.1.Gram.voto 33.n.20.Soci.Sen.in c.1. nu.18. de foro compet Marant.in pract.p.4.d.11. n.4. vbi Addentes in lit.A, car. mihi 192. Duen. reg. 305. Calc.cons.71.n.3.vbi refert hanc esse commun.opin. Additio ad Bosl.in tract.crim.in tit.de foro comp. in lit.S,Io.a Fina in suis concl. lib.4. in verb. famulus,concl.2.car.mihi 357.Carau super ritu M.C.V. ritu 46.n.27.Decian.in tract.crim.p.1.lib.4. c.9.n.
147 47. & seq. vbi ponit varias seruorum species , & declarat,qui sunt illi, qui gaudent , & qui non gaudent hoc priuilegio , & dicit , quod hæc est magis
* comm * opi.sed quod procedit in seruis, qui annua mercede seruiunt,& non ijs,qui dietim,alegat Doctor.in c.fi.de off.Archid.Bal.& Alber.in l.1.C.de epis.& cler.Soci.loco sup.cit.Barba. in c.2.de foro comp.n.35.& in c.eos, 32.d. & vltra prædictos idē dixerunt Vulpel.in tract.de liber.eccl.p.3.n.24. vbi latè examinat istam materiam , & ponit diuersas opiniones,Bonaccosi.in tract. de seruis, & famulis
* q.15.in fi.vbi testatur de commun.* opin. Grass.in com.opin. c.10. q.7. contrariam nihilominus opinionem in isto articulo tenuerunt Capy. dec. 12.n.
340 Ampliatur quinquagesimo primo, vt prædicta regula, siue primus effectus clericatus .s. qđ clerici non possint conueniri coram iudice laico habeat locum etiam si clericus esset impeditus clericatum assumere,vt quia esset minor, vel illegitimè natus, namque si de facto is talis reperiret ordinatus gaudebit beneficio fori sicut,& alij clerici, Gram. decis.81.per totam.Vincent.de Franch.dec.189.nu. 5.& etiam per totam Clarus,in §.fi.q. 36.n 6. Cuccus in instit.maior.li.3.tit.9.n.17.Mascar. in tract. de probat.concl.302.nu.19.& 20.Scaccia in tract. de iudic.p.1.c.11.nu.19. & ratio huius ampliationis est, quia huiusmodi defectus non impedit quin
341 caracter imprimatur, sed tantum suspendit exequutionem ipsorum ordinum vsque ad legitimam, & perfectam ætatem,vel vsque quo tollatur macula,& impedimentum c. vel non est de tempor. ordin.Diaz in pract.canon.in verb.illegitimi, in fine, Siluester in summa,in verb.ordo,il 4.nu.2.Vincen.
342 de Granc.dec.189.n.4.Iacob. de Graff. in decis. aur.p.2.lib.1.c.11.n.10.Mascar.dec.302.nu.21. Et quia hæc ratio non militat in prima tonsura, quæ re vera non est ordo,sed dispositio, & ianua ad ordines,vt voluit D.Tho.in 4.sent.d. 24. de Franc.d. decis.189.n.8.dixi latius supra in præludio, n.298. sequitur, vt insignitus prima tonsura tantum ex quo non habet caracterem impressum, si est impeditus clericatum assumere eius executio differtur, vt dicit idem de Franch.vbi supra.

343 Ampliatur 52. vt dictus primus effectus clericatus procedat etiam, si is, qui vult cognoscere de causis clericorum esset Imperator, vel Rex, quia ex quo est laicus, quacunque dignitate præfulgeat, non poterit cognoscere de clericis, & eorum causis,c.cum non ab homine,vbi Abb. num.1. de iudi. c.solitæ de maiorit.& obedi,c. Sacerdotibus 11. q. 1.Cardin.Iacobat.in tract. de Concilio, lib.2.art.5. nu.24.in 13.tomo tract.diuers.p.1.carte mihi 121. Bertach.in tractat.de episcop.p.5.lib.4. num.95.in cod.13.tom.tract. p.2. carte mihi 353. Grammat. voto 33.nu.6.& dec.61.nu.12.Grat. cons.87.nu.5. li.1.Gigans in tract.de crim.læsæ maiest.tit.quis de crim.læsæ Maiest.cognoscere poss.nu.13.car. mihi 126.Gallina in tract.de ver. sign.lib.10. c.34.n.24. Sur.cons.301.nu.15.& cons.396.nu.14.li.3. Rol. a Valle cons.4.n.7.& 8.lib.1. & cons. 12.n.35. lib.2. Scac.in trac.de iudic.p.1.c.11.n.33.Decia.in trac. crim.p.1.li.4.c.9.n.2.3.& 4. vbi multa scribit, quæ satis conferunt ad præsentem ampliationem, Ant. Scappa in tract.de iure non scripto, lib.1.c.1.nu.2. Bossi.in tract.crimin.in tit.de foro compet. n.126. Alex.cons.8.nu.1.vol.1. vbi dicit, quod laicus quacunque dignitate præfulgeat nunquam poterit cognoscere de causis clericorum, Mart.de iurisd.p.1. c.25.num.40.

344 Ampliatur 53. dictus primus effectus clericatus, vt clericus possit allegare exceptionẽ declinatoriã fori,et si in loco existat statutũ reseruans oẽs exceptiones in fine causæ,vel post factã solutionẽ debiti petiti; prout in isto Regno Siciliæ est pragmat. super bulla,vel prohibens, & reijciẽs oẽs exceptiones,quia statuta prædicta intelligi debent de exceptionibus, quæ sunt, & ortum habent de iure ciuili; non autem de illis, quæ sunt de iure diuino, vel canonico, prout est exceptio clericatus, vt dixi

supra

supra in 2. ampliatione, quia super eis disponi non potest per statuentes, Plot. cons. 78. num. 13. Gram. dec. 29. n. 7. & cons. 1. n. 37. post easdem dec. Bertach. in trac. de episc. p. 5. li. 4. n. 49. in fi. in 13. to. trac. diuers. p. 2. car. mihi 349. Rol. a Valle cons. 4. nu. 37. li. 1. Io. Batt. Baiar. in addi. ad Clar. in §. fi. q. 36. n. 11. & ad hoc benefaciunt ea, quæ alias dixi in meo tractat. de except. ad mater. statuti, &c. quæ dicam infra in effectu immediatè sequentis.

345 Ampliatur 54. prædictus primus effectus, quod iudex laicus non possit cognoscere de personis, & causis clericorum, vt supradictus effectus, siue regula procedat in quocunque crimine etiam atroci, vt homicidio, furto, vel periurio, de quibus habetur in c. cum non ab homine, de iudic. vbi omnes Doctores, exceptis delictis, de quibus infra in fallentijs loquemur, & hæc ampliatio procedit etiam in crimine falsæ monetæ, vel ipsius tonsionis, vt dixi infra ampliatione 33. num. 576. & hanc ampliationem ponunt, Cassan. super consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. num. 50. car. mihi 49. Henric. Bohic in capitulo ex litteris, num. 15. de vit. & honest. cler. Riminald. iun. cons. 685. num. 30. & seq. lib. 6. Ferdin. Vasquez in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. n. 63. Decian. in tractat. crimin. p. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 18. Boss. in tract. crimin. in tit. de foro compet. num. 134. Clarus in §. fin. q. 36. num. 20. vbi asserit * hanc esse communem * opinionem. Quæ quidem ampliatio non obseruatur in Dominio Veneto, in quo ex particulari indulto Romani Pontificis clerici in delictis atrocioribus puniuntur per iudices sæculares, ita asserunt Decian. cons. 82. nu. 8. lib. 2. & Menoch. cons. 557. num. 11. lib. 6. vbi dicit, quod ipse vidit talia indulta.

346 Ampliatur 55. iam dictus, & pluries repetitus primus effectus, vt locum sibi vendicet etiam si delictum, de quo clericus est infamatus, vel accusatus esset notorium, quia etiam in notorijs laicus iudex non poterit iudicare clericum, Dec. in c. cum non ab homine, nu. 10. vers. tertius casus, de iud. Decia. prædicta. c. 9. num. 20.

347 Ampliatur 56. vt dictus effectus procedat etiam si fuisset clerico aliquid relictum cum cōditione, q in casu quo aliquis prætenderet aliquid super re legata, possit eundem clericum conuenire coram iudice laico, quia reiecta tali conditione tanquam

348 impossibili erit conueniendus coram suo iudice ecclesiastico, Felin. in c. ecclesia S. Mariæ, nu. 70. in fin. de constit. Dec. in c. clerici, num. 50. de iud. Bal. in l. 2. ff. vt in possess. legat. Fernand. Vasq. in tract. de successio creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. num. 66. Pet. Nicol. Mozzi. in tract. de feud. tit. de natural. feud. nu. 127. car. mihi 186. Decia. in tract. crimin. p. 1. li. 4. tit. 9. num. 66. & dixi supra in alia ampliatione, & quod hæc conditio sit impossibilis clarissimè deducit ex his, quæ posuit etiam supra loco suo: & quod

349 conditio impossibilis reijciatur, & tollatur legato, latè probaui alias in meo tract. de exceptio. ad mater. statu. & c. except. 33. num. 34. cum seq. & vltra ibi allegata est tex. in l. obtinuit, ff. de cond. & demonstr. §. impossibilis instit. de hæred. instituen. Crot. cons. 43. nu. 4. lib. 1. Natta cons. 618. num. 13. & cons. 626. nu. 14. lib. 4. Vasq. in tract. prædict. de success. creat. lib. 3. §. 3. nu. 76. Tiraquel. in tract. de p a causa, priuil. 75. Rausner. cons. 7. num. 53. lib. 1. Surd. cons. 55. n. 18. & cons. 69. nu. 2. & cons. 89. nu. 11. lib. 1. Crau. cons. 167. nu. 8. Molin. in tract. de primoge. Hisp. lib. 2. c. 12. n. 34. & seq.

350 Ampliatur 57. prædictus primus effectus, in tantum esse verum, vt sententia lata per iudicem sæcularem contra clericum conuentum sit nulla, c. nullus iudicum 11. q. 1. c. at si clerici, de iud. Guido Papa, decis. 450. Siluest. in summa, in verb. iudex, il 1. nu. 3. Alex. cons. 149. in fine, lib. 6. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 33. num. 2. versic. secundo est. Cepoll. cons. 11. nu. 17. in crimin. Grammat. voto 18. num. 11. Peregrin. cons. 61. n. 50. Velascus decis. 65. n. 3. vers. secus vero Math. Brun. cons. 64. nu. 14. Vrsill. in adnotat ad Affl. dec. 2. n. 3. Cassan. cons. 38. n. 8. in fin. Alex. de Neuo consil. 56. nu. 6. Pet. Rauenna in tract. de feud. in tit. de statut. & consuet. feud. §. statuimus in 10. tom. tract. diuers. p. 2. car. mihi 41. Auenda. in tract. de exequ. mandat. princ. c. 22. nu. 2. Anast. Germon. in tract. de sacror. immun. li. 3. c. 15. nu. 54. Natta cons. 495. nu. 11. & seq. li. 3. Bartus in Rot. Bonon. dec. 106. n. 13. Grat. cons. 87. n. 1. lib. 2. Mart. Vran. Vltr. cons. 32. nu. 1. li. 2. Anch. in c. nullus de foro comp. Boer. super consuet. Bituricen. §. 21. gl. 2. vers. aduersus quam car. mihi 49. Muscat. in pract. tit. p. 2. in gl. in verb. competens, n. 22. car. mihi 38. Io. Anan. in c. si diligenti, n. 1. & 7. de foro comp. Gram. dec. 61. nu. 19. vbi dicit, quod si clericus post sententiam comparet cum instrumento clericatus dicendo de eius nullitate, est omnino audiendus, & processum, sententiā, ac exequutionem

351 annullabit, allegat Bal. in l. generaliter, C. de epis. & cler. & in l. 1. C. si a non compet. iud. Guliel. de Benedict. in rep. c. Rainutius, in verb. mortuo, itaque testatore, num. 214. de testamen. vbi dicit, vt in tantum sit nulla, quod si clericus esset ad mortem condemnatus per iudicem laicum non efficeretur intestabilis, & ratio huius ampliationis est, quia ipse iudex laicus super clericis, & eorum bonis est penitus incompetens, ideo procedendo procedit tan

352 quam priuatus, est tex. in l. 3. ff. de off. præsid. & in l. obseruare, §. ingressus, ff. de offic. Procons. & not. Doctores in l. si pupillus, §. territorium, ff. de verb. sign. & in l. 1. §. initio, & in l. fin. ff. de offic. præfect. vrb. & in l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. & in c. fi. de foro compet. Viui. in communi opinione, in ver. iudex, n. 8. Vanti. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defe-

353 ctu iurisd. nu. 107. & est regulare, quod sententia lata a non suo iudice competenti non tenet, & est nullius momenti, l. 1. in fin. ff. quod quisque in l. 2. & 3. C. si a non compet. iud. c. ad nostram, de consuet. c. at si clerici, de iudi. c. Nullus, de paroch. Vran. d. cons. 32. n. 3. lib. 2. Vanti. in eod. tit. de nullit. ex defec. iurisd. n. 100. Io. de Amicis cons. 67. n. 2. Borgin. Cauale. decis. 19. nu. 1. lib. 3. Cephal. cons. 708. nu. 2. lib. 5. Mandell. cons. 70. nu. 14. lib. 1.

354 Subampliatur primo hæc ampliatio, vt procedat etiamsi clericus tacuerit, & nunquam de clericatu se opposuerit, not. Doctores in cap. si diligenti, & c. significasti, de foro compet. Glos. in c. 1. vbi etiam Marian. Socin. num. 23. in fin. vers. vigesimatertia, eod. tit. Surd. consil. 396. nu. 30. lib. 3. Camill. de Curte in diuers. feu comprehension. iur. feud. p. 2.

355 c. 2. num. 125. quę subampliatio limitatur quando

ageretur de causa spolij, quia tunc si non fuerit opposita declinatoria fori sententia esset valida, Caualc.decis.45.n.77.li.1. vbi ad hoc allegat Crauet.cons.258.n 4 & cons.120.nu.4.& 5.vol.2.Meno.in tract.de recup.poss.remed.3.n.53.

356 Subampliatur 2.vt in tantum sit nulla hæc sententia quod etiam si extaret statutum quod aduersus sententiam non possit opponi aliqua exceptio adhuc poterit eo non obstante semper, & quandocumque opponi hęc nullitas, not.gloss.in c.1.de sequest.possess.& fruct.Bart.cons.62. Deci.cons.241. Natta cons.495.n.17. Gramm.decis.61.n.20. cum multis alijs, quos allegaui in meo tract. de except. ad materiam statuti,&c.

357 Subampliatur 3.vt hæc ampliatio procedat etiã in sententia banni, vel foriudicationis lata in causa criminali contra aliquem sub nomine laici, quia tale bannum non teneret, & esset nullius momenti Bald.in l.1.ff.si quis in ius vocat.non ierit. Alexan. consil.65.col.4. Gramm.cons.152.nu.31. in crim. Patian.in tract, cui incumbat onus proban. negat. lib.2.c.34.nu.76.& 77.

358 Subampliatur 4. vt ipsemet iudex sæcularis, qui tulit sententiam contra clericum de facto poterit illam reuocare prætextu incompetentiæ, l.præses, C.quomodo,& quando iud.l.4.C.de accus. Ancharan.cons.184.Fel.cons.49.num.19.Bertr.cons.182. nu.3.lib.1.Natta d.cons.495.n.15. in fi.lib.3. Deci. in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.nu.61.in fi.& nu.115.

359 Subampliatur 5. vt de tali nullitate semper, & tam post, quam ante sententiam clericus poterit se opponere. Vant.in tract.nullit.tit.quibus modis sententen.null.reparet.nu.58.Passet.cons.23.nu.5. & dicam etiam infra hoc eodem effectu, & dixi etiam in prædicto tract.de except.

360 Fallit modo prædicta ampliatio, quando sententia esset lata contra clericum, qui dimiserat habitum, & tonsuram, & ab omnibus reputabatur laicus,quia tunc esset valida. Crot.cons.204. num.13. lib.2.vbi allegat Calder.cons.12.in tit.de foro compet.& iterum idem Crot cons 203.nu.10. eod.li.2. vbi dicit,quod si clericus, qui dimiserat habitum, & tonsuram fuerit per iudicem laicum citatus, & sententiam contrariam reportauerit, vel in contumaciam fuerit condemnatus, non poterit dicere de nullitate sententiæ, etiam quod non fuerit ter monitus, vt habitum reassumat, & processus, & omnia acta contra eum facta sunt valida, & ratio est, quia in iuditijs communis opinio, & reputatio præiudicat veritati, cap. rerum 3.q.7.cap. ad pro-

361 bandum,de re iud l.Barbarius Philippus,ff.de off. præfect.Crot. prædicto consil. 204.num. 14. & de præsenti limitatione loquar amplius infra in limitationibus.

362 Fallit secundo, quando clericus tanquam laicus conueniretur coram iudice laico,& ipse non se opponeret de incompetentia, & debitum confiteret, quia si tunc iudex faceret præceptum de soluendo tale præceptum esset validum.Calder.cons.12.nu. 1.& 3.tit. de foro compet. Patian. in tract. cui incumbat onus proban.negat.lib.2.c.34.num.75. ex quo infero, quod si isto casu interponeret secundũ decretum,tale decretum esset validum, nec ista limitatio contradicit primæ subampliationi, quia hic vltra, quod non opponit de suo foro confitetur etiam debitum.

363 Ampliatur 58.vt trahens, & conueniens clericũ coram iudice laico sit excommunicandus, c.enolita vbi Archid.& Turrecr.num.1.11. q.1. Quaranta in verb.forum competens.Cenedus in collect.iuris canono.collect.57.n.2. qui ad hoc allegat Auth. statuimus,& ibi Bal.nu.1.& Paul.de Cast.nu.5. de episc. & cler.& multos alios, & vltra ibi allegatos, idem dixit Vulpel. in tract.de libertate eccles.p.1.nu.14. qui etiam alios allegat, & dicit, quod is talis offendit libertatem ecclesiasticam.

364 Ampliatur 59. vt laicus non possit tangere clericum etiam vti minister iudicis ecclesiastici, vt si clericus esset torquendus non poterunt laici illum torquere etiam de mandato episcopi, vel si esset carceribus mancipandus non poterunt ministri laici illum ducere ad carceres, Anton.de Butr.in c. vt famæ,de senten.excommun. & in c.decernimus, nu.39.eod.tit.Cataldin. de Boncompagn. in tract. de sindi.q.235.nu.148. Clarus in §.fi. q.74. ver. sed hic; & in tantum est vera hęc ampliatio secundum aliquos,quod.s.clericus non possit torqueri per laicos,ita vt ausi sint dicere,quod episcopus, vel eius Vicarius,qui mandat clericum torqueri per laicos,

365 & ipsi torquentes sunt excommunicati, ita dixit gl.in c. præsbyteri,il 2.in verb.religiosus 5. q.6. vbi hoc idem dixit Archid.Io.Andr.in c.cum in contẽplatione,de reg.iur.But.in d.c.vt famæ Reper.Fel. in verb.clericus non potest,vbi dicit,quod ista opinio est verissima,Lapus in c.si clericos,n.3. de sen. excom.in 6.Cassan.super consuet.Burg. rubr.1.§.5 n.6. car.mihi 156.Maran.in pract. p.4.d. 11. num. 74. car.mihi 205.& p. 6.actu 12.n.5.car.mihi 443.

366 Contrariam nihilominus, & meliorem opinionem tenuerunt Bal.in c.decernimus,de iud.Abb.in c.vniuersitatis,nu.6.9.& 11. de sent .excom.vbi dicit,quod si laico mandetur per iudicem ecclesiasticum poterit clericum torquere, & quod consuetudo excusat, licet de iure hoc facere non possit. Anan.in c.si cõstiterit,n.9.de accus. Diaz in prac.cri. canon.c.17.Nau.in Manual. c.27.n.24. Sbrozz. in tract.de vicar. episc. lib. 2.q.153. & seq.Scappa in tract.de iure non scripto lib.1.c.9.nu.13. qui dicit, quod ita seruatur de consuetudine, & quod talis consuetudo est bona,Zerola in praxi episc.in verb. excommunicatio causa efficiens, causa 9. §. 8.vbi asserit,quod ita ipse practicauit, & ratio huius vltimæ opinionis est illa, quam considerauit, Felin. in cap.vniuersitati num.5.de sent.excomm.scilicet, quia cum hodie non reperiantur clerici, qui vtantur arte tali,nec sciant ligare,& soluere. & erigere clericum torquendum, quod possunt, & ita passim seruatur de consuetudine, quam rationem etiam adduxerunt Sbrozzius, & Zerola in locis supra citatis, immo dico ego, quod ij, qui tenent primam opinionem dum conantur augere dignitatem clericalem,& eius priuilegia defendere ipsam dignitatem vituperant, & contra eius priuilegia loquũtur, quia si dicunt, quod debent torqueri per clericos necessario inferunt, quod ex clericalis, qui possint esse carnifices, & birroarij, quod esse nequaquam debet, quia non conuenit dignitati clericali tam indigna, & abiecta exercitia, & ministeria exercere,

cere, ad quæ bene conferunt ea, quę dicam infra effectu 6. nu. 45. & reuertendo ad propositam materiam dico, quod quotiescunque iudex ecclesiasticus esset hac ratione motus ad mandandum laicis, vt torquerent clericos non essent excommunicati prout aliàs essent, secundum glos. in d. c. presbyteri, il 2. in verb. religiosus. 5. q. 6. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 74. Diaz in pract. canon. c. 17. n. 7. Sbrotius in tractat. de vicar. episcop. lib. 2. q. 153. num. 5. & seq.

367 Ampliatur sexagesimo, vt in tantum sit verum quod si clericus ducatur captus per officiales laicos possit impunè de facto ab eius manibus auferri, dum auferentibus constet illum talem esse clericum, Guido Papa decis. 73. nu. 2. vbi adducit rationem 1. quod officiales tunc illum ita ducendo committunt illicitum, & allegat text. in l. 1. §. hac verba ff. ne vis fiat ei, qui & in l. 1. in fi. ff. ne quis eum qui in ius, & in l. 2. etiã in fine, ff. si quis in iusvocat. hoc idem dixerunt Foller. super constit. Regni in tit. de episcopis, & cler. in c. si aliquis citatus n. 17. car. mihi 81. Vincent. de Franc. dec. 199. n. 10. Thom. Zerola in praxi episc. in verb. clericus §. 8. vbi adducit aliam rationem hoc est, quia cuilibet licet per se sine interuallo expellere de possessione violentum possessorem, quibus, & ego addo aliam rationem, quia quando officialis, in conueniẽdo procedit iniustè non seruato iuris ordine potest ei de facto

368 resisti tanquam cuilibet priuatæ personæ, est text. in l. prohibitum de iure fisci. lib. 10. Lucas de Penna in l. quoties, num. 7. in fin. vbi etiam Bald. C. de exactor. tribut. l. deuotum vbi omnes scribentes, C. de metat. & epidimit. lib. 12. Gramm. cons. 51. n. 2. & voto 2. n. 15. Marf. in l. edictũ D. Augusti. n. 3. ff. de quæst. & in l. lege Cornelia, n. 78. vers. illud tamen quod dixi, ff. ad l. Cornel. de sicar. Aug. in addi. ad Angel. in tract. malefic. in verb. prædicto Caio, n. 30. car. mihi 266. Boer. dec. 170. n. 1. Aret. in §. quadrupli, n. 32. Insti. de actio. Carrer. in pra. cri. §. circa secundum, nu. 15. car. mihi 149. Pet. a Plaz. in epito. n. delict. c. 18. n. 8. vers. quinto itidem Clar. in §. fi. q. 29. n. 2. Foller. in pract. crim. vers. nota capiat, nu. 16. Farinac. in tract. crim. q. 32. n. 29. & seq. Viu. decis. 509. num. 2. Sed si ex tali captura posset aliquod scandalum, siue tumultus oriri, vt quia posset deueniri ad arma: tunc nullatenus puto, quod sit de facto auferendus.

369 Ampliatur 61. vt officialis laicus, qui capit, & carceret clericum si illum non remittit suo iudici ecclesiastico incidat in sententiam excommunicationis, c. nuper in prin. de sent. excommu. Campeg. cons. 51. n. 26. in 2. to. cons. crim. diuers. Bertaz. cõs. 78. per tot. in crim. Camil. Borell. cons. 68. num. 16. Alex. de Neuo, cons. 59. num. 15. Ortens. Caualc. in pract. de testib. p. 5. n. 220. Camill. de Curte in comprehens. seu diuers. iuris feud. p. 2. c. 2. nu. 127.

370 Subampliatur hæc ampliatio etiam si ipse officialis capiat clericum tanquam delegatus iudicis ecclesiastici, glo. in c. cum non ab homine, de iud. Borell. eodem, num. 16.

371 Contrariam tamen opinionem in illa subampliatione tenuerunt Fel. in c. famæ, de sent. excommu. Card. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. si quis in seruitute, nu. 2. de furt. Alphons. Aluarez in Specul. iuris Pontific. cap. 35. vers. & clericus de mandato, carte mihi 99. in princ. & dicam latius infra in limitationibus.

372 Ampliatur 62. prædictus primus effectus, quod clerici non possunt conueniri coram iudice laico, vt procedat non obstante quauis contraria cõsuetudine, quia consuetudo, quod iudex laicus cognoscat de causis clericorum est omnino inualida; ex quo repugnat iuri diuino, canonico, & ciuili, c. clerici, vbi glo. de iud. c. placuit, c. inolita, 21. q. 1. Alex. cons. 8. n. 1. vol. 1. Socin. in c. si quis clericus, in 29. fallent. de foro compet. Corrad. in pract. in tit. de Inquisit. nu. 8. Rebuff. cons. 193. nu. 7. vbi ex hoc infert, quod consuetudo Anglicana permittens Re-

373 gibus illius Regni, vt de clericis, & eorum causis cognoscant est nullius momenti, & hoc tam in ciuilibus, quam in criminalibus allegat Innocen. in c. postulasti de foro comp. Archid. in c. Romana eo. tit. in 6. Abb. & alios in c. ecclesia S. Mariæ, de constit. & in c. solitæ, de maiorit. & obed. & vltra prædictos Doct. idem dixerũt Euerar. cons. 42. n. 9. qui etiam meminit de eadem cõsuetudine Anglicana, & nu. 38. vbi alia iura ad hoc allegat Alex. de Neuo, cons. 56. nu. 1. Rolan. cons. 12. nu. 43. & 45. lib. 2. & cons. 4. num. 13. lib. 1. & cons. 23. nu. 9. lib. 2. Restaur. in tract. de imper. q. 101. nu. 8. vbi vt alij mentionem facit de eadem consuetudine Anglicana, Lelius de Zanchis in tract. de priuileg. eccles. priuil. 85. nu. 1. & seq. Rot. Rom. dec. 10. nu. 4. in tit. de consuet. in antiq. D. Flam. Paris. in tract. de resign. benefic. lib. 7. q. 9. nu. 6. Clar. in §. fi. q. 39. num. 2. vbi

* asserit hanc esse communem * opinionem Camil. de Curte in diuers. seu comprehens. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 122. vbi alios allegat Anton. Massa Gallef. in tr. de oblig. in forma Cameræ, p. 2. q. 2. n. 2. Remig. de Gonn. in tract. de charitat. subsid. q. 65. nu. 2. in 15. tom. tract. diuers. p. 2. car. mihi 193. Brunor. a Sole in compend. resolutor. proposit. iuris, in verbo, clericus cum in ciuilibus, vbi multos alios congerit, Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. nu. 42. qui te-

* statur etiam de communi * opinione Boss. in tract. crimin. in tit. de foro compet. num. 130. Anastasius Germon. in tractat. de sacror. immun. lib. 3. cap. 15. num. 65. Decian. in tractat. crimin. par. 1. lib. 4. & cap. 9. num. 10. 11. 12. & 13. vbi ad hoc adducit multa similia. Anton. Scappa in tractat. de iure non scripto, lib. 1. cap. 16. num. 4. Stephan. Aufrerius, in tract. de potest. iud. laici, regul. 2. num. 1. in 16. tomo tract. diuersor. car. mihi 289. Surd. cons. 396. nu. 33. & cons. 301. num. 54. lib. 3. vbi alios allegat, & multa circa hoc affert vtilia, Natta cons. 495. num. 14. lib. 3. Caualcan. qui alios etiam congerit decis. 27. num. 31. li. 1. Franc. Capiblanc. in tractat. de authorit. Baron. pragm. 8. par. 2. num. 9. Paris. consil. 27. num. 4. lib. 1. Cabell. Milleloq. 844. par. 2. Bald. in rubr. extra, de consuetud. num. 24. Dom. Intrigliol. in tractat. de cas. consc. casu 8. num. 103. Felin. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ num. 6. vers. ex quo inferunt de constit. Abb. in cap. clerici, num. 1. 5. & 6. de iudicijs vbi etiam Dec. num. 59. Fernandus Vasquez in tractat. de success. creat. lib. 3. §. 22. limit. 17. nu. 76. Cassan. super consuet. Burgun. in titul. des iustices §. 5. vers. s'il n'agrazze, num. 47. car. mihi 192. & num. 92. can. 206. Benincas. in tract. de pauper. q.

.8. speciali 4. n. 55. gl. ordinaria super ... C. V. i i tit. de foro competen. lit. B. car. mihi 596. post constitut. Regni Amod. a Põte in tract. quis sit iu cex in causa feudi n. 72. Surd. dec. 129. n. 4. & 5. Petrus Belluga in specul. princ. rub. 11. §. videndum, nu. 10. vbi mentionat de quibusdam consuetudinibus existentibus in aliquibus partibus Hispaniæ, in quibus Rex cognoscit de personis & de causis clericorum, & ibi per multa iura concludit non valere tales consuetudines immo quod plus est si statutum, vel consuetudo indirecte daret hanc potestatem iudicibus laicis, vt quia dictaret, quod clerici declinantes iurisdictionem sint extra protectionẽ principis sæcularis & per consequens fiãt timidiores ad declinandam iurisdictionem, nec etiam valeret & ita statuentes essent excommunicati & num. 11. loquitur de iurisdictione, quam potest habere princeps sæcularis in exemptos, & an ipsam possit habere ea ratione, quia ibi tales non habent iudicem in Regno, & Borell. ibi in add. in lit. G. adducit quindecim validissimas rationes quibus probatur talem iurisdictionem non valere, nec posse talem iurisdictionem præscribi a laicis, quibus ego addo duas alias, quarum prima est, quia hæc consuetudo esset contra libertatem ecclesiasticam, quæ quocunque tempore non præscribitur, cap. ad audientiam de consuet. cap. cum inter & cap. causam quæ de elect.

Aliam adduco rationem quia consuetudo tendens contra dispositionem iuris diuini & canonici
374 dicitur potius corruptela, quam consuetudo, ideo est inualida & per cõsequens non est seruanda, c. fi. de consuet. not. Io. Faber in Anth. hoc ius vers. sed quid si consuetudo, C. de sacrosanct. eccl. Suarez allegat. 17. nu. 6. Alba Mandell. consil. 159. num. 8. lib. 1. Petr. Rauenn. in tract. de consuet. sect. 1. nu. 47. Rocc. de Curte in eodem tractat. in §. seu sect. incip. cum tanto, nu. 14. & sequen. car. mihi 16. Anton. Piagg. in tractat. de consuet. quæst. 6. nu. 121. Albert. Brun. consil. 43. num. 20. Natt. consil. 136. nu. 4. lib. 1. Paris. consil. 27. num. 24. cum seq. lib. 1. & consil. 68. num. 52. lib. 4. Marc. Mantua consil. 11. num. 27. lib. 2. Bero. in cap. sicut num. 32. & seq. de probat. vbi etiam Alex. de Neuo num. 15. Claud. Tuc. alleg. 24. num. 3.

375 Subampliatur primo prædicta ampliatio, vt procedat etiam si talis consuetudo esset immemorialis, & præscripta tanto tempore de cuius initio memoria non extaret in contrarium, Rot. Roma. decis. 10. in tit. de consuet. in antiq. Aufrer. in add. ad Cappell. Tholos. dec. 126. Abb. in repet. c. eccl. S. M. in princ. de constit. & in c. solitæ in 6. not. de maior it. & obed. & in c. si diligenti de foro compet. Fel. in c. si quis in princ. de maiorit. & obed. Roland. a Valle consil. 12. nu. 43. lib. 2. & consil. 23. nu. 9. eod. lib. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 3. n. 5. vbi asse-
* rit hanc esse cõm. *opin. Lelius de Zanch. in tract. de priuileg. eccl. priuileg. 85. per totum, Cabbell. Milleloq. 84 lib. 2. Villalobs in cõm. opin. in verb. clericus, nu. 80. Clarus in §. fi. q. 36. nu. 3. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 14. Anast. Germon. in tractat. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. num. 65. Petr. Cenedes in collectan. iuris canon. p. 1. collect. 57. nu. 1. vers. quod in tantum est verum car. mihi 107.
376 Nec præsenti subampliationi obstat quod fortasse in contrarium dici posset, scilicet, quod lapsus tanti temporis immemorabilis habet vim priuilegij, iuxta tex. in cap. super quibusdam §. præterea de verb. signific. & in cap. vnico de præscript. in secto, & in l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quotidian. & estiua & not. Doct. in cap. peruenit de censib. Alexand. cons. 35. num. 3. lib. 2. Abb. consil. 20. lib. 1. Decian. dicto num. 14. Balb. in tractat. de præscript. in 2. parte tertiæ partis principalis quæst. 6. num. 12. & seq. cart. mihi 118. & in prima parte quintæ partis principalis quæst. 7. num. 16. cart. mihi 336. Bald. cons. 439. lib. 3. Alexand. cons. 6. num. 4. Crauett. cons. 10. num. 11. lib. 1. Cæphal. cons. 468. num. 61. lib. 3. Vincent. de Franch. decis. 166. num. 1. Roland. a Valle cons. 59. num. 14. lib. 4. Peregrin. cons. 28. nu. 3. lib. 1. Anton. Gabriel in titul. de præscript. conclus. 1. num. 1. cum pluribus sequen. & nu. 72. etiam cum sequen. Dec. consil. 496. num. 4. & cons. 75. num. 2. Tob. Nonius consil. 83. num. 1. Io. de Amicis cons. 25. num. 33. Riminald. sen. cons. 444. num. 15. lib. 3. Bellon. consil. 55. num. 5. Villalobs in cõmun. opinio. in verb. præscriptio, num. 217. & sequen. Alba Mandell. consil. 64. num. 49. lib. 1. Natta consil. 98. nu. 19. & cons. 179. n. 18. lib. 1. Riminald. iun. consil. 589. num. 6. lib. 5. Matthæus Vesimbet. cons. 5. nu. 41. lib. 1. & cons. 45. n. 34. eod. lib. & cons. 60. nu. 3. lib. 2. Aluar. Velasc. in prax. partition. c. 35. n. 10. Et quod isto casu non est
377 necessaria aliqua tituli allegatio, Alex. cons. 6. nu. 5. lib. 1. & cons. 125. n. 3. lib. 2. & cons. 59. nu. 10. li. 3. glo. in c. super quibusdam §. præterea de verb. significa. Fider. de sen. cons. 234. nu. 3. vers. nam talis consuetudo Guido Papa decis. 498. in fi. Nonius d. cons. 83. n. 6. Iaf. cons. 57. lib. 1. Bursat. cons. prædicto. nu. 8. Gabriel d. conclus. 1. nu. 44. & seq. Abb. cons. 7. col. 5. vol. 2. Calder. cons. 1. in tit. de libell. oblat. Cardinal. cons. 118. nu. 14. Lottred. cõs. 40. n.
378 38. Gozzad. cons. 8. n. 37. & quod non requiritur scientia eius contra quem præscribitur, Iaf. in l. Imperium num. 26. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. cons. 85. nu. 2. vers. & in tali præscriptione Alex. cons. 6.
* num. 4. lib. 1. qui asserit istam esse cõm. *opi. Curt. iun. cõs. 158. nu. 12. Thob. Noni. d. cons. 83. nu. 7. Natta d. cons. 98. num. 19. Rom. in l. 1. §. denique, ff. de aqua pluu. arcen. Rim. iun. d. cons. 589. nu. 4. & 5. & Visimbet eodem cõs. 60. nu. 3. Duenas reg. 141. Martin. Laudens. in tract. de principe, q. 171. Gabriel concl. prædicta, nu. 61. vbi testatur de ma-
* gis comm. *opin. Paris. cons. 151. n. 53. lib. 1. & cõs. 27. n. 34. & 83. eod. lib. Gratus cons. 61. nu. 21. lib.
379 1. Mantua cons. 282. nu. 5. Tiraq. in tract. de nobilit. c. 14. n. 4. Balbus in tract. de præscript. in 2. parte tertiæ partis principalis q. 6. n. 22. car. mihi 121. & quod nec admittitur probatio in contrarium, Fel. in c. fi. n. 8. de præscript. Bursat. d. cons. 41. nu. 8. lib. 1. Balbus d. q. 5. nu. 19. cart. mihi 120.

Quia prædictis omnibus, & similibus respondetur quod procedunt data capacitate & habilitate præscribentis & vtentis & non aliter, Io. Monacus
380 in c. 2. de præbend. Felyn. & Abb. in c. causam de præscript. & in c. quanto de consuet. Bal. in l. omnes de præscript. 30. vel 40. annor. Abb. & Io. Andr. in c. ad hæc de Simon. Card. cons. 58. Balbus in d. tract. de præscript. in prima parte, quartæ partis principalis, q. 7. n. 15. car. mihi 355. Decian. in tract. cri. p. 1.

cri.p.1.lib.4.c.9.nu.14.in fine,& quod laici sint pe-
nitus incapaces iurisdictionis super personas eccle
siasticas dixi supra in principio huius primi effe-
ctus,& ampl.6.nu.6.
381 Sed si vltra immemorabilem præscriptionem,&
consuetudinem allegaretur priuilegium, & titulus
& extaret fama de eo, ex quibus posset præsumi a
principio priuilegium extitisse, & postea fuisse de-
perditum, tunc ex quo per priuilegium laicus po-
test fieri capax iurisdictionis super personas eccle-
siasticas, vt dixi supra in ampl.6.nu.25. cum seqq.
tunc valeret consuetudo, & laicus posset de cleri-
corum causis cognoscere. Io.de Imola,& Zabar.in
382 c.cum Apostolica,de ijs, quæ fiunt a prælat. sine
consens.c.notat Io. And. in c. quæ contra in Mer-
cur.Bal.in l.cum in rem verso, ff.de usucap. Decia.
d.c.9.num.15.de qua vltima opinione satis dubito,
nec existimo eam omnino tutam per ea, quæ dicā
in sequenti subampliatione.
Subampliatur secundo prædicta ampliatio, vt
hæc consuetudo non valeat etiam, quod esset in-
troducta cum scientia, & tollerantia Romani Pon-
tificis,Rot.Rom.dec.480.alias 10.num.1.in tit.de
consuet.in antiq. Io.de Lign. & Calder. in c.decer-
nimus,de iudic.Decian.in tract.crim. p.1.lib.4.c.9.
nu.16.Surd.cons.301.num.57.& 58.lib.3. Et huius
subampliationis multæ sunt rationes. Prima qua-
rum est, quod licet iura in præscriptibilia sciente,
& patiente Principe præscribantur. Butr. & alij in
383 c.accedens,de præscr. Abb.cons.94.vol.1. hoc ta
men procedit data capacitate præscribentis secus
si sit incapax, prout est laicus iurisdictionis in cle-
ricos.Abb.in c.quanto de consuet. Feli. in d. c.ac-
cedens.Roccus de Curte in repet.c. fi.nu. 300. de
consuet.Decian.d.nu.16.
Alia est ratio, quia si Summus Pontifex non po-
test expresse per suam concessionem clericus su-
bijcere iurisdictioni, & potestati iudicis laici, vt di-
xi late supra ampliat.6.nu.19.multo minus hoc fa-
cere poterit tacite, ita arguendo dicit Addit. ad
Marian.Socin.in c.si quis clericus.num.43.de foro
compet.Surd.d.cons.301.nu.57 lib 3. & nihilomi-
nus consensus expressus est validior,quam tacitus,
384 c.scienti,de reg.iur.in 6.Abb.in c.clerici, num.4.
de iud.Bald.in l.3.num.8.C.de hæred. inst. Alia est
ratio, quia tollerantia Summi Pontificis non po-
test referri ad approbationem prædictæ consuetu-
dinis,sed vt obuietur maiori malo,Rot.Rom.d.de-
cis.850. alias. 10.in fi. in tit. de consuet. in antiq.
Surd.d.cons.301.nu.57.& 58.lib. 3. vbi dicit,quod
Papa non præsumitur tollerasse animo inducendi,
386 & confirmandi consuetudinē,sed potius, vt scan-
dalum vitaret,quia patientia non iuuat in eo, quod
irrationabiliter fit,& multa tollerantur, quæ tamē
non permittuntur,aut conceduntur.
387 Subampliatur tertio, vt dicta ampliatio habeat
locum etiam si consuetudo esset circa actiones
reales,nam nec in eis esset valida,ex quo in iudicijs
etiam realibus quasi contrahitur, & personaliter
obligatur persona foro iudicis temporalis,Bald. in
c.2.de iud. Barbat. cons.1. num. 62.in fi. & num.
63.lib.3.Rot.Roman.dec. præd. num.1. Petr. Ce-
nedus, in collectan.iuris Canon. par. 1. collect. 37.
num. 14. vbi multos alios allegat.

388 Limitatur modo prædicta ampliatio,vt non pro
cedat ubi consuetudo non esset generalis, sed par-
ticularis in certis casibus, vt in crimine læsæ maie-
statis homicidij cum assassinio, vel adulterij, vel in
clericis certi ordinis, vt constitutis in minoribus,
gl.in c.vir autem de secundis nuptijs.Abb.in c.cum
venissent, de eo, qui mittit in posless. & in cap.cum
causam,de re iud.Camill. de Curte in diuersor. seu
comprehensor.iuris feud.p.2.c.2.nu.122. Decian.
cons.85.col.2.Aufrer.in tract.de potest. iud. laici,
reg.1.fallen.12.13.14.15.& 16.in 16.tom.tract.di-
uers.car.mihi 189.Clarus in §.fi.q.36.n.2.in fi. Co-
uar.in lib.pract.quæst. c.3.nu.5. vers.quamobrem.
Villalobus in communi opinione. in verbo, cleri-
cus,num.80.Roccus de Curte in repet.cap.fin.nu.
107.de consuetud. Decian. in tract.crimin.par. 1.
lib 4. cap. 9.num.67. & num.139. & 140. & 141.
vbi recenset tres casus,in quibus Rex Gallorum ex
consuetudine exercet iurisdictionem in clericos,Fa
rinac.q.8.nu.3.vers.limitando hanc secundam.
389 Limitatur secundo,vbi adesset consuetudo,quod
existente negligentia iudicis ecclesiastici Iudex
laicus possit punire clericos delinquentes, quia ta-
lis consuetudo esset valida, Imol.in cap. verum, de
foro compet.Guido Papa,cons.151.num.2. vers.&
dicit Imol. quamuis esset potius ab vsus, sicut &
immediatè præcedens, quare neutra pars est ob-
seruanda.
Limitatur tertio, vbi consuetudo non tribueret
iurisdictionem iudici laico circa personas clerico-
rum,sed circa personas, quæ potiuntur priuilegio
clericali, vt est familia episcopi, vel seruientes ec-
clesiæ,namque valet consuetudo,vt ij tales,& simi-
les possint cognosci a iudicibus laicis. Belluga in
Specul.prin.§.videndum,num.9.in fine, vers.maxi-
mè. qui loquitur de tali consuetudine existente in
Hispania,& nu.10. vbi testatur se vidisse quendam
crematum, & quod iudices ecclesiasticis hos tales
repetere non curauerunt.
390 Ampliatur 63. vt prædictus primus effectus,
quod iudex laicus non possit esse iudex in causis
clericorum, vt locum habeat etiam data negligen-
tia ipsius iudicis ecclesiastici in expediendis causis
clericorum, vel in non puniendo ipsos clericos de-
linquentes,nam adhuc iudex sæcularis non poterit
hanc negligentiam supplere, c.generaliter, & cap.
qualiter & quando, & c. quando cum alijs, de iud.
Fernand. Vasquez in tract.de success.creat,lib.3.§.
22.limit.17.num.68.Petr.August.Morla in empor.
vtriusque iur.p.1.tit.2.de iurisd.omn.iud. q.14.nu.
3.Franc.Capiblan.in tract.de iure,& author.Baro-
num,pragm.8.p.2.nu.8.Pet. Belluga in Spec. prin.
rubr.11.§.dubitatur,n.14.& seq. vers.indifferenter,
& rubr.18.n.8.& iterum rubr.11. §.videndum, nu.
15.vbi dicit vlterius, quod licet iudex sæcularis nō
suppleat negligentiam iudicis ecclesiastici, nihilo-
minus è contra iudex ecclesiasticus supplere pote-
rit negligentiam iudicis sæcularis, quod probatur
391 in cap.licet ex suscepto, & in c. ex transmissa, de
foro compet.& dixerunt etiam Butr.in d.c. licet ex
suscepto.Aufrer.in tract.de potest.iudic.eccl.super
laicis, & eorum bonis, nu.38.vers.quinquagesimo-
quarto,in 13.to.tract.diuers.car. mihi 128.& num.
50.versic.centesimonono, Mart.Vran. Vltramon.
cons.

conf. 72. nu. 58. lib. 2. vbi dicit, quod hoc procedit tantum quando esset difficile adire ad superiorem ipsius iudicis laici negligentis, Franc. Capiblanc. d. n. 8. Mōtal. in ll. Taurin. l. 8. tit. 7. lib. 1. glo. 1 Cassan. super consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. n. 62. cart. mihi 198. qui remissiuè ponit quando, & infra quantum tempus iudex dicatur negligens, Marant. in pract. distin. 11. n. 11. vbi Foller. in addi. car. mihi 594. Berret. cons. 3. n. 11. Io. Segura Dauilos in direct. iud. ecclef. p. 2. c. 7. n. 10. & de negligētia iudicis vide quæ
392 late scribit Farinac. q. 81. per totam, & præcipue c. 6. Hinc est, quod Papa potest supplere defectū, & negligentiam cuiuscunq; principis sæcularis iustitiam subditis non administrantis, c. licet de foro cō pet. Rodulfus Cupers in repet. cap. oportebat 79. distin. in §. episcoporum quæ sit iurisdictio art. 6. n. 7. car. mihi 282. Hinc est etiam quod episcopus po
393 terit mulctare pecuniariter aromatarium miscentem farinam fabarum vel aliam materiam cum cera si officialis temporalis hoc non curat, Abb. in c. 1. n. 9. de empt. & vendit. & ibi etiam Io. And. Rom. sing. 526. vbi Adden. Carbon. in pract. practi. li. 1. c.
394 n. 56. Et ideo vassalli, & subditi qui grauantur a dominis suis temporalibus qui non recognoscunt superiorem, & sunt absoluti domini possint de grauaminibus sibi illatis habere recursum ad Summum Romanum Pontificem, ita Fel. in c. 1. num. 10. de constit. & in c. cum non liceat nu. 16. vers. 7. de præ script. Ripa in c. si quando nu. 15. de rescript. Fernand. Vasq. in lib. 1. controuers. illustrum c. 8. n 20. Bossi. in tract. crimin. in tit. de principe num 62. Camill. de Curte in diuersor. seu cōpræhen. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 49. & licet Bertacch. in tract. de episcop. p. 5. lib. 4. nu. 95. in 13. to. tract. diuers. p. 2. car. mihi 353. teneat quod iudex secularis possit supplere negligentiam iudicis ecclesiastici nihilominus nullatenus est recedendum a priori opinione, quæ est communior, & verior.

395 Limitatur tamē hæc ampliatio duobus modis, primo quando iudex ecclesiasticus, tanquam feudatarius principis sæcularis haberet, & exerceret aliquam iurisdictionem, quia si in ea esset negligens poterit eius negligentia suppleri per iudicem laicum, Alex. de Neuo in c. verum nu. 10. de foro cōpet. vbi dicit, quod ad hoc facit cap. solitæ de maiorit. & obedien.

396 Secundo limitatur vt possit adiri princeps per viam violentiæ in causis ecclesiasticis data negligentia iudicis ecclesiastici hoc est licitum est recurrere ad regia tribunalia super violētijs ab ecclesiasticis illatis, ita Carolus de Grassal. in lib. 2. regal. Franc. iure septimo Nauarr. in repet. c. cum cōtingat remed. 1. de rescrip. car. mihi 147. Affl. dec. 2 n. 3. & dec. 24 n. 5. Ostasc. dec. 30. nu. 13. Couar. in lib. pract. quæst. capit. 35 num 3. Didacus Perez in l. 5. tit. primo lib. 2. ordinamen. in gloss. in verb. puedan conocer cart. mihi 196. Gundisalus de Paz in sua practi. p. 1. to. 2. c. 6. §. 1. n. 34. car. mihi 26. Io. Garzea. in tract. de nobilit. gl. 9. n. 51. & 52. Pet. Aug. Morla in emporio vtriusque iuris p. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iud. q. 14. nu. 2. qui ad hoc allegat, & ponderat tex. in c. regum officium. ibi & liberare de manu calumniatorum vi oppressos, & in c. princeps, & in c. administratores, & in c. Imperatoribus 23. q. 5. & in c. boni principis 96. distin. & in c. tributum 23. q. 8. ibi tueri, & defensare deberent, & in c. Maximianus 23. q. 3. & in c. Christus 11. q. 1. & in c. filijs vel nepotibus 16. q 7. & in c. quidam monacus 16. q. 1. & in c. fortitudo, & in c. non inferenda 23. q. 3. & in c. petimus 11. q. 1. & in c. 1. de pace tenenda, & ad materiam bene conferunt dicta per Ostasc. dec. 88. & dec. 180. vbi examinat materiam quādo princeps sæcularis possit se ingerere in causis clericorum, & benefitialium, & per Thesaur. dec.
397 131. dum ponit an princeps sæcularis possit facere redductionem benefitiorum vacantium ad manus suas donec benefitio fuerit prouisum de rectore per Summum Pontificem.

Ampliatur 64. prædictus primus effectus quod
398 iudex laicus non potest se intromittere in causis clericorum, ut idem procedat quando ageretur de causa, & re spirituali inter laicos vt est de causa vsurarum, matrimonij, decimarum, hæresis, legitimationis, iuris patronatus, & similium, quia adhuc in ea erit competēs solus iudex ecclesiasticus, c. tuā vbi Abb. de ordin. cognit. c. cum laicus de rebus ecclesi. non alien. c. multorum 35. q. 6. c. auditis de præscript. c. accedentibus de excess. prælat. c. decernimus, & c. quanto de iud. c. lator, qui filij sint legit. c. causā quæ eod. tit. glos. in c. si iudex in verb. spirituali de senten. excomm. in 6. Auth. cassa, & Auth. statuimus de episcop. & cler. c. contingit vbi hoc not. Doctores de arbitr. not. Bar. in l. Titia. n. 2. & seq. ff. sol. matrim. Calder. cons. 15. nu. 1. in tit. de foro compet. Marant. in pract. p. 4. distinct. 11. n. 8. vbi Foller. in addit. car. mihi 193. Anton. Scappa in tract. de iure non scripto lib. 1. c. 35. in princ. Pet. Magdalen. in tract. de numer. test. in testam. requis. p. 1. c. 10. n. 8. Viui in com. opin. in verb. iudex laicus vbi asserit istam esse com. * opin Carraui. in repet. c. cū quid p. 1. ampliat. 2. n. 14. vers. procedit etiam de regul. iur. in 6. Couarr. in epitom. de sponsal. c. 8. §. 12. n. 12. n. 1. 2. & 3. Scaccia in tract. de iudit. p. 1. c. 11. n. 50. in fin. And. Gail. in lib. 1. practicar. obseruat. obseruat. 38. n. 1. Alex. Raudens. cons. 17. n. 15. lib. 2. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 19. nu. 84. & seq. Ant. Franc. de Doctori. cons. 68. nu. 21. inter cons. matrimon. diuers. Io. Batt. Marches. in trac. de commiss. seu rescript. p. 2. c. 4. n. 30. Siluan. cons 3. nu. 18. Zerola in praxi episc. in verb. decimæ, §. 6. Farin. q. 8. nu. 18. Ambros. de Vignat. in repet. c. salubriter nu. 125. de vsur. Camill. de Curte in comprehensorio, seu diuersor. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 65. 151. Dec. in c. 2. n. 188. de iud. Rebuff. in tract. de decimis q. 10. nu. 2. & 38. Alex. Moneta in eod. tract. de decim. c. 8. n. 1. 2. 11. & 12. Sebast. Vāt. in tra. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iurisd. n. 54. car. mihi 88. vbi dicit, q̄ hæc ampliatio procedit siue causa spiritualis, sit ciuilis, siue criminalis, siue realis, siue personalis tam petitorij quam possessorij, qui supra citati Doctores loquuntur in diuersis causis spiritualibus, namq; aliqui loquuntur in causis matrimonialibus, aliqui in causis de-
399 cimarum, & alij in alijs, & ratio huius ampliationis est, quia iudex laicus est penitus incapax spiritualium, cap. bene quidem 96. dist. c. si quis deinceps 16. q. 7. c. Messana c. sacrosancta de elect. c. causam quę de præscript. cap. quamuis, & ibi Abb.

in 2. not.

in 3. not. de decim. Camill. de Curte d. n. 65. D. Flã. Paris. in tract. ve resignat. lib. 4. q. 2. nu. 3.

400 Subampliatur primo vt prædicta ampliatio non solum procedat in causis spiritualibus, verum etiã in spiritualibus annexis, quia tunc etiam est competens iudex ecclesiasticus, d. c. quanto de iudit. d. c. tuam de ordin. cognit. d. cap. lator, qui filij sint legitimi Bal. in l. si qua per calumniã n. 2. C. de epis. & cler. Marã. in pract. p. 4. dist. 11. n. 8. vbi Foller. in addit. car. mihi 193. Raudens. cons. 17. n. 15. li. 2.

401 Subampliatur secundo, vt non solum principaliter, verum etiam nec incidenter iudex temporalis poterit cognoscere de causis spiritualibus. Garzias in tract. de vltimo fin. iuris canon. & ciuil. nu. 229. Camill. de Curte in diuers. seu compræhens. iuris feudor. p. 2. c. 2. n. 60. & 151. Corrad. Brun. in tractat. de hæret. li. 2. c. 17. Alciat. in tractat. de singul. certamin. cap. 24. num. 3. Deci. in cap. at si clerici nu. 30. in fin. de iudit. Roland. cons. 12. nu. 15. & 24. li. 2. Michael Vreur. in tract. crim. q. 8. nu. 25. Petr. August. Morla in empor. vtriusque iuris n.

402 1. tit. 2. de iurisd. in princ. num. 151. Sed contra qd immo in causis spiritualibus iudex ecclesiastibus accessorie, consequutiue, & incidenter, & non ex professo, & principaliter possit se ingerere tenuerunt, Fider. de Sen. cons. 245. in fin. Calder. cõs. 15. in tit. de iudit. Bald. in l. filium ff de ijs qui sunt sui vel alien. iur. Bar. in l. omni nouatione C de sacrosan. eccles. & in l. quoties vbi etiam Bald. & Ias. C. de iudit. idem Bart. & Alex. in l. titia ff. sol. matrim. Fel. in c. decernimus in fin. de iudit. & in cap. 1. nu. 22. de iureiur. Imol. in clement. dispendiosam n. 19. de iudit. Anton. Franc. de Doctoribus cons. 68. nu. 27. intra cons. matrim. diuers. Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. sentent. ex defectu iurisd. nu. 54. Afft. decis. 219. n. 5. Capic. decis. 7. n. 2. Pet. Gerard. sing. 96. Couarr. in epito. de sponsal. cap. 8. §. 18. num. 3. Curt. in rub. ff. de offic. eius vbi etiam Bolognett. num. 26. Amod. a Ponte in tractat. quis sit iudex in causa feud. num. 73. & 83. Iulius Cæsar Imbri. in tract. de iudice regni p. vlt. n. 61. & li-

403 cet istæ opiniones inter se tantum videantur cõtrariæ, nihilominus facillimè concordari poterunt distinguendo species causarum spiritualium, scilicet quædam sunt causæ meræ spirituales, & ecclesiasticæ, vt sunt causæ excommunicationis, hæresis, & simoniæ. & in istis iudex laicus tam principaliter quam incidenter se intromictere non potest, & sic in eis procedit subampliatio: quędam aliæ sunt etiam talis naturæ, vt nullo modo possint cadere in laicum, sed eorum solum sunt capaces iudices ecclesiastici vt sunt causæ de ordinibus, gradibus sacramentis, obseruationibus, ecclesiasticis dignitatibus, & similibus, & in talibus etiam procedit dicta prima opinio: quædam vero licet sint causæ spirituales, nihilominus possũt cadere in laicos prout est causa matrimonij, sacrilegij, periurij, vsurarum, & similes & tunc in eis (si quæstio incidat super facto, vtputa an sit contractum matrimoniũ, vel commissum tale quid ex quo crimen vsurariũ fundatur) iudex sæcularis poterit se intromittere, dum tamen illud factum ab omni spiritualitate sit separatum, & tunc procedit secunda opinio, ita distinguẽdo transeunt fere omnes, & præcipue Bart. in d. l. Titia ff. sol. matr. & in l. quoties C. de iudit. & in l. 2. de iurisd. omn. iud. Abb. & cæteri omnes in c. miserabilem de vsur. & in c. cũ sit generale vbi late Fel. n. 5. & per tot. de foro compet. Arnald. Albert. in tractat. de agnoscen. assert. cathol. & hæret. q. 25. n. 54. & seq. Farin. q. 8. n. 20. vers. limitando dictam ampliationem, & n. 25. vers. limita principaliter. vbi multos alios congerit. Camill. de Curte d. c. 2. n. 68. & seq. vbi alios allegat, & dicit quod in prædictis duobus speciebus causarum spiritualium iudex sæcularis nũquam, tam incidenter, quã principaliter poterit se ingerere, tam si tractatur articulus facti, quàm iuris quia in prædictis causis illud factum a spiritualitate separari non potest.

404 Et id quod dixi quod in tertia specie causarum spiritualium iudex sæcularis incidenter cognoscere poterit super facto habet locum, quando iudex ecclesiasticus non inhibuisset, at si esset emannata inhibitio per iudicem ecclesiasticum iudici laico, ipse laicus nullatenus poterit amplius de ea causa cognoscere, ita Couarr. in epitom. de sponsal. c. 8. §. 12. prout eum recenset Camil. de Curte in dicto compræhens. seu diuers. iuris feud. c. 2. nu. 69. & 70. Farinat. d. q. 8. n. 25. vers. sublimita secundo, qui dicit, quod si hæc inhibitio emanauit immediate, & ante quam iudex laicus inceperit cognoscere su-

405 per illa quæstione facti non poterit se in ea amplius intromittere, & quod ideo cautela, est vt oblata incidenti super causa spirituali quæstione etiam facti coram sæculari iudice, is cuius interest statim ecclesiasticum iudicem adeat, & ab eo petat vt illius quæstionis cognitionem assumat, & propterea laicum inhibeat, quia emanata tali inhibitione antequam iudex sæcularis de causa cognoscere incipiat illa terminãda erit per iudicem ecclesiasticũ, & non sæcularem, ad quod allegat Per. Gerard. d. sing. 96. Couarr. d. §. 12. nu. 4.

406 Secundo dico quod dicta conclusio quod in tertia specie causarũ spiritualium iudex sæcularis incidenter cognoscere potest, habet locum in causa spirituali vertente inter laicos, secus si inter clericos, quia tunc etiam quod de solo facto agatur, iudex laicus non erit competens, ex quo inter clericos modo aliquo ius dicere non poterit, Roland. à Valle cons. 12. n. 38. & seq. lib. 2. Farinac. d. q. 8. nu. 25. vers. sublimita primo.

407 Tertio intelligas prædictam cõclusionem, procedere, quando quæstio contingens in causa spirituali solum consistit in facto, secus si partim in facto, & partim in iure, & sic esset mixta iuris, & facti, & inseparabilis, quia tali casu maius dignum trahit ad se minus dignum, & per consequens erit terminanda per iudicem ecclesiasticum, & non sæcularem, Arnald. Albert. in tractat. de agnoscẽ. assert. cathol. & hæret. q. 25. n. 52. vers. hoc tamen adiecto, & nu. 55. versic. potest etiam Menoch. in tract. de retinend. possess. remed. 3. nu. 328. Farinac. eod. n. 25. ver. sublimita tertio, qui duo vltimi declarant hanc tertiam intelligentiam? vt procedat quando quæstio iuris principaliter tractatur sicut quæstio facti, quia ex quo tunc causa efficitur mixta (vt dixi) laicus iudex non cognoscet, secus si non principaliter, sed incidenter quæstio iuris succederet ad quæstionem facti, tunc enim mixtum regulatur

a prin-

a principali, & ideo causa tunc poterit cognosci per iudicem laicum.

513 diuerf. p. 1. car. 126. & ratio cur appelletur ad fuperiorem fæcularem, quando iudicat clericus, vel epifcopus tanquam feudatarius eft, quia tunc non iudicat vti clericus, vel prælatus, fed vti feudatarius, & vti Dux, Marchio, vel Comes, Bart. & certi

514 fcribentes in l. fi quando, C. de appell. idem Bar. in l. 1. §. fi quis, n. 15. ff. de appell. Gail. d. obferu. 30. nu. 6. li. 1. & huius rationis ratio eft, quia idem homo diuerfis refpectibus diuerfo iure, & diuerfis

515 qualitatibus cenferi poterit, c. cum appell. de priuil. c. ex literis vbi gl. in verb. vices duorum de proba. Euerar. in topica iuris in loco de tanquam, feu correfpectiuis, n 4. Andr. Gail. in eadem obferu. 30. nu. 8. & ideo videmus, quod fi quis eft eiufdem ecclefiæ epifcopus, & canonicus, quando fedet vti canonicus fedebit in ftallo, & loco canonico competenti, gl. in c. a collect. in verb. prælatus, de app. in 6. Tob. Noni. conf. 71. nu 6. Caffan. in catalogo gloria mũdi, p. 4 cõfid. 45. car. mihi 97. Menoc. in trac. de arb. iud. cafu 68. n. 23. & conf. 51. n. 43. li. 1. & cõf. 902. nu. 72. lib. 10. quibus locis multos alios allegat Frec. in tract. de fubfeu. li. 1. in c. feu fectio. incip. alia etiam fuit quæftio Vinc. de Franc. dec. 138. per tot. Nauar. conf. 4. nu. 4. in tit. de maiorit. & obed. lib. 1. Purpur. in l. 1. nu. 197. ff. de offic. eius cui mand. eft iurif. Gonzal. in li. variar. quæft. c. 14. nu. 7. 8. & 9. fic

516 etiam fi epifcopus eft confiliarius principis in loco confilij fedebit vti confiliarius, nec præcedet præfidentem illius confilij, ita Menoc. d. conf. 902. nu. 73. Purpur. in rubr. præd. n. 203. Vinc. de Franc.

517 ead. dec. 13. nu. 4. Et pari modo fi rex iudicaret in aliquo comitatu, quem ab alio recognofcit, erit appellandum ad principem fuperiorem comitatus, Bar. in l. 1. §. fi quis, n. 15. ff. de app. Rom. conf. 422. Gail obferu. 30. n. 7. lib. 1. & ita feruatur (vt audiui) regno Neapolis in comitatu fundi, qui comitatus licet fit ducis Sabionetæ D. & Principis abfoluti in partibus Lombardiæ, nihilominus in negotijs fpectantibus, & vertentibus in dicto comitatu, in quo recognofcit fuperiorem Regem Neapolis appellatur ad magiftratus ipfius Regis, & ficut quando clericus eft delegatus laici eft procedendum;

518 prout dictum eft, ita è contra fi laicus effet delegatus clerici, tunc erit appellandum ad iudicem Ecclefiafticum ab eius fententia. Henric Boich, in cap. clericis, num. 3. ne cler. vel monac. vbi dicit, quod fi aliquis prælatus habet iurifdictionem temporalem, tunc fi ipfe alicui caufam committat, debet appellari ad eumdem prælatum, licet delegatus fuerit laicus.

519 Ampliatur 64. dictus effectus, fiue regula, quod clericus non poteft conueniri coram iudice laico, & procedat, & locum fibi vendicet in clerico penitus illiterato, qui licet non debeat ordinari, nec ei conferri prima tonfura, vt in c. nullus, de temp. ordin. in 6. & in c. præcipimus 34. dift. attamen fi reperitur de facto ordinatus fori priuilegio gaudebit, ex quo ei fuit caracter impreffus, cap. cum in cunctis, de elect. Soc. in c. peruenit, n. 94. de fenten. excomm. & quis dicatur penitus illiteratus, & multa alia ad præfentem ampliationem fpectantia, dixi fupra in prælud. num. 73.

520 Ampliatur 65. prædictus primus effectus, ita vt fi funt duo inftituti hæredes vnus, fcilicet laicus, & alius clericus, ijque in diuifione facienda fi inter difcrepent, tenetur adire iudicem ecclefiafticum, qui talem controuerfiam dirimat. Bar. in l. folent, in pen. col. ff. de alimen. & cibar. legat. Marf. in repet. rub. ff. de fideiufs. nu. 153.

521 Ampliatur 66. prædictus primus effectus, vt etiam clericus possit conuenire laicum coram iudice ecclesiastico pro re ad ecclesiam spectante, c. si clericus laicum vbi Soc. sen. & Abb. de foro compet. Doct. in c. cũ sit generale eod. tit. Afsl. dec. 257. vbi Vrsill. in adnot. Viu. dec. 27. n. 1. vbi dicit, quod hæc ampliatio procedit si clericus allegat perhorrescentiam aduersarij, Anna alleg. 146. nu. 3. Mart. Vran. Vltramon. conf. 7. nu. 9. in ii. lib. 1. Campan. super c. Regni Neapolis c. 42. rubr. vt iustitiarius discurrat n. 10. car. mihi 111. Amod. a Põte in trac. de laudion. q. 51. n. 3. Marc. Cala in tract. de modo artic. & proban. §. 1. gl. 1. n. 87. Iac. de Carol. in gẽmato pauone, colore 6. num. 28. Burg. in tract. de laudim p. 3. inspect. 1. n. 5. & seq. vbi loquitur in clerico petente laudimium a laico, Cfesc. dec. 31. n. 3. & 6. qui asserit hanc esse com. * opi. Lapus alleg. 58. nu. 9. & 10. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. nu. 6. car. mihi 192. & conf. 37. n. 4. Maluaf. conf. 73. n. 12. Berrett. conf. 8. n. 2. Sigism. Scac. in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 50. Hartman Hartman. in lib. 2. miscell. c. 2. obser. 3. n. 1. & per tot.

Subampliatur prædicta conclusio, & ampliatio, vt possit talem laicum conuenire coram iudice ecclesiastico, tam si agat actione reali, quam personali. Abb. in c. si clericus laicum in princ. col. 4. de foro competent. Ofasc. d. nu. 3. etiam subampliatur quando laicus promisit clerico eũ præferri in alienatione rei suę in casu venditionis fiendæ per eum quia tunc potest cõueniri corã iudice ecclesiastico, vt post multos dixit Menoch. cõsil. 1161. n. 10. l. 12

522 Limitatur 1. eadem ampliatio vbi laicus, ita cõuentus probabiliter negaret rem petitam spectare ad ecclesiam, d. c. si iudex laicus de foro compet. Aufrer. in tract. de potestat. iudicis eccles. super laicis, & eorum bonis, n. 31. casu 39. in fi. in 13. tomo tractat. diuers. p. 1. cart. mihi 127. qui asserit quod ita communiter seruatur in Regno Franciæ, Anchar. in reg. ca quæ in 7. q. princ. de reg. iur. Franc. Marc. dec. 61. n. 5. p. 1. Berrett. cõs. 8. n. 3. ubi allegat Hostiens. & Fel in d. c. si clericus laicum Artman. d. obseru. 3. n. 4. qui dicit, quod ista negatio excludit iurisdictionem iudicis ecclesiastici, & quod tũc laicus debet conueniri coram suo iudice sæculari.

523 Limitatur 2. vt tantum procedat dicta ampliatio data violentia, rapina, vel fraude, alias in cæteris casibus clericus non habebit fori electionem vt si vellet agere hypotecaria, vel reiuendicatione, ita Afsl. dec. 257. n. 2. vers. sed illum capitulum intelligitur, & in constit. statuimus, la 2. nu. 17. vers. nisi data Campan. super cap. Regni Neapoli, incipit quoad decreta. n. 10. prout hos refert, & sequitur Marcell. Cala in tract. de modo art. & prob. gl. 1. n. 88. idem dixit Artman Artman. in l. 2. miscell. c. 2. obseru. 3. n. 3. & 5. vbi ad hoc allegat gloss. Bart. Bald. & cæteros scribentes in Authen. itẽ nulla cõ-
524 munitas, C. de episcop. & cler. & ad hanc vltimã limitat. vide quæ dicam infra ampliat. 80. nu. 533. quomodo vero, & quando præstetur istud iuramẽtum perhorrescentiæ, & an admittat probationem in contrarium vide Paul. de Monte Pico conf. 88. per tot. Caccheran. conf. 67. nu. 11.

525 Ampliatur 77. dictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri nisi coram iudice ecclesiastico, vt procedat etiam in clerico deposito pro delicto inducente irregularitatem prout est homicidium, vel mutilatio membrorum, quia is talis non perdit priuilegium fori, sed remanet sua iurisdictione iudicis ecclesiastici donec degradetur, si est degradandus, c. dictum 81. dist. Scribentes omnes, & præcipue Abb. & Dec. n. 6. in c. cum non ab homine de iud. idem Abb. in c. non potest de re iud. & ff. si ex noxali caus. agat. Socin. in c. ad abolend. n. 21. de hæret. Decian. in tract. crim. p. 1. li. 4. c. 9. num. 19.

526 Ampliatur 78. etiam si clericus tempore promotionis iam irregularitatem incurrisset, quia irregularitas non impedit quin caracter imprimatur, Abb. in c. cum non ab homine, nu. 5. de iud. & in c. cum illorum circa medium de senten. excomm. Innocent. in c. de scismat. Cepoll. conf. 11. n. 11. & 12. in crim. Simon. Maiol. in tract. de irregul. lib. 4. c. 33. n. 1. vbi dicit, quod irregularis qui facit se ordinari recipit caracterẽ actu, & habitu, & fit verus sacerdos, & vt verus sacerdos accipit potestatem super consecrationem Eucharistiæ, Alleg. Archid.
527 in c. Apostolicæ dist. 56. & vlterius dicit, quod hoc procedit etiam si ordinans esset irregularis: est bene verum quod irregularis, ita ordinatus non habebit ordinũ exequutionem, & si auderet ordines ministrare incurreret nouam irregularitatem, Ma-
528 iol. & Archid. in locis præcitatis, Nauarr. conf. 37. n. 2. in tit. de tempor. ordinand. in 1. tomo, cart. mihi 120. vbi dicit idem esse in clerico suspenso.

529 Et dicitur ordines ministrare si dum est subdiaconus ascendit ad diaconatum, vel dum est diaconus ad presbyteratum, & ex isto solo ascensu fit irregularis, tanquam ordinum administrator vt dixi, ꝙ secus est si irregularis recipit ordines minores, itaque is peccat tanquam canonũ trasgressor, sed non fit irregularis, Maiol. d. c. 33. n. 3. Et aduertendũ est ꝙ ad recipiendos ordines minores quilibet
530 episcopus potest dispẽsare cũ irregulari, quovero ac ordines sacros solus Papa potest, ita est determinatum per sacr. Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 6

531 Ampliatur 79. prædictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri nisi coram iudice ecclesiastico, vt procedat etiam si dubitaretur an quis esset clericus, vt quia antea nunquam incessit in habitu, & tonsura, nunc vero reperitur in eo incidere, & habere tonsurã, quia quis talis in dubio præsumendus est, qualis in sui figura, & habitu nũc reperitur est text. & ibi hoc not. Doctores in c. si iudex laicus de sentent. excom. in 6. & in c. in præsentia, eod. tit. & in c. qualis 25. dist. & in c. quisquã 24. q. 2. Boer. dec. 171. n. 13. Masullus add. ad Capic. dec. 171. n. 6. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 25. vbi hanc ampliationem limitat quando is talis
532 de quo dubitatur esset omnino, & penitus literarum ignarus, quia non potuit ordinari, c. fin. de tẽpor. ordinand. in 6. & hæc præsumptio tanquam vehementior tollit illam, quæ prouenit ex delatione habitus, & tonsuræ, ita Io. Andr. in d. c. si iudex laicus Lucas de Pẽna in l. expertes, n. 7. C. de decur. lib. 10. Et quæ de materia clerici penitus illiterati iam loquutus fui supra in preludio num. 73. ideo ad ibi dicta me remitto.

Ampliatur 80. vt clericus trahat corã suo iudice eccle-

533 ecclesiastico laicum qui eumdem clericū spoliauit, c.in canonibus 26.q.1.Oldrad. cons. 73. Innocent. in c.cæterum de iud. Fel.in c.ecclesia S. Mariæ.n.7.& 8. ver.adde etiam de constitut. Artman. Artman.in lib.2. practicarum Forensium, siue Miscella,c.2.obseruat.3.n.3.6.& 7.Caualca.dec. 44.n. 107.& decis. 45.n.72. lib.1.vbi ad hoc allegat glos. in c.si clericus, & in c.cum sit generale , & ibi Innocen. & Doctores de priuileg. Dec. in cap. sicut num.9. & seq. eodem titu. Gemin. in cap. dilecto, nu.2. de sentent.excomm. in 6. & in c. episcopus, n.1.3 q.2.Marant.in pract.p.4.distinct.11.n.6.cart. 83. Dom. Cum. super ritu M. R. C.istius Regni c. 38.n.145. & seq.cart.200.& n.439.nu.227. Lapus alleg. 65.nu.4. & allegat.72. num. 2. & seq. Alex. cons. 103.in fin.volum.5. Hieronym. de Monte. q. 20.n.20.& vltra predictos idem dixit etiam Amod. a Ponte in tract. quis sit iudex in causa feudi, n.67.

Ampliatur 81.dicta cōclusio, quod iudex laicus non potest se ingerere in causa clerici conueniri,vt in tantum sit vera, quod nec etiam clerici possint capi , & carcerari per officiales laicos , Abb.in c.
534 vniuersitatis,n.11.de sent.excom.Lācell.in tract. de prætore, in tit. de captura,n.11.cart.mihi 462. Zabbarell. cons. 12.n.3. Mars. cons.126.n.23. Zerola in praxi episcopi in verb.clericus §.2.Marian. Soc.iun.in c.peruenit,n. 287.cum plu.seq.vbi dicit, quod capiens est excommunicatus , tam si est persona priuata, quam officialis,tàm si clericus detruditur in carcere publico,quam in priuato, & tam si incarceratur ligatis manibus , quam non , & tàm si vere capitur carceratur,quam si ponitur sub custodia,ita vt non possit libere, & ad suum libitum recedere, & tàm si carceratio fiat siue manus iniectione, vt quia clericus propter minas,& terrorem se ipsū carceri mādparet,quā cū manus iniectione.

535 Limitatur 1.prædicta ampliatio 81.quando clericus esset repertus sine habitu quia tunc per officialem laicum poterit capi , licet cōstito de clericatu debeat statim remitti per capientem ad iudicem ecclesiasticum,Alex. Raud.cons.17.n.16 li. 2.

536 Limitatur 2. vbi officialis caperet clericum bono zelo ductus, vt illum, scilicet præsentaret suo iudici. Alex.in l. si quis ff. de furt. vbi alios allegat Abb.in c.cum non ab homine de iud.vbi etiā Dec. n.34. & Alciat.n. 46. Marsil.d.cons. 125.n.26. vbi alios allegat, & in pract.crim.§. attingam,n.71.qui etiam nu.26.dicit , quod hoc non solum potest fieri a iudice, verum a qualibet priuata persona,quod dixerunt etiam Bart. in l. si quis in seruitute ff. de furt. Bald.in l.si qua per calumniam,C. de episcop. & cler.& in c.1. §.si quis vero de pace iuram. firm. Florian. de S. Petro in l.4. ff.ad l. Aquil.

537 Limitatur 3.quando clericus esset repertus per officialem laicū infraganti crimine hoc est in actu delinquendi , vel parum post ex quo tunc poterit capi a iudice sæculari, vt infra 24. horas illum suo iudici ecclesiastico remittat,Bart.in l. si quis in seruitute,n.2.ff.de furt. & in l.similes C. de exhiben. reis Bal. in d.lege si qua per calumniam,C. de epis. & cler.& in Authen. statuimus eod. tit. Lapus allegat.126.n.4. Doctores in c.cum non ab, homine de iud.Florian.de S.Petro in d. l. 4. Clarus in §.fin. q.28.n.6.Io.And,in c.vt famę de sent.excōm.Card. in clem.1.q.1.de offic.delegat.Fely. in c. si vero n. 2.de sent.excomm.Turrecrem.in c.presbyter.n.3. 1.dist.Octau.Vulpell.in tra. de libert.eccles.p.2.n. 38. Io.Gartias Hispan.in tract.de nobil.gl.9.n. 32. & 39. vbi declarat quando,& in quibus criminibus iudex sæcularis possit procedere ad capturam clerici,Plot.cons.24.n.22.vbi alios allegat Marant. in pract.p.4.dist.11.n.69.car.mihi 204.Hieron.de Ceuall.in Specu.pract.qō. cō contra com.q.267. n. 5. vbi dicit,quod iudex,& officialis sæcularis non debet procedere ad capturam clerici nisi ex magna causa,& in grauissimis delictis in quibus timetur de
538 fuga, Scac. in tract.de iud.p.1.c.11.n.99.& c.78. n.5.vers.amplia,Menoc.in tract.de arb.casu 180. n. 18.23.Tib.Decia.in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.n.118 vbi alios allegat Scappa in tract.de iure nō scripto li.1.c. 1.n.21.& c.4.nu.6.Mars.in tract.de bannit.in verb.iudice.n.197.219.& in verb.capt.n.36. 37. & seq.Fulu.Patian.in tract.cui incumb.onus prob. negat.lib.2.c.34.in add.lit.F.Iac.de Graff. in dec.aur. p.1.lib.4.c.18.n.152.Intrigl.sing.58.n.1.& 3. lib.3. vbi alios allegat Masu.in add.ad Capys. dec.155.n. 13.Ias.in l.iurisdictioni,nu.16.ff.de iurisd.omn.iud. Rom.in l.de pupillo,§.si quis riuos,n. 5. ff. de noui oper.nūciat.Io.Alois.de Leo in Authen.cassan.19. C.de sacro.eccles.Henric.Bohic in d.c. cum nō ab homine n.2.Cabell.super constit.Egid.lib.5.c.1.gl. 1.n.18.car.mihi 320.Marian.Soc. iun. in c. peruenit,n.298.& seq.de sent.excōm.vbi dicit, quod statim post capturam debet illum tradere suo iudici , Bertacc.in suo reper.in verb.clericus in crimine deprehensus duobus locis,Suarez in com.opi.in verb. clericus,n.112.Lancell.in tract.de prętore in tit.de captùra,nu. 11. cart.mihi 462.qui dicit, quod tunc clericus debet statim ad suum iudicem ecclesiasticum,Boss.in tract.cri.in tit.de foro comp.n.150.

Ampliatur 1.prædicta tertia limitatio , vt cleri-
539 cus repertus in fraganti crimine non solum possit capi a iudice , vel alio officiali verum etiam a quolibet priuato , Bart.in l.si quis in seruitute,n.2. & ibi addentes in lit. A,ff.de furt.Plot.d.cons.24.n. 22.Abb.in præcitato c. cum non ab homine,n. 11. & 17.de iud. Fel.in c.si vero n. 2.in princ. de sent. Ang.in tract.malefit.in verb.quod fama publica,n. 65.vbi August.in add.in fi.Cumia super ritu Magnę Curiæ istius Regni Siciliæ c. 54.n.144.Clarus in §. fi.q.28.n.6.Farin.in tract.crim.q.8.nu. 122.Scappa in tract.de iure non scripto lib. 1.c.1.n.16.& c.4.n. 6.Scacc.in tract.de iud.p.1.c.78.nu. 5. vers.amplia vbi testatur de comm.opin.& dicit, quod ita seruatur in practica .

Ampliatur secundo,vt possit illum capere etiam
540 si nulla subsit fugæ suspitio , vel periculum , Bar. in l.si quis in seruitute ff.de furt.Boer.dec.215.n.34 Baiard.in add.ad Clar.in §.fi.q.28.num.1.Sed quod immo clericus repertus infraganti crimine non possit capi per officialem laicum vbi non adest
541 fugæ suspitio tenuerunt , Menoch. in tract. de arb.iud.casu 180.n.22.Decian.in tract.cri.p.1.lib.4 c.9.nu.20.vbi testatur de com. * opi. & num. 118. vbi alios allegat.

Ego vero puto, quod non sit discedēdum à priori opinione , & præcipue vbi delictum esset graue, & enorme .

Ampliatur tertio prædicta fallentia, vt procedat
542 non solum quando clericus est repertus infragan-ti crimine, sed etiam in omni casu in quo iudici cõstat clericum deliquisse dummodo ipse iudex clericum prædictum ita captum sine aliqua requisitione ad suum iudicem remittat, Bar. in pluries citata l. si quis in seruitute, ff. de furt. Iac. de Bellouis. in sua pract. crim. rub. de fuga, & remiss. facien. n. 66. Ias. in l. 2. col. 4. vers. 4. & col. 6. vers. concludo, ff. de iurisd. omn. iud. Scappa in tract. de iure non script. lib. 1. c. 4. num. 6. in fi.

543 Ampliatur 4. quãdo cleric⁹ esset repertus de nocte illicite incedens, quia tũc etiã poterit capi à familia potestatis, vt illum præsentet suo prælato, Abb. in d. c. cum non ab homine, nu. 15. de iudic.

544 Et clericus tunc dicitur captus infragãti delicto quando est captus in actu delinquendi, vel quando nullus est locus inficiationis, vt quia crimen est notorium de facto, c. fi. de cohabit. cler. & mulier. c. euidentia de accusat. gl. 1. in c. ex literarum de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per adul. & in c. cum non ab homine etiam gl. 1. de iud. & ibi etiam Doctores Alex. de Neuo cons. 59. n. 10.

Limitatur quarto prædicta ampliatio 81. quan-
545 do clericus esset inuentus in prostribulo, vel in adulterio, quia tunc officialis sæcularis poterit illum capere, & ducere ad iudicem ecclesiasticum, etiam si esset repertus in habitu clericali, Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. n. 6. qui ad hoc allegat Bal. in l. si qua per calumniam vers. sed quæro C. de episc. & cler, & vltra idem voluit Alciat. in c. cum non ab homine, num. 60.

Limitatur 5. vt dicta ampliatio non habeat locũ
546 quotiescunq; officialis laicus caperet clericum, vt obuiaret delicto per eum cõmittendo quia hoc facere poterit abiq; incursu alicuius pœnæ, Abb. Dec. n. 10. Barba. n. 59. in c. cũ nõ ab homine de iud. Menoc. in trac. de arb. iud. casu 108. n. 20. Farin. in tra. crim. q. 8. n. 120. vbi testatur de cõm. opi. Boss. in tract. crim. in tit. de captura, nu. 39. Alleg. 126. nu. 3. Diaz in pract. cri. canon. c. 114. vers. an autem Decian. in tract. crim. lib. 6. c. 34. n. 8. & lib. 4. c. 9. n. 118 Zerola in praxi episcop. in vers. excommunicatio causa efficiẽs in vltimis verbis Intrigl. sin. 58. n. 5. li. 3. Masull. in add. ad Capy. dec. 155. n. 23. Mart. Alph. Viuald. in Cãdelab. aur. circa explanationẽ Bullæ in Cenadomini c. 19. n. 125. Caualc. in trac. de brachio regio p. 1. n. 86. Alciat. in eõ c. cũ ab homine nu. 57.

547 Limitatur 6. vbi clericus esset fugitiuus tam pro causa ciuili, quam criminali, quia tunc poterit capi a iudice tẽporali, arg. tex. in l. ait prætor §. si debitum ff. quæ in fraud. credit. & eorũ, quæ dicit Bart. in l. si quis in seruitute, ff. de furt. quod etiam expressius dixit Abb. in c. vt famæ de sent. excom. & in c. cũ non ab homine vbi etiã Car. de iud. Caccialup. in tract. de debitor. suspect. & fugit. in 5. q. princ. n. 19. Vulpell. in trac. de libert. eccles. p. 2. n. 39. Vrsill. in adnot. ad Affl. dec. 173. n. 3. Brun. à Sole in com pend. resol. proposit. iur. in ver. clericus licet debitor. Dec. in l. cui iurisdictio, n. 18. ff. de iurisd. omn. iud. & in eodem c. cũ non ab homine, n. 41. de iud. & ibidẽ Henric. Bohic n. 2. & Felyn. n. 3. Turrecrem. in c. presbyter, nu. 4. 8. dist. Rebuff. super cõstit. Galliæ, p. 1. art. 6. gl. 3. n. 76. Purpur. in l. 1. nu. 585. ff. de offi. eius Ioan. A oil. de Leo in Authen. Cassa, & irrita, n. 19. C. de sacro. sanct. eccles. Dom. Intrigl. sing 58. n. 4. & 7. li. 1. vbi alios allegat Suarez in ll. Taur. in tit. de compen. l. 2. n. 48. lib. 2. car. mihi 187. Pet. Bellug. in Specul. princ. rubr. 11. §. videndum nu. 17 Farinat. in tra. crim. q. 8. n. 119. & q. 27. n. 71. Marsil. in tract. de bannit. in verb. captura, n. 9. & in sing. 43. Card. Alban. in lucubra. ad Bar. in l. si quis in seruitute, nu. 1. ff. de furt. Paris de Puteo in tract. de sindic. in verb. clericus, il 2. n. 1. cart. mihi 159. & in verb. captura, n. 135. Scaccia in tract. de iud. p. 1. cap. 37. num. 14. vbi testatur de cõm. opin. Decian. in tra. crim. par. 1. lib. 2. c. 18. n. 19. Horat. Carpa. super statut. Mediol. cap. 167. n. 54. li. 1. vbi alios allegat Marian. Soc. iun in c. peruenit, n. 311. de sent. excomm. Graff. in dec. aur. part. 2. lib. 3. cap. 5. nu. 6. & isto casu possent etiã sequestrari bona clerici fugitiui per
548 iudicem laicum propter periculum moræ, ita Caualc. dec. 3. n. 26. vbi allegat Abb. in c. cum non ab homine de iud. Io. Lopez in ll. Tauri l. 66. num. 27. Arnon. singul. 86.

549 Primo ampliatur dicta sexta limitatio, vt clericus fugitiuus, & de fuga suspectus non solum possit capi à iudice laico verum etiam ab alio Innoc. in cap. si vero de sentent. excõmun. Card. & Imol. in Clement. prima, de offic. ordin. Ruyn. consil. 4.
550 num. 13. lib. 5. Immo in causa ciuili clericus fugitiuus potest capi per suũ creditorem absque metu excommunicationis, Ruyn. cons. præd. num. 12. qui allegat Io. And. & communiter scribentes in pluries citato, cap. cum non ab homine de iud. Archid. in cap. Abbates, nu. 18. quæst. 3. Hostiens. & Butr. in cap. si vero de sentent. excommunic. Imol. in capit. lator de pignor. Abb. in capit. vt famę de sentent. excommunic. Cardin. & Imol. in Clement. prima, de offic. ordinar. eumdem Imol. in capit. primo, de deposito, & vltra prædictos idem dixerunt Henric. Bohic. in dicto cap. vt famæ, num. 12. Felyn. in eodem c. cum non ab homine, num. 4. & ibidem Alciat. n. 71. Suarez in com. opin. in verb. clericus, nu. 113. Cornel. Benincas. in tract. de pauper. quæst. 7. special. 8. num. 13. & 14. Zerola in praxi episcop. in verb. excommunicatio causa efficiens in vltimis verbis, Ias. in l. de pupillo, §. si quis riuos, num. 2. ff. de noui oper. nunc. Hier. de Ceuallos Hisp. in Spec. pract. quæstio. com. contra com. q. 267. n. 4 Gomez in §. superest, n. 60. instit. de act. Caccia lup. in tract. de debit. suspect. & fugit. in 5. q. principali, num. 19. & seq. vbi hanc conclusionem ampliat. aliquibus modis, Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 2. c. 18. num. 17. & 19. Mars. in tract. de bann. in ver. iudice, num. 22. Alban. in lucubrat. ad Bart. in d. l. si quis in seruitute, num. 2. ff. de furt. Andr. Gail. obseru. 44. num. 2. lib. 1. Cabell. in illoq. 646. nu. 7.

551 Secundo ampliatur, vt hæc limitatio non solum procedat in clerico vere fugitiuo verum etiã in eo, qui est de fuga suspectus, Henric. Bohic in d. c. vt famæ de sent. excom. qui ad hoc allegat tex. in l. respiciendum, §. furti ff. de pœnis quod dixit etiam Abb. in pluries citato, c. cum non ab homine, n. 11. 12. & 17. de iud.

552 Subampliatur modo prædicta limitatio quando clericus in causa ciuili offerret idoneã fideiussionẽ,

quia

qua tunc non poterit capi, vt fugitiuus, Fel. in c. cum non ab homine, nu. vbi etiam Dec. n. 2. de iud. Caccialup. in tract. de debit. suspect. & figit. in §. q. princ. nu. 20. Boss. in tract. crim. in tit. de captura, n. 27. Farin. in tract. crim. q. 8. nu. 119. Intrigl. sing. 58. n. 4. vbi alios allegat.

Sublimitatur secundo, vbi iudex ecclesiasticus
553 competens ipsius clerici esset præsens in loco, & facillime eius copia haberi posset, quia tunc non posset clericus capi authoritate iudicis laici, ita concludit Arnon. sing. 86. Et est regulare quod vbi potest haberi copia iudicis priuatus nunquam
554 poterit capere suum debitorem etiam fugitiuum propria authoritate, glo. in l. si alios §. bellissime, ff. quod vi, aut clam. Caccialup. in tract. de debitor suspecto fugit. q. 4. n. 12. & q. 7. num. 3. & dixi alias in meo tract. de except. in prælud. nu. 136. sic etiam in præsenti casu, quia potest haberi copia iudicis iudicis ecclesiastici clericus non est capiendus authoritate iudicis laici.

Limitatur septimo dicta 81. ampliatio, vbi officialis laicus caperet clericum de mandato episco-
555 pi, & iudicis ecclesiastici, c. vt famæ de senten. excom. in 6. Lapus in c. si clericus, n. 1. eod. tit. etiam in 6. Maria Soc. iun. in c. peruenit, nu. 278. de sent. excom. vbi dicit, quod sufficit mandatum generale hoc est de capiendo omnes clericos, verbi gratia inuentis cum armis, vel in prostribulo, & in d. c. vt famæ, nu. 16. Boss. in tract. crim. in tit. de foro compet. n. 150.

Et in prædictis casibus in quibus clericus potest
556 capi per officiales sæculares ad hoc vt ipse officialis capiens sit tutus in conscientia capiendo clericum debet præcipuam intentionem habere, vt illum præsentet suo iudici ecclesiastico, Abb. in d. c. cum non ab homine n. 13. & ibi etiam Barbat. nu. 57. de iudi. Ruyn. cons. 4. nu. 13. lib. 5. quod exequi te-
557 netur statim, & quanto citius illum captum eidem iudici præsentare, Ruyn. cõs. præd. n. 12. vbi ad hoc alios allegat Farin. in tract. crim. q. 8. n. 119. Benincas. in trac. de pauper. q. 7. speciali 8. n. 17. vbi dicit, quod si illum quanto citius non præsentat suo iudici incidit in sentẽtiam excõmunicationis, Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 37. n. 14. in fi. Quæ tamen cõclusio limitatur quando clericus esset captus sine
558 habitu, & tonsura, quia tunc officialis, qui illum capit non tenetur statim postea illum tradere, & remittere suo iudici ex eo solo quod habitum assumpsit, sed aliunde debet constare de clericatu, Abb. in c. ex parte il 3. nu. 3. de priuilegijs, & cons. 34. in fi. vol. 2. Alban. in addit. ad Bar. in Auth. Cassa, C. de episc. & cler. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 69. car. mihi 204. Scapp. in tract. de iure non script. c.
559 11. n. 99. Et captura clerici, tã si fiat per officiales laicus, quam per ecclesiasticos semper debet fieri cum magna modestia, & sine iniuria, vel violentia, & etiam sine dedecore ordinis clericalis, Nauar. in manuali confess. c. 27. num. 83. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. num. 152.

Ampliatur 82. vt dictus primus effectus, quod
560 clericus nõ põt conueniri corã iudice laico procedat etiã quando officialis caperet clericũ de cõsensu, & voluntate episcopi, quia ad huc non poterit de eius causa cognoscere vti delegatus episcopi, quia episcopus non potest delegare iudici laico,
561 vt cognoscat de causis criminalibus clericorum, gl. in c. 2. in verb. non presumat de iud. vbi etiam cęteri scribentes, & præcipue Abb. n. 5. Alex. cons. 8. col. 2. vers. potest etiam Imperator lib. 1. Andar. Barbat. Siculus cons. 45. n. 9. li. 2. Ripa in c. decernimus, n. 34. de iud. vbi asserit hanc esse com.* opi. Clar. in §. fi. q. 41. n. 5. ver. quær. nunquid Borell. cons. 68. n. 19. Io. Segura Dauilos in direct. iud. eccles. p. 2. c. 11. n. 1. Marches. in tract. de commiss. p. 2. c. 3. quarti capituli principalis, n. 40. car. mihi 490. Decia. in tract. crim. p. 1 lib. 4. c. 9. nu. 70. Purpu. in repet. rub. ff. de offic. eius cui mãd. est iurisd. n. 50. Farin. in tra. crim. q. 8. n. 4. vers. sublimita & declara, qui dicit istã esse cõmune * Doctorũ opinionẽ Camill. de Curte in diuers. seu cõprehẽs. iuris feud. p. 2. c. 2. nu. 124. in fi. Iul. Cesar Imbr. in tra. de iudice Regni p. vlt. n. 59 Amod. a Põte in tra. qs sit iudex ĩ causa feudi. n. 75

Subampliatur 1. hæc ampliatio, vt procedat etiã
562 si episcopus causam criminalẽ clerici delegasset laico simul cum clerico, vt de ea cognosceret, quia laicus ita coniunctus, nec etiam de causa criminali clerici cognoscere posset, Abb. in c. significasti de foro cõp. Hostien. in summa tit. de offi. deleg. in §. cui possit vers. quid si delegetur Gemin. in c. 2. §. 1. de iud. in 6. Dec. in c. decernimus n. 5. in fi. de iud. Roland. à Valle cons. 4. nu. 4. lib. 1. qui testatur de commun.* opin. Clarus dicta quæst. 41. num. 5. Farin. d. q. 8. n. 4. vers. limita & declara, qui ambo testantur & asserunt hanc esse com.* opi. Scacc. in tract. de iud. n. 1. c. 11. n. 40. Cecia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 71. Sbrozz. in tract. de Vicario episcopi, li. 2. q. 66. n. 20. Io. Segura Dauilos d. n. 1. Sicut nec poterit delegare causas spirituales laico simul cõiuncto cũ clerico, Anch. in c. 1. n. 3. de cler. cõiug in 6. & in c. Ioãnes n. 11. eod. tit. Dec. in c. decernimus n. 154. de iud. Marches cõ c. 3. n. 41. vbi multos alios allegat.

563 Subampliatur 2. vt nec etiã clerico coniugato inferior a Papa possit causas criminales clericorũ delegare, Abb. in c. 2. n. 15. de iud. vbi etiam Ripa, n. 64. qui dicit, quod hæc est com.* opi. Clar. in §. fi. q. 41. n. 6. Deci. in tract. crim. p. 1. li. 4. c. 9. n. 72. Io. Segura Dauilos in direct. iud. eccl. p. 2. c. 11. n. 1. Rol à Valle cons. 4. n. 4. li. 1. Sbrozz. eod. n. 20.

464 Limitatur dicta 82. ampliatio, vbi in partibus in quibus est facienda delegatio non adesset clericus sufficiens, & habilis cui episcopus posset delegare tales causas quia tunc poterit illas laico delegare, not. Io. Andr. in c. 2. de scismat. Præpos. in c. ex penitentibus, col. 2. 50. dist. Iul. Cæsar Imbr. in trac. de iudice Regni p. vlt. nu. 60.

565 Limitatur 2. vbi pro delicto esset inferenda pęna sanguinis, quia tunc non solum potest illam delegare verum etiam tenetur episcopus, vel alius quisquis iudex ecclesiasticus delegare sentẽtiam ferendam laico postquam ipse delegatus de causa cognouerit, & processum compilauerit, c. sententiam sanguinis, & c. fi. ne clerici vel monachi Bal. in c. 2. col. fi. de maiorit. & obed. vbi dicit, quod etiam Papa tenetur tales causas alteri delegare, Ripa in d. c. 2. nu. 44. de iud. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. num. 76. in fin.

566 Limitatur 3. in causis ciuilibus, & temporalibus, quia poterit episcopus, & quilibet alius iu-

dex ecclesiasticus illas delegare laicis, quia hoc eis non est interdictum præter potestatem imponendi censuras, gl. in c. 2. in verb. non præsumat, de iudi. ubi etiam Butr. in prin. Abb. n. 5. Bal. n. 10. Fel. nu. 6. Dec. n. 5. & cæteri scribentes communiter glo. in c. bene quidem dist. 96. & in c. contingit, de arbit. Archid. in c. clericum 11. q. 1. Alex. cons. 8. col. 2. vers. poterit etiam Imperator, vol. 1. Barb. cons. 45. n. 9. & seq. li. 2. Cuccus in instit. maior. lib. 2. tit. 6. n. 139. & 140. Segura. Dauilos in director. iud. eccl. p. 1. c. 11. n. 2. Tiber. Decian. in trac. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 70. Sebast. Vant in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisd. nu. 69. Scac. in tract. de iud. p. 1. c. 31. nu. 41. vers. aduerte modo in vltimis verbis. Lodulph. Scrader. Vltram. in tract. de feu. p. 10. sectio. 4. nu. 27. Siluest. in summa, in verb. iudex, il 1. nu. 4. vbi dicit, quod hoc idem procedit in Abbate, quando conueniendus esset monacus.

567 Et licet episcopus non possit delegare causas criminales clericorum laico, poterit nihilominus in talibus causis sibi assumere assessorem laicum. Abb. in c. significasti, de foro compet. Hostiens. in summa tit. de offic. deleg. §. cui possit, vers. quis si delegemus. Io. Anono commentario 45. Camill. de Curte in comprehensorio, seu diuersor. iuris feud. p. 2. c. 2. num. 74.

568 Ampliatur 83. dictus primus effectus, quod iudex laicus non potest se intromittere in causis clericorum, vt in tantum sit verum, quod iudex laicus, & etiam Imperator non possit cognoscere, & punire clericum committentem crimē læsæ maiestatis casu quo illud committeret Aret. & Dec. in c. at si clerici, de iudic. Bertach. in tract. de episcop. p. 5. lib. 45. nu. 95. in 13. tomo trac. diuersor. in 2. par. carte mihi 353. Boss. in tract. crimin. in tit. de crimine læsæ maiestat. nu. 86. vers. communis tamen est, & in tit. de foro compet. nu. 136. & 137. Foller. super constit. Regni, in tit. de episcop. & cler. c. de personis clericoru, n. 23. & 27. Lelius de Zanchis, in tractat. de priuil. ecclesiasticis, priuileg. 85. n. 10. Campan. super c. Regni Neapol. c. 31. nu. 18. sub tit. de pœna infligen. Falsar. carte mihi 105. Afflict. omnino videndus super constit. lib. 1. rub. 43. constit. de personis, n. 6. & 7. & per tot. Berret. cons. 76. nu. 12. & cęteris latius, & copiosius Farinac. in tract. crimin. p. 1. q. 8. n. 30. 31. & 32. Signor. de Homod. cons. 21. col. 2. Hieron. Gigans in tract. de crimin. læsæ maiest. ti. quis de crimine læsæ maiest. cognoscere possit, nu. 12. & 16. car. mihi 126. vbi alios allegat Restaur. in tract. de temperat. q. 102. num. 10. Anton. Gomes in §. rursus, n. 24. instit. de action. Scappa in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 7. nu. 4. Camill. de Curte in comprehensor. seu diuersor. iuris feu. par. 2. cap. 2. nu. 129. vbi quamplurimo congerit Clar. in §. fin. quæstio. 36. num. 23. qui duo vltimi dicunt, quod de iure hæc opinio est vera, sed de facto principes laici seruant contrarium dum eos non remit-

569 tunt ad suos officiales, & iudices ecclesiasticos, sed ipsi per suos officiales in hoc crimine procedunt etiam vsque ad mortem, Decian. in trac. crimin. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 5. vbi ad hoc allegat Bartol. ad reprimendum, in verb. conditionibus, Asinius in trac. de exequut. §. 6. cap. 49. num. 15. Roland. a Valle, consil. 4. num. 3. & per totum, li. 1.

Et nunc ampliationi rationem adducunt, tam Roland. in loco proximè citato, quam Farinac. dicta quæstio. 8. num. 24. & 30. & sequent. scilicet, quia hoc crimen non potest committi per clericum, qui non potest dici subditus principi sæculari, quam rationem etiam adduxerunt Boer. in tractat. de seditiosis, colum. 18. versic. præsuppono sexto. Bossius in tractat. crimin. in tit. de crimine læsæ maiestatis, num. 86. Barbat. in cap. at si clerici, de iud. Follerius loco supra citato, num. 26. Scappa dicto

570 c. 7. nu. 8. Clarus eodem nu. 23. Et licet hæc ampliatio sit verissima, & de iure sine aliqua difficultate procedat, quod non possit de hoc crimine cognosci per iudicem sæcularem, non est tamen verum, quod laici non possint committere crimen læsæ maiestatis, cum contrarium sit expresè in c. si quis laicus 22. quæst. 5. vbi habetur, quod si episcopus, vel alius clericus, vel diaconus crimen læsæ maiestatis commiserit degradetur, & sic ille text. præsupponit, quod clericus etiam episcopus possit committere hoc crimen, licet eiusdem criminis cognitio spectet ad iudicem ecclesiasticum, qui iudex ecclesiasticus postquam inuenerit clericum de eo crimine prosequutum culpabilem illum degradare habet, & curiæ sæculari puniendum tradere, quod etiam voluit Abb. in c. at si clerici, in vltimis verbis dum allegando tex. in d. c. si quis laicum. Dixit, quod si

571 clericus presbyter, vel episcopus coniurationem faciat contra regem, & dominum terræ, in qua habitat degradabitur etiam quod non sit incorrigibilis, & ita degradatus traditur iudici sæculari prout in alijs atrocissimis delictis. Gigans in d. trac. crimi. læsæ maiest. q. 63. nu. 1. car. mihi 111. vbi dicit, quod text. in d. c. si quis laicus loquitur in degradatione actuali. Clar. in §. fi. q. 36. num. 23. qui asserit hanc esse com.* opin. Curt. iun. cons. 159. n. 1. Boss. d. nu. 86. vbi dicit, quod hæc opinio est fauorabilis ne delicta remaneant impunita. Villalobns in com. opin. in lit. E, nu. 99. Et ratio huius vltimæ opinionis. s. quod clerici possint committere crimen læsæ maiestatis cōtra principem sæcularem puto, quod sit, quia licet clerici sint exempti a iurisdictione iudicis sæcularis, nihilominus ratione vniuersalis dominij, quod habet princeps temporalis in suo statu clerici terrarum subditarum illi principi, non est dubium, quod dicuntur naturaliter, sicut originariè esse de dominio, & districtu ipsius principis, vt not. communiter Doctores, in c. fin. §. 1. de offic. deleg. in 6. Gigans d. q. 63. nu. 3. Clar. in §. crimen læsæ maiest. nu. 7. Farin. ead. q. 8. nu. 28. vers. 1. quod quatenus Boss. in præcitato tit. de crimine læsæ maiest. n. 86. vers. & ideo in quæstione, qui dixit, quod licet

572 non sit subditus ratione fori, tamen propter domicilium erit subditus ratione fidelitatis. Alex. in l. quisquis. C. ad l. Iul. Maiest. Aluar. Velasc. dec. 100. num. 3. vbi asserit, quod clerici non sunt penitus exempti quoad omnia, sed solum, quoad quatuor. s. quoad forum, quoad capturam, quoad tributa, & quoad regimen, & quoad reliqua manent, & censentur esse vassalli regij; de qua materia latè loquutus fui etiam supra in prælud. & ideo in c. in adiutorio 10. dist. habetur, quod Paulus Apostolus se ciuem Romanum appellat.

573 Et licet indubitatū sit, quod iudex laicus quamuis digni-

dignitate prẹfulgeat, non possit punire clericū cō-
mittentem crimen laelae maiestatis prout supra di-
ctum est nihilominus in isto crimine non prohibe-
tur contra illum inquirere, & formare processum
quem vna cum ipso clerico delinquente transmit-
teret suo episcopo, & ab eo tunc poterit deponi, &
actualiter degradari, & ita depositum, vel degrada-
tum tradere eidem iudici, qui illum punire poterit,
quia hoc est permissum in alijs criminibus non so-
lum in isto atrocissimo, ita Decian. in tract. crim. p.
1. lib. 4. c. 9. num. 7. & 8. vbi ad hoc allegat Auth. vt
clerici apud proprios episcopos, §. si tamen de cri-
minibus, & Auth. de sanctiss. episc. §. si vero crimē,
& §. seq. c. si quis laicus 22. q. 5. & vltimo tandem
respondet in contrarium adiectis.

574 Limitatur 1. haec ampliatio, quando princeps sę-
cularis haberet priuilegium a S. Sede Apost. quod
in d. crimine posset etiam contra clericos procede
re prout tale priuilegium habent Domini Veneti
ex concessione multorum Pontificum, ita Gig. in
tract. de crim. laesae maiest, in tit. quis cognoscet de
crim. laes. maiest. n. 20. car. mihi 127. Arnon. diffin.
19. vbi dicit, quod in vtroq; Regno Siciliae adest cō
stitutio hoc expresse disponens, Affl. super const.
eiusdem Regni li. 1. in tit. vbi clericus per maleficio
Camill. de Curte in diuers. seu cōprẹh. iuris feu. p. 2.
c. 2. n. 132. vbi dicit, ꝙ cum isto casu tractetur de re
maximi ponderis, vt est de statu principis licet co-
gnitio spectet ad iudicē ecclesiasticum nihilominus
Summi Pōtifices sēper permiserunt, vt in tali deli-
cto cum iudice ecclesiastico adsit iudex laicus, &
quod ita alias fuit seruatum in Regno Neapolis.

575 Limitatur 2. quando princeps saecularis procede
ret contra clericum de crimine laesae maiestatis dif
famatum non ad effectum puniendi illum pęna ip-
si delicto condigna, & criminali, sed tantum vt eum
priuaret feudo, si quod tenet a principe, quia hoc
facere potest, si feudum non est ecclesiasticum, sed
saeculare, Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 5.
vbi dicit, quod ita obseruauit Henricus Imperator,
qui quosdã episcopos suis feudis priuauit Restaur.
in tract. de Imper. q. 101. nu. 10.

576 Et ea omnia, quae dicta sunt de crimine laesae ma
iestatis procedunt etiam in crimine tonsionis, vel
diminutionis monetae, vel ipsius monetae falsifica-
tionis, quae crimina sunt species criminis laesae ma-
iestatis. Rol. a Valle, cons. 4. nu. 3. & per tot. li. 1. Cã-
pan. super c. Regni Neapolis, c. 31. nu. 17. car. mihi
105. Cassan. super consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. vers.
s'il n'agrace, nu. 49. in fi. carte mihi 193. vbi dicit,
quod ita seruatur in curia Burgundiae Gramm. dec.
162. & ita in istis delictis vidi pluries practicari, &
aliquos clericos fuisse remissos ad curiam Archię-
piscopalem huius vrbis, sed circa istam ampliatio-
nem dicit Camill. de Curte in diuersorio, seu com-
prehensorio iuris feud. par. 2. num. 130. quod cã-
ueant clerici tale delictum committere, quia poten
tiores, & reges in hoc iura parum seruant.

577 Ampliatur 84. vt iudex ecclesiasticus possit pu-
nire laicum offendentem clericum, glos. in Authen.
item nulla communitas, in verbo Ecclesia, C. de e-
pisc. & cler. Aufr. in trac. de potest. iudicis ecclesia-
stici super laicis, & eorum bonis, nu. 38. vers. 74. in
13. tom. tract. diuers. p. 1. car. mihi 128. Abb. in c. cũ
sit generale, n. 13. de foro comp. Zaccar. in add. ad
Clarũ in §. fi. q. 77. nu. 2. in litera A, circa principiũ.
Guid. Papa decis. 562. n. 3. vbi dicit quod haec am-
pliatio procedit, quando iudex ecclesiasticus prae-
uenit in procedendo secus si praeuenerit iudex lai-
cus, & fit secundum eum iste est vnus ex illis casi-
bus in quibus attenditur praeuentio quod dixit etiã
Pappon. lib. 1. tit. 4. arrest. 6. vbi dicit quod ita fuit
iudicatum in parlamento Grationopol. prout eum
refert Clarus in §. fin. q. 36. n. 42. & praedictam am-
pliationem tenuerunt indistincte Scapp in tract. de
iure non scripto lib. 1. c. 3. n. 1. Anna allegat. 146.
n. 1. & seq. lib. 2. vbi Fabius in addit. in lit. C, Franc.
Viui. decis. 27. n. 3. qui testatur ita fuisse decisum
in Audientia Apuliae, & num. 7. & 8. dicit, quod ha-
bet fori electionem. Hortens. Caualcan. in tractat.
de brachio regio, par. 1. num. 86. & 89. & ratio es-
se potest, quia iniuria facta clerico, dicitur facta,
578 & illata Deo, & Christo cuius legatione fungun-
tur, cap. nulli, 3. quaestio. 1. Alia est ratio, quia cum
hoc delictum sic mixti fori, vt voluerunt Hipp. Bo-
nacoss. in communi opinione, in vers. clericum of
579 fendens. Clar. in §. fin. q. 36. num. 47. sequitur, vt il-
lud spectet ad iudicem ecclesiasticum, prout caete-
ra delicta mixti fori, vt dicam infra in ampliatione
immediatè sequ. Abb. in cap. quamuis, colum. 1. de
restit. spol. Marti. Vran. Vltramont. cons. 14. nu. 37.
lib. 1. & tangit totam ecclesiam, c. 2. §. fin. vbi hoc
580 not. Doctores, de foro compet. & c. accusatio, il
primo, 2. q. 7. ideo eius vindicta competit iudici ec-
clesiastico, Viu. d. decis. 27. nu. 5. vbi ad hoc allegat
Bald. & Paul. de Cast. in l. 1. §. huius studij, in fine, ff.
de iustit. & iure. Anna eadem allegat. 146. num. 6. &
ideo ex iniuria facta clerico nascitur duplex actio
iniuriarum vna scilicet ipsi clerico offenso ad satis-
factionem iniuriae, altera ecclesiae, cui intelligitur
581 facta iniuria in personam clerici, ita Abb. in cap.
postulasti, de iudic. & in c. Parochianos, & in cap.
cum desideres, & in c. cum contingit, de senten. ex-
com. Mart. Vran. eod. nu. 37. & per consequens si
iniuria remitteretur ab ipso clerico offenso non
propterea censetur remissa ea, quae est illata toti
ecclesiae, c. si is qui, 23. q. 4. c. Salonitanae 24. d. Car-
diu. in clemen. 1. in princ. de pęnis. Doctor. in c. fin.
582 de maledict. Alex. de Neuo, in c. nullis, n. 4. de fo-
ro comp. Anchar. in c. contingit, nu. 7. & 8. de sent.
excom. in 6. Viui. in pręcitata dec. 27. nu. 6. in tãtũ,
ꝙ si fuerit satisfactum clerico offenso adhuc requi
ritur satisfactio ecclesiae, vt est text. in d. c. deside-
583 res, §. fi. de sent. excom. & declarat Hostien. in d.
c. 2. §. sane, in princ. de foro comp. sed contra prae-
sentem ampliationem, quod immo laicus offendēs
clericum possit tantum puniri per iudicem sęcula-
rem, & non ecclesiasticum tenuit Io. Alois. de Leo,
in l. cunctos populos, n. 18. C. de Sum. Trin. & Fide
584 Cathol. qui allegat ad hoc, l. ordinatio, C. de offi.
praefect. praetor. Gulielm. de Ludo singul. 53. &
Guipo Papa, d. dec. 562. Sed reuera ipse Guido Pa-
pa hoc non dixit, sed tantum quod vterque iudex
ecclesiasticus scilicet, & saecularis procedere pos-
sunt contra offendentem clericum, & quod sit lo-
585 cus praeuentionis, & quod ita de facto obserua-
tur, prout hoc idem dixerunt Mars. in tract. de ban
nitis, in verb. iudice, nu. 208. Scappa in tract. de iure

non

non scripto lib. 1. c. 3. nu. 2. & c. 11. n. 13. Ego vero in ista conclusione puto quod vera resolutio sit vt
586 vterque iudex possit procedere quia per iniuriam illatam clerico vtraque maiestas censetur offensa, & sic quod temporalis possit procedere, & punire offendentem clericum pro delicto principali vtputa pro homicidio, verberibus, vel alia quauis iniuria, & ecclesiasticus, pro sacrilegio, & ideo iudex ecclesiasticus imponet pœnas spirituales, & sæcularis pœnas temporales, cum pœna temporalis non
587 tollat spiritualem nec è contra Amod. in tract. de sindi. nu. 179. vbi dicit quod ita seruatur in practica Clarus in §. fin. q. 36. nu. 42. in fi. & q. 57. nu. 12. Scappa in tracta. de iure non script. lib. 1. c. 11. nu. 13. 14 & 15. & c. 3. n. 3. & licet ipse Scappa d. c. 11. nu. 16. distinguat aut ille talis, qui offendit clericum fuit sufficienter punitus, aut non si sufficienter fuit punitus, & habuerit pœnam delicto condignam ab vno iudice tunc amplius puniri non posset quia de eodem delicto quis pluries puniri non potest aut non fuit sufficienter punitus, & tunc poterit alias puniri ab alio iudice: nihilominus hæc distinctio (attentis hijs quæ prius dixerat) nescio quomodo
588 possit practicari, namque si iudex ecclesiasticus imponeret pœnam excommunicationis pro iniuria illata clerico non est dubium quod erit sufficienter punitus quoad pœnas spirituales cum excommunicatio sit maior pœna, quam possit infligere ecclesia, vt dicam in tit. de effectibus excommunicationis, & per consequens ex quo fuit punitus pęna delicto condigna manus iudicis sæcularis remanerent ligatæ, & è contra si fuerit punitus a iudice sæculari iudex ecclesiasticus remaneret impeditus, & iterum negotium redduceretur ad præuentionem, nec potest dici quod illius dictum intelligitur si fuerit condigne punitus iuxta pœnas iuris illius magistratus, & curiæ hoc est curiæ temporalis iuris ciuilis, & curiæ ecclesiasticæ iuris canonici, quia iudex ecclesiasticus non potest imponere pœnas iuris ciuilis, vt pro homicidio pœnam mortis naturalis nec iudex sæcularis pœnas iuris canonici; hoc est excommunicationis, vel similes; ideo concludẽdo dico, quod in isto articulo vera resolutio est, q͂d vterque iudex etiam eodem tempore procedere possit contra vnum, eundemque offendẽtem clericũ vnus scilicet ad imponendam pœnam spiritualem, & alius pœnam temporalem iuxta qualitatem delicti nec est nouum quod vnum delictum possit diuersis pęnis puniri, & a diuersis iudicibus scilicet ecclesiastico, & tẽporali, quia vbi duo delicta oriũtur ex eodem facto (prout est in casu de quo loquimur in quo oritur sacrilegium, & iniuria seu homicidium) quis poterit puniri duabus pœnis ita Bar. in l. senatus ff. de accusat. Abb. in c. cum sit generale de foro compet. & in c. fi. de immun. eccesi. Bal. in c. inter corporalia in fine de traslat. prælat. Mar. in tract. de bannit. in verb. ecclesiæ n. 26. Roland. a Valle cons. 24. nu. 12. lib. 2. Borgin. dec. nu. 14. li. 4.
589 Et pro complimento materiæ huius ampliationis dico quod quando offenditur clericus vel alia quis persona ecclesiastica, tunc crimen dicitur publicum, & quilibet de populo auditur ad illud accusandum l. si quis in hoc vbi Bart. C. de episco. & cler. Addentes ad reper. Fel. in verb. ecclesia si offenditur Io. Franc. de Leonard. in tract. de varijs iuris decis. c. 2. n. 5. cart. mihi 20. Baiard. in addit. ad Clarum in §. iniuria n. 49. vbi dicit, quod iniuria il-
590 lata personis ecclesiasticis punitur pœna capitali concurrentibus quatuor requisitis ibi per eum notatis, & ratio est, quia offendentes personas ec-
591 clesiasticas graue, ac enorme committut facinus, & si alias iniuria, quæ infertur clerico si inferretur personæ sæculari esset, & reputaretur in iniuria leuis, quia offendunt Christum in personam suorum ministrorum iuxta quod Alex. Papa primus in 3. epistola in fine, dicebat dominum crucifigunt qui eum in sacerdotibus suis præsequuntur, quod dictũ est relatum, in c. nulli dubium in fi. 3. q. 1. gloss. in clement. dierum §. nos igitur in verb. calcata reuerentia de pœnis, & est alius text. in c. omnis qui gemebat 7. q. 1. ibi non eos tantum persequũtur quãtum Dominus nostrum Iesum Christum, pro quo benefacit quod dixit Matthæus c. 10. ibi qui vos recipit, me recipit, & Lucas c. 10. ibi qui vos spernit, me spernit, c. in nouo 21. dist. & Zaccar. in c. 2. dixit qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, c. accusatio il 1. §. vnde 2. q. 7. S. Anton. in summa p. 3. tit. 14. c. 7. §. 3. vers. representat Brun. de hæret. lib. 2. c. 4. n. 4. & lib. 3. c. 9. n. 5. Gambar. in tract. de offic. legat. a later in exordio n. 3. Hiero. Gigans in tract. de crim. læsæ maiestat. li. 1. q. 15. n. 1. cart. mihi 62. in tantum quod multi dixerunt quod offendens personas ecclesiasticas committat crimen læ-
592 sæ maiestatis, vt per Gigantem d. lib. 1. q. 2. quam tamen opinionem firmare non audeo, sed tantum dico quod offensa facta personis ecclesiasticis sẽper dicitur grauis, & magna punitione digna, quia pœna augetur ex qualitate, & dignitate personæ
593 offesæ, §. Atrox instit. de iniur. & in specie quod delictum commissum in personam clerici reputetur grauissimum clarissime apparet ex tot, tantisq; pœnis, quæ imponũtur ab vtroque iure, & in vtroque foro contra ita delinquentes, vt de iure cano-
594 nico est text. in c. præsbiterorum, & in c. qui presbiterum cum quatuor capitulis seq. 17. q. 4. c. peruenit ad nos il 1. de appellat. c. in quibusdam §. sacris de pœnis, & de iure ciuili in l. si quis in hoc, & Authent. sed nouo iure C. de episcop. & cler. Immo hoc idem apparet fuisse consideratum, & dispositum in multis ac diuersis Concilijs vt in Triburien. c. 2. 4. & 5. & in Coloniense c. 3. & in Maguntino c. 7. & 8. & in Vormatiensi cap. 26.

Ampliatur 85. vt iudex ecclesiasticus sit iudex competens etiam inter laicos in causis, & delictis
595 mixti fori c. tuæ vbi hoc not. Doctores de procur. Fel. in c. cum sit de foro compet. Ias. in rub. C. de iud. Clar. in §. fin. q. 37. per tot. vbi Io. Batt. Baiard. in addit. num. 1. Amod. a Ponte in tract. quis sit iudex in causa feudi nu. 65. & 66. Anastas. Germon. in tractat. de sacr. immunit. lib. 3. c. 12. nu. 84.
781 Sublimitatur 12. quando clericus ageret nomine ecclesiæ, vt tanquam prælatus vel rector, quia isto casu etiam nomine ipsius ecclesiæ non poterit reconueniri, ex quo non potest clericus agendo coram laico subijcere ei ecclesiam, Bald. in c. at si clerici vbi etiam Alex. de Neuo nu. 39. versic. tertius ergo casus de iudice.

Sublimitatur 13. quando causa reconuentionis
782 pareret præiudicium causæ conuentionis, vel è contra quia tunc nō procedit reconuentio, Tepatius in tit. de recōuent. vers. reconuentio an habeat locum allegat Bart. in l. 1. C. vbi de causa status.

783 Sublimitatur 14. quando laicus in fraudem procurasset cōueniri a clerico, vt quia illi intulisset iniuram, vel damnum ad hoc, vt si clericus de tali iniuria, vel danno conquereretur posset illum reconueniri coram iudice laico, c. relatum iuncta gl. in verb. sæculari de iure patron. Abb. in c. dilectus in 3. col. in fin. de arbit. Ant. de Butt. in c. ecclesia S. Mariæ col. 2. de const. Fel. in c. at si clerici, n. 9. vers. & primo quidem fallit de iud. quos omnes refert et sequitur Farin. in tract. cri. q. 8. n. 101. & vltra prędictos idem dixerunt Aufr. in tract. de potest. iud. laici super person. eccl. reg. 2. n. 4. vers. secūdo limita vbi dicit pro ista sublimitatione esse bonum tex. in d. c. relatum, Spec. in tit. de reconuen. §. 1. vers. quid si laicus iniuriatur Teophil. Gisbert. Vltram. in tract. de reconuent. c. 11. n. 31. Ang. in Authen. & consequēter C. de sentent. & interloqu. omn. iud. Soc. in c. 1. in quinto articulo principali, col. 5. vers. retenta tamē prima opinione de mutuis petit. Vincent. de Franch. decis. 193. num. 5. 6. & 7. vbi declarat quomodo procedat ista fallentia Henric. Bohic in ca. at si clerici, num. 8. de iudic. & ibi etiam Alexan. de Neuo num. 39. gl. ordin. super ritu M. C. V. in ritu. de foro competen. versicu. secūda regula car. mihi 397. post constitut. Regni Marant. in practic. part. 4. distinct. 6. num. 53. in fine cart. mihi 131. Foller. in addit. ad eundem Marant. eadem parte quarta, distinct. 11. num. 59. versicul. secundo limita cart. mihi 203. Carauit. super eodem ritu M. C. V. rit. 67 num. 18. & 19. vbi dicit, quod talis fraus non debet prodesse illam committenti.

Sublimitatur 15. quando esset iam lata senten-
784 tia super conuentione, & sic finitum iuditium, quia isto casu clericus non poterit reconueniri coram iudice sæculari, glos. magna in c. fin. de iudit. Bero. in c. at si clerici nu. 155. vers. non obstat tertium eod. tit. Socin. regul. 332. in vltim. fallent. Bal. in Auth. & cōsequenter vers. sed quæro C. de sent. & interloqu. omni. iud. Vincent. de Franc. præcitata decis. 193. nu. 9. lib. 1. vbi alios allegat, & decis. 376. per tot. lib. 2.

785 Sublimitatur 16. quando clericus ageret nomine proprio, & reconuentio fieret alieno nomine, vt nomine ecclesiæ, vel tutorio nomine, Alex. de Neuo in cap. at si clerici num. 39. vers. quintus casus est, de iud.

786 Sublimitatur 17. quando clericus conueniret laicum super actione famosa, vel pro iniuria sibi illata, Ang. in l. 2. §. sed si agas ff. de iudit. Foller. in addit. ad Marant. p. 4. distinct. 11. num. 59. vers. tertio li-

tio limita carte mihi 203. Aufrer. in trac. de potest. iud. laici super person. eccl. reg. 2. n. 4. ver. tertio limita 16. to. tract. diuers. car. mihi 289. gl. ordinaria super Ritu M.C.V. in tit. de foro compet ver. secunda regula carte mihi 397. post constit. Regni.

787 Sublimitatur 18. quando adesset consuetudo in contrarium, quia stante consuetudine clericus non poterit reconueniri coram iudice laico. Gail obseru. 37. nu. 6. lib. 1. Afflict. dec. 173. prout eos allegat Sigismund. Scaccia in tract. de iud. p. 1. c. 11. n. 93. vers. etenim illo, sic etiam quando vertitur quęstio, an clericus possit conueniri coram iudice sęculari, & extant opiniones hinc inde, tunc omnino
788 est attendenda consuetudo. Remig. de Gonn. in tract. de caritate subsid. q. 61. nu. 38. in 15. to. tract. diuers. car. mihi 184.

789 Et licet clericus possit reconueniri coram iudice laico in casibus de iure permissis, attamen iudex laicus nunquam poterit pro tali reconuentione eius personam tangere, & in eã manus imponere, & vltra citatos supra in octaua limitatione, hoc idẽ dixerunt Archid. in c. vnico, de cleric. coniug. in 6. Lapus alleg. 118. Felin. in c. at si clerici, in 4. fallen. de
790 iudic. prout prædictos allegat. Scaccia d. c. 11. nu. 102. Ideo facta condemnatione per iudicem laicũ in causa reconuentionis, quando esset facienda executio contra personam clerici debet fieri per iudicem ecclesiasticũ, Archid. & Lapus in locis præallegatis Butr. & Marian. Soci. in c. 4. de mutuis petitio. Arnon. comment. 58. Vrsill. in adnot. ad Afflict. dec. 173. n. 2. Aufrer. in tract. de potest. iud. eccl. super laicis, n. 4. vers. cẽtesimosecundo in 13. to. tract.
791 diuers. p. 1. car. mihi 129. Viu. dec. 49. nu. 6. secus si executio esset facienda super bonis, quia tunc poterit fieri per eundem iudicem laicum, qui sententiam tulit Ioan. Lupus in repet. c. per vestras, in §. seu sectione incipiente, sed est pulchra dubitatio, nu. 2. carte mihi 292. de donat. inter virum, & vxorem, vbi dicit, quod licet iudex sęcularis possit exequutionem prædictam facere, attamen tutius est ad euitandam contrariam opinionem, vt illam remittat iudici ecclesiastico.

792 Et clericus reconuentus coram iudice laico si reportaret sententiam contrariam debet appellare ad iudicem laicum superiorem ipsius iudicis, qui tulit sententiam. Innoc. in c. licet ex suscepto in 1. col. in gl. 1. de foro comp. Archid. in cap. non ita 2. q. 6. Bertach. in tract. de episc. p. 5. lib. 4. nu. 95. in 13. to. tract. diuers. par. 2. car. mihi 353. & in suo repert. in verb. clericus reconuentus.

793 Nec omittam dicere, quod quando clericus reconuenitur corã iudice laico, vel quouis alio modo subijciatur iudicio laicorum; tunc semper in decisorijs debet attendi ius canonicum, & non ciuile secus in ordinatorijs, quia in eis attenditur ius ciuile, & statuta, & consuetudines, & ritus curiæ, in qua litigatur. Duenas reg. 135. Gram. dec. 29. n. 14. Doctores in c. 1. de operis noui nunci. & in c. conquestus, de foro comp. Soci. in c. 2. n. 20. de mutuis pet. Horat. Carpan super stat. Mediol. c. 44. n. 96. lib. 1. Iacob. de Carolis in gemmato pauone, colore sexto, nu. 29. vers. iuxta hæc quarto, car. mihi 266. & dicam infra in effectu immediatè seq.

794 Et si clericus nolit respondere in causa reconuentionis propositæ coram iudice laico, poterit tunc ipse iudex laicus ei denegare audientiam in causa suæ petitionis. Vinc. de Franch. dec. 193. nu. 15. & 16. Tepatius in suis concl. in tit. de reconuen.
795 vers. actore non respondente lib. 1. Et causa reconuentionis debet terminari simul cum causa conuentionis si vtraque causa est liquida. Misinger. obseru. 10. cent. 1. Vincen. de Franch. d. dec. 376. p. 2. Cappel. Tholos. dec. 367. Tepatius tit. præd. vers. natura reconuentionis est.

796 Et sicut clericus agens coram laico poterit ibi reconueniri, sic econtra laicus agens contra clericum in curia ecclesiastica poterit coram eodẽ iudice ecclesiastico reconueniri, c. cuius in agendo 3. q. 8. auth. & consequenter C. de sent. & interloqu. omn. iud. Aret. in §. idem iuris, nu. 46. instit. de except. Aufrer. in tract. de potest. iud. eccl. super laicis, & eorum bonis, nu. 37. vers. quadragesimonono, in 13. to. tract. diuers. p. 1. carte mihi 128. Caualc. qui alios citat dec. 19. nu. 60. & dec. 23. nu. 9. vers. nam dicebat lib. 3.

797 Limitant quarto dictum primum effectum clericatus per quem clerici sunt exempti a potestate, & iurisdictione principis, & iudicis laici in clerico incorrigibili, qui propter incorrigibilitatem poterit puniri a iudice sæculari etiam nulla præcedente degradatione, est tex. in c. cum non ab homine, de iudic. prout illud ita interpretantur Io. And. Cardi. & Imol. ibi Couarr. in lib. pract. quæst. c. 32. n. 2. vers.
* secundo est, vbi testatur de com. n.* opin. & dicit, quod ferè omnes, qui hanc quæstio. tractant hanc opinionem manifestè tenent, Specul. in tit. de homic. §. 1. num. 3. Siluester in summa, in verb. iudex il primo, nu. 4. in fi. Brun. cons. 115. nu. 12. & seq. inter cons. crim. diuers. to 2. Bossi. in tract. crim. in tit. de foro comp. n. 231. Alex. de Neuo, cons. 59. n. 30. vbi ponit, an isto casu requiratur declaratio, & an iudex laicus possit capere clericũ incorrigibilẽ propria authoritate, an vero requiratur, vt iudex ecclesiasticus illum tradat iudici sęculari, Foller. in prac. cri. in verb. audiantur excusatores, nu. 40. & seq. Bobin. cons. 10. nu. 5. Belluga in specul. prin. rubr. 11. §. videndum, nu. 17. in vltimis verbis Decian. in suo tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 150. vers. secundo requiritur Scaccia in tract. de iudic. p. 1. c. 11. n. 54. vbi asserit,
* quod ista est com. n. * opinio Brun. a Sole in compend. resolut. proposit. iuris in verbo clericus depositus Bertach. in tract. de episc. p. 5. lib. 4. num. 95. in 13. to. tract. diuers. car. mihi 353. Soci. reg. 79. Fallent. 10. Aufrer. in tract. de potestate laici super person. eccles. reg. 1. limit. 5. n. 13. in 16. to. tract. diuers. car. mihi 287. vbi dicit, quod hæc fallentia habet locum quãdo clericus est verbaliter depositus, & postea excõmunicatus, & deinde crescente contumacia anatematizatus, Rim. iun. cons. 685. n. 44. lib. 6. Henric Bohic. in c. cum non ab homine, nu. 6. & in c. at si clerici, n. 3. de iudi. Abb. in c. ex parte, n. 3. de cler. coniug. Anchar. in d. c. cum non ab homine n. 1. & 8. & ibid. Deci. nu. 70. Turrecr. in c. si quis sacerdotum, nu. 1. 11. q. 1. Cassan. super consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. n. 57. vers. nono fallit car. mihi 196. gl. super ritu M.C.V. in tit. de foro comp. lit. B, car. mihi 306. post constit. Regni Pet. Cened. in collect. iuris canonici, collect. 37. nu. 12. p. 1.

Cleri-

798 Clericus autem tunc dicitur incorrigibilis quan-
do a suo episcopo ter reprehensus,& monitus non
se emendat,& desistit a delictis,cap. contingit il 2.
de sentent.excõm.Gem.in c.nemine 45. dist.Butr.
& Fel.in c.cum non ab homine de iud.Celsus Vgo
cons.65. nu.2.in fi.Tiber.Decia.in suo tract.crim.
p.1.lib 4.c.9.n.130.Farin.q.8.n.49.& seq.
799 Item dicitur incorrigibilis clericus , qui peniten-
tiam sibi iniunctam ob aliquem excessum non exe-
quitur,vel se occultat,vel tergiuersatur,c. vt famæ
de sentent. excomm. Decian.eod.nu.130.
800 Item in corrigibilis dicitur etiam clericus , qui
committit crimen depositione dignum,& postquã
est depositus adhuc est incorrigibilis, & propterea
excommunicatur,iuxta tex.in d.c.cum non ab ho-
mine de iud. Vel quia se enormitatibus ingerit , &
immiscet,c.perpendimus de sententia excomm.se-
cundum opinionem mag.comm. Doctorum intel-
lectã,Boss.in tit.de foro comp.n.134. 139. & 140.
Scacc.in tract.de iud.p.1.cap.11.num.62.& 63.vbi
vlterius dicit quod si delictum per clericum com-
missum non est enorme , & sęuum ad hoc vt cleri-
801 cus dicatur incorrigibilis, requiruntur plura deli-
cta , & vnum non sufficit, Io. Andr. Butri.& Abb.
in d.c. perpendimus Alex.de Neuo cons.59. n.20.
& 21. Couarr.in lib.pract.quæst.c.32.n.20.Rolãd.
a Valle cons.4. num.32.lib.1.late Farinac.d.num.
49. & seq.
802 Item clericus dicitur incorrigibilis quãdo com-
mittit vnicum delictum dummodo delictum sit sę-
uum,& enorme , & taliter declaratur per Episco-
pum,& in talibus delictis enormibus,& grauissimis
non est tunc necessaria perseuerantia,& reiteratio
delictorum ad hoc vt delinquẽs dicatur incorrigi-
bilis,vt dixerũt Guliel. de Benedict.in repet.c.Rai-
nutius in verb.vxorem nomine Adelesia decis.1.n.
149. de testam.Boer.decis.69. n.16.Clar.in §.fin.q.
36. vers.quæro modo Farinac.q.8.n.55.Scaccia d.
c.11.n.64.& 65.vbi ponit exẽpla delictorum enor-
mium,& sęuorum,& nu. 66. dicit quod de consue-
tudine seruatur quod clericus propter vnum enor-
me , & sæuum delictum relinquitur puniendus cu-
riæ sæculari etiam pœna vltimi supplitij,ita Dec.in
c.at si clerici col.fin.de iudit.Diaz in pract.crimin.
c.290. qui dicit ita pluries fuisse obseruatum, Au-
gust.in add.ad Angel.in tract.malefit.in verb.& ibi
caput num. 43. Clar.d.q.36. vers.pariter,vbi dicit
se de facto ita vidisse obseruatum , & quod multi
tenent hãc opinionem pro magis commun. Bossi.
in tit. de crimin.lesę maiest. num.86.
803 Item clericus dicitur incorrigibilis quando per-
seuerat in delictis licet non sint eiusdem generis,&
qualitatis sed diuersa, vt si commiserit homicidiũ,
furtum, vel apportauerit arma, & similia patraue-
rit,dummodo delicta sint plura:Abb.in c.cum non
ab homine col. pen. circa principium,& ibi etiam
Decia. & Fel. num. 14. & Barbat.in addit.ad eun-
dem Abb.de iudit.Bombin.in addit.ad suum cons.
10. num.5. in lit.A,Decia.in tract.crim.p.1.lib.4.c.
9.num.130.
804 Nec est opus vt sint plura , atque plura delicta
ad hoc vt clericus dicatur incorrigibilis , sed suffi-
cit sint duo,vt dixit Repert. Inquisit.in verb.his,&
quod hæc sit magis commun.opin.dixit Aufrer.in
Clement.1.de officio ordinarij Clar.dict.quæst.36.
vers.quæro modo,Farinac dicta quæst.8.n.55.pro
ut prędictos allegat Scacc.in tract.de iud.p.1.c.11.
nu.63. & 67.vbi dicit,quod in hoc articulo melius
est, ac tutius relinquere arbitrio iudicis ecclesiasti-
ci,qui secundum qualitatem facti , & personarum
805 decernat an ita delinquens debeat relinqui curię
sæculari an non, & quod episcopus non possit co-
gi ad illos remittendum & degradandum pro vni-
co delicto,dixerunt Couarr. in lib. pract. quæst. c.
20. num.7.Clar.q.36.vers.pariter in fi.& huic opi-
nionis videtur assentire in addit. ad Ang. in tract.
malefit.in verb.& ibi caput nu.43.
806 Et licet supradictis modis quis dicatur,& assera-
tur incorrigibilis , nihilominus magis proprie , &
verè incorrigibilis is dicitur,qui correctionis suę,&
melioris vitæ nullã spem reliquit,ita dicit Decian.
in c. cum non ab homine,num.17. de iud.Decia in
tract.crim.p.1.lib.4.c.9.nu.130.vers.item fugiens,
qui in vers. sufficit ergo, dicit quod ad hoc vt quis
sit incorrigibilis iuxta præsentem fallentiam satis
est, vt sit ex illis,qui largo modo dicuntur incorri-
gibiles, prout sunt hi omnes,qui paruipendunt, &
contemnunt legales pœnas impositas, & mandata
suorum iudicum , & deliberate illis reclamantibus
volunt delinquere, allegat glos. Domin. & omnes
in c. Metropolitanum 2. q.7. & quod pro hoc fa-
ciunt dicta per Fel. in c.cum quidam n.11.de iure-
iur.& in c.2. nu.11.de maiorit.& obed.
807 Et ad hoc vt clericus dicatur incorrigibilis in-
corrigibilitas , & pluralitas delictorum debet con-
cludenter probari , nec sufficit vt quis fuerit de di-
uersis delictis inculpatus vel prosequutus nisi con-
stet talia delicta commisisse, Celsus Vgo cons. 63.
in princ. vbi ad hoc allegat c.at si clerici ibi legiti-
ma probatione conuicti,& c. cum non ab homine
ibi legitime conuictus , & vtrobique Doctores , &
præcipue Barbat.in d.c.cum non ab homine col.3.
vers.nota ibi legitime Alex.cons.72.col.1.& 2.vol.
1.& dixi supra in 1.fallent. Et ratio est quia isto ca-
808 su iurisdictio iudicis laici fundatur super incorri-
gibilitate ipsius clerici, ita vt aliter de eo non pos-
set cognoscere, at vbicunque alicui iurisdictio non
competit regulariter,sed respectu alicuius qualita-
tis tunc illa qualitas ante omnia legitime,& cõclu-
denter probari debet Celsus Vgo cons. prædicto
n.1.& dixi supra in dicta prima fallent.
809 Immo requiritur sententia per quam expresse
declaretur quod clericus prosequutus sit incorrigi-
bilis,ita Fel.in d. cap. cum non ab homine,num.9.
de iud.Foller.in pract.crim.in verb.audiatur excu-
satores nu.40. Capic.dec.112. nu.6.Diaz in pract.
crim.canon.c.131. Clar.in §.fin.q.36.nu.29. Et li-
cet contra hanc conclusionem tenuerint Farinac.
in tract.crim.q.8.n.51.Scacc.in tract.de iudic.p.1.
c.11. n.69.vers.contrariam sententiam,& Decian.
in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.num.130.in vltimis ver-
bis nihilominus prima opinione bene facit illa cõ-
munis,& verissima conclusio,quod clericus incor-
rigibilis nõ potest per iudicem sæcularem propria
authoritate puniri , nisi ei sit traditus per iudicem
ecclesiasticum,Socin.in c.vt famæ,n.17.de senten.
excommu.

Et licet isto casu requiratur sententia declara-

toria

toria incorrigibilitatis,nihilominus non requiritur
810 aliqua degradatio actualis ad hoc,vt clericus incorrigibilis possit puniri per iudicem sæcularem, dicit Clarus qui alios allegat, & testatur de commun.*opin.in §.fi.quæst.36.n.28. Domin.de S.Gemin.in c.1.de homicid.in 6.Aufrer.in tract.de potest. iud. laici super eccles. person. regul.1. fallen. 18.in vltimis verbis,in 16. tomo tract. diuers.carte mihi 288. Lelius de Zanchis in tract. de priuileg. eccles.priuileg.79. num.9.

811 Et pro complemento præsentis limitationis dico, quod clericus incorrigibilis poterit eijci a foro ecclesiastico, non obstante quod semper detulerit habitum,& tonsuram,& seruauerit disposita,& ordinata per sacrum Cõcilium Tridentinum sess.23. cap.6.de reformat.Scacc.d.c.11.num.68.vbi dicit, quod ita seruatur in practica, & ita ego etiam vidi fuisse determinatum in Curia Romana anno Domini 1578. quo tempore ibi studio incumbebam,
812 & licet multi dicãt quod clericus incedens in habitu,& tonsura nunquam efficiatur de foro iudicis laici, licet infinita, & grauissima scelera commiserit,& in eis perseuerauerit,& illa pluries reiterauerit,cuius opinionis fuit.Foller.in pract.cri.in verb. audiantur excusatores,nu.41. Roland.a Valle cõs. 4. nu.32. lib.1. Boss.in tract.crimin.in titu.de foro compet.num.134.vbi testatur de commun.*opi.& dicit quod de facto interrogatus ita respõdit.Clarus d.q.36. nu.20.Farin.eadem quæst.8.n.58.nihilominus Scacc.in tract.de iud.p.1. cap.11.num.68. vers.neque obstat,ad eos omnes respõdet hoc modo, scilicet, quod est verum quod non efficitur de foro sæculari prius quam sit expulsus ab ecclesiastico ipso iure, vel a iudice,etiam quod infinita delicta commiserit,sed quod non possit expelli si detulerit habitum, & tonsuram; hoc Doctores non dicunt,immo ex eorum dictis colligitur oppositũ, & precipuè ex Boss.dum dicit,& fatetur quod potest expelli,& c & in omnibus supradictis seruanda est dispositio text. & in cap. cum non ab homine, de iudicijs,cũ alijs traditis per Ambros.de immun. eccles.c.17.nu.28.& seqq.

813 Limitatur 5. prædictus primus effectus,quod iudex laicus non potest se immiscere, & ingerere in causis clericorum, vt non procedat quando clericus esset degradatus, & traditus curiæ sæculari, quia tali casu iudex sæcularis poterit illum punire quauis pœna, etiam vltimi supplicij, c.nouimus de verb.signific.c.2.de pœnis in 6.Socin.reg.56.num. 21. Siluester in summa in verb. iudex il 1. num. 4. Bart.in l.1.ff.de pœnis,Io. Lupus in repet.c.per vestras in §. seu sectione,sed est pulchra dubitatio,n. 20.cart.mihi 295.de donat.inter virum,& vxorem Abb.in c.ex parte nu.3.de cler.coniug.Clarus in §. fin.quæst.36.num.37.Ancher.in c.ad falsariorum, num. 4. de crimine falsi,Dec.in c.cum non ab homine,n.68. de iud.Cassan.super cõsuetud.Burgun. rub.1. §.5. n.56.car.mihi 296.glos.super ritu M.C. V. in tit.de foro compet.lit.B,in fallen.carte mihi 396. post constit.Regni Boss.in tractat.crim.in tit. de foro cõpet.n.140. Diaz in pract.crim.canon.c. 133. Conrad. in pract. in titu.de inquisit.n.8. vers. quarto,quãdo quis cart.mihi 246.Marant.in pract. p. 4. dist. 11. num. 71. vbi alios allegat carte mihi 204. Iacob.de Graff.decis.aur.p.1.lib.4.c.18.num. 150. Villalobus in comm. op.n.in verb clericus.n. 72.Marian.Soc.iun.in c.peruenit,n.130.de sent.excõ. Scacc. in tract.de iud.c.11. nu.58. vbi alios allegat & testatur de comm.*opin.Farin.in tract.crimin. q.8. nu.71.Mars.in tract.de bãnit.in verb.iudice n. 217. Decian.in tract.crim.p.1. lib.4.c.9.num.120. Scapp.in tract.de iure non scripto lib.1. c.30.nu.6. & 7.vbi dicit quod licet de iure videatur contrariũ determinatum, attamen in practica seruatur ista opinio,& ita in isto Regno vidi pluries practicari, & obseruari in illis,qui traduntur officialibus laicis per inquisitores hæreticæ prauitatis.

814 Degradatio vero est duplex scilicet verbalis, & realis,siue actualis,Bart. in l. qui vno §.exauctorator, ff. de re milit. Bal. in Auth. presbyteros,C. de episc.& cler.Specul.in tit.de accusat.§.2.Clar.in §. fi.q.74. Soc.iun.in c.peruenit,n.132. & seq.de sentent.excomm.in tract.de arbit.iud.casu 415. nu.4. Farinac.d.q.8 nu 72. Scacc.in tract.de iud.p.1. c. 11.num.71.Ortens.Caual.in pract.de testib.p.3.n. 64.Summist.e fere omnes in verbo degradatio Tho. Zerola in praxi episcop.in verb.degradatio in prin
815 cip.Verbalis autem degradatio est illa quæ fit p simplam,& simplicem sententiam,qua clericus criminosus perpetuo ab ordinibus sacris depositus declaratur,c.qualiter, & quando de accusat. Bero. in c.at si clerici,n.63.de iud.Io.Aloisi.de Leo in l.officiales,nu. 4. C.de episcop.& cler.Menoch.d.casu 415. num.5.vbi dicit,quod degradatio verbalis est
816 terminus pœnæ quando iudex ipse ecclesiasticus nolit progredi ad actualem degradationem,sed tãtum verbali est contentus,allegat Bald. in d. l.officiales quod dixit etiam Farinac.d.num.72. Et talis degradatio magis propriæ depositio vocari solet, Clar.in §.fi.q.74. in princ.Franc.Pegna in scholia ad direct.inquisit.Eimer scholia 69. col.5.Menoc. casu prædicto nu.5. & 7. Scacc.eodem n.71.Flam. Cartar.in tract.de exequut.sentent.capto bannit.c. 1. nu.289.Farin.d.q.8.nu.72.Io.Aloisi.de Leo in d. num.14. Et talis verbalis degradatio,seu depositio fit ad duplicem effectum, hoc est aut ad pœnam, vt quia clericus deponitur ab officio, vel benefi-
817 cio, & per eam nunquam ammittitur priuilegiũ fori,aut ab ordine, & tunc eijcitur a foro ecclesiastico,Menoch.d casu 415.num.5.& 6.Scacc.eodẽ cap.11. num.72. Marian.Soc.iun.in cap.peruenit, n.130.& seq de sentent.excomm.Actualis seu rea-
818 lis degradatio est quando vltra depositionis sententiam clericus non se emendat, sed vt prius delictis se ingerit: ideo ob incorrigibilitatem delinquentis iudex ecclesiasticus illum curiæ sæculari temporaliter puniẽdum tradit,& ne sæcularis manus violentas in clericum inijciendo incurreret in aliquam excommunicationem,ante traditionẽ ecclesiasticus talem clericum exauthorizare debet, & desacrare per verba consacrationi cõtraria;de quã
819 degradatione qualiter fiebat, & quibus solemnitatibus de iure canonico antiquo,& quomodo hodie dispositione Sacri Concilij Tridentini habetur, in c. degradatio vbi glos. & scribentes de pœn. in 6.& in c.cum non ab homine de iud.& in c.nouit de verb.signific.c.Felix 5.q.7.c.nõ potest de re iud.& in sacro Concilio Trident.habetur sess.13.c.

4. de

4.de refor.& ex nostratibus tradiderunt Marant.in pract.p.4.d.11.nu.71.& 72.car.mihi 204.Io. Alois. de Leo in d.l.officiales nu.15.C.de Episcop. & cleric.vbi ponit quot episcopi sunt necessarij,quando degradandus est sacerdos,quot quando est diaconus, quot quando subdiaconus,& quot quando est in minoribus constitutus, & n. 16. ponit formam sententiæ degradationis,Scacc.d.c.11. n.73. & 75. Farinac.eadem q.8. nu.72.in fi.vbi dicit quod forma,& cæremoniæ obseruande in degradatione faciendæ ponuntur in Pontificali Romano, car. 190. & seq.Menoc.in tract.de arb.iud. casu 415.nu.8.& per tot. qui ponit etiam formã sententiæ degradationis,Borgas.in tract.de irreg.in tit. de sent. deposit.n.7.& per tot.car.mihi 445. & in degradatione episcopi quomodo obseruatur,& quæ gerantur,ponit etiam Mart.de iurisd.p 4.cent.2. cas. 131.n.11. Andr.Gambar.in tract.de off.legat.lib.3.n. 196.vbi dicit,quod solẽnis degradatio est depositionis executio,& fit quando post sententiã depositionis episcopus præsente iudice sæculari cui degradandus debet tradi publicè abradit illi loca capitis, & manuum,in quibus in collatione ordinum vnctio facta fuit,& postea successiuè detrahit omnia signa, quæ in susceptione ordinum suscepit,& demum exuit cũ habitu clericali,& dicit iudici,& officiali sæculari, vt illum ita spoliatum, & depositum in suum forũ, & iurisdictionem recipiat,Mart.de iurisd.c.51.p.1. nu. 18. ex quo tunc iudex ecclesiasticus non tradit clericum degradatum iudici laico, sed eum ostendit, & declarat clericum esse priuilegio clericali exutum allegat Franc.in c.degradatio, §.proderit, de pœnis,in 6.idem Mart.d.tract.p 4.casu d.131.n. 6.ex qua cæremonia apparet, quod degradatio solemnis,& actualis nihil aliud est, quam denuntiatio omnium priuilegiorum clericalium, iuxta tex.in d. c.degradatio,de pœnis,in 6. & voluit Io.Andr.in c. cum non ab homine,de iud.& omnes scribentes,in c.1.de homicid.Aufrer.in tract. de potest.iud.laici super person.eccl.regula 1.Fallen.18.in fine,in 16. tomo,tract. diuers.carte mihi 288. Alex. de Neuo in c.1.num.17.qui cler.vel vouent,qui tamen dicit, quod per degradationem non tollitur character impressus,Rol.a Valle,cons.24.nu.11.li.2. Marsil.in l. 1.n.17.de raptu virgin. & in pract. §.diligenter,nu. 169.& in §.examinata, n.25.Soc. inter cons.Curtij sen.20.n.44.Decia.in tract.crim. p.1.li.4.c.9. n.78.

820 in fi.Et ex quo non tollitur caracter, sequitur, vt clericus degradatus dicatur adhuc clericus, licet verè non sit in eadem dignitate constitutus, in qua erat ante degradationem,gl.in c.accedens 50.d. & in c.ad abolẽdam,in verb.prorogatiuam, de hæret. & in c.degradatio, in verb.priuilegia, de pœnis, in 6.Decia.cons.19.n.115.lib.3.& ipsa degradatio dicitur præparatio exercitij iurisdictionis Iudicis sæcularis.Mart.d.casu 131.nu.7.

821 Differunt autem inter se, degradatio, & depositio in hoc, quia clericus depositus dicitur priuatus ab officio, & beneficio, non autem a clericalibus insignibus,& habitu,degradatus verò dicitur is,cui insignia, & habitus solemniter sunt sublata, c. episcopus præsbiter 11.q.3. Decia.in tract. crimin.p. 1.lib.4.c.9.num.130.Menoch.in tract.de arbit.iud.

822 casu 415.nu.2. ideo omnis depositus non dicitur degradatus, licet è contra omnis degradatus dicatur depositus,Burgas. in tractat.de irregul. parte 6. tit.de senten.depositioni,n.1. & seq.car.mihi 445. quo fit per solam verbalem degradationẽ, seu magis per solam depositionem clerici iudex sæcularis in eum nullam assequitur iurisdictionem,prout cõsequitur,quando actualiter est degradatus,quia tũc

823 potest iudex sæcularis eum punire, vt dixi supra in princ.præsentis fallentiæ, & voluit Alcia.in d.c. cum non ab homine,nu.108.de iud. Viui. in lib.1. com.opin.lit.C,n.61.Emanuel Suarez in thesau.recept.sentent.eadem lit.C,n.121. Cartar.in tract.de exequu.sent.capto bann.c.1.n.286. Farin.q.8.n.73. * vbi testatur de comm.* opiu.& dicit,quod clericus degradatus potest puniri per iudicem absque eo, quod sibi tradatur.Menoc.d.casu 415. nu.6.Abb.in c.tuæ,n.2.in vlt.notab.de pœnis, in 6.& in c. nõ minus,in 2.not.de ver.sign.Rol.a Valle, cons.4. n.24. lib.1.Bero.in c.at si clerici,nu.173.de iud.

824 Et quod simpliciter, ac verbaliter tantum degradatus,siue depositus non sit de foro iudicis laici,ita vt ab eo puniri possit, & quod retinet priuilegia clericalia,& remanet sub iurisdictione iudicis ecclesiastici,donec tradatur curiæ sæculari,dixerunt Siluester in summa,in verbo,degradatio,1.nu.8.latè Clarus q.36.n.32.33.34. & 35. Deci.in l.in omnib. causis,n.18.de regulis iuris.Marant.in pract.p.4.d. 11.nu.72.car.mihi 204.Franc.Pegna in comment. ad direct.inquisi.Eimer.p.3.scholia 49.§.postremo quamuis,Scaccia d.c.11.n.73. Menoch. cons. 784. nu.9.lib.8.Borgas.in tract.de irreg.p.6.in tit.de sentent.deposit.nu.3.car.mihi 445. vbi dicit,quod traditio curiæ sæcularis est exequtio degradationis verbalis,quæ differt ab ipsa degradatione, & depositione, quod secus est in degradato actualiter, qui

825 statim eo ipso subijcitur iurisdictioni iudicis laici, nec tunc requiritur alia traditio facienda a iudice ecclesiastico, cum iste talis sit effectus de foro sæculari,& iudex sæcularis poterit illum punire, & pœnam imponere, iuxta qualitatem delictorum absque metu excommunicationis, cap. ad abolendum,§.præsenti,de hæret.director. Inquisit. q.101. vbi Pegna in adnotat. lib. 3. scholia 69. & 70. Addentes Zang.in tract.de hæret. cap.18.nu.7.lit B,in 11.tomo tract.diuers.p.2. carte mihi 253. Villalobus in suis comm.opin.in verb.clericus, nu.71. vbi testatur de com.opin.Scaccia in tract.de iudic.p.1. c.11.nu.73.vbi alios allegat Farinac.in tract. crim. q.8.num.74.

826 Et iudex ecclesiasticus, qui clericum degradauit, & tradidit curiæ sæculari debet efficaciter intercedere pro eo, & petere ne iudex sæcularis illum puniat pœna vltimi supplitij, seu alia mitiori pœna, ita deducitur ex tex. in c.nouimus, de verb. signif.vbi glo.Butr.& Abb.nu.3.7.8. & 9. qui Abb. dicit,quod iudex ecclesiasticus non solum rogare, sed etiam prohibere debet, ne traditus puniatur pœna vltimi supplitij. Marant.in pract.par.4.distinctio.11.num.72. carte mihi 204. Rimin. iun. cons. 685.num.42.lib.6.Decian.in tract.crim. p.1.lib.4. c.9.123.& 124. Scaccia in tract. de iud. par.1.cap. 11.num.74.Zanch. Glo.d.c.18.num. 7. vbi ad hoc allegat d.c.degradatio, de pœnis in 6. Addentes ad eũdẽ Zanch.ibi in lit.B,& C,qui ambo dicũt, quod

828 Iudex ecclesiasticus non debet manualiter tradere iudici saeculari clericos puniendos, sed per suam sententiam, & condemnationem declarare ipsos fore exutos priuilegijs clericalibus, & propterea eos relinquit sub iurisdictione ipsius iudicis laici, qui iudex saecularis cui est traditus clericus degradatus non debet statim contra eum aliquam sententiam exequi, & eum habere pro conuicto, quoad paenã, quae pro quo fuit condemnatus ab ecclesiastico veniret imponenda de iure ciuili, sed ipse iudex laicus debet causam ventilare, & videre si a iudice fuit condemnatus, & si viderit illum non bene condemnatum poterit absoluere, & absolutum dimittere ex quo non debet esse exequutor mali, ita est tex. in §. si vero crimen in Auth. de sanctiss. episco. vbi glos. & Angel. Bart. in l. Diuus ff. de custod. & exiben. reis, & in l. magistratus nu. 5. vbi etiam Alex. & Paul. de Castr. ff. de iurisdict. omn. iud. idẽ Bart. in l. 1. in fin. ff. si quis iis dicent. nõ obtemper. glos. in Authen. clericos in verb. per episcopum C. de episcop. & cleri. Lucas de penna in l. 1. q. 1. num. 9. de priuileg. scolar. & in l. fin. q. 3. de veteranis lib. 12. Io. Igneus in l. 1. §. cum dominus nu. 34. 40. & 41. Cassan. super consuetudin. Burgun. rub. 1. §. 5. n. 57. cart. mihi 196. Vrsill. in adnotat ad Afflict. decis. 24. n. 16. Mars. in tract. de bann. in verb. iudice n. 89. Decian. in tract. crim. p. 1 lib. 4. c. 9. num. 121. Abb. in c. ea quae n. 14 de statu monac. Velasc. dec. 48. nu. 13. sed in ista conclusione contrariam opinionem tenuerunt Archid. in ca. statuimus vbi etiã Gem. 11. q. 1. Ang. in d l. magistratus, qui dicit, quod dictus §. si vero crimen, est correptus per quandam extrauagantem, conditam per Fider. Imper. in ciuitate Patauij cuius originale reperitur apud Inquis. haereticae prauitatis eiusdem ciuitatis, & quod ipse apud se habebat exemplum. Anch. & alij in c. at si clerici de iud. & in c. 1. de offic. ordinar. Bal. in Auth. Clericos, C. de episc. & cler. Bal. in l ea quidem in 8. col. C. de accus. Ang. in l. Diuus, ff. de custod. reorum Imol. in d. cap. 1. de offic. ordinar. vbi dicit, quod Legistae communiter tenent opinionem Bartoli, Canonistae vero contrariam, Aliqui tamen pro concordandis istis contrarijs opinionibus distin-
829 ctione ista vsi sunt, aut scilicet clericus est traditus curiae seculari pro crimine mere ecclesiastico, vt est haeresis, & tunc iudex saecularis nihil vltra agere, vel videre, vel cognoscere debet, sed statim exequi sententiam quia ipse est incapax talis cognitionis, & iurisdictionis, aut vero de alio criminae saeculari, tractatur, vt est homicidium, vel etiam mixtum, vt est sacrilegium cuius cognitionis est capax, ex quo in eis potest habere iurisdictionem, & isto casu opinio Bartoli esset verissima, & indubitata, ita distinguendo transierunt Alex. Ias. & Dec. in d. l. magistratus idem Dec. in cap. at si clerici num. 15. in fin. de iud. Decian. d. cap. 9. num. 121. & cap. 38. num. 5. eodem lib. & quod in crimine haeresis iudex secularis absque
830 aliqua cognitione teneatur exequi sententiam iudicis ecclesiastici, tenuerunt Abb. in cap. ea quae num. 14. de statu monac. Fel. in cap. at si clerici de iud. vbi etiam Bero. num. 79. Mars. in tract. de bann. in uerbo iudice num. 129. qui duo ultimi allegant ad hoc tex. in cap. inquisitionis, §. prohibemus de haereticis in 6. & alios Doctores, sed Decian. d. c. 4. n. 123. dicit quod cum iudex ecclesiasticus tantum iudicauerit clericum esse degradan-
831 dum illumque degradauit: & tradidit curiae saeculari puniendum pro eo delicto pro quo fuit degradatus, etiam quod delictum sit ecclesiasticum, neque sententia iudicis ecclesiastici condemnatus sit ad mortem, uel pęna corporalem prout a tali iudice condemnari non poterat. ut habetur in c. clericis, & in c. sententiam sanguinis, ne clerici, uel monaci, sed tantũ extraditus saeculari iudici, ut ipse circa paenam sanguinis iudicet, sequitur quod iudex laicus non tenetur illum mori facere nisi ex pro-
832 cessu formato per ipsum iudicem ecclesiasticum liquide appareat tali pęna esse dignum, & si hoc iudici laico non uidebitur poterit melius inquirere, & processum impinguare, & ratio est, quia iste ita traditus non est a iudice ecclesiastico cõdemnatus ad mortem ideo laicus non poterit dici merus exe-
833 quutor iudicis ecclesiastici, quia ille dicitur exequutor merus, qui alterius, vel sua sententiam exequitur a qua ei non licet recedere, l. si vt proponi, C. de exeq. rei iud. §. tripli inst. de actio. l. ab exe-
834 quutione, C. quorum app. non recipiuntur Auth. de exeq. per tot. Sed si laicus vult hunc sibi traditum punire ad mortem non potest dici quod exequatur sententia iudicis ecclesiastici, quia is non damnauit ad mortẽ, neque et potest dici quod exequatur sua sententiam, quia nullam tulit sententiam ipse iudex laicus, & sic non potest dici exequutor, & per consequens cessat fundamentum illorũ, qui dicunt quod cum iudex laicus sit exequutor sententię iudicis ecclesiastici non potest de causa cognoscere, sed tantũ ad vnguẽ exequi quia hic nulla potest cadere exequutio ad paenam corporalẽ sententiae, quae non fuit lata, nec reperitur in rerum natura, ad quam conclusionem corroborandam ipse Decian. ponderat alia iura, & adducit rationes, quę possunt apud eundẽ videri, & licet cõtraria opinio sit a pluribus Doctoribus sequuta nihilominus nõ esset peccatũ ab ea recedere, & sequi opinionẽ ipsius Deciani, quae est per eũ validissimis fundamentis roborata intelligendo, vt per eundẽ ibidẽ n. 125. & seq. & quod si degradatus ex aliqua iusta causa restituatur ad ordinem clericalem an debeat de nouo ordinari ad sacros ordines, & dico quod non, c. si episcopus 11. q. 3. Mart. de iurisd. cas. 132. n. 4 par. 4. cent. 2. & est ratio, quia caracter, qui datur in aliqua consecratione est indelebilis, & non potest amitti, vel refutari, Mart. vbi sup. nu. 3.

Quaero primo pro dilucidatione, ac clariori intel
835 ligentia praesentis limitationis, quid si clericus sit absens (nam hucusq. sumus loquuti de clerico praesente) quo possit priuari priuilegio fori ecclesiastici, & subijci iudici saeculari, ex quo nõ potest actualiter degradari, quia est absens, circa quod Scacc. in tra. de iud. p. 1. ca 11. n. 76. dicit quod paria sunt, vt quis actualiter degradetur, vel ficte tradatur curiae saeculari, praecedẽti tamẽ verbali degradatione, & sic videtur cõcludere, quod tũc sufficit ficta eiectio cũ verbali depositione, & dicit q̃ hec resolutio nulla patitur difficultatẽ, qa eiectio a foro ecclesiastico satis est, q̃ fiat verbaliter p sẽtẽtiã, ad q̃ allegat Eimer. in director. inquis. p. 3. n. 214. in fi. i forma citandi

tandi

tandi conuictum. car. 570. vbi Pegna in comment. 49. §. forma degradãdi, & vers. postremo quamuis. Cartar. in tract. de exequut. sentent. capto bann. c. 1. n. 183. 284. & 287.

Quæro 2. pro quibus criminibus clericus possit
836 degradari, & dico quod semper aliquis propter tria tantum videlicet hæresis, falsi commissi in litteris Apostolicis, & cõspirationis in proprium episcopum ita Lelius de Zanch. in tra. de priuil. ecclesia. priu. 79. num. 7. Clar. qui alios allegat in §. fi. q. 36. num. 31. vbi dicit quod hæc est communis Doctorum theorica, & quod in alijs quantumcunque grauibus delictis sufficit sola depositio absq; degradatione, & quod quamuis clericus commisisset crimen enorme, & grauissimum, etiam si occidisset Summum Pontificem, non debet degradari, si est paratus se corrigere, sed debet detrudi in perpetuũ carcerem seu monasterium, tandem concludit, quod contrarium seruatur de consuetudine, licet dicta opinio de iure sit vera, & eandem opinionẽ (licet non ita largè) sequitur Boss. in tract. crim. in in tit. de foro competen. n. 135. & 136. vbi testatur de comm.* opin. Io. de Anan. in c. ad abolendam n. 6. de heret. Diaz in pract. c. 131. Cerill. Fulgeon. in summa crimin. in tit. de publicis iudit. §. 2. nu. 7. vers. ad forum seculare cart. mihi 106. Scaccia in
837 tract. de iudit. d. cap. 11. n. 60. & 61. qui dicit quod quantumuis grauia commiserit delicta etiam si occiderit cardinalem, nunquam posset degradari, & tradi curiæ sæculari, dummodo sit paratus se corrigere, Borgas. in tract. de irregul. lib. 6. rub. de sentent. deposit. n. 4. cart. mihi 450. Flammin. Cartar. in tra. de exeq. sent. capt. bann. c. 1. n. 290. & modernissime Ortens. Caualcan. in pract. de testib. p. 3. n. 94. Farinac. late in tract. crim. quæst. 8. num. 75. vbi alios allegat, & testatur de comm.* opin. & recenset iura ex quibus deducitur, quod prædictis tribus casibus tantum potest clericus degradari, & tradi curiæ sæculari, Bero. vero in c. at si clerici n. 75. cum pluribus sequent. in duobus insurgit contra præcedentem opinionem, primo contra id quod dicunt præcitati Doctores de crimine hæresi, & dicit quod tunc conuictus de hæresi traditur curiæ sæculari, quando est incorrigibilis, at si vult se corrigere, & emendare non poterit degradari, & tradi curiæ sæcularj, sed est in monasterium, vel carcerem detrudendus, quod dictum tamen intelligas nisi esset relapsus in eodem crimine, quia si est relapsus, licet sit paratus se corrigere, adhuc non est audiendus, sed omnino tradendus, curiæ sæculari Socin. reg. 55. Fallent. 5. Bossi. in tit. de foro comp. nu. 137. Farinac. d. q. 8. num. 76.

838 Secundo ipse Bero, loco supra citato insurgit cõtra prædictos doctores dum dicunt, quod in tribus casibus tantum clericus potest degradari, & ponit multos alios casus in quibus potest degradari, qui apud eundem videri possunt, & apud Abb. in c. at si clerici de iudit. & Vasquez in tract. de success. creati lib. 3. §. 22. limit. 18. n. 52. & 63. & in tract. de success. progress. in præfat. lib. 1. n. 30. Rimin. iun. cons. 685. num. 25. & 29. vbi adducit rationes ex quibus etiam alijs casibus potest degradari. Anch. cons. 158. Alc. in c. cum non ab homine nu. 122. de iud. Io. in c. si quis num. 4. de iud. Borg. rub. præd. n. 16. cum plur. seq. quæ vltima opinio puto quod sit verior vbi clericus esset incorrigibilis, vel commiserit aliquod immane, & horrendum delictum, quia talibus casibus poterit degradari actualiter, & tradi curiæ sæculari vt dixi supra limitat, proximè præcedente, n. 813. & vltra ibi allegatos idem dixerunt Bero. in c. at si clerici nu. 174. Affli. super constit. de personis lib. 1. rub. 43. vbi cler. in malef. debent conueniri late Farin. d. q. 8. n. 79. cum plur. seq. vbi multos allegat pro ista, & pro contraria opinione; & præcipue in delictis qualificatis, Zanch. Vgolin. in tract. de hæret. c. 18. n. 7 in 11. tom. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 252. qui dicit, quod tunc debet degradari, & tradi curiæ sæculari, quando transiuit in profundum omnium malorum, & ostendit se prorsus incorrigibilem, Clar. in §. fi. q. 36 n. 32. 33. 34. & 35. vbi dicit quod nunquã potest tradi curiæ sæculari etiam pro delictis supra expressatis, nisi sit incorrigibilis, quod vltimũ non est, neque potest esse verum; quia iura ex quibus probatur quod in supradictis casibus potest clericus tradi iudicibus sæcularibus, nihil prorsus dicũt de incorrigibilitate, nisi quoad crimen cõspirationis in persona Episcopi, in quo requiritur incorrigibilitas, vt voluit gl. fi. cõmuniter recepta in d. c. cũ nõ abhominẽ de iud. Soc. reg. 55. in 3. fall. Farin. d. q. 8. n. 78.

839 Quæro tertio vtrum clerici in minoribus constituti si commiserint crimen degradatione dignum debeant actualiter degradari prout constituti in sacris, & quod sit necessaria degradatio est tex. in c. 2. de pænis in 6. & in c. si quis Episcopus 27. q. 1. & voluit Abb. in cap. clericus de vit. & hon. cler. & in c. si quis presbyter in 1. not. de clerico excom. Rol. a Valle cons. 4. nu. 25. lib. 1. Io. Gulier a Ceruates Hispan. in ll. Tauri l. 5. n. 14. pro qua opinione potest adduci ratio, quia clerici etiam in minoribus dicuntur caractere clericali insigniti, vt dixi supra in
840 prælud. sed quod non sit necessaria degradatio, & in casibus in quibus clericus constitutus in sacris degradatus a suo iudice, & ita degradatur traditur iudici sæculari in ijsdẽ clericus in minoribus cõstitutus absque aliqua degradatione, vel traditione de facto poterit puniri a iudice laico, Couuar. in li. pra. quæst. c. 32. n. 3. vers. hic equidem, vbi allegat Aufr. in tra. de potest. iud. laici reg. 1. lim. 19 Cassan. super cõsuet. Burg. rub. 1. §. 5. vers. Archidianus n. 66. Guliel. de Bened. in c. Rayn. in verb. vxorẽ nomine Adelesiam dec. 2. n. 440. de testam. Petr. de Auẽd. in trac. de exeq. mãd. princ. c. 21. n. 3. Diaz in pra. c. 90. & licet hæc secũda opinio sit frequẽtiori calculo approbata, ego tñ nũq iã recedere a 1. quæ est magis tuta, sed in clericis primæ tõsuræ sine hæsitatione trãsit, quod non sit necessaria aliqua degradatio, quia prima tonsura nõ est ordo, Germon. in terminis in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. n. 76.

841 Et vt finem imponã præsenti limitationi dico, quod in omnibus casibus in quibus clericus est puniẽdus per iudicẽ sæcularẽ, sẽper est degradãdus præter quam in casibus iure expressis, sed aduerte ad id quod ait Scapp. de Assassinio, requiri sẽtẽtiã Episcopi, per quam declaretur esse assassinũ, vt ex recẽtiori sñia probat Amb. de immunitate ecclesiast. c. 17. n. 10. & seqq.
842 Secundo dico, quod quando clericus esset a iudice ecclesiastico pro aliquo crimine degrada-

tus, & ipse post degradationem committeret aliud delictum; tunc tanquam laicus poterit a iudice sæculari iudicari, & condemnari, quia exutus est omni priuilegio clericali, est tex. expressus in c. 2. fi. de pen. vbi etiam gl. in fi. & in c. non minus, de verb. sign. Aufr. in tract. de potest. iud. laici super pers. eccl. reg. 1. fall. 4. nu. 12. in 16. to. tract. diuers. car. mihi 287. Greg. Sair in Claui Regia, lib. 12. c. 7. n. 9. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 122.

843 Tertio dico, quod clericus nunquam debet tradi curiæ sæculari, nisi contra eum processum fuerit per viam accusationis. Bellamer. in c. at si clerici in vlt. not. de iud. Scappa in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 30. nu. 4. & 5.

844 Limitatur sexto prædictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non procedat in clerico negotiatore, & artifice, qui si post trinam monitionem sui Episcopi, vt dicetur nu. 847. & non aliter dicendum, deliquerit in negotiatione, & artificio, quod exercet, poterit conueniri coram iudice laico, & consulibus artis, & negotiationis, quam exercet, & ab eo puniri potest in rebus dictæ negotiationis, sed non ad pœnam corporalem, c. fi. de vita, & honest. cler. Bal. in addit. ad Spec. in tit. de reo vers. scolaris. Bertac. in tract. de episco. p. 1. lib. 4. num. 96. in 13. tomo tractat. diuersor. parte 2. carte mihi 353. & in tract. de gabell par. 3. num. 3. in 12. tomo tractat. præd. carte mihi 59. Aluarez in Specul. iuris Pontif. cap. 35. vers. si vero clericus, carte mihi 96. Cassan. super consuet. Burgun. rub. 1. §. 5. nu. 88. carte mihi 204. Foller. super constitu. Regni in tit. de episcopo, & cler. c. de personis clericorum, num. 7. carte mihi 4. Cauensis super ritu M. C. V. Regni Neapolis ritu 235. limit. 15. & 16. glo. ordinaria super eodem ritu in tit. de foro compet. lit. B, vers. 15. ratione, car. mihi 396. post const. Regni Socin. reg. 80. fall. 7. Aufr. in tract. de potest. iud. laici super person. eccl. regu. 1. fallen. 16. num. 24. in 6. to. tract. diuers. car. mihi 288. vbi videtur hanc fallentiam intelligere, quãdo deliquerit circa negotiationem, vel artificiũ, quod exercet, non autem in cæteris delictis, licet cæteri Doctores loquantur indistinctè per negotiationem clericus amittat omne priuilegium clericale. Petr. a Plaza in epito delict. c. 26. n. 5. qui loquitur in clerico in minoribus constituto, Iul. Cæsar. Imb in tractat. de iudice Regni in præfat. n. 41. Cened. in collect. iuris canonici, p. 1. collect. 36. n. 2. vbi more suo multos alios allegat Ludou. Mexia in pragm. Taxę Panis, concl. 5. nu. 21. & 23.

845 Sublimitatur 1. hæc limitatio, vt possit conueniri corã laico, vel rectore illius artis, quam exercet in concernentibus eandem artẽ, non in reliquis. Aufr. loco iam d. Addentes ad Dec. in c. cæterum, n. 25. in lit. C, de foro compet. Bertach. in reper. in verb. clericus artifex.

846 Sed si vis tenere opinionem (quę est omnino tenenda) quod prædicta limitatio procedat indistinctè, vt in quolibet causa clericus in odium negotiationis possit conueniri coram iudice laico, tunc intelliga prædictam limitationem, vt tantum procedat dum negotiatur, at si se abstineat a negotiatione, extunc gaudebit priuilegio clericali. Inno. in c. fi. de vita, & hon. cler. Guido Papa, dec. 391. & cõs. 217 Pet. Belluga in Specul. princ. rubr. 11. §. videamus, nu. 2. vers. simile ..., carte mihi 60.

847 Secundo intelligas, vt dicta limitatio procedat, quando fuisset ter monitus a suo superiore, vt desistat a tali negotiatione, & monitionibus non obstãtibus in ea perseuerauerit, c. fi. de vita, & hon. cler. Lupus in c. quamquam, nu. 2. de censib. Alciat. in c. cum non ab homine, nu. 11. de iud. Salsed. in add. ad Diaz in prac. cri. cano c. 55. Gram. cons. 110. n. 8. in ciuil. Pet. Cenedus d. collect. 37. n. 2. vers. quod planè, & quando clericus dicatur negotiari, & quæ negotiatio sit ei interdicta, dicã infra in effectu sexto.

848 Limitant 7. prædictum primum effectum, quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non procedat, neque locum habeat, quando clericus sumeret officium laicorum, tuc enim ratione officij, si in eo deliquerit, poterit puniri per iudicẽ laicum, Aufr. in tract. de potest. iud. secul. super pers. eccl. reg. 1. n. 25. in 16 to. tract. diuers. car. mihi 288. vbi dicit, quod ita est consuetum fieri, & vidit practicari in curia parlamenti. Salsed. in add. ad Diaz in pract. c. 61. in lit. B, carte mihi 184. vbi alios allegat Mars. sing. 639. Maccabrun. cons. 44. nu. 49. Vrsil. in adnot. ad Afflict. dec. 24. Pet. Cenedus in collecta iuris cano. p. 1. collect. 37. n. 16. vbi multos alios allegat, & præcipuè Hispanis Alfons. Aluarez. in Spec. iuris Pontif. c. 36. vers. item vbi clerici, car. mihi 107. Cassaneus super consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 71. carte mihi 201. vbi dicit, quod vidit quendam sacerdotem, qui dum esset conciliarius

849 principis commisit plures concussiones, & crimen repetundarum, ob quod fuit officio priuatus, & vltra pecunialiter punitus per curiam sæcularem, Follerius super constitutionem Regni, in tit. de episcop. & cleric. cap. de personis clericorum, num. 9. carte mihi 41. glo. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet lit. B, vers. decimosexto fallit, carte mihi 396. post constit. Regni Franc. Marc. decis. 46 n. 6. p. 1. Menoch. in tract. de arbit. iud. centur. 6. casu 537. n. 11. vbi dicit, quod quotidiano vsu comprobatum est, quod clericus, qui est consiliarius principis si reuelat secreta ipsius principis puniri

850 potest, ac si esset laicus ad quod allegat Ioan. de Terra Rubea in tractat. de præeminentia a Regis Gallorum ratione 5. col. pen. Ruin. cons. 4. lib. 5. Gigan. in tract. de crim. læsæ maiest. tit. qualiter, & a quibus crimen læsæ maiest. committ. q. 5. num. 19. Et ratio huius fallentiæ ea est, quia cum officium ei decernatur authoritate iudicis sæcularis tanquã eius officialis poterit coram eo trahi, quia a principio poterat se excusare ab officio si voluisset, l. generaliter cum Auth. ibi posita, C. de epis. & cler. quod si non fecerit ei est imputandum, Maccabr. cons. 44. n. 50. 51. & 58. vbi vlterius dicit, quod clericus acceptando officium sæculare facit se indignum foro clericali.

Contrariam tamen opinionem (quam ego teneo veriorem, & tutiorem) in isto articulo tenuerunt glos. & Doctores * communiter, in c. sacerdotibus ne cler. vel Monach. Aufrer. in tractat. de potest. iud laici, regul. 1. fallen. 17. vbi testatur de commun. * opi. Barba. in c. cum ab ecclesiarum, de off. ord. Guliel. de Bened. in rep. c. Raynutius, ver. vxorem nomine Adelesiam, dec. 2. nu. 447. de testamen.

Couar.

Couuarr.in lib.pract.qõ.c.32.n.6. Surd.cons.369. n.33.li.3.Clar.in §.fin.q 46.n.21.qui etiam asserit, quod hæc est comm.* opi.& dicit, quod hoc procedit etiam in clerico in minoribus cõstituto. Decian.in tract.crim.p.1.lib.4. c.6. nu. 143. qui dicit quo hæc fallentia in toto corpore iuris non reperitur, & quod l.fi. C.de iurisd.omn.iud.cuius argumẽto aliqui sunt moti ad dicendum, & ponendum hanc fallentiam loquitur in milite,cuius priuilegiũ circa forum non est ita forte potens, & indeficiens prout est priuilegium fori clericalis,quod est introductum de iure diuino, vt dixi supra in prima ampliatione huius effectus, quia iudex laicus est habilis ex se ad exercendum iurisdictionem in militem, quod secus est in clerico,itẽ dicit, quod neque obstat dictum c. sacerdotibus, ne clerici, vel monachi per quod videntur aliqui tenere, quod clerici assumentes administrationes, & officia laicordm,si in
851 illis delinquant sæculares iudices eos puniri possint,quia dispositio dicti capituli procedit trina monitione præcedente, vt ibi omnes concludunt, non obstat etiã ratio adducta pro priori opinione, quia clericus non solum tacitè, prout esset isto casu, verum etiam neque expressè poterit priuilegio fori renuntiari,vt dixi supra in ampliationibus.

Et hæc secunda opinio in regno fuit bis obseruata cum casu successerit, vna vice scilicet in Magna curia in causa cuiusdam equitis Hierosolimitani, qui officium Capitaniatus exercuit in ciuitate Calatagironis, alia vice in patrimonio, possent tamen istæ opiniones facillimè concordari, scilicet, prima opinio procedat, quod possit punire clericum delinquentem ad priuationem officij, secunda vero opinio, vt non possit eum punire alia pœna, & hæc distinctio clarissimè colligitur ex traditis per Foller. loco supra citato in priori opinione.

852 Secundo modo possunt concordari, vt prima opinio sit vera, quando vltra dispositionem iuris canonici adesset synodalis constituti prohibens ne clerici officia laicalia exerceant sub pœna priuationis sui priuilegij;secunda autem nulla existente constitutione synodali, quæ secunda conciliatio colligi potest ex dictis per Aufrer. loco citato, & per Hostien.in summa tit.ne clerici,vel monaci.

853 Tertio modo(& hæc verior conciliatio, & concordatio) vt prima opinio procedat, quando esset ter monitus,vt ab officio desistat,& secunda qñ nõ esset modo aliquo monitus, ita Angel. de Claua in summa in verbo clericus, il 9. §.3. & Aufrer.d.reg.
854 1.fallen.17.& in casu in quo procedit prima opinio,scilicet, quando processit monitio eam limitabis, vt tantum procedat, quando deliquit circa ea, quæ concernunt officium,secus si deliquisset in delictis communibus, vt si homicidium commisisset, quia tunc esset conueniendus coram iudice ecclesiastico sibi competenti,ita Gulielm. de Bened. qui alios allegat in repet. c. Raynutius in ver. vxorem nomine Adelesiam,dec.2.nu.166.de testam.

855 Limitatur octauo a quibusdam in causa depositi,seu sequestri, vt si ex mandato iudicis laici fieret depositum, siue sequestrum penes clericum, vel aliam personam ecclesiasticam,tũ pro restitutione eiusdem depositi penes se depositati conueniri põt coram eodem iudice laico, cuius mandato fuit factum depositum,seu sequestrum. Bal.in l.acceptam nu.4.C.de vsur. & in l.si fideiussor, §.si satisdatum, vbi etiam Ias.col.1.& Sal.nu.4.ff.qui satisd.cog.idẽ Ias.in l.1.§.1.col.3. ff.de offi. eius cui mand. est iurisd.Cap.Tholos.dec.162.Affl.dec.24.in 3. vbi Vrsil.adnot.n.2.& 3.Alex.in l.1.ff.de iud. vbi etiam Iacob.nu.18.& Cur.iun.n.24. Aufr.in tract.de potest. iud.laici super person.eccl.reg.2.fall.14.n.14.in 16 to.trac.diuer.car.mihi 289.Marant.in pract.p.4.d. 11.n.62.car.mihi 203.Intrigl.in tract.de feu.cẽt.2. ar.94.n.8.Restaurus in tract. de Imper.q.107.n.12 vbi alios allegat Maccabr.cons.44.nu.47.Scacc. in tract.de iud.p.1.c.11.nu.96.Anna sing.127.vbi Fabius in add.antiquis,& recentioribus allegat varios Doctores.Surd.cons.280.n.11.lib.2. & cons.396.n. 11.li.3.& vtrobique quam plurimos alios congerit, licet contrarium concludat in d.cons.396. num.33. ver.ratione sequestri. Masull.in add. ad Capic.dec. 7.n.4.Io.Alois.de Leo in Auth.cassa.nu.19.C.de sacros.eccl.Rebuff.super const.Galliæ,p.1. ar.5.gl.9. n.3. Cumia super ritu M.R.C.istius Regni, c.19.n. 24.Tiraq.in tract.de retract.conuent.§.4. glo.7.nu. 9.& 10. vbi alios allegat, & dicit, quod hoc iure vtuntur in Gallia; licet ipse de tali opinione valde dubitet.Pet.Cenedus in collectan. iuris canon.p.1. collect.37.nu.21.Amod.a Ponte in tract.quis sit iudex in causa feudi,num.42. vbi ex Bald.in d.l.acceptam dicit,quod quando proceditur exequutiuè,& iudicis officio,tunc procedit ista opinio, quia tunc non proceditur per modum iudicij, sed exequutiuè ex officio suscepto, quia cum officium ei decernatur authoritate iudicis sęcularis, possunt coram eo trahi,quia poterant se excusare a tali officio,si voluissent,l. generaliter cum Auth.ibi positam, C. de episc.& cler. quod si non fecerint est eis imputandum,ita Maccabr.ab Anguil.d.cons.44. num.50.& 51.At hæc opinio est ciuilistarum, quæ non est vera, & fuit correpta secũdum Canones,vt post alios probat Surd.cons.369.sub num.33.

856 Sublimitatur tamen prædicta limitatio, vt isto casu possit agi contra clericum realiter tantum,nõ autem personaliter,ita limitat Io.Iacob. Masull. in d.add.ad Capic.dec.7. n.4. qui ad hoc allegat Vrsill.in adnot.ad Affl.dec.173. Calefat. in l.1.nu.36. vers.sed cap.clericum, ff.de iud. Et pro hoc facit, quod dixi supra limit.3.n.789.vbi ex multis probaui,quod licet clericus possit reconueniri coram laico, nihilominus eius persona non poterit grauari propter ipsam reconuentionem.

857 Limitatur nono prædictus primus effectus,quod iudex laicus non potest cognoscere de causa clerici, vt non procedat, quando iudex cognosceret de causa nõ vti iudex,sed tanquam compromissarius, vt quia clericus compromitteret de aliqua causa in iudicem ordinarium loci, quia hoc benefacere poterit,& laudum contra eum latum erit validum, c. contingit,de foro comp.Bellam.in repet.c.Romana,n.6.de foro comp. quæ repetitio est posita post
858 eius consil. quam limitationem intelligas, vt tunc demum valeat compromissum factum per clericũ in iudicem laicum,quando fit in laicum, vt in arbitratorem, secus si fieret, vt in arbitrium, ita Andr. Gail. obseru. 37. in fin. lib.1. vbi dicit, quod tunc

sententiam valet in vim pacti, Dec.in c.at si clerici nu. 2.de iud.qui testatur de comm.* opin. Farinac. in tract. crim.q. 8.num.24. limit. 1. Scacc. in trac. de iud. p. 1. c. 11.n. 37.

Et clericus poterit ad eius libitum facere com-
859 promissum tunc solum, quãdo tractatur de rebus temporalibus, tàm ecclesiæ, quàm sui patrimonij; secus de spiritualibus, quia de eis non potest fieri compromissum nisi in clericum, & personam ecclesiasticam, c.contingit a contrario sensu,& c.per tuas de arbit.gl.2.in c. decernimus, de iud.Sal. in l. si quis ex consensu n. 3.de episc.audien. gl. 2. in c. dilecti filij de arb. vbi Doctores communiter, & præcipue Abb.& Bero.nu.26.qui testatur de com.* opin. licèt nu. 27.& seq.de ipsa opinione satis dubitet circa temporalia ecclesiæ, & respondet iuribus adductis pro ea, Camill. Borell. super pragm.
860 Odia litium §.2.gl.1.nu.350.Sed de licentia episcopi poterit fieri cõpromissum de re spirituali in clericum, & laicum coniunctim, & non aliter,not. in d. c.contingit de arb. Sal.d.nu.2. Borell. in præcit. glos.1.nu.352.

Et quod non possit fieri cõpromissum de bonis
861 temporalibus ecclesiæ sine licentia episcopi dixerunt, glos. & Abb.in c.si diligenti, de foro cõp. Anan.in d.c.contingit,n. 3.de arb. Anch. in c.cum tempore,n.4. & in c.peruenit,nu.3.eod.tit.de arb. Fel. in c.ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constit.

862 Limitant decimo in clericis portantibus arma, qui possunt per officiales laicos capi, & armis spoliari, & arma tunc applicantur ipsi capienti, nec iudex ecclesiasticus poterit illa pretẽdere, Couarr. in lib.pract.q. c.33.n.7. vers.vt quinque tamen vbi latissimè loquitur de præsenti fallentia Aufr.in tra. de potestat.iudi laici reg.1. fallent.13.n. 21. in 16. tom. tract. diuers.cart.mihi 288.vbi dicit quod isti clerici portantes arma possunt ciuiliter puniri per iudicem laicum, Franc.Viu.dec. 26.nu.5. vbi alios allegat Alex. Rauder.cons.17.n.24.lib.2.Io. Alois. de Leo in Auth.Cassa,n.19.C.de sacros.ecclesi. Pet. August. Morla in empor.vtriusq.iur.p.1.tit.1.q.16. n.17.Octau.Vulpell in tract.de libert.ecclesi.p.2. n. 37. vbi multos alios allegat Lelius de Zanchis in tract.de priu.ecclesi.priuil. 85.n.12.Dec.in c.cũ nõ ab homine,n.40.de iud.Cassan. super cõsuet. Burg. rubr.1.§.5.n.79 cart.mihi 203.vbi dicit q̃ tũc etiã poterunt pecunialiter puniri Pet.Folier. super constit.Regni in tit.de episcop.&cler.c.de personis clericorum n 4.cart.mihi 40. & in tit. de hæreticis c. apostatãtes,n 5 cart.mihi 100.Scacc. in tract.p. 1. car.78.n.5.in vltimis verbis Anto.Scappa. in tract. de iure non scripto li.1.c.5.n.1.cũ sequentibus, Iulius Cæsar Imbria.in tra.de iudice regni p.vlt.n.72. 74.75.& 79.qui asserit, q̃ ita seruatur in Regno Neapol.Pet.Belluga in Specul.princ.rubr.11.§.dubitatur vers.indifferenter n.31.Clar.in §.fin.q.36 n. 22.Pet.Cened.in collect.iuris canon.p.1.collect.37 n.17. Io.Redin.in tract.de potest.princ.in verb. nõ solum armis decoratam in 2.p.n.163. Alfon. Alcenedo in lib.1.nouarum compilar.tit.3.l.9.nu.3.

863 Sic et in simili dicũt de clerico reperto exercere prohibitã venationẽ,vel piscationẽ,qui poterit spoliari a iudice sæculari, vel suis ministris auibus, vel canibus,vel alijs instrumẽtis prohibitis,ita Salsed.in add.ad Diaz in pract.c.65.in fin.Pet.Aug.Morla d. q.16.n.16. 17.& 18. Cenedus d.collect. 37. nu. 19.

Et licet in casibus prædictis clericus possit armis vel canibus spoliari, nihilominus non poterit pœna aliqua a sæculari potestate constituta puniri, nec aliquo modo secũdum leges ciuiles iudicari,sed secundum constitutiones episcopales,quæ si non adsunt veniunt puniendi arbitrio iudicis ecclesiastici, Io.de Platea in §.itẽ lege Iulia Institut.de publ. iud. Couar. d.c.33.n. 7.Imbrian.d.part.vlt.nu.76.

Sed apud Gallos officiales sæculares puniunt cle-
864 ricos arma deferentes pœna pecuniaria, & hoc vt aiunt ex indulto Romani Pontificis sibi cõcesso, Couarr.loco citato Iulius Cæsar Imbr. eadem par. vlt.n.78. Nauarr.cons. 27.nu.1. & per tot.in tit. de sent.excomm.in 2.tom.cart.mihi 520. vbi late scribit de clericis deferentibus arma, & quando,& quibus locis solent,& possunt puniri per iudices sæculares, & quid si adesset consuetudo, & Not. quod Nau.& alij affirmant vt sæculares incidant in excommunicationem si arma recepta a clericis, vel quod vis aliud non restituant.

Limitant vndecimo prædictum primum effectũ
865 quod iudex laicus non potest cognoscere de caussis clericorum, vt non procedat in clerico,qui dum est in minoribus constitutus aliquid agit priuilegio clericali penitus contrarium Alex.cons.8.n.3.lib.1 Io.Lupus in tract.de libert.eccl.p.2.q.5.n. 1. in 13. to.tra.diuers.car.mihi 6.Capra in suis regul.in tit.de prorogat.n.17 Innocen.num.3.& cæteri omnes in cap.1.de apostat. Io.de Imola in cap.Ioannes in 3. col.de cler.co.iug. Pari cons. 40.n.24.lib. 4. Henric.Bohic in ca. ex literis,nu. 9. & seq.de vit.& honest.cler.Io.de Anan.in d.c.1.nu. 10.de apostat.& ibidem Ancher.nu. 2. qui late de hac limitatione scribit, & ponit certas distinctiones,Alex. de Neuo cons. 59.nu. 7.Roffred. Beneuent. in tract. de iud. p.1. in rub. positiones rei in recisoria,nu. 1.car.mihi 22.Crauet.cons. 191 nu.7.lib.2.Bertacch. in reper.in verb.clericus vxorem ducens Guliel. de Bened.in repet.c.Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelesiam dec.2.n.149.in 2.part.cart. mihi 80. Port. cons.149 nu. 16. & 19. Alphons. Aluarez in Specul.iuris pontif. cap. 45. uers. accipit uxorem car.mihi 96.circa principium Cassan. super consuetud. Burgũd.rub.1.§.5.n.64.car.mihi 198.Marcell. Cala in tra.de modo artic.& proband.§.2. n.1119. Iacob.de Graff.in dec.aur.par.2.lib. 3.c.5.n.4.uers. nunquid autẽ Capic.dec.161.n.1. qui prout reliqui supra citati ponit exemplum istius fallentiæ in clerico, qui contraxit matrimonium cum uidua, uel aliter corrupta; aliqui uero inferius citandi ponunt exemplum istius fallentiæ in clerico qui ad militiã ascribi passus fuit,ita Imol.per illum text. in cap. in audientia de sentent. excomm. Marsil. in tract. de Bannit.in uerb.iudice,n.218.Aluarez d.ca.31.uers. si uero clericus car.mihi 96.Soc.regul.80.fallen. 8 Aufrer.in tract.de potest.iud laici super person. ecclesi. regul.1. fallent.20.nu.28.in 16.tom. tract. diuers. cart. mihi 288. ubi dicit quod is talis ipso facto est exutus priuilegio clericali, quia hoc faciendo facit actum clericatui contrarium, Soc. sen. cons.12.num.19.lib. 1.Abb.in c. fin.num.1. de cler. coniugat.Bertach.in d. verb. clericus vxorem ducens

dicens Innoc.eod.n.3.Gulielm.de Bened.supra ci-
tato n. 149. vbi recensent varios casus, in quibus cle
866 rici sunt exclusi a priuilegio fori ecclesiastici
propter militiam, Gigans in trac.de pensio.q 55.n.
3 gl. super ritu M. C. V. in tit. de foro comp. in lit.
A in fi. vers.vigesimo in clerico car.mihi 397. post
867 const. Regni. & ratio istius vltimi exempli est quia
militia clericalis, & saecularis videntur contrariae,
vt in c. qui in aliquo 61.dist.& in c.diuersis de cler.
coniug. & in c.fin.de voto Henric. Bohic in c. ex
litteris de vita, & honest.cler.
Limitatur 12. praedictus primus effectus, quod
868 iudex laicus non potest se ingerere in causis cleri
corum, quando iudex saecularis cognosceret de cau
sa clerici, vti minister iudicis ecclesiastici, & cum
assistentia alicuius clerici, vt si esset assessor episco
pi, c.Monna 11.q.5.Aufr. in tract.de potest.iud.lai
ci super pers.eccl.reg.2.n.21.in 16.tom.tra.diuers.
cart. mihi 290.Marf.in tractat.de bann in verb. iu
dice, n. 198.vbi dicit quod istud bis habuit de facto
in ciuitate Firmi cōtra duos clericos, Iac. de Graff.
in dec.aur. p.1.lib. 4.c.18.n.152.vers.quintus quan
do, nec ista limitatio aduersatur ampl. 97. quia ibi
loquutus fui, vbi simpliciter episcopus consensit, iu
dex saecularis tanquam iudex saecularis cognoscat
de aliqua causa contra clericum: hic vero loquor
quando episcopus eligit iudicem laicum in suum
ministrum officialem, & assessorem.
869 Limitat.13. vt dictus primus effectus non proce-
dat quando clericus conuenitur, vt repararet ec-
clesiam ruinam minantem, tum .n. potest conueni
ri per viam extraordinariae cognitionis coram iu-
dice laico deficiente iudice ecclesiastico, seu eo ne
gligente etiam si esset praelatus, Aufr. in tract. de
potest.iud.secular.super perso.eccl.reg.2.nu.26.in
16 to.tract. diuers. car. mihi 290. vbi hoc probat
exemplo veteris testamenti, Guliel. in repe.c. Ray-
nutius in verb.domum, nu.17. de testam.Rebuff.in
l. praeses.n.2.de offic. praesidis, qui autem tenea-
tur reparare ecclesiam ruinam minantem, & ad
870 hoc possint compelli, ponunt Dominus, & prae-
ceptor meus in Almo studio Romano. Paris.in tra.
de resing.benefic.lib.3 q.15. per tot. vbi more suo
docte, & late de ista materia loquitur, Borell.cons.
2.n.12.13.14.& 22.Rebuff.cōs.135.n.5.& 9. Surd.
cons.62.n.1.5.9.10. & 11.Bergin. in suo repert. in
verb.eccles. Ferret.cons.368.n.3.& 10.lib.2.Marf.
in tract.de bann.in verb. ecclesiae nu. 152.Goffr.in
summa tit.de eccl.edifican.per tot. Anch. in c. de
his,nu.2.eod.tit.
871 Et aduertendum est, quod clericus, qui tenetur
reparare ecclesiam, si illam non reparat peccat
mortaliter, Fel. in c.per tuas, il 2.nu.2.de sim.
Isti duo numeri fuerunt sublati 872. 873.
874 Limit.15.quando clericus conueniretur pro tri-
butis, & gabellis casu, quo ad illas tenetur, vt in
tributis, & gabellis praeteritis ante quam praedium
perueniret ad clericus namq; pro eis conueniri po-
terit coram procuratore Caesaris, Bertac. in tract.
de episc.p. 5.lib.4.n.96.in 13.to tract. diuers.cart.
mihi 253.Sal.in Auth.sed periculo, C. fine consen.
vel reliq. Alber.in Auth. statuimus, C. de episc. &
cler. prout eum refert, & sequitur Egid. Thomat.
in tract. de gabell. in §. seu sectione incipiente vi-
dendū nunc est, n.3.cart.mihi 247.& n.10 car 256
& n.15.cart.265. Aufr.in tract. de potest. iud. laici
super pers.eccl.reg.2.fall. 27. in 16. to. tra. diuers.
cart.mihi 291. vbi alios citat Bald.in l.de his, n.1.
C.de episc.& cler.Tiraq.in tract.de retract Lignag.
§. 32. gl. vnica, n.80. qui et concordantes congerit
Bois.in trac.crim.in tit.de foro cōp.n.149.Remig.
de Gonn.in tract.de carit. subsid.q.67.n. 52. in 15.
tom.tract.diuers.p.2.car.mihi 185.gl.super ritu M.
C.V.in ti.de foro comp.vers.2. reg. car. mihi 397.
post constit.Regni Maccabr.cōs.44.n.44. Apostill.
ad Matth. sing. 110. Pet.a. Petra in tra. de potest.
principis, c.4.n.38. Foller. super const.Regni in ti.
de sacros. eccl.c.itē statuimus n.8.car. mihi 34. vbi
dicit quod isto casu clericus potest conueniri corā
laico actione reali tantū, nō autē personali, quia in
personā clerici laicus nullā potest habere potestatē
vel iurisdictionē,& hoc idē vtitur sententiae Egid.Tho
mat.in loco supra citato,n.11.12. vbi ponit quo or
dine,& modo cōueniri debeat, an.s.in solēni forma
iudicij an uero summarie simpliciter, & de plano
sine ordine iudiciario, q nō procedit qn praedia p-
ueniunt, & sūt in dominio clerici, quia pro eis dēt
clericus conueniri coram suo iudice ecclesiastico.
Limitant 16.praedictum primum effectum vt nō
875 procedat qn clericus cōmuni opinione esset habi
tus pro laico, vt quia iā dimisisset habitū,& tonsurā
& in laicali habitu fuisset depraehensus, quia tūc cō
gnoscitur a iudice saeculari,& non ecclesiastico, Cē
pol.cons.11.n.40. in crim.Anan.in c.praeterea, n. 9.
de apostat. Crot.cons 204.n.11.lib.2.Aufr.in trac.
de potest.iud. saecul. reg.1.fall.22 in 16.tom. tract.
diuers.car. mihi 290. vbi testatur de magis comm.
opin. Calder.cons. 22.nu. 1.in tit.de iud. & foro
comp. Achill.Padroch.cōs 40.n.75.Alex.de Neuo
cons. 59.n.20.vbi dicit quod haec est cōis opinio,
& n.4.5.11.14.& 16. Belluga in Specul. prin. rub.
876 11. §.dubitatur vers. differenter, n. 4. vbi dicit q
isti tales priuilegio clericatus solū uti uolunt ad pae
nae subterfugium, & quod labijs clericatum allegāt
factis uerò illum negant, Scacc.in tract. de iud. p.
1.c.11.n.82. uers.si uero, ubi dicit quod haec fal-
877 lentia procedit de consuetudine, & non de iure,
quae consuetudo potius approbari quam improba-
ri uidetur a Conc. Trid. sess.23.c. 6.de refor. Scap
pa in tract.de iure non scripto c.1.n.1.lib.3.
878 Et ratio praesentis limitationis est, quia in iudi-
cijs opinio praeualet, & praeiudicat ueritati, c.rerū
3.q.7.c.ad probandū de re iud.l. Barbarius Philip-
pus ff.de offic.procons. Paris.in tract.de resig. Be-
nefic.lib.4.q.2.n.21. Crot.cons.praed.n.14.Sublimi-
879 ta in clerico in sacris, uel in minoribus beneficia-
to, nam secuta forma Conc. Tri. clericus in sacris,
uel in minoribus beneficiatus, & si non incedat in
habitu, & tonsura, gaudet priuilegio fori.
Limitat 17.dictū primū effectū qn clericus cōue
880 tus corā iudice laico distulerit allegare clericatus
priuilegiū, & permiserit se cōdēnari a saeculari, &
cōmitti executionē,& postea allegaret priuilegiū
clericale, quia tūc poterit,& debet a iudice laico cō
dēnari in expensis in qbus fatigauit actorē diffe-
rendo dictā exceptionē clericatus proponere, & al
legare, uel cū calūniose ageret contra laicū succu-
buerit, l.arbitrio §.dolo, ff.de dolo, Bellamera, dec.

126. Felin. in c. exceptionē in princ. vers. & per istū tex. de except. & in c. at si clerici, nu. 8. de iud. Boer. super consuet. Bitaricen. in tit. des costumes concernans, §. 21. col. fi. vers. & vnum singulare. Calderin. cons. 12. in tit. de iud. Couar. in lib. pract. quæstio. c. 33. nu. 2. vers. clericus vero. Io. Bat. Asinius in prac. §. 32. ampl. 61. nu. 1. & in tract. de exequut. in princ. c. 3. nu. 3. & 4. Vrsill. in adnot. ad Affl. dec. 2. nu. 4. & 5. Imol. in d. c. at si clerici, in prin. Cassi. ad dec. 3. n. 5. in tit. de appell. Marsil. in l. patri, vel matri, num. 77. ff. de quæst. & in tract. de bannit. in verb. nocturno tempore, nu. 14. vbi alios allegat Cappell. Tholos. decis. 165. Capic. decis. 167. Aluar. Velascus Hispan. dec. 65. nu. 4. Aufrer. in tract. de potest. iudic. laici super person. eccles. reg. 2. fallent. 33. in 16. to. tract. diuersorum car. mihi 291. Maccabrun. cons. 1. nu. 28. & 29. & cons. 44. nu. 20. & 21. Luca a Pet. in pract. lib. 2. c. 1. num. 12. Scaccia in tract. de iud. p. 1. c. 73. nu. 2. vers. minus obstat, quod tardè. Farinac. in tract. crim. q. 8. nu. 16. Intrigl. in tract. de feu. cent. 2. ar. 94. nu. 8. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. num. 115. in fine. Patian. in tract. cui incumbat onus probandi negat. lib. 2. c. 34. nu. 77. Vincent. de Anna, singul. 131. Surd. cons. 396. num. 3. & 5. Natta cons. 495. nu. 18. lib. 3. Medices in tract. de legibus, & statutis p. 4. q. 6. nu. 5. vers. 8. lex. Dec. in d. c. at si clerici, nu. 158. de iud. Cabel. super constit. Egidian. lib. 5. c. 1. gl. 1. nu. 25. carte mihi 321. Horat. Carpan super statutis Mediol. p. 1. c. 55. nu. 45. & 46. gl. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. vers. secunda regula car. mihi 397. post consti. Regni. Maran. in pract. p. 4. dist. 8. num. 5. car. mihi 148. & distin. 6. nu. 54. carte 131. & dist. 11. nu. 6. car. 203. quidquid in contrarium dixerint. Roland. a Valle cons. 12. num. 42. lib. 2. & alij allegati per Surd. d. cons. 396. num. 28. lib. 3.

881 Ampliatur ab aliquibus prædicta limitatio, vt in tantum sit vera, quod clericus condemnatus ad expensas propter contumaciam, vel præsumptam calumniam non debeat frui beneficio, ne exigatur vltra quam facere potest, & debet sibi tantum relinqui, quod non compellatur mendicare, ex qua aliud priuilegium perdidit propter suum delictum, Alex. de Neuo, in c. reprehensibilis, n. 54. de appell. & dicam infra in effectus sequentibus, secus si fuisset in expensis condemnatus, ex quo causam iniustam ignoranter, & sine dolo fuit prosequutus, quia tunc priuilegium prædictum non amittit, Neuus, dicto, num. 54.

Sublimitatur primo prædicta limitatio, quando actor sciret reum esse clericum, tunc enim clericus non allegans suum forum non poterit ad expensas condemnari. Macchabr. cons. 44. nu. 13.

882 Sublimitatur secundo, vt dicta limitatio procedat, quando clericus conuenitur coram iudice sæculari tanquam laicus, si conueniretur tanquā clericus, tunc .n. nō poterit ad expensas condemnari, quia si amittit ipsam causam principalem, vt dixi supra hoc eodem effectu, multo magis amittere debet expensas. Io. Batt. Marches. in tract. de commiss. p. 2. c. 4. nu. 44. carte mihi 490. vbi ad hoc allegat Cassian. super consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. & alios Doctores, quibus addo Aret. in c. si diligenti, nu. 19. de foro compet. & in c. 1. n. 18. 24. 25. & 26. de accusat. & Scappa in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 11. nu. 11.

883 Sublimitatur tertio, quando actor postquam clericus opposuit exceptionem clericatus perseuerauerit prosequendo litem, quia tunc præsumitur, quod etiam si ab initio fuisset opposita prædicta exceptio nihilominus idē fecisset, ideo isto casu ad expensas non condemnabitur. Maccabrun. d. cons. 44. nu. 19. quidquid in ista sublimitatione dixerit in

884 contrarium. Couarruu. in lib. practic. quæstio. cap. 13. in fine.

Et licet clericus, qui distulit allegare exceptio-

885 nem declinatoriam fori condemnetur ad expensas, nihilominus processus quoad reliqua erit nullus. Aluar. Velascus, d. dec. 65. nu. 4. Farin. eodem q. 8. nu. 16. vbi alios allegat.

886 Nec est prætermittendum dicere, quod ista condemnatio ad expensas debet fieri, & facieda est omnino coram iudice ecclesiastico ad cuius iurisdictionem, & officium pertinet hæc cognitio, quidquid dicunt alij prædicti Auctores, Gramm. voto 18. num 16. Dec. cons. 241. Anna d. singul. 131. Sur. cons. 396. nu. 29. lib. 3. & ita intelligendus est Farin. d. q. 8. nu. 17.

887 Et super quibus bonis debeant solui prædictæ expensæ ponit latè Alex. de Neuo in c. reprehensibilis, nu. 50. & plurib. seq. de appell.

888 Limitant 18. prædictum primum effectum, quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non procedat, quādo clericus se ingereret enormitatibus, vel dimitteret habitum clericalem, vel deferret arma, vel aliter inhonestam vitam duceret, quia si is postquam fuerit ter monitus prædictis monitionibus non obstantibus ab ipsis enormitatibus, & alijs supradictis non desisterit, & vitam in melius reformauerit etiam si esset constitutus in sacris amittit priuilegium fori, & per consequens poterit puniri a iudice sæculari, c. ex parte, il 3. vbi gl. de priuileg. Clemen. 1. vbi Anchar. de vita, & honest. cleric. cap. in audientia, de sentent. excomm. c. fin. de vita, & honest. cleric. c. contingit, il 2. de senten. excomm. c. vnico, de cler. coniugat. in 6. Abb. in c. tuę, n. 3. de apostat. Marsil. consil. 67. nu. 60. & 61. Cæpolla, cons. 11. n. 41. in crim. pract. Corrad. in tit. de inquisit. nu. 8. in 7. limit. carte 247. Soc. regul. 56. in 5. & 6. fallen. Boss. in tract. crim. in tit. de foro compet. num. 127. in fi. & nu. 139. & 140. Capra regula 97. num. 80. Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 31. nu. 6. vers. 5. hinc apparet. Clar. in §. fi. quæst. 36. vers. quæro an clericus, Anton. Gomez in lib. variar. resol. tom. 3. tit. quando reus gaud. immun. eccles. n. 4. Alex. de Neuo cons. 59. nu. 1. & sequentib. & cons. 60. n. 1. Milleus in pract. fol. 92. n. 7. & 24. Rolandus cons. 4. n. 28. & seq. vol. 1. Viuius in commun. opi. in verbo clerici apostatę, quos omnes recenset Farin. in tract. crim. q. 8. nu. 6. & vltra prædictos idem dixerunt Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. n. 153. vbi recenset quasdam Bullas Papæ Clementis, & Papæ Pauli ita disponentes, Brun. a Sole in compend. resol. proposit. iur. in verb. clericus habitum. Capra Regu. 94. n. 8. & 12. qui asserit, quod hæc est commun. opi. Crot. cons. 203. num. 10. lib. 2. & consil. 204. 12. eod. lib. Gramm. voto 33. nu. 12. 14. & 19. Io. Alois. de Leo in l. si qui sub prætextu, nu. 4. C. de sacros.

sacrosf.eccl. Henric Bohic in c.ex litteris, nu.14.de vit.& honest.cler. Alex.de Neuo in c. at si clerici, n.15.de iudic.Bertac.in repet.in verb. clericus non gerens.Fernand. Vasq in tract.de success.creat. lib. 3 §.22 limit.17.nu.62. Horat. Carpan super statut. Mediol.lib.1.c.44.n.25.Soc.in c.in audientia,nu.1. de senten.excomm.& in c. contingit etiam,num.1. eod.tit.Afflsuper constitut. apostatantes,n.11.lib. 1.rubr.3.de apostatis.Marcell.Cala in tract.de modo articul.& proban. §.2.nu.1215. Fachineus controuers.28. vers sed contrariam sententiam, lib. 9. vbi in principio allegat multos, qui tenent, quod
889 non sit necessaria trina monitio. Petrus Belluga in Specul.prin.rubr.11.§.dubitatur,vers.indifferenter.nu.4.& 5.Scaccia in tract.de iud.p.1.c.11.n.82. qui testatur de communi * opi. Decian.in tract.cri. p.1.lib.4.c.9.n.89.& 104.Marsil.cons.77.nu.59.& seq. Soc.cons.12.nu.19. volum.2. Aluarez in Spec. iuris Pontif.c.36. vers. item notabis car. mihi 108. Io.de Lignan.in tract.de censur.eccles.c.4.nu.28.in 14.to.tract.diuersor. car.mihi 310.Aufrer.in tract. de potest.iudici laici, regula 1.fallent. 19. num.27. in 16.to.prædict.tract.carte mihi 288.Fuscus in sin gul.lit.C,nu.122.Io.Batt.Ferret. cons. 145.n.6.li.1. Vital.in clement.1.nu.56. de vita, & honest. cler. vbi dicit, quod tunc priuatur priuilegio fori senten tia iuris,Abb.in c.cum non ab homine,n.27. de iudi.& in c.2.n.9 de vita,& hon.cler.& in c.in audiētia,n.4.& 8.de sen.excomm.Cassan. super consuet. Burg.1.§.5.nu.55.car.mihi 195. Glo.super ritu M. C.V.in tit. de foro comp.lit. B,in fi. vers. 21. fallit car.mihi 397.post const.regni.Clarus d.q.36.n.19. in prin. qui multa circa hanc limitationem scribit,
890 & recenset opinionem quorundam, qui tenuerunt, quod etiam nulla præcedente monitione, si clericus dimiserit habitum, & se ingesserit enormitatibus, poterit puniri a iudice laico; & aliorum, qui tenuerunt,quod requiritur, vt diu in enormitatibus perstiterit,& tandem concludit, quod non est recedendum ab opinione magis * communi, & a consuetudine approbata, quæ est,quod clericus, siue in sacris,siue in minoribus constitutus,qui dimisso habitu clericali aliquod enorme delictum committit, etiam nulla præcedente monitione, amittit priuilegiū fori,& potest a iudice laico puniri. Nau. vero cons.25.nu.6.in tit.de priu.in 2.to.dicit, quod si clericus est in sacris constitutus ad hoc, vt possit priuari priuilegio fori requiritur, quod omnino sit
891 ter monitus,vt desistat ab enormitatibus alias secus. Ego vero puto non esse recedendum a priori opinione,quæ est, quod clericus,tam in sacris, quā in minoribus constitutus, nisi trina monitione præcedente,non exuatur priuilegio fori, propter enormitates, licet in eis per multum tempus perseuerauerit,prout hoc expresse desumitur ex c.perpendimus,& c.contingit,& c.in audientia, de sent.excō. & voluit Capra,reg.94.n.14.& 15. Sed quoad cōstitutos in minoribus, quid sit dispositum de iure nouissimo sacri Concilij Tridentini dicam latius infra in limitationibus sequentibus.

Et quia materia præsentis limitationis non potest expediri per ampliationes, & sublimitationes, vt hucusque a me fuit obseruatum eam expediendam duxi per modum quæstionū, ideo Quæro primo quid si clericus fuerit captus sine habitu in ipsis enormitatibus, an tunc dicatur amisisse priuilegium fori etiam quod monitiones nō præcesserint, & dico,quod non.Crot.cons.204 n.4.li.2.vbi dicit, quod istud probatur,in c.si iudex laicus,de sent.excom in 6.Gram.voto 33.n.11.& 21.quæ conclusio procedit tantum in clericis in sacris constitutis; secus in constitutis in minoribus, qui etiam si nō fuerint moniti,non poterunt declinare forum isto casu,ita Butr.in c.fin.de apostat. & in c.ex parte, il 3. ante finem,de priuil. Cæpol.cons.11.nu.39.& hoc hodie est expeditum per sacrum Concil.Trid. sess. 23.c.6.de refor.per quod disponitur,quod clericus in minoribus constitutus ex sola desertione habitus amittit forum.

892 Quæro secundo quid in clerico coniugato, an sit necessaria ista trina monitio ad hoc, vt amittat priuilegium fori ob desertionem habitus clericalis; & dico, quod non, quia eo ipso, quod clericus coniugatus dimittit habitum clericalem, & tonsuram censetur exutus omni priuilegio clericali, ita vt eo vti non possit, not. Doct. in clem.1.de vit.& hon.cler.Archid.Io.Andr.& D.de sancto Gemi. in c.vnico,de cler.coniug.in 6. Cæpol d.cons.11.nu. 41.Natt.cons.356.n.6.lib.2.vbi dicit, quod ab hac sententia nemo discrepat.Clar. in §.fi.q.36. nu.16. vbi dicit, quod eo ipso, quod clericus coniugatus deserit habitum,& tonsuram, absque alia monitione perdit priuilegium fori. Cassan. super consuet. Burg.rubr.1.§.5.nu.59.car.mihi 197.

893 Quæro tertio,quid si monitio non esset particularis,sed generaliter per proclama facta, quod omnes clerici assumant habitum clericalem, & quod desistāt a delatione armorum, & ab alijs enormitatibus, vel similibus alias priuantur priuilegio fori clericalis, & dico, quod talis generalis monitio nihil operatur,sed requiritur, quod sit trina monitio, & personaliter, ac nominatim facta, clem.diœcesanis,de vita, & hon.cler. vbi gl. in verb. nominatim Abb.& cæteri scribentes,in c.fi.de vit. & hon.cler. & in clem.diœcesanis.n.7.eod.tit.Cou.in lib.prac. quæst.c.32.n.1.vers.sed ex Alexandrina Rub.Alex. cons.76.n.2.Mars.sing.295.Plot.cōs.94.n.27. Belluga in Spec.princ.rub.11.§.dubitatur,vers.indifferenter,nu.8.Decian.in tract.crim.p.1.lib.4. c.9.nu. 105.vers.item oportet.Gram.voto 33.n.13. Feli. in c.quoniam frequenter,§.porro,n.19.vt lit.non cōtest.Rosella in summa,in verb clericus,il 2. num.3, Alex.de Neuo cons.60.nu.7.Brun.cons.115.nu.68. inter cons.crim.diuers.lib.2.Farin.q.8.nu.61.

894 Et ratio cui requiratur trina, & non sufficiat vnica monitio est,quia is, qui est pluries monitus si non desistit,dicitur contemnere monitiones,& monentem, ideo propter contemptum exuitur priuilegio clericali,Abb.in c.cum non ab homine, num. 7.de iud.Gemin.in cap.nullus 55. distin. vbi ponit, quibus modis cognoscatur contemptus, Felinus in cap.cum quidam,de iureiurand. Sebastian.Sapia in additio.ad Abb. dicto num. 7. in lit. C, & quando monitio est vnica cum comminatione pœnæ pri-
895 uationis priuilegij clericalis aliqui fuerunt opinionis, quod sufficiat, quia talis monitio habetur loco trinæ monitionis, ita Butri. in cap. sacerdotibus, il secundo ne cleric. vel Monac. Cæ-

poll.

post dicto cons.11. nu.41. vers. si est vnica in crimine. sed hęc opinio non est vera,& est contra tex. expressum in d.clem.diœcesanis, de vita,& honest. cleric.& contra prædictam opinionem tenuit Rosella in summa, in verb clericus, il 2.num.3. in fi.& Abb.in c.contingit,il 2.de sent.excom.

896 Nec isto casu sufficit trina monitio eodem contextu facta,sed debet fieri cum interuallo temporis plurium dierum,gl.in clem.1.in verbo tertio,de vita,& honest.cler.Gram.voto 33.nu.12.& 13.Brun. cons.64.nu.38.Alber.in tract.de statut.p.3.q.44.Alex.de Neuo cons.60.n.7. Decian. in tract. crim.p.1.lib.4.c.9.nu.105.vbi vlterius dicit,quod sicut non sufficerent tres monitiones sine temporis interual-
897 lo, ita nec vnica pro tribus cum longissimo temporis spatio. vt si in ea diceretur, quod primi tres dies habeantur pro prima monitione, tres secundi pro secunda, & tres tertij pro tertia, quod dixit etiam Gram.d. voto 33. nu. 13. qui ad hoc allegat glo.in d.verbo tertio,Innocen.in cap.ex litteris,de vita,& honest.cler.glo.in c.si vero, §.1. de sent.excom.& in c.sine ornatu 5.q.4.Archi.in c.si.60.dist. Alex.cons.8.lib.1.& alios Doctores,quibus ego addo.Alex.in l.de pupillo, §.si quis ipsi prætori,nu.2. ff.de noui oper.nunci.Fel.in c.ex litteris, num.8.de constit. Cæsar Contardus in repet.l.diffamari,in limitat.n.75.C.de ingen.& manumis. Asinius in trac.
898 de exequut.§.5.c.22.num.6. & ratio est, quia vbi vnico contextu aliquid pluries fit,& reperitur dicitur vnicus actus, gl.in l.si conuenerit, ff.de pignor. actio.Bal.in prohem.C.nu.86. vbi est optima additio in littera C,cum multis alijs, quos latè congessi in meo tract.de except. ad materiam statuti excludentis omnes except.except. 14.num.58.& seq.vbi multa scripsi similia. Et licet sit de essentia,vt monitiones fiat diuersis vicibus, nihilominus terminus
899 intermedius est arbitrarius iudicis monentis, Alfon Aluarez in Spec.iuris Pontif.c. 36. vers. sed dicit Rota,car.mihi 107.& id quod dixi,quod requiritur trina,& particularis monitio limitat duobus modis;Primo in regnis Hispaniæ in quibus ex quadam constitutione Alexandri Sexti Summi Pōtificis sufficit generalis monitio.vt testatur Cou.in lib.pract. quæst.c.32.nu.1.vers.sed ex Alexandrina.

900 Secundo, quando vnica monitio esset facta in synodo, quia tunc generalis monitio etiam quod sit vnica tantum sub pœna priuationis priuilegij clericalis habetur loco trinæ monitionis, ita vt ex contrauentione ipso iure amittitur priuilegium clericale.Host.Io.Andr.Anchar.Cardin. & Butr. in c.2. ne clerici,vel Monaci,Cæpol.cons.11.nu.41.in cri. Clar.in §.fi.q.36.nu.17.Alex.de Neuo, cons.60.nu. 14.Pet.Belluga in Specul. princ. rub.11. §. dubitatur,vers.indifferenter, nu.9. Farin.in tract. crim.q. 8.nu.62.vbi dicit, quod licet in hoc contrarium te-
901 neat Abb.nihilominus communis opinio est cōtra Abbatem,& adducit rationem, quia scilicet monitio facta in synodo habet vim constitutionis, sed vbi fit constitutio non requiritur trina, & specialis monitio, cap.2.de constit.in 6. cap. 1. de locat. Ergo synodalis monitio sufficit etiam, quod generalis sit.

902 Iuxta præcedentem quæstionem quæro a quo iudice facienda sit hæc monitio, an scilicet a iudice ecclesiastico,an vero a sæculari,& respōdeo, quod ab ecclesiastico,est tex in c.cōtingit,il 2. ibi in diœcesi sua,& ibi a te,de sent.excom.vbi hoc not.Abb. nu.1.& 5.& in c.in audientia,eod.tit. ibi a prælatis suis.Brun.cons.115.nu. 56. inter cons. crim. diuers. to.2.Cæpolla d.cons.11.nu.41.Millei. in pract.fol. 93.nu.30. Henric Bohic,in d.c.in audientia,nu.1.& 2.idem Brun.cons.64.nu.38. Decian. d.c.9.n.104.
903 Farinac.eadem q.8.nu. 63.& si iudex ecclesiasticus esset negligens in faciendo tales monitiones, tunc iudex laicus debet eum requirere, vt illas faciat pro euitandis scandalis,& delictis, & si ille iterum est negligens, vel recusat illas facere, tunc iudex laicus debet recursum habere ad eius superiorem Metropolitanum,vel Summum Pontificem.

Isti 4 nu.fuerunt sublati 904.905.906.907.

908 Quæro quarto,quid si clericus postquam fuit monitus, vt deferat habitum, & tonsuram reassumpsit aliquem ipsorum, vt puta habitum sine tonsura,vel tonsuram sine habitu, an tunc dicatur priuatus priuilegio clericali,& dico,quod non, quia ad hoc, vt clericus perdat priuilegium fori, opus est non solū quod non incedat in habitu clericali, sed etiā quod non deferat tonsuram, vt dixi supra in prçludio, & voluit Farin.q 8.nu.64.& 65.

909 Quæro quinto, quid si clericus esset in fragranti crimine repertus sine habitu,& tonsura, an amittat priuilegium fori, si prius non fuit monitus,& dico, quod non, quia requiritur omnino, vt præcedant monitiones ad hoc, vt clericus perdat priuilegium fori ob habitus deiectionem. Gramm. voto 33. nu. 17.Marsil.cons. 67. nec clericus,qui deliquit in habitu laicali, poterit ex hoc puniri per iudicem sæcularem, si constat illum esse clericum, quia ex hoc
910 solo non exuitur priuilegio fori ecclesiastici. Imola,& alij in c.1. de apostat. Rui.cons.7.num.6. lib.5.Rol.a Valle cons.4.nu.28.lib.1.

911 Et si clericus per plures dies ante delictum habitum dimisisset,& dimissio esset continuata vsque ad perpetrationem delicti, tunc amitteret priuilegium fori,nec postmodum est remittendus et quod habitum clericalem reassumat,Cass.super consuet.
912 Burgun.rub.1.§.5.n.59.car.mihi 197.Secus si habitum per aliquod tempus dimisit,& postea illū reassumpsit ante delictū, quia isto casu per talē deiectionem priuilegium nō amittit,quia eo ipso,quod reassumpsit habitum,& tonsuram recuperauit omnia priuilegia clericalia,Io.And.in c. Ioannes in 4. quæst.de cler.cōiug.vbi dicit, quod Paduæ ita alias fuit determinatum Alex.cons.149.col.2.vers. & ne fortasse vol.6.Decian. in tract. crim.par.1. lib. 4.c. 9.num.100. quam conclusionem limitabis, quando habitum reassumpsisset in fraudem,vt euitaret pœnam sæcularem,quæ fraus argui posset,si illum reassumeret parum ante delictum, vel post contractas inimicitias,c.ex parte,de cler.coniug.c.ex parte priuil.Archid.in cap.vnico, de cler. coniug.in 6. vbi etiam.Phil.Franch. Decia. eod.c.9. nu.101.vbi dicit, quod ad hoc est bonus tex. in l. si maritus, §. legit.de adul.& in l.hos accusare,in fine principij, ibi si non detestanda accusat.& faciunt, quæ tradidit Bar.in l.1.ff.de pœnis.

913 Et sciendum est,quod clericus in sacris constitutus,vel beneficiatus etiam quod nō fuerit monitus

si non

si non defert habitum,& tonsuram peccat mortaliter, Abb.in c.si quis clericis,num.1. de vita & honest. cler. Dec.in c.ad audientiam,num.34. de rescript.Rosella in summa in verb.clericus,il 1. num. 1.& potest cogi ad illum deferendum,Anan. nu.2. & Anch.n.3.& in c.tu e de apostat.imo potest puniri arbitrio sui iudicis,Clemen.2. de vit.& honest. cler. vbi glos. in verb. Sanctioni,& Zabarell. in fin. Menoch.in tract.de arb.casu 392. num.19.& 20. Camill. Gallin. in tract. de verb.signific.lib.5. cap. 20.num.94.

914 Secundo sciendum est quod quando extaret cõsuetudo, quod clerici certi gradus,vt sunt scolares deambularent, absque habitu clericali,tunc ob deiectionem habitus non ammittitur priuilegium fori, ideo si cõmiserit aliquod delictum in habitu sæculari, & ita captus fuerit non propterea erit priuandus priuilegio fori,quia cõsuetudo illum excusat dummodo in cæteris viuat vti clericus Guid. Pap.dec.83. Rebuff.in tract.crim.p.1. lib.4.cap.9. nu. 97. vbi dicit quod ipse non firmaret hanc opinionem nisi extaret consuetudo,Capr. reg.94. nu. 13. Fulgos.cons.24.in 1.dubio,& ita dicendum esse puto,si extaret cõsuetudo,vt certo tempore cle-

915 rici non deambularent in habitu,vt puta tempore messium,vel vindemiarum quam proximam cõclusionem intelligas procedere in clericis sæcularibus, secus in religiosis professis alicuius religionis,quia isti nullo tempore,vel loco possunt dimittere habitum suæ religionis absque labe apostasię, c.2.in prin.ne cler.vel monaci in 6.

916 Limitatur 19. (hæc limitatio in eo solo differt à præcedenti, quia illa procedit in quolibet delicto etiam minimo,vt est apportatio armorum,& quid simile, & hæc solum in delictis sæuis,horrendis,ac atrocioribus) quando clericus,tam in minoribus, qui in sacris constitutus dimisso habitu sæuum aliquod vel horrendum commiserit delictum, quia in talibus clericus perdit priuilegium fori etiam nulla interueniente monitione, ac non concurrente perseuerantia, & incorrigibilitate,c. perpendimus de sent.excom.Boss.in tit.de foro comp.num 134. 139.& seq.qui testatur quod hæc est magis cõmunis Doctorum * sententia Prac.Corrad.f.247. col. 2. in tit.de inquisit.num.8. in 19. & 20. fall.Capra cõcl.97.num.11.& 78.& seq.Abb.in c.at si clerici, num.31. & 39. de iud.& in c.1.de parent.qui filios suos,& in c.tuę,de pęnis,& in c.cum non ab homine de iud.Diaz in pract.c.139. Didac.Perez in l.3. tit.4.lib.4.ordinamenti car.90.col.4.qui dicit hanc esse comm.*opinionem Fel.in c.1. num 4).& 70. de constit.Cardia.in d.c.perpẽdimus in 10. opposit.de sentent.excom.Alex.de Neuo cons.59. num. 20.qui etiam testatur de comm.*opinione Clar.in §.fi.quæst.36. num.19.vbi ponit exemplum de clerico,qui occidit maritum suæ adulteræ, Boer. dec. 69. num. 16. & per tot. vbi loquitur in clerico,qui occidit barbitonsorem,& dicit quod hæc limitatio tanto facilius procederet si fuisset captus absque habitu clericali,Peregr.cons.91. num.54 lib.1. qui hanc limitationem exemplificat in homicidio appensato quod vulgariter in regno dicitur apostatũ, Guido Papa dec. 121. Bellamera cons. 47. vers.super quinto circa medium Anchar.cons.158.Scacc. in tract.de iud.p.1.c.11.num.78.& 79.vbi testatur. de comm.*opi.& dicit quod ipse se subscribit huic opinioni salua tamen determinatione Sãctæ Mat. Ecclesiæ Romanæ,cui se subijcit(prout ego me ipsum submitto in omnibus,& per omnia,tam in pręsentibus, quam in præteritis, ac futuris scribendis & dicendis) Ferdinand. Vasq.in tractat.de success. creat.lib.3. §.22.nu.52.qui dicit quod ista opinio* est communiter amplexa Alfons. Aluar. Hispan.in Spec.iuris pontifi.c.35.vers.se in foro ecclesiastico car.mihi 108.Barbat.in tract.de præstan.Cardin.p. 1. q.10. num.5. in 12.to.tract.diuers.p.2.car.mihi 83. vbi loquitur de quodam qui occidit custodem Ecclesiæ S. Marci Venetiarum,Decia.in tract.cri. p.1.lib.4.c.9.n.88.vbi dicit quod hæc fallẽtia procedit quando clericus esset repertus infraganti crimine in habitu laicali,& p.2.lib.9.c.6.de atrocitate parricidij,n.19. & c.16.de pęnis parricidij,& vtrobique tractat de clerico committente crimen parricidij prout in parricidio loquitur Alex. de Neuo cons.59. n.3.5.8.& 30.vers.4.cõclusio,Bonaccoss. in quæstio.crim.in verb.clericus deferens vers.& si clericus,qui dimisso Monald.cons.94.num.3.lib.2. Henric.Bohic in c.cum non ab homine num.8. de iud. & in c.at si clerici,num.3. eod.tit.Gemin.in c. 1. in fin. de homicid.in 6. Iacob.de Graff.in decis. aur.p.1.lib.4.cap.18.n.151.Brun.a Sole in cõpend. resolut. proposit. iuris in verb. clericus depositus, Io. de Anan. in cap. præterea in princ.de apostat. Soc.regul.79.in vltima fallen.vbi loquitur etiam in clerico committente parricidium,Ancher. in cap. perpendimus num.1.de senten.excomm.& in pręallegato, cap. præterea etiam num. 1. de apostat. Marsil.cons.9.num.17.Aufrer.in tractat.de potest. iud.laici super person.ecclesi.regul.1. fallent. 19.n. 27. in 16. tom. tractat.diuersor.cart.mihi 288. vbi ad hoc allegat text.in cap.ex parte,il terzo de priuileg.& alios DD.Achill.Pedrocch.consil.40. nu. 77.& 83.Gramma.cons.40.num.9.in crim.Cassan. super consuetud.Burgund.rub.1. §.5. num.55.car. mihi 195.& nu.70.vers.aduertendum est cart.201. Soc.in d.c.perpendimus,num.31.& 35.de sentent. excomm.Marsil.in l.vnicus §.cogniturum,n.75. ff. de quæst.& in l.1. in princ.n.61.ff.ad legẽ Cornel. de Sicar. vbi dicit quod in talibus delictis potest

917 puniri absque degradatione,& in tract. de bann. in verbo iudice,nu.217.& in verbo atrocioribus,n. 13. Gigans in tract.de pension.q.55.nu.3.Decian. cons.82. num.8. lib.2.qui dicit quod hoc est expeditum per quandam Bullam Pauli Tertij Summi Pontificis,per quam data est facultas iudicibus laicis cognoscendi contra clericos, assistente tamen iudice ecclesiastico,Couarr. in lib. pract. quæst.c. 32.n.3.vers.& idem erit Ant.Scappa in tract.de iure non scripto lib. 1. c. 14.nu.4 qui asserit quod ita seruatur de consuetu,& quod hæc est magis communis opinio, & quod ac ista opinione, tùm in iudicando, tùm etiam consulendo non est recedendum,Farina.q.8.nu.53.vbi dicit quod ita communiter & magis communiter tenetur,& licet contra præsentem limitationem tenuerint Soc. sen. cons. 12.n.19.lib.1.Io.Franc.a Ponte cõs.24.n.4.Albert. in c.1.nu.50.de hæret.Hieron.Ceuallos in Specul. pract.quæst.comm.contra comm.q.228. n.4. cum

alijs per

alijs per prædictos citatis, nihilominus non est recedendum a priori opinione, quæ est magis com-
918 munis. Aliqui vero dixerunt quod etiam isto casu requiritur trina monitio ad hoc, vt clericus ammittat priuilegium fori, & hoc non solum si vnum cõmiserit attrocissimum delictum verũ etiam si plura, ita Ancher. in d. c. 1. de apostat. Abb. & Cardinal. in d. c. perpendimus, Alex. cõs. 8. n. 2. lib. 1. Ang. in summa in verb. clericus il decimo, q. 1. Syluester etiam in summa in eodem verbo clericus il terzo, §. nono, prout prædictos allegat Couar. in lib. prac. quæst. c. 23. vers. tertio, vbi dicit quod hæc opinio sibi magis placet, quamuis contra communem, & vltra eos idem dixit Roland. a Valle cons. 4. num. 31. lib. 1. & multi alij quos recenset Farinac. d. quæst. 8. num. 54.

919 Et quamquam aliqui fœdere distinctionis conati sint has opiniones conciliare, vt prima scilicet procedat in clericis in minoribus constitutis, qui si committunt aliquod graue scelus absque aliqua monitione ammittunt fori priuilegium, secunda vero in clericis constitutis in maioribus, ita videntur distinguere multi quos refert & sequitur Cuccus in institut. maiori lib. 3. tit. c. n. 80 & 81. attamẽ hæc distinctio nõ potest subsistere, quia quoad priuilegium fori, tàm in minoribus, quam in sacris cõstituti sunt æquales, vt per Concil. Trid. sess. 23. c. 6. de reformat.

920 Ampliant etiam dictam limitationem, vt in tantum sit vera quod clericus isto casu poterit puniri a iudice laico absque aliqua degradatione, vel traditione, ita dixerunt multi ex supra allegatis & vltra eos est glos. in cap. ex parte il terzo, de priuil. Hostiens. Io. Andr. & Butr. in c. perpẽdimus de sentent. excomm. Ancher. in regul. ea quæ, q. 12. de regul. iur. in sexto, Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. reg. 1. limit. 19. vbi testatur de comm. *opin. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 23. n. 2. vers. tertio, vbi dicit quod ad hoc vt isto casu requiratur degradatio debet esse ita sceleribus deditus & inueteratus, vt dici possit scelerum minister, & dicit vltra quod hæc opinio est in practica recepta Scaccia in tract. de iudit. par. 1. c. 11. n. 8. qui etiam dicit quod de consuetudine iudices laici solent punire clericos dimittentes habitum & se immiscentes enormitatibus etiam quod non sint degradati, sed quod ita faciendo malefaciunt, & ad hoc allegat Bart. in l. 1. nu. 3. in fin. ff. de pen. Clar. in §. fin. q. 36. vers. sæpe numero Flammin. Cartar. in tract. de exequut. sentent. capto bannito c. fin. num. 108. Farinac. quæst. 8. num 108. qui Farinacius loco per eum citato nihil loquitur de ista materia, sed de ea loquitur eadem quæstione num. 57. vbi dicit quod hæc ampliatio procedit in clericis primæ tonsuræ, secus in clericis constitutis in sacris, qui sine degradatione nullatenus possunt a sæculari iudice puniri, etiam quod enormitatibus sint dediti, nisi constitutus in sacris crimen aliquod patrasset, ita in Reipublicæ perniciem, vt pium & æquissimum sit ipsum punire absque degradatione, vel nisi esset casus, quod si expectaretur degradatio iudicis ecclesiastici maxima subesset impunitatis, & libertatis suspitio, & tãdem concludit, quod solum istis duobus casibus constitutus in sacris potest puniri per iudicem laicu absque degradatione, sed in isto Regno neque clerici in sacris neque in minoribus cõstituti puniuntur a iudicibus laicis etiam quod quantumuis enormia & reiterata delicta commiserint, & vtcunque sit puta tutius esse & verius, vt degradatio fieret actualis prius quam iudex sæcularis cognoscat de causa clericorum delinquentium etiã quod essent primæ tõsuræ prout voluit etiã Scaccia & alij per eũ citati d. c. 11. n. 81. ver. verũ quia.

921 Sublimitatur modo dicta limitatio, vt ad hoc, vt clericus committens crimen enorme & enormitatibus se immiscens possit puniri a iudice sæculari necesse est, vt in illis depræhendatur, alias si in illis non depræhenditur non poterit puniri a laico, Farinac. d. q. 8. n. 58. vbi ad hoc ponderat tex. in præcitato c. ex parte, il terzo de priuileg. ibi compræhẽduntur in aliquibus fere factis, & ibi fuerint depræhensi, & tex. in c. 1. de apostat. ibi si criminibus deprẹhensi & in cap. cũ non ab homine de iud. ibi si criminibus deprǽhensi & cap. perpendimus de sentent. excomm. ibi deprǽhendantur & nonnullos alios Doctores allegat, & eodem num. vers. depræ-
922 hensus autem ponit quando clericus dicatur in delicto deprǽhensus, & dicit quod duobus modis dicitur in delicto deprǽhensus primo quando est infragranti captus: secundo quando antequam excipiat de suo priuilegio, delictum confiteretur, vel de eo conuinceretur.

923 Quando autem delictum dicatur graue, sæuum vel enorme ponunt idem Farinac. quæst. 8. n. 59. & latius q. 18. per tot. Abb. in c. puer num. 3. de pẹnis, Viu. decis. 196. n. 9. Franc. decis. 88. nu. 7. Fuscus in singul. in lit. D. n. 21. Honded. cons. 97. lib. 2. gloss. in c. peruenit de senten. excomm. Cæpolla, cons. 11. n. 26. in crim Ferret. cons. 366. n. 3. lib. 2. Ludou. Vital. in tract. de reis monendis, fol. 99. n. 8. Reper. inquisit. in verb delictum Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 266. per tot. Capic. decis. 161. nu. 4. Alfon. Aluarez in Specul. iuris pontif. c. 35. vers. enormia cart. mihi 95. Alexand. de Neuo cons. 59. num. 21. Mars. in tract. de bannitis in verb. atrocioribus per tot. Decian. in tract. crimin. p. 1. lib. 4. c. 9. num. 107.

924 Nec præsens limitatio aduersatur superiori ampliationi, quia illa ampliatio intelligitur vbi clericus existens in habitu, & tonsura, & viuens vti clericus, committit aliquod delictum enorme hic vero tractamus de eo, qui committit delictum, dum non defert habitum, & tonsuram, nec clericaliter viuit; item ibi de committente delictum enorme simpliciter, hic de committente delictum enorme cũ aliqua qualitate aggrauante, & cum malo exẽplo item ibi quando non est in delicto deprẹhensus, hic vero quando est in eo captus.

925 Limitatur vigesimo prædictus primus effectus, quod iudex sæcularis non potest se ingerere in causis clericorum, vt non habeat locum quando clericus tãquam tertius se opponeret exequutioni sententiæ, quia hoc facere habet coram eodem iudice qui tulit sententiam Bald. in l. testamenta, C. de testamen. Sal. in l. consulta C. eod. titu. Ancher. cons. 333. in princ. Anton. de Butr. in c. quoniam frequẽter §. quod si super num. 1. vt lit. non contest. Abb. in eodem c. 6. in alijs, num. 28. Soc. cons. 106. num. 7. vers. ista responsio lib. 4. & cons. 4. & cons. 91. nu. 13. vers.

13.vers.confirmatur 7.lib.3. Aufrer.in tract. de potest iudi.laici super person.eccles.reg.2. fallent. 10. nu. 10.in 16.tomo tract.diuers. carte mihi 289. vbi alios allegat gloss.super ritu M.C.V. in tit. de foro compet.vers.2.reg.car. mihi 397. post constit.Regni.Crau.cons.997.nu.8.lib.6.Fulu. Patian.in tract. cui incumbat onus proban.neg.lib.1.c.56.num.18 Franc.Viui.decis.387.nu.1. & 2. vbi adducit rationem scilicet,quia tunc clericus est omnino actor,& pro actore est habendus, allegat Anchar. cons. supra citato.

926 Sublimitatur tamen prædicta limitatio, vbi clericus se opponeret tãquam possessor rei super qua est facienda exequtio,quia tunc si apparet de eius possessione poterit forum declinare, ex quo tunc iudicaretur omnino reus,l.de pupillo, §. qui remissionem,ff.de operis noui nunci.Purpur.cons.26.n.1 vers.sed tamen,vbi alios allegat, & n.3. vbi dicit, quod clericus,qui sententiæ exequutionem vult impedire,potest comparere coram iudice laico (animo tamen non prorogandi eius iurisdictionem) & allegare suam possessionem, per quam sola exequutio impeditur allegat,gl.1. in l. a Diuo Pio §. si super rebus,ff.de re iud.

927 Quæ sublimitatio ampliatur, vt non solum procedat si se opponeret de possessione, verum etiam si tantum de detentione,glo.Imola, & Alexan.col. 3.in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito Purpur.dicto num.3.

928 Primo sublimitatur hæc sublimitatio, quando fuisset facta alienatio rei litigiosæ in clericum,quia tunc non posset opponere de suo foro ad impediẽdum exequutionem sententiæ,Bald.in c.ecclesia S. Mariæ,nu.30.de constit.vbi dicit,quod per dictum tex.fuit inuenta hęc cauillatio,quod reus,qui videt se succũbere,transfert possessionem. & tunc iudex sæcularis non poterit facere exequutionem, sed contra istam iniquitatem succurritur, quia fit per episcopum repositio possessionis in pristinum statum, & cogetur reus promittere de iterum non transferendo possessionem in alium,sed Purpur.d. cons.26.n.3.dicit, quod si victor vult dicere victum dolo desijsse possidere,& ita dicendo intentare remedium actionis reuocatoriæ, de qua in §. si quis in fraudem.Institut.de actio. quæ isto casu competit,vt per Bar.in l.si quis missum,§.si iudex ff.de damn.infect. & per Ang.in Auth. de litigios.in princ. col.3.Vel velit probare,quod victus est verè dominus,& quod exequutio est facienda in illo iure dominij saluo tamen iure possessionis, iuxta tex. in l. si finita,§.si de vectigalibus, ff.de damno infect.debet istis, & similibus casibus clericus possessor, qui sustinet partes rei corã suo iudice remitti, & quod

929 plus est clericus, qui suspicatur, q aliquo modo esset turbanda(istis, & similibus casibus) eius possessio, potest facere monere victorem per iudicem ecclesiasticum, ne in tali re aliquid noui teneat eo, quia ipse clericus est verus possessor, & si aliquid prætendit super iisdem rebus compareat coram eodem iudice ecclesiastico, est bene verum, quod iudex laicus, qui vult exequi sententiam,si ei opponatur de possessione clerici, poterit cognoscere de eius possessione ad effectum. vt intelligat, vt sit legitimus contradictor, iuxta ea, quæ latissimè ponit Fel.in c.veniens de testibus, & Purpur.d.cons.26. nu.3.& seq.per totum.

930 Limitatur 21. quando pater vult emancipare filium clericum, quia debet illum emãcipare coram iudice sæculari.Rot.Rom.decis.178. alias dec.7.n. 1.& 2.in tit.de iudic.in antiq.Anchar. reg.ea quæ, q.17.de reg.iur.in 6. Mill. in reper. in verb. iudex sæcularis. Aufr.in tract.de potest.iud. sæcul. super person.eccl.regula 2,fallen.7.n.8.in 16.to.tract.diuers.Dom.de S.Gemin.in c.si amnum,§.si vero vers. sed posset dubitari,de iud in 6.Bellam. dec.6.in tit. de foro compet.gl.super ritu M.C.V. eodem tit.de foro comp.vers.secunda regula,car.mihi 397. post constit.Regni Ferret. cons.105. nu.2.lib.1.& ratio est,quia emancipatio est actus ipsius patris, & non filij.Rot.Rom.d.dec.7.nu.3.

931 Limitatur 22. vbi clericus, & laicus compromiserunt simul in laicum a cuius laudo fuit appellatũ, vel laicus vult recurrere ad arbitriũ boni viri, quia hoc erit faciendum coram iudice superiore ipsius laici Aufrer.in tract.præd.dto reg.2.limit.17. carte mihi 290.vbi ad hoc allegat Anchar. in quadã eius disputatione,quæ incipit clericus,quam tamen limitationem limitat, quãdo compromissum esset factũ

932 super re ecclesiastica, secus si recursus peteretur per clericum,quia tunc esset petendus coram iudice ecclesiastico superiore ipsius clerici,Bar. in repeti.l.si societatem,§.arbitrorum,ff. pro socio Spec.in tit.de arbit.§.1.vers.sed quis erit, & ibi Io. Andr. in add.Soc.in c.cum sit generale,de foro comp.gl.super ritu M.C.V.in tit.de foro comp.vers.reg.carte mihi 397.post constit.regni Soc.sen. cons.18.n.31. lib.1.& hæc est conciliatio cum dicta amplia. & li-

933 cet clericus in iudicem laicũ consentire non possit in arbitrium tamen cum episcopi consensu consentire poterit,gl.in c.contingit, in fi.de arbitr. vbi Inn.etiam in fi.& in c. exposita. de arbit Abb.cons. 33.nu.1.vol.2. Spec.in tit.de arb.§.restat,n.3. & 7. vers. sed nunquid clericus. Borell. super pragmat. Odialitium,§.2.gl.1.nu.350. cum multis alijs, quos latè congessi supra in al.a ampl.

934 Limitatur 23. dictum primum effectum, iudex laicus nõ potest cognoscere de causis clericorum, vt locum sibi non vendicet,quando clericus offenderet officiales temporales, & sæculares eos insultando, vel alio modo in eos delinquendo. Cast. super consuet.Burgun.rubr.1.§.5.n.82.car.mihi 204. vbi circa hanc fallentiam, & limitationem multa scribit Pet.Foller. super const. Regni,in tit. de episc.& cler.c.de personis clericorum, nu.5.car.mihi 40.qui dicit,quod hoc est satis rationabile. Glo. super ritu M.C.V.in tit.de foro compet.regula 1.fallent.13.carte mihi 396. post const. Regni Aufrer. in dicto tract. de potestat.iud.laici, reg.1.limit.14. num.22.in 16.tomo tractat.diuers.carte mihi 288. vbi ad corroborationem huius limitationis adducit aliqua iura, rationes, & authoritates, sed quia eam ita simpliciter intellectum puto falsissimam,

935 ideo dico, quod si clericus vti procurator, vel aduocatus, vel quocunque alio modo compareret coram iudice sæculari,& illum verbis impertinentibus prouocaret(prout multi hodie faciunt,qui immemores dignitatis, quam gerunt coram magistratibus sæcularibus non solum aduocati, & procure-

curatoris officium verum etiam, & sollicitatoris, & exactoris. & birroarij artem exercent) iudex ipse tunc poterit tales ita insolenter comparentes carcerare absque labe excommunicationis ita, ꝙ eumdem carceratum statim remittat suo iudici cõpetenti: ad quod dicendum moueor duabus rationibus, quarum Prima erit quia clericus exercendo tale officium exercet officium clericatui cõtrariũ, vt dicam infra effectu 11. & 21. & clericus faciens aliquid clericatui contrarium amittit forum, vt dicã infra hoc eodem effectu.

Secunda ratio est quia tunc poterit illum capere tanquam delinquentem, & in fragranti crimine deprehensum vt dixi sup. & per hanc vltimam rationem hæc mea opinio sustineri poterit etiam si compareret in casibus sibi de iure promissis.

Limitatur 24. prædictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non habeat locum, si laicus qui est obligatus cle
936 rico prætendit obligationem fuisse factã sine causa, & per consequens inefficacem, vel debitum fuisse solutum, & cancellationem instrumenti vult experiri, iuxta terminos, l. dissolute, & l. fin. ff. de condit. ex lege, quia in huiusmodi causis poterit clericus coram iudice sæculari, licet huiusmodi conditio sit actio personalis, §. appellamus Instit. de actio. hanc limitationem ponit Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. regul 2. n. 19. in 16. to. tract. diuers. cart. mihi 290. vbi tandem concludit quod de iure ipsa limitatio sustineri non potest, quia repugnat iuribus in principio ipsius regulæ adductis. Sed an clericus conueniens laicum coram iudice sæculari teneatur subire iuramentum
937 decisiuum coram eodem iudice, casu quo laicus allegaret solutionem, & dico quod sic, quia hæc est quædam reconuentio, & clericus potest reconueniri coram iudice sæculari, vt dixi fusius supra hoc eodem effectu; & est quędam oppositio seu exceptio.

938 Limitatur 25. quando adesset penuria frumenti, & clericus in eius posse haberet illud quia tunc tenetur ciuitati, & vniuersitati vendere etiam quod sit collectum ex decimis, vel prædijs ecclesiasticis, & ad id cõpelli potest per officiales sæculares, Ludou. Messia in pragma. taxe panis prout eũ refert Petr. Aug. Morla Hispan. in emporio vtriusq; iuris, p. 1. tit. 29. de contrahent. empt. & vend. q. 1. n. 6. vbi etiam ad hoc allegat d. per Abbatẽ cons. 3. lib. 1. & per Iason. in l. 1. n. 14 & 17. C. de sacrosanct. eccles.

939 Et vltimo loco concludit quod est tutius eos nõ cõpellere, sed recurrere ad officiales ecclesiasticos vt illos cõpellant nisi fames, & necessitas vrgeat, & periculum esset in mora. Et quod ecclesiastici prout laici possint compelli ad vendendum frumenta, ac alia necessaria ad humanum victum dixerunt, Bart. in l. 1 in fi. C. vt memini liceat vendere spec. lib. 10. vbi etiam Io. de Platea n. 4. Surd. cons. 301. n. 2. lib. 3. & ratio est, quia tunc agitur de publica vtilitate, & in ijs quæ concernunt vtilitatem publicam, clerici sunt ita obligati prout laici, ex naturali ratione, & lege vt dicam infra effectu 3. Et sicut casu prędicto clerici possunt compelli per of
940 ficiales laicos ad vendendum victualia, ita ẽ contra laici poterunt compelli per ecclesiasticos, l. fi. §. item episcopi vbi glos. de numer. & honor. idẽ probatur ex not. in l. 1. C. de episc. audien. Surd. in tract. de alimen. tit. 1. q. 77. nu. 3.

941 Limitatur 26. prædictum primũ effectum quod clerici non possunt cognosci per officiales laicos, vt non procedat in clericis qui falsa mensura triticum vinum oleum, vel aliud commestibile vendũt, quia propter tale delictum puniri possunt per iudicem sæcularem, Cassa. super consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. vers. s'il na grazze, n. 90. cart. mihi 205. Ludou. Messia in pragmat. taxe panis conclus. 5. n. 29. Pet. Cened. in collect. iuris canon. p. 1. collect. 37. n.
942 18. & licet vsus falsorum ponderum, & mensuræ sit damnatus, & punibilis etiam de iure Diuino, vt habetur in Deuteron. c. 25. ibi non habebis in sacculo tuo diuersa pondera maius, & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus sit tibi, & Leuit. c. 19. in fi. nolite facere iniquũ aliquod in iudicio, in regula, in pondere, statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modus æquiusque sextarius, & de iure Canonico vt in c. vt mensuræ
943 de empt. & vend. & de iure ciuili vt in Auth. de collat. §. eos vers. eos, nihilominus prædictam limitationem non intelligerem, ita simpliciter, & indistincte, sed vt tantum procedat quando clericus vti mercator, vel artifex fuisset vsus talibus ponderibus, & non aliter, & hoc ea ratione quia deliquit in arte, & exercitio quod exercet, quo casu potest cognosci, & puniri per iudicem laicum eo modo, & forma etiam in censura, vt dixi supra limit. 6. n. 844. & 847. non quia vsus est falsis ponderibus, &
944 mensuris, quia eis vtens non committit nisi crimen falsi, & pœna falsi punitur, l. Annonam, §. onerant, ff. de extraord. crim. vbi gl. allegat l. pen. ff. de fals. & consimilis glos. in l. arbitrio, §. de eo, ff. de dolo l. in dardanario ff. de pen. l. 2. ff. ad leg. Iul. de annon. c. 2. de empt. & vend. & prout latius de hac materia habetur per Petrum de Gregor. Tholos. in sintagma iuris p. 3. lib. 37. c. n. 11. & seq. & in Regno isto adsunt duæ cõstitutiones vna sub tit. de ponder. & mensur. alia sub tit. de pœna contra mer
945 catores, quibus grauissimis pœnis plectuntur vtẽtes falsis ponderibus, & mensuris, pro quo delicto falsi clericus non perdit priuilegium fori, vt dixi supra in præcedent. ampl. vel potest intelligi hæc limitatio in clerico, qui istis falsis ponderibus, & mensuris pluries vsus fuerit, & monitus vt a tali vsu desistat se non correxit, & sic tanquam incorrigibilis poterit puniri a iudice sæculari, iuxta ea quæ dixi supra in præcedent. limitatio.

946 Limitatur 27. prædictus primus effectus, quod iudex laicus non potest cognoscere de causis clericorum, nec eos punire vt non habeat locum quando iudex secularis caperet clericum seditiosum, vel aliter scandalosum vt suo iudici statim præsentet ad puniendum, & hoc pro sedanda, & frenanda ira populi, & ne aliquod maius malum eueniat.

947 Limitatur 28. quando clericus authoritate iudicis laici adeptus fuerit rem aliquam, nam ab eodẽ iudice cuius authoritatem rem fuit adeptus, poterit cognosci si iniuste possessionem dederit, & an iure illã obtinuerit, ita Peregr. in tract. de fideicomm. art. 48. n. 62. & seq. vbi loquitur in clerico, qui

qui vti vocatus ad fideicommissum authoritate iudicis laici cœpit possessionem rerum hæreditariarum, & dicit quod ipsemet iudex laicus potest causam hanc cognoscere, & possessionem reuocare si iniuste possessionem dederit.

948 Limitatur 29. quando clericus alieno nomine conuenitur vt puta pro curatorio, vel tutorio nomine (casu quo talis esse possit) quia tunc non attēditur persona clerici, sed eorum, ex quorum persona conuenitur, Soc. in rub. de foro compet. num. 1. & 15. & in cap. 1. num. 52. & sequen. eod. tit. Andr. Gail. obseruat. 37. num. 7. lib. 1. Vrsil. in adnotat. ad Affl. dec. 24. num. 4.

949 Limitatur 30. prædictus primus effectus, quando quis petit se immitti in possessionem bonorū, iuxta terminos l. fin. C. de edict. Diui Adrian. tollēd. quoniam tunc si plures sunt contradictores, inter quos est vnus clericus sufficit vnicus libellus porrectus coram iudice sæculari competente ratione bonorum, nisi ipse clericus reperiretur esse in possessione, ita Menoc. in tract. de adipiscen. possess. remed. 4. nu. 475. & 476. vbi alios allegat.

950 Limitatur 31. vbicunque potestas ecclesiastica deficeret, quia tunc iudex laicus in defectu poterit punire clericos, & ex potestate sua eos corrigere, iuxta tex. in c. princeps sæculi vbi gloss. 23. quæst. 5. & in c. filijs 16. quæst. 7. Lucas de Penna in l. si coloni, C. de agricol. & censit. lib. 11. gloss. in c. tua, il 1. de decim. vbi hanc fallentiam exemplificat in iijs, qui scisma committunt, & non possunt ab ecclesia compesci, allegat c. ne leuitæ 17. dist. & in c. de Liguribus 23. quæst. 5. Balzeran. in c. 1. §. si clericus, num. 12. vers. vltimo procederet, de pace tenenda, Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. cap. 9. num. 83.

951 vbi vlterius dicit quod si duo contendunt de Papatu, & adeo potentia pollerent quod ecclesiastica potestas diuisa esset, nec posset incedere concilium, nec aliter tantum scisma sedare ob æqualem amborum potentiam, quod hoc casu principes sæculare possēt, & deberēt se tali negotio ingerere, & incorrigibiles detinere, quod prius dixerat Barbat. in d. c. tua, il 1. de decim. & in cap. quia nonnulli n. 96. de rescrip. & in c. quod translationem, n. 146. de offi. delegat. Aufr. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. reg. 1. fallen. 3. num. 11. in 16. tom. tract. diuers. car. mihi 287. Alfons. Aluarez in Spec. iur. pontif. c. 36. in princ. cart. mihi 107. Ancher. in c. accessorium, num. 21. de reg. iur. in 6. Gul. de Bened. in repet. c. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelesiam in 2. dec. n. 149. vbi loquitur in punitione clerici rebellis ecclesiæ, & dicit quod istud

952 fieri potest per iudicem sæcularem, quia talis punitio tendit in honorem ecclesiæ, & quod ad hoc est tex. notabilis in d. c. principes sæculi 23. q. 5. & quod ita pluries fuit decisum per Parlamentum Tholosanum Cassan. super consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. n. 61. car. mihi 192. glo. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. lit. B. car. mihi 396. post constit. Regni Franc. Marc. dec. 215.

953 Et non solum in casibus, & exemplis supra positis possunt principes laici compescere clericos vt dictum est: verū etiā, & in alio casu hoc est in electione Summi Pōtificis, in qua possunt de facto includere, & obsidere Cardinales ad hoc, vt cito eligant Papam si differunt illum eligere, c. vbi periculum de elect. in 6. iuncta clement. Romani eod. tit. Bernard. Lauren. in tract. in quibus casibus iudex sæcularis cognoscit de eccles. n. 12. Decia. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 34. nu. 26.

954 Et sicut deficiente potestate ecclesiastica laici possunt compescere clericos, ita e contra deficiente potestate sæculari, vel negligentibus principibus sæcularibus poterit Papa se ingerere, & iurisdictionem exercere etiam contra laicos, Marian. Socin. & cæteri scribentes in c. licet ex suscepto de foro compet. Decia. d. lib. 4. c. 9. n. 84.

955 Limitatur 32. in clerico minori litigante coram iudice sæculari, quia tutor vel curator ad huiusmodi causam sibi decernitur per iudicem sæcularem, coram quo lis est ventilanda. Oldrad. cons. 59. Rot. Rom. dec. 204. clericus minor Ancher. in reg. ea quæ, q. 18. de reg. iur. in 6. Aufrer. in trac. de potest. iud. laici super person. eccles. regul. 2. limitatione 29. in. 16. to. tract. diuers. car. mihi 290. Dom. de S. Gem. in c. at si annum de iud. in 6. Intrig. in tract. de feud. centur. 2. art. 94. n. 8. & cons. 30. nu. 69. lib. 1. Dec. cons. 150. nu. 7. & 8. & in l. 1. n. 6. ff. de iurisdict. omn. iudicum, Ripa in cap. decernimus, num. 9. & 10. de iud. Probus in c. fin. n. 9. 10. & 16. eod. tit. Gomes in §. si vero num. 29. Instit. de act. Franc. Viu. dec. 387. nu. 4. Neuizzan. cons. 17. nu. 58. Mising. in lib. pract. obseru. centur. 1. obseru. 87. Piaggia in tract. de tutor. q. 24. n. 3. Franc. Caldas in repet. l. si curatorem habens in princ. n. 19. car. mihi 16. C. de restit. in integ. Sebast. Medices in tract. de legib. & statut p. 4. q. 6. n. 5. vers. sexto lex ligat, multo allegat Carpan. super statut. Mediol. c. 34. n. 39. lib. 1. Purpur. in l. 1. n. 20. ff. de iurisd. omn. iud. glos. super ritu M. C. V. in tit. de foro competent. vers. secunda regula cart. mihi 397. Marant. in pract. p. 4. dist. 11. nu. 14. & 64. car. mihi 203. Addentes ad deci. Rot. Rom. dec. 7. n. 6. in tit. de iud. in antiq. Bero. consil.

956 102. num. 17. lib. 3. vbi dicit quod curator ad causam, & litem potest dari ab illo iudice, qui habet de causa cognoscere, etiam si ille alias esset incōpetens, & ius dandi non haberet ad quod allegat alia iura, & rationes, Et ratio principalis præsentis limitationis est, quia curator datur liti, & non personæ, ideo debet dari ab illo, qui est iudex in ipsa li-

957 te Intrig. d. cons. 30. n. 70. Et pari modo e contra videmus, quod iudex ecclesiasticus potest dare curatorem laico, quando litigaret coram eo, quia talis curator semper datur ab illo iudice, coram quo lis ventilatur, Marant. d. p. 4. dist. 11. nu. 13. car. mihi 194. vbi allegat Bald. in l. fi. post princ. de iud. & tex. in c. fi. de iud. in 6.

958 At secus est si esset dandus tutor, vel curator generalis clerico minori, quia tunc erit dandus per iudicem ecclesiasticum, Bart. in l. 1. ff. de tutor. & curat dat ab his Bero. praecit. cons. 102. nu. 17. vers. sed quod lib. 1. Ruy. cons. 89. nu. 7. vol. 5. Roland. a Valle in tract. de iuuent. q. 17. num. 3. cart. mihi 16. quidquid in contrarium dixerint Marant. d. dist. 11. n. 64. & ibi Addentes Gail obser. 37. in 6. fallen. lib. 1. Surd. cons. 396. num. 10. lib. 3. Io. Batt. Ferret. cons. 105. n. 3. lib. 1.

959 Limitatur 33. quando extaret statutum quod non valeant legata nisi testamentum insinuetur

coram

coram aliquo magistratu, vel officiali, nam si clericus est institutus in testamento in quo fuerunt facta legata laicis, & ipsi petentes insinuationem ipsius testamenti fecerunt clericum citari coram tali iudice, valebit citatio, Bald. nu. 4. Alex. Ias. & Paul. de Castr. nu. 7. in l. testamenta, C. de testament. vbi ipse Paul. de Castr. dicit se ita alias de facto consuluisse, Sal. in l. consulta C. eod. tit. Ancher. in regula ea quæ, quæst. 17. de regul. iur. in 6. Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio ff. si cui plus quam per leg. Falcid. vbi etiam Imol. idem Bald. in Authen. clericus, C. de episcop. & cler. & alij quos insimul cõgerit Aufrer. in tract. de potestat. iud. laici super person. ecclesi. reg. 2. fallen. 9. n. 9. in 16. tom. tract. diuers. car. mihi 289. & vltra eos idem dixerunt. Viu. dec. 30. n. 2. Roland. a Valle cons. 29. n. 4. lib. 2. Alba Mandell. cons. 208. n. 8. lib. 2. glos. super ritu M.C.V. in tit. de foro compet. vers. secunda regula cart. mihi 397. post constit. Rgni Surd. dec. 26. nu. 1. vbi dicit quod isto casu non est opus vt laicus scribat literas subsidiales episcopo, quia episcopus non potest in hoc manum apponere, Bertacch. in tractat. de episcop. p. 5. lib. 4. num. 95. in fi. in 13. tomo tractat. diuers. p. 2. cart. mihi 353. quæ fallentia procedit etiã quando est facienda aliqua insinuatio actus, vel publicatio instrumenti, in qua tam de iure communi, quàm ex forma statutorum omnes interesse habē-
960 tes essent citandi, tunc etiam citatio clerici potest fieri per iudicem sæcularem, Bald. in cap. fi. de fide instrument. Afinius in pract. exequut. in princ. cap. 49. nu. 19. Afflic. decis. 24. nu. 8. vbi Vrsill. in addit. num. 2. Aufrer. præcit. regul. 2. in 8. fallen. num. 9. vbi loquitur de insinuatione donationis excedentis 500. aureos. Sic etiam quando publicatur testamentum solemne laici, etiam quod sit institutus
961 hæres aliquis clericus debet publicari coram iudice laico, Bald. & Corn. in l. omnia testamenta C. de testam. idem Bald. in Authent. clericus & in cap. Raynutius in verbo vxorem nomine Adelesiã dec. 2. num. 420. de testamen. Io. Andr. & Abb. in cap. fin. de fi. de instrumẽ. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. ecclesi. regul. 2. fallent. 11. in 16. to. tract. diuers. cart. mihi 289. Barbat. in c. si heredes, nu. 11. de testam. Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 8. nu. 1. & in tantum est vera prædicta conclu-
962 sio, quod etiam episcopus si est exequutor testamenti, tenetur etiam facere inuentarium coram iudice sæculari, Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio. ff. si cui plus quam per Falcid. Aufrer. d. num. 12. verum Asinius loco citato, nu. 20. dici quod isto casu cautius est si clericum ab episcopo citari procuretur; si vero episcopus illum citare recusauerit, tunc sufficit citatio per modum, vt supra, Ias. in l. testamenta omnia num. 5. C. de test.
963 Limitatur 34. vt dictus primus effectus non procedat, quando clericus delinqueret in loco vbi, non adesset superior ipsius clerici delinquentis, nec haberet iudicem competentem, tunc enim poterit capi, & carcerari ab officiali temporali, & postea ita captum transmitti ad iudicem competentem, ita Petr. Cened. in collecta iuris canon. p. 1. collect. 37. n. 3. vbi allegat Thom. Mieres in cõst. Cathal. collat. 2. cap. 11. in princ. Michael de Molin. in repert. in verb. iustitia Aragonum in vers. die 1. Decembris cart. 204. Petr. Belluga in Specul. princ. rub. 11. §. videndum num. 10. secundum eum sed in meo libro est num. 17. vbi dicit quod absentia iudicis competentis tribuit iurisdictionem iudici non competenti, & licet Borell. ibi in addit. in lit. G, dicat quod hæc limitatio est iniqua, & non debeat seruari, nihilominus eam etiam comprobat Nauarr. in c. cum contingat in primo remedio vers. vndecimo facit de rescript. & ita fuit obseruatum alias de facto in causa cuiusdam equitis melitensis, vt testatur Dom. D. Vincentius Bottoner olim re-
964 gius Consiliarius meritissimus in quanam sua allegatione, quam habeo manuscriptam seu mauis iustificatione ipsius capturæ, & iterum idem fuit obseruatum in hac Vrbe Pannormi de anno 1602. cum quodam de Staiti, qui cum esset receptor Religionis Melitensis commisit duo homicidia, & propterea fuit captus per officiales M.R.C. & ita captus sub fideiussione fuit trãsmissus ad eius Ma-
965 gnum Magistrum, & idem puto quod sit dicendum si adesset iudex competens ipsius clerici, sed inhabilis ad illum compescendum, vt quia in loco esset vicarius foraneus, & paruæ authoritatis & clericus esset vir potens, & maximæ existimationis, tunc enim dico quod laicus officialis poterit capere clericum, vt illum transmittat episcopo, ad quod bene faciunt ea quę dixi supra limit. 31. scilicet qđ quando deficit potestas ecclesiastica, potest princeps laicus compescere clericos & paria sunt habere iudicem, sed impotentem ad compescendum,
966 & illum non habere prout in simili dicimus quod non habere virum, & illum habere, sed inutilem paria sunt, Damode. in Encherid. parium aut simil. iuris in verb. maritum Cotta in memori in verb. Comes & in verb. vidua Io. Petr. Molignat. in tract. de appellat. verb. in verb. vidua cum alijs per prædicto congestis.
967 Limitatur 35. prædictus primus effectus, quod iudex laicus non potest se intromittere in causis clericorum, vt non procedat quando ex forma statuti in publicatione instrumenti esset citandus clericus, quia tunc poterit citari per iudicem sæcularem, coram quo esset facienda ipsa publicatio, Bal. in cap. fi. col. 1. de fide instr. Alba cons. 208. num. 11. lib. 2.
968 Limitatur 36. in clericis exercentibus artem vilem post annum, vel infra annũ postquam fuerint ter moniti vt puta artem carnificum, vel macellariorum publice & per se ipsos, Clemen. 1. de vit. & honest. cler. c. 1. §. fi. vbi Innocen. de vit. & honest. cler. gl. in cap. quia tua 12. q. 1. Dom. de Sancto Gemin. in cap si quis 32. dist. Soc. regul. 56. in 66. limit. Alexan. cons. 8. num. 4. vers. nec etiam perderet volum. 1. Imol. in cap. vnico, de cler. coniugat. in Capra cons. 97. num. 96. 97. 88. & 90. & 91. vbi loquitur in clerico exercente artem macelli & tabernæ, Pract. Corrad. in tit. de inquisit. nu. 8. in 5. & 11. Fallen. Boss. in tract. crim. in tit. de foro comp. nu. 128. Alex. de Neuo cons. 61. nu. 1. Steph. Bertran. consil. 13. n. 5. lib. 8. vbi testatur de comm. *opi. Petr. Belluga in Spec. rubr. 11. §. videndum, num. 19. Camil. Borell. in addit. Paul. de Leazar & vital. num. 59. & 60. in d. clem. 5. Diaz in pract. cri. canon. c. 63. per totũ Lãbert. in tract. de iure patron. lib. 2. art. 26. q.

9. p. 1.

9.p.1.Niger in extrauagan. Clemẽ. septimi in vers. solẽnia de vit. & honest. cler. Rodoan. in tract. de spol.q.2.num.41. & 42. Menoc. in tract. de arbitr. iud. casu 412.n.1. & 6. Pet. Cened. in collec. iuris canon.part. 1. collect. 37.num.20. in fi.Decian. in tract. crim.p.1.li.4.ca. 9.nu. 136.vbi dicit quod dispositio dictæ Clementinæ primæ non se extendit ad alia similia, & vilia officia, & ad sordida ministeria, vt ad lenones, vel custodes balneorum, & testatur de communi * opinione, & alios allegat, & adducit optimam rationem, vt ibi per eum, Alfons. Aluarez in Specul. iuris pontific.capit. 35. vers. si vero clericus car. mihi 96. & cap. 36. vers. sed dicit Rot. car. mihi 107.Aufrer.in tract.de potest. iud. laici regul.1. fallen. 9.nu. 17.in 16. tomo tract.diuers.cart.mihi 287.Farinac.in tract.crimin. q. 8.num. 93. Capra regul. 84.num. 3. Rossella in summa in verb.clericus,il secundo,n.3.Henric.Bohic in c. ex litteris,nu.12.de vit.& honest.cler.Cassan. super consuetud. Burgun. rub. 1. §.5.num.63. cart. mihi 198.Glos. super ritu M.C.V.in tit.de foro compet. in lit. B.in 9. limit.cart. mihi 396. Molin. in tract.de contract.disput. 342.n.9.

969 Limitatur 37. vt procedat,& locum habeat etiã si clericus talia exercitia non exerceat continuo, sed interpellatis interuallis, dum tamen eo tempore,quo illa non exercet desistat propter aliam causam, non autem causa honestatis clericalis,quia huiusmodi desistentia nullatenus prodest, quin clericus ammittat priuilegium clericale, Vital.in clem. prædicta nu. 66.allegat Paul. de Lazar ibidem, & in argu. text. in l.nihil ff. de capt.

970 Sublimitatur primo dicta limitatio, quod licet clericus monitus non desistat infra terminum sibi assignatum, vel non monitus, artes prædictas viles exerceat post annum ammittat priuilegium fori omnino quoad omnia capita priuilegij, non autem illud ammittit quoad omnia tempora, sed tantum quousque, & dum artes prædictas exercet, quia statim quod illas dimittit, reassumit priuilegium, & tandiu durabit priuatio, quandiu permanebit in exercitio talium artium ita Vital. in d. clem. 1. num. 63. de vit. & honest.cler. vbi etiam Zezal. & Matth. de Roma Capra reg. 94. num.5. qui asserit hanc esse comm. opin.Rosella in summa in verb.clericus, il 2. num. 3. Molin. in tract. de contract. disput. 342. n. 9.Alex. de Neuo cons.62. nu.7. Belluga in Spec. princ. rub. 11. §. uideamus num. 3.

971 Quæ sublimitatio sublimitatur in clericis coniugatis, qui licet desistant a prædictis artibus uilibus, non propterea recuperant priuilegium fori,quoad bona, sed tantum quoad personas, ita concludunt omnes proxime allegati.

972 Sublimitatur secundo, quando tales artes non exerceret per se, & manibus proprijs, sed per alias summissas personas,quia tunc etiam in domo propria poterit talia exercere, & ita exercendo non ammittere priuilegium clericale, Io. Andr. & Philipp. Franc. in cap. vnico, de uit. & honest. cler. in 6. Rosella in d. uerb. clericus, il 2. nu. 4. Vital. in d.clemen.1. n. 13. Lambert. in tract. de iure patron lib. 2.p. 1.art. 6.nonæ q.princ.n.4.

Sublimitatur tertio, ubi talem artem exerceret

973 secretè, & occultè, & non publicè, c. 1. ibi publicè de vit. & honest.cler.Rossell.eod.nu.4. Vital. d. clement.1. nu. 12. qui hoc not. ex eadem clem. & adducit rationem, scilicet, quia magis arguitur publicè, quam occulte factum, l. 1. §. generaliter ff.vi bon. rapt. l.nemo clericus C. de summ.Trinit. & fid. Cathol.

974 Et a quibus sit facienda huiusmodi monitio, & quibus non possit fieri ponit Vital. d. Clement. 1. n. 25. & seq.& n.66. & seq. de vit. & honest. cler. vbi ponit etiam an sit facienda personaliter an vero sufficiat, vt fiat in loco solitæ habitationis,& an possit fieri per publicum proclama, an particulariter, & an ad vocem, vel in scriptis.

975 Limitatur 38. in omni causa possessoria in qua etiam quod agatur de re ecclesiastica, & de beneficijs ecclesiasticis data negligentia iudicis Ecclesiastici, iudex laicus potest manum imponere, licet agatur inter personas ecclesiasticas vt quando clericus spoliaret aliquem, vel quando tractaretur de spolio iuris decimandi, & similium, quia tunc iudex laicus potest restituere spoliatum in sua possessione per viam cuiusdam defensionis extraiudicialis citando generaliter quemcunque suum putauerit interesse,gloss.in c. eam quidem de eo qui mitt. in posses.lib. 6. Boer.dec. 69.n.23.Grammat.dec. 78.per tot.Affl.dec. 2. num. 24.& dec.24.nu. 9.vbi dicit ita vidisse practicatum in Regno Neapolitano, & nu. 10. dicit quod ita fuit iudicatum per totum sacrum Concilium Gramma. in add. ad eundẽ affl. dec. 2.in litt. B, qui asserit quod ita tenuerunt Io. Andr.in cap.fin.de iud.vbi etiam Butr.dicit possessorium non est quod spirituale, sed temporale, Archid.in c. 1.de restit. spol. in 6. quibus concordant Andr. Gail. obseru. 38.nu.3. & obseru.57. n. 1. & obseru.30.n. 20.lib.1.Suarez in tesaur.recept. senten.lit.P.n.188.Menoch.in tract.de retinen.posses. remed.3.n.327.& in tract.de recuper.possess. remed. 15.n.210. & seq. & n.222. & 234.vbi testa- * tur de magis comm. * opi. & quod ita fuit seruatum per Senatum Pedemontanum de anno 1562. Misinger.obser. 67. centur.2.Osalc. dec. 116.n.1. Thesaur. decis. 82.num. 1. & seq. & decis.131.nu. 10. Couarr. in lib. practic. quæst.capil. 35. num.1. & in epitom. de sponsal. & matrimon.part. 4.cap. 8. §.12.num.3.kircou.comm.opin.cent.3.n.92.vbi multos alios affert Zabbarell. in Clemen. dispẽdiosam de iud. Guliel. de Monte Lauduno in clement. prima,de caus.possess.& proprieta.Guido Papa decision. prima, vbi asserit quod ita fuit decisum per Parlamentum Grationopolitanum inter priorem Sancti Roberti, & in multis alijs causis, & iterum idem dicit decision. 207. & decision.octuagesimaquinta,n.1.& dec.71. Ioann. Franc.a Ponte consil. 96.n.16.Restuar.in tra.de Imper.q.101.n.1. Franc. Marc.decis.215.n.2. & decis.652.num.1.Carol. de Grass. in tract.de regal.Franc.li.2.iure 5. Aufrer.in tract. de potest.iud.laici regul.2. limit.24.in 16. to. tract.diuers.cart. mihi 290. vbi dicit ita seruari in Regno Galliæ, & adducit multas rationes, & authoritates, Ferdinand.Loaz in repet.l. naturaliter §. nihil commun.ff.de acquir.possess. Viu.decis.30 num. 5.Amod. a Ponte in tract. quis sit iudex in causa feudi. num. 88. cum plurib. seqq. Io. Ant.

de Nigris, in c. ad regale fastigium, n. 7. & seq. Rebuff. super consti. Ga. lite in 3. to. tit. de materia possess. ar. 7 n. 22. Iodoc. Damoder. in praxi ciuili, cap. 41. in prin. Purp. cons. 26. n. 5. lib. 1. gl. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. vers. 2. regula car. mihi 397. post const. Regni Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelesiam dec. 2. nu. 39. de testam. Io. a Silua in tract. de benef. p. 1. q. 7. n. 12. Pontan. in tract. de spolio, lib. 2. nu. 2. & seq. Alc. cons. 24. lib. 2. Quintil. Mandos. in tract. de monitorijs. q. 13. n. 12. Foller. in add. ad Marant. in pract. p. 4. dist. 11. nu. 77. car. mihi 205. Io. Bapt. Ferret. cons. 30. num. 2. lib. 1. Auend. in tract. de exequen. mand. Reg. lib. 1. cap. 1. n. 32. Scac. in tract. de iud. p. 1. c. 11. nu. 45. & c. 34. nu. 30. Io. Igne. in l. necessarios. §. non alios, in 2. p. ff. ad Sille. idem Menoc. d. remed. 15. n. 226. & 227. vbi dicit, quod isto
976 casu clericus non dicitur reus, sed actor, & allegat multos alios Doctores, & præcipuè scribentes, in l. testamenta omnia, C. de testamen. Pereg. in tractat. de fideicom. ar. 48. n. 63. Dec. cons. 187. num. 3. vers. non obstat, quod citatio, Neuizz. cons. 20. n. 19 Rol. a Valle cons. 29. num. 9. & 12. lib. 2. Camil. de Curte in diuers. seu comprehens. iuris feud. p. 2. c. 2. nu. 144. vbi quamplurimos allegat, & num. 145. vbi dicit, quod ista opinio in Italia est vsu recepta cum tolerantia, & approbatione Summi Pontificis, & num. seq. ponit rationes istius conclusionis, Farin. in tract. crimin. q. 8. num. 23. vbi dicit, quod hæc est
* magis communis * opinio tam Legistarum, quam Canonistarum.

Sed tandem ipse Menoch. d. tract. de recuperanda possess. remed. 15. num. 34. in vltimis verbis post multa argumenta, & media, quæ prius adduxerat, concludit, quod hæc limitatio non est vera, & quod isto casu clericus spoliás, si possidet rem spoliatam debet conueniri coram iudice ecclesiastico, & hęc vltima opinio videtur probari in clem. vnica, de causa poss. & propriè, & eam sequuti fuerunt Spec. in tit. de contumacia, §. sequitur, vers. illud. Cou. in d. c. 35. n. 3. Io. Franc. a Ponte sibimet contrarius cons. 23. num. 35. Rolandus etiam sibi contrarius, cons. 23. n. 6. 16. & per tot. lib. 2. Menoc. in tract. de retin. poss. remed. 3. q. 35. n. 129. Alex. Moneta in tract. de decimis, c. 8. n. 10. Ego vero in istis contrarijs opi-
977 nionibus, ita distinguendum esse puto, aut tractatur de spolio beneficij ecclesiastici, aut de spolio rei temporalis, primo casu procedit secūda opinio, quod iudex laicus non potest tali negotio se intromittere, secundo casu procedit prima opinio, & iudex laicus poterit de causa cognoscere, & spoliatum restituere, ita colligitur ex traditis per Abb. in c. fi. de iud. & in c. literas, de iuramen. calum. & per Gigan. cons. 5. n. 16. & cons. 19. n. 12. vbi dicit, quod opinio Abb. est communiter recepta.

978 Sublimitatur nunc ipsa prima opinio, vt nō procedat, quando in eadem causa possessoria cognoscendum esset de titulo possessoris, & sic esset mixta cum causa proprietatis, tunc enim iudex laicus nunquam poterit se ingerere in tali causa, sed hoc spectat omnino ad iudicem ecclesiasticum. Imol. in d. c. litteras, de iuram. calum. Imol. in clem. dispendiosam, in fi. de iud. c. Barbat. num. 51. Bero. n. 52. & 53. & alij omnes in rubr. extra de iud. Cou. in prac. q. c. 35. num. 1. vers. ex quo patet. Menoch. in tract. de retinen. possess. remedio 3. num. 328. cum pluribus sequen. Alex. Moneta in tract. de decim. cap. 8. nu. 9. Farinac. d. q. 8. num. 23. vers. sublimita primo, & vers. limita iterum, vbi ex Menoch. loco supra allegato hanc sublimitationem sublimitatur tribus
979 modis. Primo, quando in causa possessorij de titulo principaliter cognoscitur; secus si incidenter, quia tunc laicus est competens, quia isto casu tituli cognitio non tollit laico iurisdictionem in causa possessorij, Ripa in l. 2. respons. c. fi. nu. 1. Secundo, quando de titulo, vel notoriè ex actis, vel ex partis confessione constaret. Tertio, quando pars de hoc se non opponit, & ad hoc allegat nonnullos alios Doctores.

980 Secundo sublimitatur, quando causa possessoria agitaretur inter duos clericos; tunc enim iudex sæcularis nullo iure poterit de causa cognoscere. Farinac. d. n. 24. vers. sublimita secundo, vbi ad hoc multos alios congerit.

Isti duo numeri fuerunt sublati, nu. 981. 982.

983 Limitatur trigesimonono dictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non procedat, quando clericus post susceptam tonsuram nunquam habitum clericalem gessisset, sed semper pro laico se habuit, quia is talis poterit conueniri coram iudicibus laicis. Vulpel. cons. 110. nu. 3. & per totum, qui allegat Abb. in c. proposuisse in fi. de foro compet. Io. Lupum in tract. de libert. eccles. par. 2. q. 4.

984 Limitatur quadragesimo, vbi clericus officium tutelæ, vel curæ acceptasset, quia eiusdem tutelæ, vel curæ administrationis cogitur reddere computum coram iudice sæculari. Masuer. in pract. in tit. de iud. & eorum iurisd. §. item si clericus. Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelesiam, decis. 2. nu. 128. Glo. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. vers. secunda regula, carte mihi 277. post constit. Regni. Surd. cons. 396. nu. 9. lib. 3. vbi concordantes adducit Maccabru. cons. 44. num. 49.

985 Et ratio est, quia cum officium tutelæ, vel curæ ei decernatur authoritate iudicis sæcularis, tanquam eius officiarij, possunt coram ei trahi, quia poterant se excusare ab officio, si voluissent, l. generaliter cum Authen. ibi posita, C. de episcop. & cleric. quod si non fecerunt eis imputandum, ita Maccabrun. consil. prædicto, num. 50. 51. & 58. vbi dicit, quod tunc clericus fecit se indignum priuilegio fori, nec huic rationi obstare poterit, id quod dixi supra ampliatione septima, scilicet, quod clericus non potest consentiri in iudicem laicum, non solum tacitè prout esset in casu præsenti, verumetiam nec expressè, & cum iuramento, quia respondeo, quod dicta ampliatio est vera, quando directè, vel indirectè ex eius voluntate renunciat suo priuilegio, secus si coactè, & in consequentiam prout in casu proposito, prout in simili videmus in clerico delinquente in aliquibus criminibus, nec obstat, quod possit responderi, quod in delictis amittit priuilegium in pœnam criminis, quia eadem ratio militat in casu præsentis limitationis cū illud amittat in pœnam illius facti, quod facere non debet, vt est assumere tutelam, quæ

clericis

clericis est interdicta, vt dicam infra effectu 16.

Alio modo responderi potest, quod iura prohibentia ne clericus se submittat iurisdictioni sæculari, vt est c. si diligenti, de foro compet. cum similibus, procedunt, quando summitteret se principaliter vt reus; secus si non principaliter, sed contingenter, quia tunc ius constituit sui iudicem, licet originem trahat ex facto ipsius clerici, quia multa fieri permittuntur incidenter, & in consequentiam, quæ principaliter fieri prohibentur, l. 1. ff. de autho rit. tutor.

986 Limitant 41. prædictum primum effectum, qui iudex laicus non potest modo aliquo cognoscere de clericis, aut eorum causis, vt non habeat locum, quando curialis fecit se clericum, quia is poterit per sæcularem iudicem etiam per manuum iniectionem ad curiam sæcularem reuocari, l. si quis cu rialis, vbi Bald. & alij, C. de episc. & cler. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. num. 144.

Sed ego hanc fallētiam nullatenus puto veram, quia si esset vera curiales retraherentur a vita cōtemplatiua, quod esset contra id quod dixi supra in prælud.

987 Limitatur 42. quando laicus fideiussisset pro clerico, quia si fideiussor coactus esset soluere per iudicē sæcularem poterit idē fideiussor coram eodē iudice cogere clericū, vt soluat Bal. Ang. & Pet. de Suzar. in l. fi. C. de vsur. rei iudic. Bertach. in tract. de episc. p. 5. lib. 4. nu. 96. in 13. to. tract. diuers. par. 2. carte mihi 353. & in suo repert. in ver. clericus pro quo Viu. dec. 49. nu. 7.

Sed in hac limitatione contrarium, & melius tenuerunt. Bart. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non iuer. Bal. si contrarius in add. ad Specu. in tit. de compet. iud. in add. in verb. laicus. Bertac. etiam sibi contrarius in eodem tract. de episc. p. 1. lib. 4. nu. 30. in d. tomo car. 325.

988 Et sciendum est, quod fideiussor clerici, si est laicus conueniendus est coram iudice sæculari, nec poterit opponere exceptionem declinatoriam fori competentem ipsi clerico (licet regulariter fideiussor possit opponere omnes exceptiones competētes ipsi principali, vt dixi in meo trac. de excomm. excommun. 16. nu. 44. in l. si reus, ff. iud. solui l. sed si restituatur, §. 2. ff. de iud. Bal. in rub. C. de priuil. dot. Aufr. in tract. de potest. iudicis sæcularis super perso. eccl. reg. 4. in fi. in 16. tom. tract. diuers. car. mihi 296.) & voluit Arnon. problem. 79. Mars. in rub. de fideiussor, n. 311. Cagnol. in l. venditor, n. 10. ff. de iudi. Soc. in c. 1. n. 22. vers. decimanona declaratio, d e foro comp. Surd. cons. 396. nu. 22. lib. 3. Turrecr. in c. te quidem, n. 3. 9. q. 1. Baiar. in add. ad Clar. in §. fi. q. 36. n. 9. vers. item adde, quod priuilegium, & q. 47 nu. 46. Vulpell. in tract. de libert. eccl. p. 3. n. 28. vbi alios allegat, & adducit rationem, quia scilicet hæc

989 exceptio declinatoria fori est mere personalis, ideo non transit ad fideiussorem, Rocc. Placentinus in praxi iudiciaria, lib. 3. in tit. de except. quæ reo competunt, quę tamen conclusio fallit, quando in fideiussione fuisset interpositum iuramentum, quia tunc fideiussor poterit conueniri coram iudice ecclesiastico, not. Alex. de Neuo, in c. ex rescripto, nu. 11. de iureiur. sed hoc procedit ratione iuramenti, & non fideiussionis.

990 Limitatur 43. prædictus primus effectus, quod iudex sæcularis non potest cognoscere de causis clericorum, vt locum sibi non vendicet, vbi clericus aliquo casu cogeretur recognoscere, an scriptura producta sit eius manu scripta, quando lis verteretur ad instantiam clerici coram iudice laico, quia ad hoc cogi poterit peti iudicem sæcularem. Boer. dec. 114. Vrsill. in adnot. Affl. dec. 173. n. 1. Io. Aloif. de Leo in repet. Authen. Cassa & irrita, nu. 19. C. de sacros. eccl.

991 Limitatur 44. in clericis bigamis in minoribus constitutis, qui non gaudent priuilegio fori, & omni priuilegio clericali sunt spoliati, c. altercationibus de bigamis, in sexto, vbi dicit, quod bigami non gaudent priuilegio clericali, cap. 1 de cleric. coniug. in sexto, cap. 1. de bigam. Pet. Belluga in specul. princ. rub. 11. §. videndum, nu. 17. vers. ex permissis, Alber. in tract. de statut. lib. 3. q. 42. nu. 5. Alfons. Aluarez in specul. iuris Pontific. cap. 36. vers. sed dicit. Rota carte mihi 107. Decian. in tractat. crimin. p. 1. lib. 4. cap. 9. num. 131. Bartol. Socin. regul. 80. fallent. 3. Farinac. latè quæstio. 8. num. 8. vbi multos alios adducit Aret. in cap. nuper, de bigam. vbi dicit, quod hoc idem procedit in sacerdotibus. Marian. Socin. in cap. peruenit, num. 97. & sequent. qui dicit, quod bigami non possunt, nec debent deferre tonsuram, & habitum. Aufrer. in tractat. de potest. iudic. laici super perso. ecclesiast. regul. 1. fallen. 8. nu. 16. in 16. tomo tract. diuers. carte mihi 287. Paulus Borgas. in tract. de irregular. p. 5. in rubr. de bigamis, nu. 43. cum plurib. sequent. Purpurat. cons. 408. num. 1. lib. 2. vbi dicit, quod hæc limitatio nedum procedit in causis ciuilibus, verum etiam, & in criminalibus. Henric Bohic in c. ex literis, nu. 16. de vita, & honest. cleric. Anania in c. 1. n. 11. de apostat. Cassan. super consuet. Burgun. rub. 1. n. 65. car. mihi 198. glo. super ritu M.C.V. in tit. de foro compet. lit. B, in 8. limitatione, car. mihi 396.

992 post constit. Regni, & ratio, quare bigami nō potiuntur priuilegijs clericalibus est relata a Decian. d. c. 9. nu. 133. scilicet, quia cum in matrimonio duplex consideretur mysterium ad similitudinem duplicis coniunctionis, quæ est in Christo, prima coniunctio animorum, quæ significat vnionem animæ Deo, secunda coniunctionem Christi, & Ecclesiæ, & humanitatis, & diuinitatis in Christo, quę coniunctiones cum non possint esse nisi vnicæ, merito non potest ritè repræsentari, nisi in primo matrimonio carnali, nam cum quis transit ad secundum matrimonium recedit ab vnitate, & diuidit carnem suam, & ideo non potest verificari in eo, & erunt duo in carne vna, & per consequens non potest verificari, neque repræsentari illa vnica coniunctio humanitatis, & diuinitatis in Christo, neque illa Christi cum ecclesia, neque vltima illa animæ nostræ cum Christo, & hanc rationem deducit ipse Decian. ex cap. debitum, de bigam. & ex c. acutius 26. dist. & ex cap. in Christo, de consecr. dist. 2. quæ tamen ratio mihi non videtur vera, ex quo est generalis, & potest verificari tam in matrimonio, ex quo contrahitur bigamia, quam in eo, ex quo non contrahitur, quia in omni matrimonio procedit illud Genesis, erunt duo in carne vna, ideo puto, quod vera ratio cur bigami non possint frui

priuilegijs ecclesiasticis sit in pœnam incontinentię
quæ præsumitur in bigamo.
993 Ampliatur primo dicta limitatio, vt procedat
etiam in eo qui per errorem, & ignorantiam biga-
miam contraxit, vt quia quis putans contrahere
cum virgine contraxit cum vidua quia ignorantia,
vel error non excusat a bigamia, c. ille 32.q.5. Bar-
bat. in c. si vir de adult. Hostiens. in summa in tit.
de bigam. in 7. q. Decian. in tract.crim.p.1.lib.4.
c. 9.nu. 135. in fine.
994 Sublimitatur primo (& hæc limitatio est con-
tra opinionem Angel. in loco supra allegato) in
clerico in sacris constituto, quia is non obstante
bigamia semper gaudet fori priuilegio, gl.in c.quis
quis 84. dist.vbi omnes scribentes, c.1. & ibi etiam
Doctores omnes de bigam. in 6.Aufrer.in tract. de
potest.iud. laici super person.eccl. reg. 1. limit. 8.
nu. 16. in 16.to. tract.diuers. cart mihi 287.vbi di-
** cit quod hæc est verior * opinio Decian.d. c.9.n.
135. Ang.de Claua in summa in ver bigamia §.10.
Sublimitatur secundo,vt dicta limitatio non pro
995 cedat in eo qui vnicam, & virginem duxit vxorē
quæ postea adulterium commisit, & postea eam-
dem reconciliatam cognouit, quia is talis non erit
reputandus bigamus quoad ammissionem priuile-
gij clericalis, Capell. Thol.dec. 64. & ibi Aufrer.
in add. idem Aufrer.d. lim. 8.num.16. Decian. eo-
dem c. 9. num. 134. vbi dicit quod ita alias fuit iu-
dicatum.
Sublimitatur tertio in eo qui contraxit cum uir-
996 gine, quæ nondum cognita mortua fuit, & ite-
rum cum alia contraxit, & matrimonium consu-
mauit namque is talis non amittit priuilegium fo-
ri propter talem bigamiam, Cappell. Tholo. &
Aufrer. in locis supra citatis, Decian.d.c.9.n.135.
qui vlterius dicit idem esse in eo,qui contraxit cum
virgine quam prius quam eam cognosceret in ma-
trimonio carnaliter cognouerat, quia si ipsa mo-
reretur, & postea cum alia contraxerit, non prop-
pterea ammittit priuilegium fori, quod locus esse
dicit in eo qui contraxit cum vnica, & uirgine quā
etiam in matrimonio cognouisset, sed postea cum
in partibus longinquis profectus fuisset & pro mor
tuo ab omnibus habitus esset, & eius uxor iudicio
ecclesiæ cum alio contraxit, quæ tamen reuerso
primo uiro uoluerit ei adhærere,ad quod etiā coa-
ctus fuerit censuris ecclesiasticis: iste namque dice-
retur bigamus, & ammitteret priuilegia clericalia.
997 Sublimitatur quarto ubi adesset cōsuetudo quod
clerici bigami gaudeant priuilegio fori, quia talis
consuetudo esset ualida ex quo est pro, & in fauo-
rem ecclesiæ,& non contra ecclesiam,Io.de Anan.
in c. 1.n. 17. de apostat.
998 Sublimitatur quinto, ut habeat locum tantum in
clericis vere bigamis, qui habuerunt plures legiti-
mas uxores, quas cognouerut, uel cōtraxerunt cū
uidua, non autem in bigamis interpretatiuè, Au-
frer. in locis supra citatis, Clar. in §.fi.q.36.in fine,
& num. 7.
999 Sublimitatur sexto, ut dicta limitatio procedat
quando matrimonium esset contractum de iure, se
cus si de facto, Marian. Soc. iun. in ca. peruenit
nu. 101. de senten. excomm.
1000 Qui autem dicantur bigami uere, ficte, uel in-
terpretatiue, ponunt Hostiens. & Goffred. in sum-
ma eiud.titu.de bigam.Specul.in eod.titu.Borgas.
in tract.de irregul. p. 5.in rub. de bigamis, n.43.cū
plurib. seq. Aufrer.in tract. de potest.iudici laici in
per person. eccles. regu.1. limit. 8.nu.16.in 16. to.
tract. diuers.car.mihi 187.Cappell.Thol.dec. 254.
Ang.de Claua in summa in verb.bigamia §.13.Pur-
pura cons. 408.nu.2. lib.2.Intrigl.in tract.de feud.
centu.2.ar. 5.n.278.
Limitatur 45.in clerico vsurario, qui si fuerit
1001 de vsuraria prauitate conuictus, poterit puni-
ri per iudicem secularem. Io. Monac. & Io. An-
dr. in cap. 1. in fin. de vsur. in 6. prout eos allegat
Marsil in tract. de bannitis in verb.iudice,nu.215.
vbi dicit quod ad hoc faciunt ea quæ notantur per
Abb. Butr. & alios in c. cum sit generale de foro
1002 cōp.Et pro ea limitatione potest adduci ratio,
quia hoc crimen in clerico est grauius, quam in lai
co, & propterea grauius punitur, quam laicus c.1.
& c. quoniam 14. q. 4.c. 1. 47. dist.Bero.cons. 84.
n. 12.lib. 3.
Mihi tamen hæc limitatio nō videtur vera, quia
crimen vsurarum non est vnum ex illis, ex quibus
clericus ammittit priuilegium, nec istud reperitur
in toto corpore iuris Canonici, puto tamen quod
per indirectè posset puniri per iudicem laicum,sci-
licet, cum petit exequutionem instrumenti vsurarij
ei denegare audientiam,& debitorem absoluere ab
obseruatione iudicij,& isto modo puto quod pro-
cedat limitatio.
1003 Limitatur 46. dictus primus effectus in clerico
contrauenienti salueguardiæ, & illam frangenti,
qui poterit puniri a principe sæculari qui ipsam sal
uam guardiam concessit, Neuizzan.cons.83. n. 10.
qui ad hoc allegat Costumerium Franciæ in Galli-
co sermone cart. 198.col. 1. Purpur. in l.si quis id
quod §. in seruos ff.de iurisd.omn.iud. & alios Do-
ctores, & vltra per eum allegatos idem dixerunt
Cassan. super consuet.Burgun. rubr. 1.§. 5. nu. 81.
cart. mihi 203. glo.super ritu M. C.V.in tit. de fo-
ro compet.lit. B.in 11. fallent. car. mihi 396. post
constitut. Regni Boer. dec.297.n.4.& per tot.Au-
frer. in tract.de potest.iud. laici super pers. eccles.
regul. 1.limit.12.n.20.in 16.to.tractat.diuers.cart.
1004 mihi 287.vbi latissime loquitur de præsenti li-
mitatione, in ista tamen conclusione contrarium
tenuerunt Guido Papa dec. 77. vers. sed an iudex
Rebuff. in l. ab his, n.8. C.de nauicular. li. 11. vbi
dicit quod iudex sæcularis nunquam poterit se in-
1005 tromittere in causis clericorum etiam pro salua
guardia,quæ secunda opinio est vera,& seruatur in
isto Regno in quo clerici pro isto,& similibus deli-
ctis nō cōueniutur nisi corā iudicibus ecclesiasticis.
1006 Limitatur 47. prædictus primus effectus, quod
iudex laicus non potest se intromittere in causis
clericorum, vt non procedat vbi iudex sæcularis
compelleret debitorem clericum ad remittendum
iuramētum turpiter receptum a debitore, antequā
per non solutionem inciderit in periurium Intrigl.
in tract. de feud.cent 2.artic. 94.nu. 8.
1007 Limitatur 48. vt locum sibi non vendicet vbi
tractatur de vi,& iniurijs inter personas ecclesiasti-
cas, quia isto casu in aliquibus partibus de consue-
tudine seruatur, vt iudex laicus de ipsis cognoscat,

Villalobus in comm.opin.in lit.C.n. 77. vbi loquitur in Regnis Hispaniarum, & dicit, quod in casu prædicto se intromittunt officiales temporales, Afflict.dec.24.nu. 9.vbi loquitur de tali consuetudine existente in Regno Neapolis, Ant.Scap. in tra. de iure non scripto lib.1.c.16.nu. 2. qui asserit, quod hæc consuetudo originem traxit a text. in c. princeps 23. q. 5. de qua consuetudine, an sit vera non disputo, & remitto me ad dispositionem Bullę in Cęna Domini.

1008 Limitatur 49. prædictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non habeat locum vbi clericus fideiussisset de iudicio sisti, & iudicatum soluendo coram iudice laico, quia pro tali fideiussione poterit clericus, citari, & conueniri coram eodem iudice sæculari, Marian. Soc.in c.1.nu.45. de foro compet. quem refert, & sequitur Blanc. in tract. de comprom. q. 3. circa finem, vers. & facit quod adducit, sed in hoc contraria opinio est vera, & procedit etiam si tē-
1009 pore quo fideiussor fuisset laicus, & postea clericatum assumpsisset, ita Dyn. in l.1. ff. si quis in ius vocat.iuer. Ancher. in cap. ea quę nu. 27. vers. & pro confirmatione de regul.iur.in 6.Marsi. in repet. rub. ff.de fideiuss. n. 110. Bertach. in suo repert.in verb. clericus fideiussor. Iaffred.Balb. dec. 168. & cæteris latius Surd.cons.396. nu.20.23. & 38. lib. 3. vbi dicit quod opinio Blanci est singularis, & quod Socin. ab eo allegatus non solum non dicit illud ad quod allegatur, verum etiam dicit oppositum.

1010 Limitatur 50. in inuentario faciendo, in quo clericus hæres laici tenetur illud facere coram iudice sæculari, Muta meus Conciuis super consu.huius Vrbi Panormi c.50.nu. 37. vbi allegat Guli. de Bened. in repet.c. Raynutius nu. 420. Io. Andr. & Abb. in c.fi.de fid. instrumēt.quod obseruatur etiā quando laicus instituitur hæres a clerico, Guido Papa dec.261. Muta eodem n. 37. Roland. a Valle late in tract. de inuent.q. 17. per tot. car. mihi 16. & ita obseruatur in hac Vrbe, in qua omnia inuentaria semper conficiuntur coram iudice sæculari pedaneo.

1011 Limitatur 51.prædictus primus effectus quod iudex laicus nō potest tangere clericos, nec in eius causis intromittere, vt non vendicet sibi locum, quando clericus esset seditiosus, & turbaret publicam quietem, namque is licet sit in sacris constitutus potest à iudice temporali eijci, & confinari a ciuitate, vel loco quem perturbat, dum suus iudex esset absens, ita Clarus in §.fin.q.36.nu. 20. vbi testatur quod alias de anno 1559.die 18. Augusti Senatus Mediolanensis eieci quemdam archipræsbyterum Cassan. super consuetud. Burgund. rub.1. §.5. num 49.versic.imò etiam potest cart.mihi 192.qui dicit quod iudex sæcularis potest forbandire clericos pro euitando aliquo scandalo, allegat cap.quicunque de episc. & cler. Guliel.de Benedict. in repet.cap. Raynutius in verb.vxorem nomine Adelesiam in 2. dec.a num 449.vsque ad nu 458.& dicit quod text. in d. c. quicunque fuit præfiguratus in testamento veteri in 3. Regum cap. 2. vbi Salomon Rex pro conspiratione facta contra eum per Abiatar Sacerdotem, vade, inquit, in Anatod ad agrum tuum, & quidem vir mortis, es, sed hodie non interficiam quia portasti Arcam Domini Dei.

1012 Limitatur 52. in clerico scismatico, & excommunicato, qui excōmunicationē contēni, & non potest à iudice ecclesiastico puniri ob potentiā excōmunicāti, vel scismatici, c.tua, il primo, & ibi gl.1.de decimis, c.de liguribus 23. q. 5. Paul. de Cast. in l. omnes, qui §.præterea, n.2.C.de episc.& cler. Ber-
1013 tach. in tract.de episc.p.5.lib. 4.nu.93.in 13.to. tract.diuers.p.2.car.mihi 353. Alciat.in c.cum non ab homine, nu.6.de iudit.Balzer.in c.1.§.si clericus num. 12. de pace tenen. in vsibus feud. sed melius esset quod priuetur a iudice ecclesiastico.

Iste numerus fuit sublatus 1013.

1014 Limitatur 35.vt non habeat locum quando iudex, & officialis laicus esset requisitus a iudice ecclesiastico, vt sibi impartiatur brachium temporale, quia isto casu laicus absque metu excommunicationis poterit agere quidquid sibi imposuerit, & mandauerit iudex ecclesiasticus, c. pernitiosam
1015 ibi, & cum opus fuerit de offic.ordinar.Henric. Bohic in c.at si clerici de iud. Soc. reg. 80.limitat. vlt Angel. in tract.de malefi. in verb. fama publica n. 65. Misinger.cons. 6. n. 4. Bernard. Laurent. in tract. quibus casibus iudex secularis, & c.num. 19. Foller. in pract. crim.canon.vers. vel vsuram committere, n. 9. Intrigl.singul. 58. n. 6. Arnaldus Albert. in tract.de agnosc.assert.q. 25. n.27.Mart.de Fano in tract. de auxil. per iud.imploran.p.2.num. 17. Gondislaus in tract.de hæret. q.11.Ant. Maria in tract. de obligat.in forma Cameræ in verb. reliqua super processu Camill. de Curte in diuers. feu. compr.iuris feud.p.2.c. 2.num. 28. & seq. vbi alios
1016 allegat. Quod quidem brachium seculare poterit iudex ecclesiasticus implorare pro executione eius sententiæ, & mandati, & iudex secularis tenetur hoc illi impartiri, c. 2. & ibi glos. in verb. potestatem de maled.c. administratores, & c. principes 23.q. 5. c.1. in fi. vbi glos. in. verb. publicum, & communiter scribentes de offic. ordinar. cū alijs multis quos congerit. Farin. in suo tract.crim. p. 3. q. 97. nu.81. Roland.a Valle consil. 37.num 2. lib. 4.Octau. Vulpell.in tract.de libert.eccles.p.3.n.31. & 32. Lelius Zanchus in tract. de priuileg. eccles. priuil. 44.n. 12. Iacob.Berretta cons. 4.nu.1.lib.1. hoc est procedit subsidium, quia, & remediū subsidiarum, glos. in Clement 2. in verb. remed.js de religios.Dom. Mart.de iurisdict p.1.c.50.nu.1.& 2.

Et proxima conclusio in tantum est vera quod
1017 si iudex, & officialis temporalis recusauerit præstare brachium prædictum poterit ad id compelli per excommunicationem, & censuras ecclesiasticas, d.c.1.vbi glos. & Abb. num. 11. de offi. ordin. Farin.d.q.97.n. 81. vbi etiam multos alios allegat, & vltra ibi per eum congestos idem dixerunt, Rebuff. cons.193.n.19. Aufrer.in tract.de potest. iud. eccles.super laicis, & eorum bonis, n.20.in 13.to. tract.diuers.p.1. car. mihi 227. Grassus in commu. opin.c.8.q.7.lib.2.Lelius de Zanchis d.priuil.44.n. 13.Paris in tract.de sind.in verb. Brachium,c. 1.nu. 4. cart. mihi 134. vbi dicit, quod hoc limitatur quando iudex haberet iustam causam contradicēdi, Misinger.cons.6.num. 5. Ias. in l.a Diuo Pio §. sententiam Romæ, n. 16.ff. de re iud. Natta cons.

post dicto cons. 11. nu. 41. vers. si est vnica in crimin. sed hęc opinio non est vera, & est contra tex. expressum in d. clem. diœcesanis, de vita, & honest. cleric. & contra prędictam opinionem tenuit Rosella in summa, in verb clericus, il 2. num. 3. in fi. & Abb. in c. contingit, il 2. de sent. excom.

896 Nec isto casu sufficit trina monitio eodem contextu facta, sed debet fieri cum interuallo temporis plurium dierum, gl. in clem. 1. in verbo tertio, de vita, & honest. cler. Gram. voto 33. nu. 12. & 13. Brun. cons 64. nu. 38. Alber. in tract. de statut. p. 3. q. 44. Alex. de Neuo cons. 60. n. 7. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 105. vbi vlterius dicit, quod sicut non sufficerent tres monitiones sine temporis interual-

897 lo, ita nec vnica pro tribus cum longissimo temporis spatio, vt si in ea diceretur, quod primi tres dies habeantur pro prima monitione, tres secundi pro secunda, & tres tertij pro tertia, quod dixit etiam Gram. d. voto 33. nu. 13. qui ad hoc allegat glo. in d. verbo tertio, Innocen. in cap. ex litteris, de vita, & honest. cler. glo. in c. si vero, §. 1. de sent. excom. & in c. sine ornatu 5. q. 4. Arch. in c. si. 60. dist. Alex. cons. 8. lib. 1. & alios Doctores, quibus ego addo. Alex. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prętori, nu. 2. ff. de noui oper. nunci. Fel. in c. ex litteris, num. 8. de constit. Cęsar Contardus in repet. l. diffamari, in limitat. n. 75. C. de ingen. & manumis. Asinius in trac.

898 de exequut. §. 5. c. 22. num. 6. & ratio est, quia vbi vnico contextu aliquid pluries fit, & reperitur dicitur vnicus actus, gl. in l. si conuenerit, ff. de pignor. actio. Bal. in prohem. C. nu. 86. vbi est optima additio in littera C, cum multis alijs, quos latè congessi in meo tract. de except. ad materiam statuti excludentis omnes except. except. 14. num. 58. & seq. vbi multa ipsi similia. Et licet sit de essentia, vt monitiones fiãt diuersis vicibus, nihilominus terminus

899 intermedius est arbitrarius iudicis monentis, Alfon. Aluarez in Spec. iuris Pontif. c. 36. vers. sed dicit Rota, car. mihi 107. & id quod dixi, quod requiritur trina, & particularis monitio limitat duob. modis; Primo in regnis Hispaniæ in quibus ex quadam constitutione Alexandri Sexti Summi Põtificis sufficit generalis monitio. vt testatur Cou. in lib. pract. quęst. c. 32. nu. 1. vers. sed ex Alexandrina.

900 Secundo, quando vnica monitio esset facta in synodo, quia tunc generalis monitio etiam quod sit vnica tantum sub pęna priuationis priuilegij clericalis habetur loco trinę monitionis, ita vt ex contrauentione ipso iure amittitur priuilegium clericale. Host. Io. Andr. Anchar. Cardin. & Butr. in c. 2. ne clerici, vel Monaci, Cępol. cons. 11. nu. 41. in cri. Clar. in §. fi. q. 36. nu. 17. Alex. de Neuo, cons. 60. nu. 14. Pet. Belluga in Specul. princ. rub. 11. §. dubitatur, vers. indifferenter, nu. 9. Farin. in tract. crim. q. 8. nu. 62. vbi dicit, quod licet in hoc contrarium te-

901 neat Abb. nihilominus communis opinio est cõtra Abbatem. & adducit rationem, quia scilicet monitio facta in synodo habet vim constitutionis, sed vbi fit constitutio non requiritur trina, & specialis monitio, cap. 2. de constit. in 6. cap. 1. de locat. Ergo synodalis monitio sufficit etiam, quod generalis sit.

902 Iuxta pręcedentem quęstionem quęro a quo iudice faciẽda sit hæc monitio, an scilicet a iudice ecclesiastico, an vero a sęculari, & respõdeo, quod ab ecclesiastico, est tex. in c. cõtingit, il 2. ibi in diœcesi sua, & ibi a te, de sent. excom. vbi hoc not. Abb. nu. 1. & 5. & in c. in audientia, eod. tit. ibi a prælatis suis. Brun. cons. 115. nu. 56. inter cons. crim. diuers. to. 2. Cęp olla d. cons. 11. nu. 41. Millef. in pract. fol. 93. nu. 30. Henric Bohic, in d. c. in audientia, nu. 1. & 2. idem Brun. cons. 64. nu. 38. Decian. d. c. 9. n. 104.

903 Farinac. eadem q. 8. nu. 63. & si iudex ecclesiasticus esset negligens in faciendo tales monitiones, tunc iudex laicus debet eum requirere, vt illas faciat pro euitandis scandalis, & delictis, & si ille iterum est negligens, vel recusat illas facere, tunc iudex laicus debet recursum habere ad eius superiorem Metropolitanum, vel Summum Pontificem.

Isti 4. nu. fuerunt sublati 904. 905. 906. 907.

908 Quero quarto, quid si clericus postquam fuit monitus, vt deferat habitum, & tonsuram reassumpsit aliquem ipsorum, vt puta habitum sine tonsura, vel tonsuram sine habitu, an tunc dicatur priuatus priuilegio clericali, & dico, quod non, quia ad hoc, vt clericus perdat priuilegium fori, opus est non solũ quod non incedat in habitu clericali, sed etiã quod non deferat tonsuram, vt dixi supra in prę ludio, & voluit Farin. q 8. nu. 64. & 65.

909 Quæro quinto, quid si clericus esset in fragranti crimine repertus sine habitu, & tonsura, an amittat priuilegium fori, si prius non fuit monitus, & dico, quod non, quia requiritur omnino, vt præcedant monitiones ad hoc, vt clericus perdat priuilegium fori ob habitus deiectionem. Gramm. voto 33. nu. 17. Marsil. cons. 67. nec clericus, qui deliquit in habitu laicali, poterit ex hoc puniri per iudicem sæcularem, si constat illum esse clericum, quia ex hoc

910 solo non exuitur priuilegio fori ecclesiastici. Imola, & alij in c. 1. de apostat. Rui. cons. 7. num. 6. lib. 5. Rol. a Valle cons. 4. nu. 28. lib. 1.

911 Et si clericus per plures dies ante delictum habitum dimisisset, & dimissio esset continuata vsque ad perpetrationem delicti, tunc amitteret priuilegium fori, nec postmodum est remittendus et quod habitum clericalem reassumat, Cass. super consuet.

912 Burgun. rub. 1. §. 5. n. 59. car. mihi 197. Secus si habitum per aliquod tempus dimisit, & postea illũ reassumpsit ante delictũ, quia isto casu per talẽ deiectionem priuilegium nõ amittit, quia eo ipso, quod reassumpsit habitum, & tonsuram recuperauit omnia priuilegia clericalia, Io. And. in c. Ioannes in 4. quæst. de cler. cõiug. vbi dicit. quod Paduæ ita alias fuit determinatum Alex. cons. 149. col. 2. vers. & ne fortasse vol. 6. Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 4. c. 9. num. 100. quam conclusionem limitabis, quando habitum reassumpsisset in fraudem, vt euitaret pœnam sæcularem, quæ fraus argui posset, si illum reassumeret parum ante delictum, vel post contractas inimicitias, c. ex parte, de cler. coniug. c. ex parte priuil. Archid. in cap. vnico, de cler. coniug. in 6. vbi etiam. Phil. Franch. Decia. eod. c. 9. nu. 101. vbi dicit, quod ad hoc est bonus tex. in l. si maritus, §. legit. de adul. & in l. hos accusare, in fine principij, ibi si non deleta̅nda accusat. & faciunt, quæ tradidit Bar. in l. 1. ff. de pœnis.

913 Et sciendum est, quod clericus in sacris constitutus, vel beneficiatus etiam quod nõ fuerit monitus

si non

si non defert habitum,& tonsuram peccat mortaliter,Abb.in c.si quis clericis,num.1. de vita & honest. cler. Dec.in c.ad audientiam,num.34. de rescript.Rosella in summa in verb.clericus,il 1. num. 1.& potest cogi ad illum deferendum,Anan. nu.2. & Anch.n.3.& in c.tuę de apostat.imo potest puniri arbitrio sui iudicis,Clemen.2. de vit.& honest. cler. vbi glos. in verb. Sanctioni,& Zabarell. in fin. Menoch.in tract.de arb.casu 392. num.19. & 20. Camill. Gallin. in tract. de verb.signific.lib.5. cap. 20.num.94.

914 Secundo sciendum est quod quando extaret cõsuetudo, quod clerici certi gradus,vt sunt scolares deambularent, absque habitu clericali,tunc ob deiectionem habitus non ammittitur priuilegium fori, ideo si cõmiserit aliquod delictum in habitu sęculari , & ita captus fuerit non propterea erit priuandus priuilegio fori,quia cõsuetudo illum excusat dummodo in cæteris viuat vti clericus Guid. Pap.dec.83. Rebuff.in tract.crim.p.1. lib.4.cap.9. nu. 97. vbi dicit quod ipse non firmaret hanc opinionem nisi extaret consuetudo,Capr. reg.94. nu. 13. Fulgos.cons.24.in 1.dubio,& ita dicendum esse puto,si extaret cõsuetudo,vt certo tempore cle-
915 rici non deambularent in habitu,vt puta tempore messium,vel vindemiarum quam proximam cõclusionem intelligas procedere in clericis sæcularibus , secus in religiosis professis alicuius religionis,quia isti nullo tempore,vel loco possunt dimittere habitum suæ religionis absque labe apostasię, c.2.in prin.ne cler.vel monaci in 6.

916 Limitatur 19. (hæc limitatio in eo solo differt à præcedenti , quia illa procedit in quolibet delicto etiam minimo,vt est apportatio armorum,& quid simile, & hæc solum in delictis sæuis,horrendis,ac atrocioribus) quando clericus,tam in minoribus, qui in sacris constitutus dimisso habitu sæuum aliquod vel horrendum commiserit delictum, quia in talibus clericus perdit priuilegium fori etiam nulla interueniente monitione , ac non concurrente perseuerantia, & incorrigibilitate,c. perpendimus de sent.excom.Boss.in tit.de foro comp.num 134. 139.& seq.qui testatur quod hæc est magis cõmunis Doctorum * sententia Prac.Corrad.f.247. col. 2. in tit.de inquisit.num.8. in 19. & 20. fall.Capra cõcl.97.num.11.& 78.& seq.Abb.in c.at si clerici, num.31. & 39. de iud.& in c.1.de parent.qui filios suos,& in c.tuę,de pęnis,& in c.cum non ab homine de iud.Diaz in pract.c.139. Didac.Perez in l.3. tit.4.lib.4.ordinamenti car.90.col.4.qui dicit hanc esse comm.*opinionem Fel.in c.1. num.49.& 70. de constit.Cardin.in d.c.perpẽdimus in 10. opposit.de sentent.excom.Alex.de Neuo cons.59. num. 20.qui etiam testatur de comm.*opinione Clar.in §.fi.quæst.36. num.19.vbi ponit exemplum de clerico,qui occidit maritum suæ adulteræ, Boer. dec. 69. num. 16. & per tot. vbi loquitur in clerico,qui occidit barbitonsorem,& dicit quod hæc limitatio tanto facilius procederet si fuisset captus absque habitu clericali,Peregr.cons.91. num.54 lib.1. qui hanc limitationem exemplificat in homicidio appensato quod vulgariter in regno dicitur apostatũ, Guido Papa dec. 121. Bellamera cons. 47. vers.super quinto circa medium Anchar.cons.158.Scacc. in tract.de iud.p.1.c.11.num.78.& 79.vbi testatur de comm.*opi.& dicit quod ipse se subscribit huic opinioni salua tamen determinatione Sãctæ Mat. Ecclesiæ Romanæ,cui se subijcit(prout ego me ipsum submitto in omnibus,& per omnia,tum in pręsentibus, quam in præteritis, ac futuris scribendis & dicendis) Ferdinand. Vasq.in tractat.de success. creat.lib.3. §.22.nu.52.qui dicit quod ista opinio* est communiter amplexa Alfons. Aluar.Hispan.in Spec.iuris pontifi.c.35.vers.se in foro ecclesiastico car.mihi 108.Barbat.in tract.de præstan.Cardin.p. 1. q.10. num.5. in 12.to.tract.diuers.p.2.car.mihi 83. vbi loquitur de quodam qui occidit custodem Ecclesiæ S. Marci Venetiarum,Decia.in tract.crim. p.1.lib.4.c.9.n.88.vbi dicit quod hæc fallẽtia procedit quando clericus esset repertus infraganti crimine in habitu laicali,& p.2.lib.9.c.6.de atrocitate parricidij,n.19. & c.16.de pęnis parricidij,& vtrobique tractat de clerico committente crimen parricidij prout in parricidio loquitur Alex. de Neuo cons.59. n.3.5.8.& 30.vers.4.cõclusio,Bonaccoss. in quæstio.crim.in verb.clericus deferens vers.& si clericus,qui dimisso Monald.cons.94.num.3.lib.2. Henric.Bohic in c.cum non ab homine num.8. de iud. & in c.at si clerici,num.3. eod.tit.Gemin.in c. 1. in fin. de homicid.in 6. Iacob.de Graff.in decis. aur.p.1.lib.4.cap.18.n.151.Brun.a Sole in cõpend. resolut. proposit. iuris in verb. clericus depositus, Io. de Anan. in cap. præterea in princ.de apostat. Soc.regul.79.in vltima fallen.vbi loquitur etiam in clerico committente parricidium,Ancher. in cap. perpendimus num.1.de senten.excomm.& in pręallegato , cap. præterea etiam num. 1. de apostat. Marsil.cons.9.num.17.Aufrer.in tractat.de potest. iud.laici super person.ecclesi.regul.1. fallent. 19.n. 27. in 16. tom. tractat.diuersor.cart.mihi 288. vbi ad hoc allegat text.in cap.ex parte,il terzo de priuileg.& alios DD.Achill.Pedrocch.consil.40. nu. 77.& 83.Gramma.cons.40.num.9.in crim.Cassan. super consuetud.Burgund.rub.1. §.5. num.55.car. mihi 195.& nu.70.vers.aduertendum est cart.201. Soc.in d.c.perpendimus,num.31.& 35.de sentent. excomm.Marsil.in l.vnicus §.cogniturum,n.75. ff. de quæst.& in l.1. in princ.n.61.ff.ad legẽ Cornel. de Sicar. vbi dicit quod in talibus delictis potest
917 puniri absque degradatione,& in tract. de bann. in verbo iudice,nu.217.& in verbo atrocioribus,n. 13. Gigans in tract.de pension.q.55.nu.3. Decian. cons.82. num.8. lib.2.qui dicit quod hoc est expeditum per quandam Bullam Pauli Tertij Summi Pontificis,per quam data est facultas iudicibus laicis cognoscendi contra clericos , assistente tamen iudice ecclesiastico,Couarr. in lib. pract. quæst.c. 32.n.3.vers.& idem erit Ant.Scappa in tract.de iure non scripto lib.1. c.14.nu.4.qui asserit quod ita seruatur de consuetu,& quod hæc est magis communis opinio, & quod ac ista opinione, tùm in iudicando , tùm etiam consulendo non est recedendum,Farina.q.8.nu.53.vbi dicit quod ita communiter & magis communiter tenetur,& licet contra præsentem limitationem tenuerint Soc. sen. cons. 12.n.19.lib.1.Io.Franc.a Ponte cõs.24.n.4.Albert. in c.1.nu.50.de hæret.Hieron.Ceuallos in Specul. pract.quæst.comm.contra comm.q.228. n.4. cum alijs per

alij per prædictos citatis, nihilominus non est recedendum a priori opinione, quæ est magis com-
918 munis. Aliqui vero dixerunt quod etiam isto casu requiritur trina monitio ad hoc, vt clericus ammittat priuilegium fori, & hoc non solum si vnum cómiserit attrocissimum delictum verú etiam si plura, ita Ancher. in d. c. 1. de apostat. Abb. & Cardinal. in d. c. perpendimus, Alex. cóf. 8. n. 2. lib. 1. Ang. in summa in verb. clericus il decimo, q. 1. Syluester etiam in summa in eodem verbo clericus il terzo, §. nono, prout prædictos allegat Couar. in lib. prac. quæst. c. 23. vers. tertio, vbi dicit quod hæc opinio sibi magis placet, quamuis contra communem, & vltra eos idem dixit Roland. a Valle cons. 4. num. 31. lib. 1. & multi alij quos recenset Farinac. d. quæst. 8. num. 54.

919 Et quamquam aliqui fœdere distinctionis conati sint has opiniones conciliare, vt prima scilicet procedat in clericis in minoribus constitutis, qui si committunt aliquod graue scelus absque aliqua monitione amnittunt fori priuilegium, secunda vero in clericis constitutis in maioribus, ita videantur distinguere multi quos refert & sequitur Cuccus in institut. maiori lib. 3. tit. c. n. 80 & 81. attamē hæc distinctio nō potest subsistere, quia quoad priuilegium fori, tàm in minoribus, quam in sacris cōstituti sunt æquales, vt per Concil. Trid. sess. 23. c. 6. de reformat.

920 Ampliant etiam dictam limitationem, vt in tantum sit vera quod clericus isto casu poterit puniri a iudice laico absque aliqua degradatione, vel traditione, ita dixerunt multi ex supra allegatis & vltra eos est glos. in cap. ex parte il terzo, de priuil. Hostiens. Io. Andr. & Butr. in c. perpēdimus de sentent. excomm. Ancher. in regul. ea quæ, q. 12. de regul. iur. in sexto, Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccles. reg. 1. limit. 19. vbi testatur de comm. *opin. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 23. n. 2. vers. tertio, vbi dicit quod ad hoc vt isto casu requiratur degradatio debet esse ita sceleribus deditus & inueteratus, vt dici possit scelerum minister, & dicit vltra quod hæc opinio est in practica recepta Scaccia in tract. de iudit. par. 1. c. 11. n. 8. qui etiam dicit quod de consuetudine iudices laici solent punire clericos dimittentes habitum & se immiscentes enormitatibus etiam quod non sint degradati, sed quod ita faciendo malefaciunt, & ad hoc allegat Bart. in l. 1. nu. 3. in fin. ff. de pen. Clar. in §. fin. q. 36. vers. sæpe numero Flammin. Cartar. in tract. de exequut. sentent. capto bannito c. fin num. 208. Farinac. quæst. 8. num. 108. qui Farinacius loco per eum citato nihil loquitur de ista materia, sed de ea loquitur eadem quæstione num. 57. vbi dicit quod hæc ampliatio procedit in clericis primæ tonsuræ, secus in clericis constitutis in sacris, qui sine degradatione nullatenus possunt a sæculari iudice puniri, etiam quod enormitatibus sint dediti, nisi constitutus in sacris crimen aliquod patrasset, ita in Reipublicæ perniciem, vt pium & æquissimum sit ipsum punire absque degradatione, vel nisi esset casus, quod si expectaretur degradatio iudicis ecclesiastici maxima subesset impunitatis, & libertatis suspitio, & tādem concludit, quod solum istis duobus casibus constitutus in sacris potest puniri per iudicem laicū absque degradatione, sed in isto Regno neque clerici in sacris neque in minoribus cōstituti puniuntur a iudicibus laicis etiam quod quantumuis enormia & reiterata delicta commiserint, & vtcunque sit puta tutius esse & verius, vt degradatio fieret actualis prius quam iudex sæcularis cognoscat de causa clericorum delinquentium etiā quod essent primæ tōsuræ prout voluit etiā Scaccia & alij per eū citati d. c. 11. n. 81. ver. verū quia.

921 Sublimitatur modo dicta limitatio, vt ad hoc, vt clericus committens crimen enorme & enormitatibus se immiscens possit puniri a iudice sæculari necesse est, vt in illis depræhendatur, alias si in illis non depræhenditur non poterit puniri a laico, Farinac. d. q. 8. n. 58. vbi ad hoc ponderat tex. in præcitato c. ex parte, il terzo de priuileg. ibi compræhēduntur in aliquibus fere factis, & ibi fuerint depræhensi, & tex. in c. 1. de apostat. ibi si criminibus depręhensi & in cap. cū non ab homine de iud. ibi si criminibus depræhensi & cap. perpendimus de sentent. excomm. ibi depræhendantur & nonnullos alios Doctores allegat, & eodem num. vers. depræ-
922 hensus autem ponit quando clericus dicatur in delicto depræhensus, & dicit quod duobus modis dicitur in delicto depræhensus primo quando est infragranti captus: secundo quando antequam excipiat de suo priuilegio, delictum confiteretur, vel de eo conuinceretur.

923 Quando autem delictum dicatur graue, sæuum vel enorme ponunt idem Farinac. quæst. 8. n. 59. & latius q. 18. per tot. Abb. in c. puer num. 3. de pęnis, Viu. decis. 196. n. 9. Franc. decis. 88. nu. 7. Fuscus in singul. in lit. D, n. 21. Honded. cons. 97. lib. 2. gloss. in c. peruenit de senten. excomm. Cæpolla, cons. 11. n. 26. in crim. Ferret. cons. 366. n. 3. lib. 2. Ludou. Vital. in tract. de reis monendis, fol. 99. n. 8. Reper. inquisit. in verb. delictum Menoch. in tract. de arbitr. iud. casu 266. per tot. Capic. decis. 161. nu. 4. Alfon. Aluarez in Specul. iuris pontif. c. 35. vers. enormia cart. mihi 95. Alexand. de Neuo cons. 59. num. 21. Mars. in tract. de bannitis in verb. atrocioribus per tot. Decian. in tract. crimin. p. 1. lib. 4. c. 9. num. 107.

924 Nec præsens limitatio aduersatur superiori ampliationi, quia illa ampliatio intelligitur vbi clericus existens in habitu, & tonsura, & viuens vti clericus, committit aliquod delictum enorme hic vero tractamus de eo, qui committit delictum, dum non defert habitum, & tonsuram, nec clericaliter viuit; item ibi de committente delictum enorme simpliciter, hic de committente delictum enorme cū aliqua qualitate aggrauante, & cum malo exēplo item ibi quando non est in delicto depręhensus, hic vero quando est in eo captus.

925 Limitatur vigesimo prædictus primus effectus, quod iudex sæcularis non potest se ingerere in causis clericorum, vt non habeat locum quando clericus tāquam tertius se opponeret exequutioni sententiæ, quia hoc facere habet coram eodem iudice qui tulit sententiam Bald. in l. testamenta, C. de testamen. Sal. in l. consulta C. eod. titu. Ancher. cons. 333. in princ. Anton. de Butr. in c. quoniam frequēter §. quod si super num. 1. vt lit. non contest. Abb. in eodem c. §. in alijs, num. 28. Soc. cons. 106. num. 7. vers. ista responsio lib. 4. & cons. 4. & cons. 91. nu. 13. vers.

13. vers. confirmatur 7. lib. 3. Aufrer. in tract. de potest iudi. laici super person. eccles. reg. 2. fallent. 10. nu. 10. in 16. tomo tract. diuers. carte mihi 289. vbi alios allegat gloss. super ritu M.C.V. in tit. de foro compe. vers. 2. reg. car. mihi 397. post constit. Regni. Crau. cons. 997. nu. 8. lib. 6. Fulu. Patran. in tract. cui incumbat onus proban. neg. lib. 1. c. 56. num. 18. Franc. Viui. decis. 387. nu. 1. & 2. vbi adducit rationem scilicet, quia tunc clericus est omnino actor, & pro actore est habendus, allegat Anchar. cons. supra citato.

926 Sublimitatur tamen prædicta limitatio, vbi clericus se opponeret tanquam possessor rei super qua est facienda exequutio, quia tunc si apparet de eius possessione poterit forum declinare, ex quo tunc iudicaretur omnino reus, l. de pupillo, §. qui remissionem, ff. de operis noui nunci. Purpur. cons. 26. n. 1 vers. sed tamen, vbi alios allegat, & n. 3. vbi dicit, quod clericus, qui sententiæ exequutionem vult impedire, potest comparere coram iudice laico (animo tamen non prorogandi eius iurisdictionem) & allegare suam possessionem, per quam sola exequutio impeditur allegat, gl. 1. in l. a Diuo Pio §. si super rebus, ff. de re iud.

927 Quæ sublimitatio ampliatur, vt non solum procedat si se opponeret de possessione, verum etiam si tantum de detentione, glo. Imola, & Alexan. col. 3. in l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito Purpur. dicto num. 3.

928 Primo sublimitatur hæc sublimitatio, quando fuisset facta alienatio rei litigiosæ in clericum, quia tunc non posset opponere de suo foro ad impediendum exequutionem sententiæ, Bald. in c. ecclesia S. Mariæ, nu. 30. de constit. vbi dicit, quod per dictum tex. fuit inuenta hęc cauillatio, quod reus, qui videt se succubere, transfert possessionem. & tunc iudex sæcularis non poterit facere exequutionem, sed contra istam iniquitatem succurritur, quia fit per episcopum repositio possessionis in pristinum statum, & cogetur reus promittere de iterum non transferendo possessionem in alium, sed Purpur. d. cons. 26. n. 3. dicit, quod si victor vult dicere victum dolo desijsse possidere, & ita dicendo intentare remedium actionis reuocatoriæ, de qua in §. si quis in fraudem. Institut. de actio. quæ isto casu competit, vt per Bar. in l. si quis mitium, §. si iudex ff. de damn. infect. & per Ang. in Auth. de litigios. in princ. col. 3. Vel velit probare, quod victus est verè dominus, & quod exequutio est facienda in illo iure dominij saluo tamen iure possessionis, iuxta tex. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damno infect. debet istis, & similibus casibus clericus possessor, qui sustinet partes rei corã suo iudice remitti, & quod

929 plus est clericus, qui suspicatur, q; aliquo modo esset turbanda (istis, & similibus casibus) eius possessio, potest facere monere victorem per iudicem ecclesiasticum, ne in tali re aliquid noui teneat eo, quia ipse clericus est verus possessor, & si aliquid prætendit super ijsdem rebus compareat coram eodem iudice ecclesiastico, est bene verum, quod iudex laicus, qui vult exequi sententiam, si ei opponatur de possessione clerici, poterit cognoscere de eius possessione ad effectum. vt intelligat, vt sit legitimus contradictor, iuxta ea, quæ latissimè ponit Fel. in c. veniens de testibus, & Purpur. d. cons. 26. nu. 3. & seq. per totum.

930 Limitatur 21. quando pater vult emancipare filium clericum, quia debet illum emacipare coram iudice sæculari. Rot. Rom. decis. 178. alias dec. 7. n. 1. & 2. in tit. de iudic. in antiq. Anchar. reg. ea quæ, q. 17. de reg. iur. in 6. Mill. in reper. in verb. iudex sæcularis. Aufr. in tract. de potest. iud. sæcul. super person. eccl. regula 2, fallen. 7. n. 8. in 16. to. tract. diuers. Dom. de S. Gemin. in c. si annum, §. si vero vers. sed posset dubitari, de iud in 6. Bellam. dec. 6. in tit. de foro compet. gl. super ritu M.C.V. eodem tit. de foro comp. vers. secunda regula, car. mihi 397. post constit. Regni Ferret. cons. 105. nu. 2. lib. 1. & ratio est, quia emancipatio est actus ipsius patris, & non filij. Rot. Rom. d. dec. 7. nu. 3.

931 Limitatur 22. vbi clericus, & laicus compromiserunt simul in laicum a cuius laudo fuit appellatũ, vel laicus vult recurrere ad arbitriu boni viri, quia hoc erit faciendum coram iudice superiore ipsius laici Aufrer. in tract. prædicto reg. 2. limit. 17. carte mihi 290. vbi ad hoc allegat Anchar. in quadã eius disputatione, quæ incipit clericus, quam tamen limitationem limitat, quãdo compromissum esset factũ

932 super re ecclesiastica, secus si recursus peteretur per clericum, quia tunc esset petendus coram iudice ecclesiastico superiore ipsius clerici, Bar. in repeti. l. si societatem, §. arbitrorum, ff. pro socio Spec. in tit. de arbit. §. 1. vers. sed quis erit, & ibi Io. Andr. in add. Soc. in c. cum sit generale, de foro comp. gl. super ritu M.C.V. in tit. de foro comp. vers. reg. carte mihi 397. post constit. regni Soc. sen. cons. 18. n. 31. lib. 1. & hæc est conciliatio cum dicta amplia. & li-

933 cet clericus in iudicem laicũ consentire non possit in arbitrium tamen cum episcopi consensu consentire poterit, gl. in c. contingit, in fi. de arbitr. vbi Inn. etiam in fi. & in c. exposita. de arbit Abb. cons. 33. nu. 1. vol. 2. Spec. in tit. de arb. §. restat, n. 3. & 7. vers. sed nunquid clericus. Borell. super pragmat. Odhalitium, §. 2. gl. 1. nu. 350. cum multis alijs, quos latè congessi supra in al.a ampl.

934 Limitatur 23. dictum primum effectum, iudex laicus nõ potest cognoscere de causis clericorum, vt locum sibi non vendicet, quando clericus offenderet officiales temporales, & sæculares eos insultando, vel alio modo in eos delinquendo. Cass. super consuet. Burgun. rubr. 1. §. 5. n. 82. car. mihi 204. vbi circa hanc fallentiam, & limitationem multa scribit Pet. Foller. super const. Regni, in tit. de episc. & cler. c. de personis clericorum, nu. 5. car. mihi 40. qui dicit, quod hoc est satis rationabile. Glo. super ritu M.C.V. in tit. de foro compet. regula 1. fallent. 13. carte mihi 396. post const. Regni Aufrer. in dicto tract. de potestat. iud. laici, reg. 1. limit. 14. num. 22. in 16. tomo tractat. diuers. carte mihi 288. vbi ad corroborationem huius limitationis adducit aliqua iura, rationes, & authoritates, sed quia eam ita simpliciter intellectum puto falsissimam,

935 ideo dico, quod si clericus vti procurator, vel aduocatus, vel quocunque alio modo compareret coram iudice sæculari, & illum verbis impertinentibus prouocaret (prout multi hodie faciunt qui immemores dignitatis, quam gerunt coram magistratibus sæcularibus non solum aduocati, & procura-

curatoris officium verum etiam, & sollicitatoris, & exactoris. & birroarij artem exercent) iudex ipse tunc poterit tales ita insolenter comparentes carcerare absque labe excommunicationis ita, quod eumdem carceratum statim remittat suo iudici cõpetenti; ad quod dicendum moueor duabus rationibus, quarum Prima erit quia clericus exercendo tale officium exercet officium clericatui cõtrariũ, vt dicam infra effectu 11. & 21. & clericus faciens aliquid clericatui contrarium amittit forum, vt dicã infra hoc eodem effectu.

Secunda ratio est quia tunc poterit illum capere tanquam delinquentem, & in fragranti crimine deprehensum vt dixi sup. & per hanc vltimam rationem hæc mea opinio sustineri poterit etiam si compareret in casibus sibi de iure promissis.

Limitatur 24. prædictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non habeat locum, si laicus qui est obligatus cle
936 rico prætendit obligationem fuisse factã sine causa, & per consequens inefficacem, vel debitum fuisse solutum, & cancellationem instrumenti vult experiri, iuxta terminos, l. dissolute, & l.fin. ff. de condit.ex lege, quia in huiusmodi causis poterit clericus coram iudice sæculari, licet huiusmodi conditio sit actio personalis, §. appellamus Instit. de actio. hanc limitationem ponit Aufrer. in tract. de potest.iud.laici super person.ecclesi.regul 2.n.19. in 16.to.tract.diuers. cart.mihi 290. vbi tandem concludit quod de iure ipsa limitatio sustineri non potest, quia repugnat iuribus in principio ipsius regulæ adductis. Sed an clericus conueniens laicum coram iudice sæculari teneatur subire iuramentum
937 decisiuum coram eodem iudice, casu quo laicus allegaret solutionem, & dico quod sic, quia hæc est quædam reconuentio, & clericus potest reconueniri coram iudice sæculari, vt dixi fusius supra hoc eodem effectu; & est quędam oppositio seu exceptio.
938 Limitatur 25. quando adesset penuria frumenti, & clericus in eius posse haberet illud quia tunc tenetur ciuitati, & vniuersitati vendere etiam quod sit collectum ex decimis, vel prædijs ecclesiasticis, & ad id cõpelli potest per officiales sæculares, Ludou. Messia in pragma taxe panis prout eũ refert Petr. Aug. Morla Hispan.in emporio vtriusq; iuris, p.1.tit.29.de contrahent.empt.& vend.q.1. n.6 vbi etiam ad hoc allegat d per Abbatẽ cons. 3.lib.1.& per Iason.in l.1.n.14 & 17.C.de sacrosanct. ecclesi.
939 Et vltimo loco concludit quod est tutius eos nõ cõpellere, sed recurrere ad officiales ecclesiasticos vt illos cõpellant nisi fames, & necessitas vrgeat, & periculum esset in mora. Et quod ecclesiastici prout laici possint compelli ad vendendum frumenta, ac alia necessaria ad humanum victum dixerunt, Bart. in l.1 in fi.C. vt memini liceat vendere spec. lib. 10. vbi etiam Io. de Platea n.4 Surd.cons. 301. n.2.lib. 3.& ratio est, quia tunc agitur de publica vtilitate, & in ijs quæ concernunt vtilitatem publicam, clerici sunt ita obligati prout laici, ex naturali ratione, & lege vt dicam infra effectu 3. Et sicut casu prędicto clerici possunt compelli per of-
940 ficiales laicos ad vendendum victualia, ita è contra laici poterunt compelli per ecclesiasticos, l. fi. §. item episcopi vbi glos. de numer. & honor. idẽ probatur ex not.in l.1.C.de episc.audien.Surd. in tract. de alimen.tit.1.q.77.nu.3.
941 Limitatur 26. prædictum primũ effectum quod clerici non possunt cognosci per officiales laicos, vt non procedat in clericis qui falsa mensura triticum vinum oleum, vel aliud commestibile vendũt, quia propter tale delictum puniri possunt per iudicem sæcularem, Cassa.super consuet.Burgund.rub. 1. §. 5.vers. s'il na grazze, n.90.cart.mihi 205. Ludou.Messia in pragmat.taxe panis conclus.5.n.29. Pet.Cened.in collect.iuris canon.p.1.collect.37. n.
942 18. & licet vsus falsorum ponderum, & mensuræ sit damnatus, & punibilis etiam de iure Diuino, vt habetur in Deuteron. c. 25. ibi non habebis in sacculo tuo diuersa pondera maius, & minus, nec erit in domo tua modius maior, & minor pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus sit tibi, & Leuit.c.19. in fi. nolite facere iniquũ aliquod in iudicio, in regula, in pondere, statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modus æquiusque sestarius, & de iure Canonico vt in c. vt mensuræ
943 de empt. & vend. & de iure ciuili vt in Auth. de collact. §. eos vers. eos, nihilominus prædictam limitationem non intelligerem, ita simpliciter, & indistinctè, sed vt tantum procedat quando clericus vti mercator, vel artifex fuisset vsus talibus ponderibus, & non aliter, & hoc ea ratione quia deliquit in arte, & exercitio quod exercet, quo casu potest cognosci, & puniri per iudicem laicum eo modo, & forma etiam in censura, vt dixi supra limit. 6.n. 844. & 847. non quia vsus est falsis ponderibus, &
944 mensuris, quia eis vtens non committit nisi crimen falsi, & pœna falsi punitur, l. Annonam, §. onerant, ff. de extraord. crim. vbi gl. allegat l.pen. ff. de fals. & consimilis glos. in l.arbitrio, §.de eo, ff. de dolo l.in dardanario ff.de pen l.2.2.ff.ad leg.Iul. de annon.c. 2. de empt. & vend. & prout latius de hac materia habetur per Petrum de Gregor. Tholos.in sintagma iuris p.3.lib. 37.c.n.11. & seq.& in Regno isto adsunt duæ cõstitutiones vna sub tit. de ponder.& mensur.alia sub tit.de pœna contra mer
945 catores, quibus grauissimis pœnis plectuntur vtẽtes falsis ponderibus, & mensuris, pro quo delicto falsi clericus non perdit priuilegium fori, vt dixi supra in præcedent. ampl. vel potest intelligi hæc limitatio in clerico, qui istis falsis ponderibus, & mensuris pluries vsus fuerit, & monitus vt a tali vsu desistat se non correxit, & sic tanquam incorrigibilis poterit puniri a iudice sæculari, iuxta ea quæ dixi supra in præcedent.limitatio.
946 Limitatur 27. prædictus primus effectus, quod iudex laicus non potest cognoscere de causis clericorum, nec eos punire vt non habeat locum quando iudex secularis caperet clericum seditiosum, vel aliter scandalosum vt suo iudici statim præsentet ad puniendum, & hoc pro sedanda, & frenanda ira populi, & ne aliquod maius malum eueniat.
947 Limitatur 28. quando clericus authoritate iudicis laici adeptus fuerit rem aliquam, nam ab eodẽ iudice cuius authoritatem rem fuit adeptus, poterit cognosci si iniuste possessionem dederit, & an iure illã obtinuerit, ita Peregr.in tract. de fideicomm.art.48.n.62. & seq. vbi loquitur in clerico, qui

qui vti vocatus ad fideicommissum authoritate iudicis laici cæpit possessionem rerum hæreditariarum,& dicit quod ipsemet iudex laicus potest causam hanc cognoscere,& possessionem reuocare si iniuste possessionem dederit.

948 Limitatur 29. quando clericus alieno nomine conueniretur vt puta pro curatorio, vel tutorio nomine(casu quo talis esse possit)quia tunc non attēditur persona clerici,sed eorum,ex quorum persona conuenitur,Soc. in rub.de foro compet.num.1. & 15. & in cap.1.num.52.& sequen.eod.tit. Andr. Gail.obserua.37. num.7. lib.1.Vrsil.in adnotat.ad Afll.dec.24. num.4.

949 Limitatur 30.prædictus primus effectus,quando quis petit se immitti in possessionem bonorū,iuxta terminos l. fin.C.de edict.Diui Adrian.tollēd.quoniam tunc si plures sunt contradictores,inter quos est vnus clericus sufficit vnicus libellus porrectus coram iudice sæculari competente ratione bonorum, nisi ipse clericus reperiretur esse in possessione,ita Menoc. in tract.de adipiscen.possess.remed. 4.nu.475 & 476.vbi alios allegat.

950 Limitatur 31. vbicunque potestas ecclesiastica deficeret, quia tunc iudex laicus in defectu poterit punire clericos, & ex potestate sua eos corrigere, iuxta tex. in c. princeps sæculi vbi gloss.23. quæst. 5.& in c.filijs 16. quæst. 7. Lucas de Penna in l. si coloni,C.de agricol.& censit.lib.11.gloss.in c.tua, il 1.de decim. vbi hanc fallentiam exemplificat in iijs,qui scisma committunt,& non possunt ab ecclesia compesci,allegat c. ne leuitæ 17. dist.& in c.de Liguribus 23.quæst.5.Balzeran.in c.1.§.si clericus, num.12. vers.vltimo procederet,de pace tenenda, Decian. in tract. crim. p. 1. lib.4. cap.9. num.83.

951 vbi vlterius dicit quod si duo contendunt de Papatu , & adeo potentia pollerent quod ecclesiastica potestas diuisa esset, nec posset incedere concilium, nec aliter tantum scisma sedare ob æqualem amborum potentiam,quod hoc casu principes sæculare possēt,&deberēt se tali negotio ingerere,& incorrigibiles detinere,quod prius dixerat Barbat. in d.c.tua,il 1. de decim.& in cap.quia nonnulli n. 96.de rescrip.& in c.quod translationem,n.146.de offi. delegat. Aufr.in tract.de potest.iud.laici super person.eccles.reg.1. fallen.3. num.11. in 16. tom. tract.diuers.car.mihi 287. Alfons.Aluarez in Spec. iur.pontif.c.36. in princ.cart.mihi 107. Ancher.in c.accessorium,num.21. de reg.iur.in 6.Gul.de Bened.in repet. c. Raynutius in verb. & vxorem nomine Adelesiam in 2.dec.n.149.vbi loquitur in punitione clerici rebellis ecclesiæ, & dicit quod istud

952 fieri potest per iudicem sæcularem,quia talis punitio tendit in honorem ecclesiæ , & quod ad hoc est tex.notabilis in d.c.principes sæculi 23. q.5.& quod ita pluries fuit decisum per Parlamentum Tholosanum Cassan. super consuet. Burgun.rubr. 1. §.5. n.61.car.mihi 192.glo.super ritu M.C.V.in tit. de foro compet. lit. B,car.mihi 396. post constit. Regni Franc. Marc.dec.215.

953 Et non solum in casibus,& exemplis supra positis possunt principes laici compescere clericos vt dictum est:verū etiā, & in alio casu hoc est in electione Summi Pōtificis,in qua possint de facto includere, & obsidere Cardinales ad hoc,vt cito eligant Papam si differunt illum eligere,c.vbi periculum de elect.in 6. iuncta clement.Romani eod.tit. Bernard. Lauren. in tract. in quibus casibus iudex sæcularis cognoscit de eccles.n.12.Decia.in tract. crim.p.2. lib.6.c.34 nu.26.

954 Et sicut deficiente potestate ecclesiastica laici possunt compescere clericos, ita e contra deficiente potestate sæculari,vel negligentibus principibus sæcularibus poterit Papa se ingerere,& iurisdictionem exercere etiam contra laicos, Marian. Socin. & cæteri scribentes in c. licet ex suscepto de foro compet.Decia.d lib.4. c.9.n.84.

955 Limitatur 32. in clerico minori litigante coram iudice sæculari,quia tutor vel curator ad huiusmodi causam sibi decernitur per iudicem sæcularem, coram quo lis est ventilanda.Oldrad.cons.59.Rot. Rom. dec. 204. clericus minor Ancher. in reg. ea quæ,q.18. de reg.iur.in 6.Aufrer.in trac.de potest. iud. laici super person. eccles. regul.2. limitatione 29. in.16. to.tract.diuers.car.mihi 290.Dom.de S. Gem.in c.at si annum de iud.in 6.Intrig.in tract.de feud.centur.2. art.94. n.8. & cons.30.nu.69.lib.1. Dec.cons.150.nu.7.& 8.& in l.1.n.6.ff.de iurisdict. omn.iudicum,Ripa in cap. decernimus,num. 9. & 10.de iud Probus in c.fin.n.9.10. & 16.eod.tit.Gomes in §. si vero num. 29. Instit.de act.Franc. Viu. dec.287. nu4. Neuizzan.cons.17.nu.58.Mising.in lib. pract. obseru. centur. 1. obseru. 87. Piaggia in tract.de tutor.q.24. n 3.Franc.Caldas in repet.l.si curatorem habens in princ.n.19.car.mihi 16.C.de restit.in integr.Sebast.Medices in tract.de legib.& statut p.4. q.6. n.5.vers.sexto lex ligat,multo allegat Carpan. super statut.Mediol. c.34. n.39. lib.1. Purpur.in l.1. n.20.ff.de iurisd.omn.iud.glos.super ritu M.C.V.in tit.de foro compecent.vers.secunda regula cart.mihi 397. Marant.in pract p 4.dist.11. nu.14. & 64.car.mihi 203.Addentes ad deci.Rot. Rom.dec.7. n 6. in tit.de iud.in antiq.Bero.consil.

956 102.num.17.lib.3.vbi dicit quod curator ad causam, & litem potest dari ab illo iudice , qui habet de causa cognoscere , etiam si ille alias esset incōpetens , & ius dandi non haberet ad quod allegat alia iura, & rationes,Et ratio principalis præsentis limitationis est, quia curator datur liti,& non personæ,ideo debet dari ab illo,qui est iudex in ipsa li-

957 te Intrig.d.cons.30.n.70. Et pari modo e contra videmus,quod iudex ecclesiasticus potest dare curatorem laico,quando litigaret coram eo,quia talis curator semper datur ab illo iudice, coram quo lis ventilatur,Marant.d.p.4.dist.11.nu.13.car.mihi 194. vbi allegat Bald. in l. fi. post princ. de iud. & tex. in c. fi.de iud.in 6.

958 At secus est si esset dandus tutor,vel curator generalis clerico minori , quia tunc erit dandus per iudicem ecclesiasticum,Bart. in l. 1. ff. de tutor.& curat dat ab his Bero.præcit.cons.102.nu.17.vers. sed quod lib.1. Ruy.cons.89. nu.7.vol.5.Roland.a Valle in tract.de iuuent.q.17.num.3.cart.mihi 16. quidquid in contrarium dixerint Marant. d. dist. 11. n.64.& ibi Addentes Gail obser.37.in 6.fallen. lib.1. Surd.cons.396.num.10.lib.3.Io.Batt.Ferret. cons.105. n.3 lib.1.

959 Limitatur 33. quando extaret statutum quod non valeant legata nisi testamentum insinuetur coram

coram aliquo magistratu, vel officiali, nam si clericus est institutus in testamento in quo fuerunt facta legata laicis, & ipsi petentes insinuationem ipsius testamenti fecerunt clericum citari coram tali iudice, valebit citatio, Bald. nu.4. Alex. Ias. & Paul. de Castr. nu.7. in l. testamenta, C. de testament. vbi ipse Paul. de Castr. dicit se ita alias de facto consuluisse, Sal. in l. consulta C. eod. tit. Ancher. in regula ea quæ, quæst. 17. de regul. iur. in 6. Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio ff. si cui plus quam per leg. Falcid. vbi etiam Imol. idem Bald. in Authen. clericus, C. de episcop. & cler. & alij quos insimul cōgerit Aufrer. in tract. de potestat. iud. laici super person. ecclesiast. reg. 2. fallen. 9. n. 9. in 16. tom. tract. diuers. car. mihi 289. & vltra eos idem dixerunt. Viu. dec. 30. n. 2. Roland. a Valle cons. 29. n. 4. lib. 2. Alba Mandell. cons. 208. n. 8. lib. 2. glos. super ritu M.C.V. in tit. de foro compet. vers. secunda regula cart. mihi 397. post constit. Rgni Surd. dec. 26. nu. 1. vbi dicit quod isto casu non est opus vt laicus scribat literas subsidiales episcopo, quia episcopus non potest in hoc manum apponere, Bertacch. in tractat. de episcop. p. 5. lib. 4. num. 95. in fi. in 13. tomo tractat. diuers. p. 2. cart. mihi 353. quæ fallentia procedit etiā quando est facienda aliqua insinuatio actus, vel publicatio instrumenti, in qua tàm de iure communi, quàm ex forma statutorum omnes interesse habē-
960 tes essent citandi, tunc etiam citatio clerici potest fieri per iudicem sæcularem, Bald. in cap. fi. de fide instrument. Asinius in pract. exequut. in princ. cap. 49. nu. 19. Affiic. decis. 24. nu. 8. vbi Vrsill. in addit. num. 2. Aufrer. præcit. regul. 2. in 8. fallen. num. 9. vbi loquitur de insinuatione donationis excedentis 500. aureos. Sic etiam quando publicatur testamentum solemne laici, etiam quod sit institutus
961 hæres aliquis clericus debet publicari coram iudice laico, Bald. & Corn. in l. omnia testamenta C. de testam. idem Bald. in Authent. clericus & in cap. Raynutius in verbo vxorem nomine Adelesiā dec. 2. num. 420. de testamen. Io. Andr. & Abb. in cap. fin. de fi. de instrumē. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. ecclesi. regul. 2. fallent. 11. in 16. to. tract. diuers. cart. mihi 289. Barbat. in c. si hęredes, nu. 11. de testam. Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 8. nu. 1. & in tantum est vera prædicta conclu-
962 sio, quod etiam episcopus si est exequutor testamenti, tenetur etiam facere inuentarium coram iudice sæculari, Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio, ff. si cui plus quam per Falcid. Aufrer. d. num. 12. verum Asinius loco citato, nu. 20. dici quod isto casu cautius est si clericum ab episcopo citari procuretur; si vero episcopus illum citare recusauerit, tunc sufficit citatio per modum, vt supra, Ias. in l. testamenta omnia num. 5. C. de test.
963 Limitatur 34. vt dictus primus effectus non procedat, quando clericus delinqueret in loco vbi, non adesset superior ipsius clerici delinquentis, nec haberet iudicem competentem, tunc enim poterit capi, & carcerari ab officiali temporali, & postea ita captum transmitti ad iudicem competentem, ita Petr. Cened. in collecta. iuris canon. p. 1. collect. 37. n. 3. vbi allegat Thom. Mieres in cōst. Cathal. collat. 2. cap. 11. in princ. Michael de Molin. in repert. in verb. iustitia Aragonum in vers. die 1. Decembris cart. 204. Petr. Belluga in Specul. princ. rub. 11. §. videndum num. 10. secundum eum sed in meo libro est num. 17. vbi dicit quod absentia iudicis competentis tribuit iurisdictionem iudici non competenti, & licet Borell. ibi in addit. in lit. G, dicat quod hæc limitatio est iniqua, & non debeat seruari, nihilominus eam etiam comprobat Nauarr. in c. cum contingat in primo remedio vers. vndecimo facit de rescript. & ita fuit obseruatum alias de facto in causa cuiusdam equitis melitensis, vt testatur Dom. D. Vincentius Bottoner olim re-
964 gius Consiliarius meritissimus in quanam sua allegatione, quam habeo manuscriptam seu mauis iustificatione ipsius capturæ, & iterum idem fuit obseruatum in hac Vrbe Pannormi de anno 1602. cum quodam de Staiti, qui cum esset receptor Religionis Melitensis commisit duo homicidia, & propterea fuit captus per officiales M.R.C. & ita captus sub fideiussione fuit trāsmissus ad eius Ma-
965 gnum Magistrum, & idem puto quod sit dicendum si adesset iudex competens ipsius clerici, sed inhabilis ad illum compescendum, vt quia in loco esset vicarius foraneus, & paruæ authoritatis & clericus esset vir potens, & maximæ existimationis, tunc enim dico quod laicus officialis poterit capere clericum, vt illum transmittat episcopo, ad quod bene faciunt ea quę dixi supra limit. 31. scilicet qđ quando deficit potestas ecclesiastica, potest princeps laicus compescere clericos & paria sunt habere iudicem, sed impotentem ad compescendum,
966 & illum non habere prout in simili dicimus quod non habere virum, & illum habere, sed inutilem paria sunt, Damode. in Encherid. parium aut simil. iuris in verb. maritum Cotta in memori in verb. Comes & in verb. vidua Io. Petr. Molignat. in tract. de appellat. verb. in verb. vidua cum alijs per prædicto congestis.
967 Limitatur 35. prædictus primus effectus, quod iudex laicus non potest se intromittere in causis clericorum, vt non procedat quando ex forma statuti in publicatione instrumenti esset citandus clericus, quia tunc poterit citari per iudicem sæcularem, coram quo esset facienda ipsa publicatio, Bal. in cap. fi. col. 1. de fide instr. Alba cons. 208. num. 11. lib. 2.
968 Limitatur 36. in clericis exercentibus artem vilem post annum, vel infra annū postquam fuerint ter moniti vt puta artem carnificum, vel macellariorum publice & per se ipsos, Clemen. 1. de vit. & honest. cler. c. 1. §. fi. vbi Innocen. de vit. & honest. cler. gl. in cap. quia tua 12. q. 1. Dom. de Sancto Gemin. in cap si quis 32. dist. Soc. regul. 56. in 66. limit. Alexan. cons. 8. num. 4. vers. nec etiam perderet volum. 1. Imol. in cap. vnico, de cler. coniugat. in Capra cons. 97. num. 96. 97. 88. & 90. & 91. vbi loquitur in clerico exercente artem macelli & tabernæ, Pract. Corrad. in tit. de inquisit. nu. 8. in 5. & 11. Fallen. Boss. in tract. crim. in tit. de foro comp. nu. 128. Alex. de Neuo cons. 61. nu. 1. Steph. Bertran. consil. 13. n. 5. lib. 8. vbi testatur de comm. opi. Petr. Belluga in Spec. rubr. 11. §. videndum, num. 19. Camil. Borell. in addit. Paul. de Leazar & vital. num. 59. & 60. in d. clem. 5. Diaz in pract. cri. canon. c. 63. per totū Lābert. in tract. de iure patron. lib. 2. art. 26. q. 9. p. 1.

9.p.1.Niger in extrauagan.Clemē. septimi in vers. solēnia de vit. & honest. cler. Rodoan. in tract. de spol.q.2.num.41. & 42. Menoc. in tract. de arbitr. iud. casu 412.n.1. & 6. Pet. Cened. in collec. iuris canon.part. 1. collect. 37.num.20. in fi.Decian. in tract. crim.p.1.li.4.ca. 9.nu. 136.vbi dicit quod dispositio dictæ Clementinæ primæ non se extendit ad alia similia, & vilia officia, & ad sordida ministeria, vt ad lenones, vel custodes balneorum, & testatur de communi * opinione, & alios allegat, & adducit optimam rationem, vt ibi per eum, Alfons. Aluarez in Specul. iuris pontific.capit. 35. vers. si vero clericus car. mihi 96. & cap. 36. vers. sed dicit Rot. car. mihi 107.Aufrer.in tract.de potest. iud. laici regul.1. fallen. 9.nu. 17.in 16. tomo tract.diuers.cart.mihi 287.Farinac.in tract.crimin. q. 8.num. 93. Capra regul. 84.num. 3. Rossella in summa in verb.clericus,il secundo,n.3.Henric.Bohic in c. ex litteris,nu.12.de vit.& honest.cler.Cassan. super consuetud. Burgun. rub. 1. §.5.num.63. cart. mihi 198.Glos. super ritu M.C.V.in tit.de foro compet. in lit. B.in 9. limit.cart. mihi 396. Molin. in tract.de contract.disput.342.n.9.

969 Limitatur 37. vt procedat,& locum habeat etiā si clericus talia exercitia non exerceat continuo, sed interpellatis interuallis, dum tamen eo tempore,quo illa non exercet desistat propter aliam causam, non autem causa honestatis clericalis,quia huiusmodi desistentia nullatenus prodest, quin clericus ammittat priuilegium clericale, Vital.in clem. prædicta nu. 66.allegat Paul. de Lazar ibidem, & in argu. text. in l.nihil ff. de capt.

970 Sublimitatur primo dicta limitatio, quod licet clericus monitus non desistat infra terminum sibi assignatum, vel non monitus, artes prædictas viles exerceat post annum ammittat priuilegium fori omnino quoad omnia capita priuilegij, non autem illud ammittit quoad omnia tempora, sed tantum quousque, & dum artes prædictas exercet, quia statim quod illas dimittit, reassumit priuilegium, & tandiu durabit priuatio, quandiu permanebit in exercitio talium artium ita Vital. in d. clem. 1. num. 63. de vit. & honest.cler. vbi etiam Zezal. & Matth. de Roma Capra reg. 94. num.5. qui asserit hanc esse comm. opin.Rosella in summa in verb.clericus, il 2. num. 3. Molin. in tract. de contract. disput. 342. n. 9.Alex. de Neuo cons.62. nu.7. Belluga in Spec. princ. rub. 11. §. uideamus num. 3.

971 Quæ sublimitatio sublimitatur in clericis coniugatis, qui licet desistant a prædictis artibus uilibus, non propterea recuperant priuilegium fori,quoad bona, sed tantum quoad personas, ita concludunt omnes proxime allegati.

972 Sublimitatur secundo, quando tales artes non exerceret per se, & manibus proprijs, sed per alias summissas personas,quia tunc etiam in domo propria poterit talia exercere, & ita exercendo non ammittere priuilegium clericale, Io. Andr. & Philipp. Franc. in cap. vnico, de uit. & honest. cler. in 6. Rosella in d. uerb. clericus, il 2. nu. 4. Vital. in d.clemen.1. n. 13. Lambert. in tract. de iure patron lib. 2.p. 1.art. 6.nonæ q.princ.n.4.

Sublimitatur tertio, ubi talem artem exerceret

973 secretè, & occultè, & non publicè, c. 1. ibi publicè de vit. & honest.cler.Rossell.eod.nu.4. Vital. d. clement.1. nu. 12. qui hoc not. ex eadem clem. & adducit rationem, scilicet, quia magis arguitur publicè, quam occulte factum, l. 1. §. generaliter ff.vi bon. rapt. l.nemo clericus C. de summ.Trinit. & fid. Cathol.

974 Et a quibus sit facienda huiusmodi monitio, & quibus non possit fieri ponit Vital. d. Clement. 1. n. 25. & seq.& n.66. & seq. de vit. & honest. cler. vbi ponit etiam an sit facienda personaliter an vero sufficiat, vt fiat in loco solitæ habitationis,& an possit fieri per publicum proclama, an particulariter, & an ad vocem, vel in scriptis.

975 Limitatur 38. in omni causa possessoria in qua etiam quod agatur de re ecclesiastica, & de beneficijs ecclesiasticis data negligentia iudicis Ecclesiastici, iudex laicus potest manum imponere, licet agatur inter personas ecclesiasticas vt quando clericus spoliaret aliquem, vel quando tractaretur de spolio iuris decimandi, & similium, quia tunc iudex laicus potest restituere spoliatum in sua possessione per viam cuiusdam defensionis extraiudicialis citando generaliter quemcunque suum putauerit interesse,glos.in c. eam quidem de eo qui mitt. in posses.lib. 6. Boer.dec. 69.n.23.Grammat.dec. 78.per tot.Affl.dec. 2. num. 24.& dec.24.nu. 9.vbi dicit ita vidisse practicatum in Regno Neapolitano, & nu. 10. dicit quod ita fuit iudicatum per totum sacrum Concilium Gramma. in add. ad eundē affl. dec. 2.in litt. B, qui asserit quod ita tenuerunt Io. Andr.in cap.fin.de iud.vbi etiam Butr.dicit possessorium non est quod spirituale, sed temporale, Archid.in c. 1.de restit. spol. in 6. quibus concordant Andr. Gail. obseru. 38.nu.3. & obseru.57. n. 1. & obseru.30.n. 20.lib.1.Suarez in tesaur.recept. senten.lit.P.n.188.Menoch.in tract.de retinen.possess. remed. 3.n.327.& in tract.de recuper.possess. remed. 15.n.210. & seq. & n.222. & 234.vbi testatur de magis comm. * opi. & quod ita fuit seruatum per Senatum Pedemontanum de anno 1562. Misinger.obser. 67. centur.2.Osasc. dec. 116.n.1. Thesaur. decis. 82.num. 1. & seq. & decis.131.nu. 10. Couarr. in lib. practic. quæst.capil. 35. num.1. & in epitom. de sponsal. & matrimon.part. 4.cap. 8. §. 12.num.3.kircou.comm.opin.cent.3.n.92.vbi multos alios affert Zabbarell. in Clemen. dispēdiosam de iud. Guliel. de Monte Lauduno in clement. prima,de caus.possess.& proprieta.Guido Papa decision. prima, vbi asserit quod ita fuit decisum per Parlamentum Grationopolitanum inter priorem Sancti Roberti, & in multis alijs causis, & iterum idem dicit decision. 207. & decision.octuagesimaquinta,n.1.& dec.71. Ioann. Franc.a Ponte consil. 96.n.16.Restuar.in tra.de Imper.q.101.n.1. Franc. Marc.decis.215.n.2. & decis.652.num.1.Carol. de Grass. in tract.de regal.Franc.li.2.iure 5. Aufrer.in tract. de potest.iud.laici regul.2. limit.24.in 16. to. tract.diuers.cart. mihi 290. vbi dicit ita seruari in Regno Galliæ, & adducit multas rationes, & authoritates, Ferdinand.Loaz in repet.l. naturaliter §. nihil commun.ff.de acquir.possess.Viu.decis.30 num. 5.Amod. a Ponte in tract. quis sit iudex in causa feudi. num. 88. cum plurib. seqq. Io. Ant.

de Nigris,in c.ad regale fastigium,n.7. & seq. Rebuff.super consti.Galliæ in 3.to.tit.de materia possess.ar.7 n.22.Iodoc.Damoder.in praxi ciuili, cap. 41.in prin.Purp.cons.26.n.5.lib.1.gl.super ritu M. C.V.in tit.de foro compet. vers.2. regula car.mihi 397.post const.Regni Guliel. de Bened.in repet. c. Raynutius, in verb. & vxorem nomine Adelesiam dec.2.nu.39.de testam.Io.a Silua in tract.de benef. p.1.q.7.n.12.Pontan.in tract.de spolio,lib.2.nu.2. & seq. Alc.cons.24.lib.2. Quintil. Mandos.in tract. de monitorijs.q.13.n.12.Foller.in add.ad Marant. in pract.p.4.dist.11.nu.77.car. mihi 205. Io.Bapt. Ferret.cons.30.num.2.lib.1.Auend.in tract.de exequen.mand.Reg.lib.1.cap.1.n.32.Scac. in tract.de iud.p.1.c.11.nu.45.& c.34.nu.30.Io.Igne. in l. necessarios.§.non alios,in 2.p. ff. ad Sille. idem Menoc.d.remed.15.n.226.& 227. vbi dicit, quod isto
976 casu clericus non dicitur reus, sed actor, & allegat multos alios Doctores,& præcipuè scribentes, in l.testamenta omnia,C.de testamen.Pereg.in tractat.de fideicom.ar.48.n.63.Dec.cons.187.num.3. vers.non obstat,quod citatio,Neuizz.cons.20.n.19 Rol.a Valle cons.29.num.9. & 12.lib.2. Camil.de Curte in diuers.seu comprehens.iuris feud. p.2.c.2. nu.144.vbi quamplurimos allegat,& num.145. vbi dicit,quod ista opinio in Italia est vsu recepta cum tolerantia, & approbatione Summi Pontificis, & num.seq. ponit rationes istius conclusionis, Farin. in tract.crimin.q.8.num.23. vbi dicit,quod hæc est magis communis * opinio tam Legistarum, quam Canonistarum.

Sed tandem ipse Menoch.d.tract.de recuperanda possess.remed.15.num.34.in vltimis verbis post multa argumenta, & media, quæ prius adduxerat, concludit,quod hæc limitatio non est vera,& quod isto casu clericus spolians, si possidet rem spoliatam debet conueniri coram iudice ecclesiastico, & hęc vltima opinio videtur probari in clem.vnica,de causa poss.& propriè, & eam sequuti fuerunt Spec. in tit.de contumacia,§.sequitur,vers.illud.Cou.in d.c. 35.n.3.Io. Franc. a Ponte sibimet contrarius cons. 23.num.35. Rolandus etiam sibi contrarius,cons. 23.n.6.16.& per tot.lib.2.Menoc.in tract.de retin. poss.remed.3.q.35.n.129.Alex.Moneta in tract.de decim.s.c.8. n.10. Ego vero in istis contrarijs opi-
977 nionibus,ita distinguendum esse puto, aut tractatur de spolio beneficij ecclesiastici, aut de spolio rei temporalis,primo casu procedit secūda opinio, quod iudex laicus non potest tali negotio se intromittere,secundo casu procedit prima opinio,& iudex laicus poterit de causa cognoscere, & spoliatum restituere,ita colligitur ex traditis per Abb. in c.fi.de iud.& in c.literas,de iuramen.calum. & per Gigan.cons.5.n.16.& cons.19.n.12.vbi dicit,quod opinio Abb.est communiter recepta.
978 Sublimitatur nunc ipsa prima opinio, vt nō procedat, quando in eadem causa possessoria cognoscendum esset de titulo possessoris,& sic esset mixta cum causa proprietatis, tunc enim iudex laicus nunquam poterit se ingerere in tali causa, sed hoc spectat omnino ad iudicem ecclesiasticum. Imol.in d.c.litteras, de iuram. calum.Imol.in clem. dispendiosam,in fi.de iudic.Barbat.num.51.Bero.n.52.& 53.& alij omnes in rubr.extra de iud. Cou.in prac. q.c.35.num.1. vers. ex quo patet.Menoch.in tract. de retinen.possess.remedio 3.num.328. cum pluribus sequen.Alex.Moneta in tract.de decim. cap.8. nu.9.Farinac.d.q.8.num.23. vers. sublimita primo, & vers.limita iterum,vbi ex Menoch.loco supra allegato hanc sublimitationem sublimitatur tribus
979 modis. Primo,quando in causa possessorij de titulo principaliter cognoscitur; secus si incidenter, quia tunc laicus est competens, quia isto casu tituli cognitio non tollit laico iurisdictionem in causa possessorij,Ripa in l.2.respons.c.fi. nu.1. Secundo, quando de titulo, vel notoriè ex actis, vel ex partis confessione constaret. Tertio,quando pars de hoc se non opponit, & ad hoc allegat nonnullos alios Doctores.
980 Secundo sublimitatur,quando causa possessoria agitaretur inter duos clericos; tunc enim iudex sæcularis nullo iure poterit de causa cognoscere. Farinac. d.n.24. vers.sublimita secundo,vbi ad hoc multos alios congerit.

Isti duo numeri fuerunt sublati, nu. 981. 982.

983 Limitatur trigesimonono dictus primus effectus,quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non procedat, quando clericus post susceptam tonsuram nunquam habitum clericalem gessisset,sed semper pro laico se habuit, quia is talis poterit conueniri coram iudicibus laicis. Vulpel.cons.110.nu.3. & per totum, qui allegat Abb. in c.proposuisse in fi.de foro compet. Io. Lupum in tract.de libert.eccles.par.2.q.4.
984 Limitatur quadragesimo, vbi clericus officium tutelæ, vel curæ acceptasset, quia eiusdem tutelæ, vel curæ administrationis cogitur reddere computum coram iudice sæculari. Masuer.in pract. in tit. de iud.& eorum iurisd.§.item si clericus. Guliel.de Bened.in repet.c.Raynutius,in verb. & vxorem nomine Adelesiam,decis.2.nu.128.Glo. super ritu M. C.V.in tit.de foro compet.vers.secunda regula,carte mihi 297.post constit.Regni.Surd.cons.396.nu. 9.lib.3. vbi concordantes adducit Maccabru. cons. 44.num. 49.
985 Et ratio est, quia cum officium tutelæ, vel curæ ei decernatur authoritate iudicis sæcularis,tanquam eius officiarij, possunt coram ei trahi, quia poterant se excusare ab officio, si voluissent, l. generaliter cum Authen.ibi posita, C. de episcop. & cleric. quod si non fecerunt eis imputandum, ita Maccabruu. consil. prædicto, num. 50. 51. & 58. vbi dicit, quod tunc clericus fecit se indignum priuilegio fori, nec huic rationi obstare poterit, id quod dixi supra ampliatione septima, scilicet, quod clericus non potest consentiri in iudicem laicum, non solum tacitè prout esset in casu præsenti, verumetiam nec expressè, & cum iuramento, quia respondeo, quod dicta ampliatio est vera, quando directè, vel indirectè ex eius voluntate renunciat suo priuilegio, secus si coactè, & in consequentiam prout in casu proposito, prout in simili videmus in clerico delinquente in aliquibus criminibus, nec obstat, quod possit responderi, quod in delictis amittit priuilegium in pœnam criminis, quia eadem ratio militat in casu præsentis limitationis cū illud amittat in pœnam illius facti, quod facere non debet, vt est assumere tutelam, quæ

clericis

clericis est interdicta, vt dicam infra effectu 16.

Alio modo responderi potest, quod iura prohibentia ne clericus se submittat iurisdictioni saeculari, vt est c. si diligenti, de foro compet. cum similibus, procedunt, quando summitteret se principaliter vt reus; secus si non principaliter, sed contingenter, quia tunc ius constituit sui iudicem, licet originem trahat ex facto ipsius clerici, quia multa fieri permittuntur incidenter, & in consequentiam, quae principaliter fieri prohibentur, l. 1. ff. de autho rit. tutor.

986 Limitant 41. praedictum primum effectum, qui iudex laicus non potest modo aliquo cognoscere de clericis, aut eorum causis, vt non habeat locum, quando curialis fecit se clericum, quia is poterit per saecularem iudicem etiam per manuum iniectionem ad curiam saecularem reuocari, l. si quis curialis, vbi Bald. & alij, C. de episc. & cler. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. num. 144.

Sed ego hanc fallẽtiam nullatenus puto veram, quia si esset vera curiales retraherentur a vita cõtemplatiua, quod esset contra id quod dixi supra in praelud.

987 Limitatur 42. quando laicus fideiussisset pro clerico, quia si fideiussor coactus esset soluere per iudicẽ saecularem poterit idẽ fideiussor coram eodẽ iudice cogere clericũ, vt soluat Bal. Ang. & Pet. de Suzar. in l. fi. C. de vsur. rei iudic. Bertach. in tract. de episc. p. 5. lib. 4. nu. 96. in 13. to. tract. diuers. par. 2. carte mihi 353. & in suo repert. in ver. clericus pro quo Viu. dec. 49. nu. 7.

Sed in hac limitatione contrarium, & melius tenuerunt. Bart. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non iuer. Bal. si contrarius in add. ad Specu. in tit. de compet. iud. in add. in verb. laicus. Bertac. etiam sibi contrarius in eodem tract. de episc. p. 1. lib. 4. nu. 30. in d. tomo car. 325.

988 Et sciendum est, quod fideiussor clerici, si est laicus conueniendus est coram iudice saeculari, nec poterit opponere exceptionem declinatoriam fori competentem ipsi clerico (licet regulariter fideiussor possit opponere omnes exceptiones competẽtes ipsi principali, vt dixi in meo trac. de excomm. excommun. 16. nu. 44. in l. si reus, ff. iud. solui l. sed si restituatur, §. 2. ff. de iud. Bal. in rub. C. de priuil. dot. Aufr. in tract. de potest. iudicis saecularis super perso. eccl. reg. 4. in fi. in 16. tom. tract. diuers. car. mihi 296.) & voluit Arnon. problem. 79. Mars. in rub. de fideiussor, n. 311. Cagnol. in l. venditor, n. 10. ff. de iudi. Soc. in c. 1. n. 22. vers. decimanona declaratio, de foro comp. Surd. cons. 396. nu. 22. lib. 3. Turrecr. in c. te quidem, n. 3. 9. q. 1. Baiar. in add. ad Clar. in §. fi. q. 36. n. 9. vers. item adde, quod priuilegium, & q. 47 nu. 46. Vulpell. in tract. de libert. eccl. p. 3. n. 28. vbi alios allegat, & adducit rationem, quia scilicet haec

989 exceptio declinatoria fori est mere personalis, ideo non transit ad fideiussorem, Rocc. Placentinus in praxi iudiciaria, lib. 3. in tit. de except. quae reo competunt, quae tamen conclusio fallit, quando in fideiussione fuisset interpositum iuramentum, quia tunc fideiussor poterit conueniri coram iudice ecclesiastico, not. Alex. de Neuo, in c. ex rescripto, nu. 11. de iureiur. sed hoc procedit ratione iuramenti, & non fideiussionis.

990 Limitatur 43. praedictus primus effectus, quod iudex saecularis non potest cognoscere de causis clericorum, vt locum sibi non vendicet, vbi clericus aliquo casu cogeretur recognoscere, an scriptura producta sit eius manu scripta, quando lis verteretur ad instantiam clerici coram iudice laico, quia ad hoc cogi poterit peti iudicem saecularem. Boer. dec. 114. Vrsill. in adnot. Affl. dec. 173. n. 1. Io. Aloif. de Leo in repet. Authen. Cassa & irrita, nu. 19. C. de sacros. eccl.

991 Limitatur 44. in clericis bigamis in minoribus constitutis, qui non gaudent priuilegio fori, & omni priuilegio clericali sunt spoliati, c. altercationibus de bigamis, in sexto, vbi dicit, quod bigami non gaudent priuilegio clericali, cap. 1 de cleric. coniug. in sexto, cap. 1. de bigam. Pet. Belluga in specul. princ. rub. 11. §. videndum, nu. 17. vers. ex permissis, Alber. in tract. de statut. lib. 3. q. 42. nu. 5. Alfons. Aluarez in specul. iuris Pontific. cap. 36. vers. sed dicit. Rota carte mihi 107. Decian. in tractat. crimin. p. 1. lib. 4. cap. 9. num. 131. Bartol. Socin. regul. 80. fallent. 3. Farinac. latè quaestio. 8. num. 8. vbi multos alios adducit Aret. in cap. nuper, de bigam. vbi dicit, quod hoc idem procedit in sacerdotibus. Marian. Socin. in cap. peruenit, num. 9?. & sequent. qui dicit, quod bigami non possunt, nec debent deferre tonsuram, & habitum. Aufrer. in tractat. de potest. iudic. laici super perso. ecclesiast. regul. 1. fallen. 8. nu. 16. in 16. tomo tract. diuers. carte mihi 287. Paulus Borgas. in tract. de irregular. p. 5. in rubr. de bigamis, nu. 43. cum plurib. sequent. Purpurat. cons. 408. num. 1. lib. 2. vbi dicit, quod haec limitatio nedum procedit in causis ciuilibus, verum etiam, & in criminalibus. Henric Bohic in c. ex literis, nu. 16. de vita, & honest. cleric. Anania in c. 1. n. 11. de apostat. Cassan. super consuet. Burgun. rub. 1. n. 65. car. mihi 198. glo. super ritu M.C.V. in tit. de foro compet. lit. B, in 8. limitatione, car. mihi 396.

992 post constit. Regni, & ratio, quare bigami nõ potiuntur priuilegijs clericalibus est relata a Decian. d. c. 9. nu. 133. scilicet, quia cum in matrimonio duplex consideretur mysterium ad similitudinem duplicis coniunctionis, quae est in Christo, prima coniunctio animorum, quae significat vnionem animae Deo, secunda coniunctionem Christi, & Ecclesiae, & humanitatis, & diuinitatis in Christo, quę coniunctiones cum non possint esse nisi vnicae, merito non potest ritè repraesentari, nisi in primo matrimonio carnali, nam cum quis transit ad secundum matrimonium recedit ab vnitate, & diuidit carnem suam, & ideo non potest verificari in eo, & erunt duo in carne vna, & per consequens non potest verificari, neque repraesentari illa vnica coniunctio humanitatis, & diuinitatis in Christo, neque illa Christi cum ecclesia, neque vltima illa animae nostrae cum Christo, & hanc rationem deducit ipse Decian. ex cap. debitum, de bigam. & ex c. acutius 26. dist. & ex cap. in Christo, de consecr. dist. 2. quae tamen ratio mihi non videtur vera, ex quo est generalis, & potest verificari tam in matrimonio, ex quo contrahitur bigamia, quam in eo, ex quo non contrahitur, quia in omni matrimonio procedit illud Genesis, erunt duo in carne vna, ideo puto, quod vera ratio cur bigami non possint frui

Villalobus in comm.opin.in lit.C.n. 77. vbi loquitur in Regnis Hispaniarum, & dicit, quod in casu prædicto se intromittunt officiales temporales, Afil.dec.24.nu. 9.vbi loquitur de tali consuetudine existente in Regno Neapolis, Ant.Scap. in tra. de iure non scripto lib.1.c.16.nu. 2. qui asserit, quod hæc consuetudo originem traxit a text. in c. princeps 23. q. 5. de qua consuetudine, an sit vera non disputo, & remitto me ad dispositionem Bullę in Cena Domini.

1008 Limitatur 49. prædictus primus effectus, quod clericus non potest conueniri coram iudice laico, vt non habeat locum vbi clericus fideiussisset de iudicio sisti, & iudicatum soluendo coram iudice laico, quia pro tali fideiussione poterit clericus, citari, & conueniri coram eodem iudice sæculari, Marian. Soc.in c.1.nu.45. de foro compet. quem refert, & sequitur Blanc. in tract. de comprom. q. 3. circa finem, vers. & facit quod adducit, sed in hoc contraria opinio est vera, & procedit etiam si tē-

1009 pore quo fideiussor fuisset laicus,& postea clericatum assumpsisset, ita Dyn. in l.1. ff. si quis in ius vocat.iuer. Ancher. in cap. ea quę nu. 27. vers. & pro confirmatione de regul.iur.in 6.Mars. in repet. rub. ff.de fideiuss. n. 110. Bertach. in suo repert.in verb. clericus fideiussor. Iaffred.Balb. dec. 168. & cæteris latius Surd.cons. 396. nu.20.23. & 38. lib. 3. vbi dicit quod opinio Blanci est singularis, & quod Socin. ab eo allegatus non solum non dicit illud ad quod allegatur, verum etiam dicit oppositum.

1010 Limitatur 50. in inuentario faciendo, in quo clericus hæres laici tenetur illud facere coram iudice sæculari, Muta meus Conciuis super consu.huius Vrbi Panormi c.50.nu. 37. vbi allegat Guli. de Bened. in repet.c. Raynutius nu. 420. Io. Andr. & Abb. in c. fi.de fid. instrumēt.quod obseruatur etiā quando laicus instituitur hæres a clerico, Guido Papa dec.261. Muta eodem n. 37. Roland. a Valle late in tract. de inuent.q. 17. per tot. car. mihi 16. & ita obseruatur in hac Vrbe, in qua omnia inuentaria semper conficiuntur coram iudice sæculari pedaneo.

1011 Limitatur 51.prædictus primus effectus quod iudex laicus nō potest tangere clericos, nec in eius caussis intromittere, vt non vendicet sibi locum, quando clericus esset seditiosus, & turbaret publicam quietem, namque is licet sit in sacris constitutus potest à iudice temporali eijci, & confinari a ciuitate,vel loco quem perturbat,dum suus iudex esset absens,ita Clarus in §.fin.q.36.nu. 20. vbi testatur quod alias de anno 1559.die 18. Augusti Senatus Mediolanensis eieci quemdam archipræsbyterum Cassan. super consuetud. Burgund. rub.1. §.5. num 49.versic.imò etiam potest cart.mihi 192.qui dicit quod iudex sæcularis potest forbandire clericos pro euitando aliquo scandalo, allegat cap.quicunque de episc. & cler. Guliel.de Benedict. in repet.cap.Raynutius in verb.vxorem nomine Adelesiam in 2. dec.a num 449.vsque ad nu 458.& dicit quod text. in d. c. quicunque fuit præfiguratus in testamento veteri in 3.Regum cap.2. vbi Salomon Rex pro conspiratione facta contra eum per Abaiatar Sacerdotem, vade, inquit, in Anatod ad agrum tuum,& quidem vir mortis,es, sed hodie non interficiam quia portasti Arcam Domini Dei.

1012 Limitatur 52.in clerico scismatico, & excommunicato,qui excōmunicationē contēni,& non potest à iudice ecclesiastico puniri ob potentiā excōmunicāti,vel scimatici,c.tua, il primo,& ibi gl.1.de decimis, c.de liguribus 23. q. 5. Paul. de Cast. in l. omnes, qui §.præterea,n.2.C.de episc.& cler. Ber-

1013 tach. in tract.de episc.p.5.lib. 4 nu.93.in 13.to. tract.diuers.p.2.car.mihi 353. Alciat.in c.cum non ab homine,nu.6.de iudit.Balzer.in c.1.§.si clericus num. 12. de pace tenen. in vsibus feud. sed melius esset quod priuetur a iudice ecclesiastico.

Iste numerus fuit sublatus 1013.

1014 Limitatur 35.vt non habeat locum quando iudex, & officialis laicus esset requisitus a iudice ecclesiastico, vt sibi impartiatur brachium temporale, quia isto casu laicus absque metu excommunicationis poterit agere quidquid sibi imposuerit, & mandauerit iudex ecclesiasticus, c. pernitiosam

1015 ibi, & cum opus fuerit de offic.ordinar.Henric. Bohic in c.at si clerici de iud. Soc. reg. 80.limitat. vlt Angel. in tract.de malefi. in verb. fama publica n. 65. Misinger.cons. 6. n.4. Bernard. Laurent. in tract. quibus casibus iudex secularis, & c.num. 19. Foller. in pract. crim.canon.vers. vel vsuram committere,n. 9. Intrigl.singul. 58. n. 6. Arnaldus Albert. in tract.de agnosc.assert.q. 25. n.27.Mart.de Fano in tract. de auxil. per iud.imploran.p.2.num. 17. Gondislaus in tract.de hæret. q.11.Ant. Massa in tract. de obligat.in forma Cameræ in verb. reliqua super processu Camill. de Curte in diuers. feu. compr.iuris feud.p.2.c. 2.num. 28. & seq. vbi alios

1016 allegat. Quod quidem brachium seculare poterit iudex ecclesiasticus implorare pro executione eius sententiæ, & mandati, & iudex secularis tenetur hoc illi impartiri, c. 2. & ibi glos. in verb. potestatem de maled.c. administratores, & c. principes 23.q. 5. c.1. in fi. vbi glos. in. verb. publicum, & communiter scribentes de offic. ordinar. cū alijs multis quos congerit.Farin. in suo tract.crim. p.3. q. 97. nu.81. Roland.a Valle consil. 37.num 2.lib. 4.Octau. Vulpell.in tract.de libert.eccles.p.3.n.31. & 32. Lelius Zanchus in tract. de priuileg. eccles. priuil. 44.n. 12. Iacob.Berretta cons. 4.nu.1.lib.1. hoc est procedit subsidium,quia, & remediū subsidiarum,glos. in Clement 2.in verb.remedijs de religios.Dom. Mart.de iurisdict p.1.c.50.nu.1.& 2.

Et proxima conclusio in tantum est vera quod

1017 si iudex, & officialis temporalis recusauerit præstare brachium prædictum poterit ad id compelli per excommunicationem, & censuras ecclesiasticas,d.c.1.vbi glos. & Abb. num. 11. de offi. ordin. Farin.d.q.97.n. 81. vbi etiam multos alios allegat, & vltra ibi per eum congestos idem dixerunt, Rebuff. cons.193.n.19. Aufrer.in tract.de potest. iud. eccles.super laicis, & eorum bonis, n.20.in 13.to. tract.diuers.p.1. car. mihi 227. Grassus in commun. opin.c.8.q.7.lib.2.Lelius de Zanchis d.priuil.44.n. 13.Paris in tract.de sind.in verb. Brachium,c. 1.nu. 4. cart. mihi 134. vbi dicit, quod hoc limitatur quando iudex haberet iustam causam contradicēdi, Misinger.cons.6.num. 5. Ias. in l.a Diuo Pio §. sententiam Romæ, n. 16.ff. de re iud. Natta cons.

529. n.2.lib. 3.vbi loquitur in Rege cuius brachiũ fuit requisitum, & dicit quod si illud non præstauit fuit excommunicatus, Io. Segura Dauilos in direct. iud.eccl.p. 2. c.13.n. 32.Berrett.d.conf.4.n. 34. Sed cõtra principem supremum a quo brachiũ est requisitum dicit, Ignat. Lopez in add. ad Diaz in pract. crim. canon.c.154.n. 9. prout eum refert Farin.d.nu. 82. vers. & quamuis nondebeat procedi statim ad fulminandum sententiam excommunicationis, quia brachium, & auxilium non debet peti ab eo per modum iussionis ac sub pęna censurarum, sed benigne, & honorificis verbis circa quod dicit ipse Farinacius quod ipsius Lopez declaratio respicit requisitionem, & ipsum modum quo vti debet ecclesiasticus iudex quando a supremis principibus implorat auxiliũ brachij sæcularis vt scilicet antequam deueniatur ad coactionem, & comminationem pœnarum procedere debeant literæ requisitoriæ, prout hoc idem dixit Hieron.Zuccarius in add. ad Clar. in §. fin.q. 37. vers. penultimo in litt. C. in fin. addition. & tandem ipse Farinacius concludit quod prius est requirendus benigne, & po-
1018 stea sub censuris cogendus,& non solum officialis negligens præstare auxilium, & brachium iudici ecclesiastico potest excommunicari verum etiã
1019 potest puniri pęna arbitraria, Dauilos in præcitato num. 32. Menocch. in tract.de arbit. iud.casu 452. num. 4.
1020 Et prædictum brachium siue auxilium a iudice sæculari petere potest non solum iudex ecclesiasticus ordinarius verum etiam delegatus cui officialis temporalis tenetur illud impartiri, Innocent.& cæteri scribentes in c. significasti de offic. deleg. Farin.d.q.97.n. 86. Mart.d.c.50.nu.25.Brun.a Sole in compend. resolut. prepofit. iuris in verb. brachium sæculare vbi etiam alios allegat Repert. Inquisit. in eodẽ verb.brachiũ sæculare in princ.& in vers.sed an delegatus, & in vers. sed an brachiũ Michael deGrassis in cõm opi.li.2.c.8.q.6.Berrett.cõs.
1021 4.n.24.Oldrad. cõs.89.n.6.Gigans cõs. 26.n.27. & 28. vbi dicit quod delegatus non debet incipere ab inuocatione brachij, & auxilij temporalis pro exequutione sui mandati, & ratio est quia auxilium brachij sæcularis non potest petere iudex ecclesia-
1022 sticus nisi in subsidium, & cessantibus alijs remedijs, & postquam ipse fecerit quidquid potuerit, & nihil vltra superfit agendum, Farinac.in pluries citato q. 97.n 98.vbi alios allegat, & dicit quod omnia iura loquentia de huiusmodi brachio sæculari habent hanc clausulam, si opus fuerit, si necesse fuerit, vel similem, Oldrad. cons. 89. n. 5. Foller. in pract. crim.canon.c.10.nu.60.qui dicit quod ecclesiasticus debet recurrere ad auxilium brachij sæcularis cessantibus alijs remedijs de iure, & de facto, Brun. a Sole in d.compend. resolut. propo.iuris in verb. brachium sæculare vers. eius tamen inuocatio, & versic. illud quoque, & iterum vers. & ad dicta, quibus locis allegat multa iura ex quibus deducitur,quod pro vltimo remedio tantum est inuocandum brachium prędictum Masul.in tract.de bannit. in verb. iudice,n. 197.qui etiam dicit quod
1023 tunc potest iudex ecclesiasticus implorare auxilium temporale, quando inuenit resistentiam, Rol. cons.37.n.2.& 3.lib. 4.Caualc.in tra. de brachio re-
1024 gio p 4.n.266. & 267.vbi dicit quod tunc iudex ecclesiasticus potest inuocare brachium seculare, quando fecit omnia perficienda ab eo, & tamen non est sufficiens ad exequendum,Natta cons.529. num. 36. lib. 3. qui etiam asserit quod tunc potest implorare tale auxilium,quando præcessit excommunicatio, & non antea.
1025 Nec ita passim iudex sæcularis requisitus a iudice ecclesiastico tenetur suum brachium, & auxilium concedere namque quando iudex ecclesiasticus non iudicasset ordine iudiciario seruato, sed extraiudicialiter, & de facto processisset, & committeret executionem officiali temporali,tunc ipse officialis non erit obligatus illi impartire, ita Decian. in tractat. crimin.p.1.lib. 4.c. 9.n.128.vbi ad hoc allegat c.cum ad verum 96.dist. & not. in c. si quando de offic. delegat. & in cap.1.de offic.ordinar. & pręcipue per Alciat.ibi num. 89. quod dixit etiam Lelius de Zanchis in tractat. de priuileg. ecclesiast. priuileg. 44. num. 16. Et idem est si illud
1026 quod vult exequi esset euidenter iniquum,& iniustum,Oldrod.cons. 89. per tot. Farinac. in tract. crim.p.3.q.97.n. 89. vbi alios adducit, & vltra ibi adductos idem dixerunt Guido Papa decis.574.Vrsill.in adnotat. ad Afflict. decis.24.n.15. Aufrer. in tract. de potest.iud. eccles. super laicis, & eorũ bonis,n.20.in 13.tom.tract.diuers.p.1.cart.mihi 127. Brun.a Sole in compend. resolut. proposit.in verb. brachium sæculare vers. impertiẽdum Hortens.Caualc. in d. tractat.de brach.reg.p.4.num.260. vers. sed si notorie, & n. 261. Io. Segura Dauilos in direct. iud.eccl.p. 2. cap.13.n.33.& seq Berret.cons. 4.n.15. late Natta cons. 529 per tot.& præcipuè
1027 num.4.& 5.vbi dicit quod si iniquitas est in euidenti tunc impune non paretur iudici ecclesiastico, si verè esset latens, & occulta, tunc in dubio dicit ei esse obediendum, quod dixit etiam Farinac. d. q.97.num. 87.ad quod bene facit id, quod in simili dicimus, scilicet,quod si ex forma statuti iudex ordinarius loci teneatur exequi laudum latum a compromissarijs iudicibus, hoc statutũ intelligitur nisi tale laudum esse euidenter, & manifeste iniquum, & iniustũ quia si esset tale posset recusare illud exequi, Paul. de Cast. cons. 465.n.4.vers. præterea,li. 1. Ruy. cons. 36.n.6. & cons. 37.nu.25.vol.5.Abb. cons. 55.n.2.vol.2. Doctores communiter in l.4. §. condemnatum ff. de re iud.Ferran.Gargar.patroc.
1028 1.n.10.lib.1.Et quod dictum est de iniustitia, & iniquitate procedit etiã in nullitate,nam si id quod vult exequi iudex ecclesiasticus propter quod re-
1029 quirit auxilium Brachij temporalis esset euidenter nullum iudex sæcularis non tenetur brachium præstare sed poterit de tali nullitate cognoscere, Farinac. q. prædict. nu. 91. Natta d.cons.529.n.6. in fi. & n. 79. & 10.lib.3.Io. Iacob.Masull. in add. ad Capic. dec. 132.n.1.

Et ideo pro habenda tali cognitione iudex sęcularis, qui fuit requisitus vt brachium, & auxilium concederet licet non possit cognoscere de iuribus
1030 causæ poterit nihilominus videre, & cognoscere an id quod exequi est requisitus, sit æquum, & iustum ac firmum, & validum, & si est tale assentire eius requisitioni alias nõ Petr.Belluga in Spec. princ. rubb. 11. §. tractandum numero 3.Vrsill. in adnot.

adnot. ad Afflict. decisione 24. nu. 15. Andr. Gail. obleru. 11. lib. 1. Vincent. de Anna allegat. 59. Mafuff. in add. ad Capic. dec. 132. nu. 2. Gigans consil. 26. nu. 28. Oldrad. cons. 89. n. 4. Franc. Capiblan. in tractat. de author. Baron. pragmat. 8. p. 2. n. 4. Berret. cons. 4. n. 15. Brun. a Sole compend. resolut. prop. iur. in verb. brachiū sæculare vers. quid
1031 autem, vbi tamen distinguit tres casus scilicet, aut agitur de crimine mere ecclesiastico aut de crimine mere sæculari, & circa eos diuersimode determinat quam etiam distinctionem amplexi fuerunt, Ioan. Segura Dauilos in directorio iud. eccles. part. 2. cap. 13. num. 33. & seq. Hortens. Caualc. in tract. de brachio regio p. 4. nu. 260. & seq. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 129. Farinac. d. q. 97. n. 102. & seq.

Et quia ipse Farinac. loco præcitato latè prosequitur hanc materiam, & parum, & fortasse nihil illi addi posset, ideo ad per eum scripta me remitto, solum dicam quod sicut existente necessitate iudex laicus tenetur impartiri suum brachium, & auxilium iudici ecclesiastico ita e contra iudex eccle-
1032 siasticus per censuras, & alia remedia spiritualia tenetur auxilium præstare iudici temporali casu quo ab eo fuerit requisitus, ita Farin. ibidem, nu. 85. & seq. & vltra ibi per eum congestos idem dixerunt Pet. Fider. in tract. de mandat. & monitor. sine claus. lib. 2. c. 65. num. 17. Repert. Inquisit. in verb. brachiū sæculare vers. ex hoc Berret. d. cons. 4. num. 6. Roland. a Vale cons. 37. num. 4. lib. 4. Natta. d. cons. 529. n. 8. lib. 3.
1033 Ampliatur modo præsens limitatio vt iudex delegatus sedis Apostolicæ possit implorare brachium sæculare pro exequutione suę sententię etiā quod expresse in sua commissione hoc sibi non cōcedatur, Cardin. Zabarel. in Clemen. vnica, n. 4. vers. decimo quæro, & ibi Addentes in verb. nūquid exequutor de offic. & potest. iud. delegat. Paul. de Cast. in l. episcopale, n. 4. vers. allegatur etiā C. de episc. audien. Abb. in c. significasti, n. 8. vers. extra gl. 4. quæro Fel. nu. 2. & Dec. n. 4. qui de comm. * opi. testatur de offic. & potest. iud. deleg. kircou. in comm. opin. cent. 3. concl. 94.
1034 Limitatur 56. prædictus primus effectus quod iudex sæcularis nō potest se intromittere in causis clericorum, vt non procedat quando clericus instituitur hæres a laico in testamento in scriptis, quia tunc publicatio testamenti debet fieri coram iudice sæculari Muta super consuet. Panor. c. 50. nu. 37. Couarr. lib. pract. quæst. c. 8. concl. 1.
1035 Limitatur 57. in clerico spoliante laicū sua possessione, quia tūc iudex laicus in restituēdo laicum spoliatū potest se intromittere per viā cuiusdā defensionis extra iudicialis citādo generaliter omnes qui sua putauerint interesse, ita Marant. in pract. p. 4. dist. 11. n. 63. car. mihi 203. vbi dicit ꝙ ista prouisio est nouiter introducta per c. Regni, Sebast. Medices in tract. de legibus, & statutis p. 4. q. 6. n. 5. vers. hoc idē, Cōtrariū nihilominus in hoc tenuit Afflic. * * dec. 85. quæ vltima opinio puto ꝙ sit verior * ex
1036 quo clericus, qui spoliauit si est a possessione eijciendus debet expelli authoritate iudicis, & sic tāq̄ reus debet hoc fieri per iudicem ecclesiasticū qui est competens ipsius clerici, & non iudicis laici.
1037 Limitatur 58. dictus primus effectus, quod iudex laicus non potest punire clericos, nec de eorū causis cognoscere, vt non procedat in clerico qui tentasset fidem subuertere, vel aliquid noui introducere contra fidem. Bertach. in tract. de episc. p. 5. li. 4. n. 95. in 13. to. tract. diuers. p. 2. car. mihi 353. qui ad hoc allegat tex. in c. quo iure 81. dist. sed verius censeo in eo casu clericum a tribunali Inquisitionis fore puniendum.
1038 Limitatur 59. quando princeps sæcularis vellet forbānire clericum de suo territorio, vt quia esset sibi suspectus, quia secundum aliquos hoc facere poterit, Preposit. in c. 1. §. si clericus n. 3. & ibidem Io. Paul. Balzer. n. 13. de pace tenen. & pro hoc facit id quod voluit Abb. in c. 1. §. idem potest in fin. de elect. vbi dicit ꝙ si Papa conferat beneficium
1039 alicui clerico qui est suspectus principi sæculari poterit princeps ipsum nō admittere ad tale beneficium, quia princeps sæcularis non tenetur admittere prelatum, de quo non possit confidere ne forte panderet aduersario, & æmulo secreta suæ prouinciæ, idem Abb. in c. cum cætera eod tit. Bald. in d. c. 1. §. si clericus de pace tenēda Io. de Sil. a in tract. de benefic. p. 2. q. 23. Franc. Marc. dec. 355. n. 5. & dec. 1034. n. 4. & dec. 1390. n. 1. lib. 1. Affl. in prælud. feud. q. 18. in fin. Cotta in memorial. in verbo episcopus Camill. de Curte in diuersor. seu comprehensor. iuris feud. p. 2. c. 2. nu. 133.
1040 Limitatur 60. quando clericus esset apostata, vt quia esset in sacris constitutus, vel professus alicuius religionis approbatæ, & habitum deiecerit, vel matrimonium contraheret, Alberic. in tract. de statut. li. 3. q. 42. n. 5. vbi allegat c. 1. & quod ibi not. Innoc. & alij de apost. Alfons. Aluarez in Spec. iuris pontif. q. 36 vers. item notabis car. mihi 108. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super pers. eccl. re. 1 lim. 20. n. 28. in 16. to. tract. diuers. car. mihi 288. qui etiam allegat tex. in d. c. 1. de apostat. Hēric. Bohic in c. ex literis, n. 13. de vit. & hone. cler. qui loquitur cum quadā distinctione Cassān. super consuet. Burgun. rub. 1. §. 5. vers. s'il n'ha grazze, n. 51. car. mihi 193. Port. cons. 149. n. 16. Menoc. in tract. de arbitr. iud. casu 546. n. 32. glos. super ritu M. C. V. in tit. de foro cōpet. lit. B, vers. decimonono in clerico car. mihi 397. post constit. Regni Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 51. vbi dicit quod hæc limitatio procedit in clerico qui ex professo deambulat in habitu laicali, & in eo qui nullo tempore volebat haberi pro clerico, vt puta si per annum, & vltra ita commoratus fuisset, & conuersatus esset palam, vti laicus negando se clericum nō autem in eo qui semel bis, aut decies repertus est in tali habitu laicali, quia is talis non diceretur apostata, & licet contrarium tenuerint Franc. Monald. cons. 94. nu. 21. lib. 2. dum dixit quod clericus propter apostasiam non exuitur priuilegio clericali, & ad hoc alios allegat, nihilominus eius opinio non subsistit, & ipsa limitatio est communiter * recepta.
1041 Et quia ad dilucidationem præsentis limitationis opus est scire quid sit apostasia, & quis dicatur apostata, ideo dico quod apostasia est temerarius excessus a statu fidei obedientiæ, vel religionis, cap. non obseruetis 26. q. 1. gl. & Doctores in c. 1. de apost. Goffre. in summa eiusdem tit. n. 1. D. Th.

in 2.2.q.12. Archiepis. Floren. in summa, p.2.tit.16. c.6. Turrecr. in c. aposta.n.1.50.d. Sebast. Medices, in summa, de peccatis, in verbo apostasia, in princ. Port. cons. 84. nu.2. Iac. de Graff. in dec. aur. p.2. li. 3.c.26.n.5. reper. Inquisit. in verbo apostasia, in prin.
1042 Affl. super constit. Regni, lib.1.rub.3.nu.1. Sylu. in summa in verbo apostasia, nu.1. Isid. Moscon. in tract. de maiest. milit. eccl. li.1.p.4.c.2. vers. apostasia est, car. mihi 545. Aluarez. in Spec. iuris Pontif. in tit. de apostasia, in princ. vbi multa scribit circa materiam apostasiæ. Menoch. in tract. de arbit. iud.
1043 cent.6. casu 546. nu.1. ex qua diffinitione colligitur, quod triplex est apostasia, scilicet, quædam est apostasia a fide quædam est apostasia inobediētiæ, quædam, & tertia est apostasia a religione, siue ab ordinibus. Medices loco prox. citato. Graff. d.c. 26. nu.2.3.& 4. Tho. Zerola in praxi episcopali, in verb. apostasia, in princ. Repert. Inquisit. in d. verb. apostasia, vers. sed apostasia, Afflict. loco citato, nu. 2. sed quia primæ duæ species non sunt nostræ speculationis, ex quo in excessu a statu fidei fiunt hæretici, & in excessu obedientiæ fiunt scismatici, ideo de tertia specie, quę ad nostram materiam pertinet verba faciemus, hoc est de excessu a religione, seu ab ordinibus, quam nostrates vocant apostasiam irreligiositatis, seu irregularitatis. Menoc. casu prædicto, nu.28. Simancas in Cathol. institu. tit.3. Nau. cons.1. nu.3. in tit. de apostasia, lib.5. quia de cæte-
1044 ris duabus dixi in superiori limit. cum & ipsi dicantur hæretici, vt asserunt Sebast. Medices. Aluarez. Menoc. & cæteri supra citati, & vltra eos Burs.
1045 cons. 280.n.10.18.19.& 50. vbi dicit, quod apostasia non constituit speciem diuersam ab hæresi, Graff. in dec. aur. p.1. lib.4.c.27.n.18. Reper. Inquisit. in verb. apostasia, vers. sed vtrum ea quæ, qui etiā dicit, quod apostata pari passu ambulat cum hæretico, & sunt eiusdem speciei circa quam tertiā spe-
1046 ciem dico, quod professus in aliqua religione approbata nunquam poterit dimittere habitum ipsius religionis, & ab ea discedere, & aliter faciendo diceretur apostata verè, & propriè, c. omnes 27.q.1 c.1.& 2.20.q.3.c. quantumlibet dist. 27. c. legi 16. q.1. Hostiens. Goffr. & cæteri omnes in rub. de aposta. Isidor. Moscon. in tract. de maiest. milit. eccl. lib. 1.p.4.c.2 vers. nunc videndum cum plurib. seq. car. mihi 545. Calder. cons. vnico nu. 1. in tit. de apost.
1047 vbi dicit, quod is propriè dicitur apostata, qui ad sæculum redit, allegat cap. qui in aliquo 50. dist. Rim. iun. cons. 360. nu.17. & 18. lib.4. Turrecr. in c. apostatæ 50. dist. Menoc. d. casu 546. nu. 2. vbi multos allegat, & num. seq. declarat singulas apostasiæ species, eiusq. penas, & n.29. dicit, quod hoc procedit, quando efficitur sæcularis. Graff. d.c.26. n.11.
1048 Item dicitur apostata religiosus non solum si omnino dimitteret habitū, verum etiam si illud deferret, sed coopertum, ita vt non possit discerni, & cognosci religiosus, c.2. ne cler. vel monaci, in 6. gl. in c. fi. de vita, & honest. cler. Abb. in c. fi. de Aposta. gl. Anchar. Lezin. Imol. & Vital. n.8. in clem.2. §.2. de vita, & hon. cler. Io. de Anan. in rub. de apostat. Decian. in tract. crim. li.5.c.73. nu.3 vers. sed & si quos Zabbarel. in Clemen.1. & in clem. plerisque de elect. Moscon. d. cap.2. vers. dimittens habitum, car. mihi 547. Menoc. in tract. de arbit. cent.6. casu 546. n.35. Gaetan. in summula, in ver. excommunicatio, c.60. vers. mihi autem videtur, & vers. habitū sic occultatum, vbi dicit, quod si occultatio habitus esset talis, quod ab aliquibus conuersantibus posset dignosci, quod sit habitus religionis, licet non ab omnibus, ita occultans non diceretur apostata, & modernissimè est dispositum per sacrum Conc. Triden. quod occultans habitum suæ religionis sit apostata, ita habetur, sess. 25. de regul. c.19.
1049 Item dicitur apostata regularis, qui cum habitu vagatur extra claustra, nec habet animū redeundi, Siluester in summa, in verbo apostasia, n.9. vers. in professo, & vers. si vero exeat. Calder. cons. vnico, in tit. de apostat. Clar. in §. fi. q.78. vers. apostata Nau. cons. vnico, nu.8. in tit. de apostatis, li.5. quos omnes refert, & sequitur Menoch. d. casu 546. n.3. & 4. & vltra eos idem dixerunt S. Anton. Floren. in summa, p.3 tit.16.c.5. in prin. Mosco. d. cap.2. vers. exiens, extra car. mihi 546. Graff. in dec. aur. p.1. li.
1050 3.c.26 n.10. secus si habuerit animum redeundi, quia tunc non diceretur apostata, Sebast. Medices in summa q.33. in fine, Alfon. Aluarez in Spec.
1051 iuris Pontific. in tit. de apostasia, in prin. car. mihi 257. vbi dicit, quod hoc procedit etiam si a longinquo, & diu vagaret.
1052 Item dicitur apostata regularis professus, qui dimisso habitu suæ religionis, clericus sæcularis efficitur sine licentia Summi Pontificis. Abb. in c. fi. n. 1. de apostatis, vbi etiam Ioc. n.2. Decian. in tract. crim. lib.5.c.73.n.25. Menoch. d. casu 546. nu.36.
1053 Item dicitur apostata regularis professus, qui retento habitu, deserit proprium monasterium, & aliud eiusdem ordinis laxius, & minus arctum ingreditur, vel qui in monasterio, in quo ingreditur sperat viuere commodius, & istud procedit, tam si hoc faciat cum licentia sui prælati, quam sine, gl. in c. fi. de apostat. Syluester in summa, in verb. apostasia, num.9. cum alijs quos alegat Menoch. in casu prædicto, n.37 & 39. Isidor. Moscon. d.c.2. vers.
1054 qui aufugit, sed in hoc contrarium tenuerunt Turrecr. in c. placuit § apostatæ, n.2. vers. secūdum est eorum dist.50. vbi dicit, quod isti tali non contraueniunt ijs, quæ sunt de substantia religionis, cū semper sint in alicuius obedientia, alegat Innoc. in c. intelleximus, in fine, de ætate, & qualit. ordinan. idem dixit Graff. in dec. aur. p.2. lib.3.c.26. nu.12. qui vltra Innoc. allegat etiam Arch. in eodem, c. placuit, num.6. & dicit, quod satis est ad effugiendam apostasiam, vt ad sæculum non reuertatur. Sed in hoc standum est statutis, siue constitutionibus cuiuscunque religionis.
1055 Item apostata dicitur regularis professus, qui egreditur a religione, in qua professionem fecit, & ingreditur aliam etiam arctiorem, & strictiorem, nisi hoc faciat cum licentia sui prælati, ita Gaiet. in summa, in verbo excommunicatio, c.60 vers. sequitur secundo. Menoch. in tract. de arbit. iud. cent. 6. casu 546. nu.38.
1056 Quæ omnia prædicta procedunt in monachis, ac cæteris regularibus; clerici vero sæculares tribus casibus tantum possunt apostasiā committere.

Primo, si dum sunt in sacris constituti habitum & tonsuram in contemptum religionis dimiserint, & vti laici omnino viuerent, c.1. de apost. c.1. 20.q. 3. In-

3. Innoc. c. quoniam de vit. & hon. cler. Io. de Ana. in c. tuæ, nu. 8. & 11. de apost. Gaetan. in summa in ver. apostasia Syluester in summa in eod. verbo nu. 5. vers. si aut clericus, n. 6. Abb. in c. 1. nu. 3. & Soc. n. 4. de apostat. Clar. in §. fi. q. 78. ver. apostata, Decia. in tract. crim. lib. 5. q. 73. n. 2. Menoc. casu prędicto, nu. 47. Isidor. Moscon. de maiest. militant. eccle. lib. 4. c. 2. vers. 1. si clerici cart. mihi 546. Graff. d. c. 26. nu. 25. vers. tertio vxorem dicendo.

1141 Quaero septimo quid, si quis dum esset carceratus susceperit ordines sacros in carceribus, vel in eis professionē emiserit, an talis ordinis susceptio, vel professio sit ei proficua, ita vt possit gaudere priuilegio fori? & dico quod nihil operatur, ex quo per praeuentionem personae iudex laicus omnino de causa cognoscit, Io. Andr. in c. 1. de obligat. ad ratiocin. Franc. dec. 209. n. 4. vbi dicit quod hanc opinionem omnes sequuntur Dec. in c. at si clerici, num. 39. vers. venio ad tertium de iud. Ancher. in cap. ea quae in 13. quaest. de reg. iur. in 6. Anna d. cons. 140. n. 8. & seq. vbi concordantes allegat, licet Franc. dec. praedicta, in fine, dicat quod casus iam propositus accidere non potest, ex quo in professione, & ordinum collatione tot solemnitates extrinsicae requiruntur; vltra quod ij ad quos spectat ordines conferre, non accederent ad carceres, & officiales, ac custodes carcerum etiam si illi vellēt accedere, hoc non permitterent: tamen dicit An-
1142 na loco citato nu. 11. quod casus praedictus accidere potest in eo, qui est sub fideiussione alligatus, nam & is dicitur carceratus, est tex. cum gloss. in verb. non possit in l. in eadem, ff. ex quibus causis maior. & in l. nec non §. primo eodem tit. Guido Papa dec. 253. Cumia in tract. de sind. c. 4. num. 7. & 8. vbi dicit, quod ille qui est sub fideiussione dicitur aurea catena alligatus Anna eod. nu. 11.

At Sixtus Quintus Pontifex Maximus volens occurrere, & obuiare praedictis fraudibus, & subterfugijs, edidit quoddam decretum de anno 1587. in quo inter alia hoc extat capitulum.

1143 Caeterum quoniam saepe saeuitia, &c.

Et vt finem imponam praesenti limitationi, non omittam dicere, quod semper praesumitur clericatum in fraudem assumpsisse, vel religionē introisse
1144 is, qui statim post patratum delictum clericatū assumpsit, Bart. in l. 1. num. 3. vers. aut est dubium, ff. de pęn. Bal. in l. officiales, num. 2. vers. aut est dubius, C. de episc. & cler. & in l. 1. num. 2. C. an seruus suo facto Caepoll. cons. 11. nu. 13. in crim. Monald. cons. 133. num. 3. lib. 1. vbi dicit, quod tunc apparet, quod in fraudem fecit se clericum, quando incontinenti cōmisso delicto, vel parum post ad clericatum fuit promotus, quod voluit etiam Arnal. Albert. in repet. c. 1. q. 13. in 5. declaratione, nu. 10. de haeret. in 6. Menoch. qui alios allegat cons. 912. n. 18. lib. 10. Petr. Belluga in Spec. prin. rubr. 11. §. videndum, nu. 21. vers. & quod metu delicti add. Io. Petr. Fōtanell. de pactis nuptial. Claus. 3. gl. 3. n. 18.

Secundo non puto ommittendum dicere quod vbi est praeuenta persona indistincte, nunquam
1145 prodest clericatus, Frāc. d. dec. 209. per totā, Io. Alois. de Leo in l. officiales, n. 7. C. de episc. & cler.

Limi-

1146 Limitatur 62. dictus primus effectus, quod clerici non possunt conueniri coram iudice laico, vt secundum aliquos non procedat quando clericus deliquisset coram eodem iudice laico vt quia corā eo falsum depoiuisset, vel aliquem calumniasset; tunc enim clericus poterit coram eodem iudice sæculari de tali delicto accusari, & ab ipso sæculari puniri, glo. Cyn. Bald. & alij in l. nullum C. de testibus idem Bald. in l. si prætor, n. 4. ff. de iud. vbi loquitur in clerico, qui produxit falsum instrumentum coram laico, & in l. 1. in fi. C. quomodo, & quan. iud. not. in c. præsbyteri 5. q. 6. & in l. presbyteri, C. de episc. & cler. & in c. at si clerici de iud. Fider. de Sen. cons. 93. n. 6. & cons. 88. late Franc. in tract. de confessis vers. quæritur aliquis, n. 113. in 4. to. trac. diuers. car. mihi 48. Alex. in add. ad Bar. in l. 1. in 2. oppos. ff. de iud. Marsil. in l. fi. num. 152. ff. de iurisd. omn. iud. Alfer. q. 1. n. 205. Bertac. in tract. de episc. p. 5. lib. 4. n. 95. in 13. to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 153. Anan: si bimet contrarius in c. 1. nu. 17. vt ecclesiast. benefic. Innoc. & Abb in c. verum n. 20. & 21. de foro compet. Franc. Marc. dec. 496. n. 12. & dec. 215. lib. 1. Iaco. Sbroz. in tract. de Vicario episcopi, lib. 2. q. 148. n. 7. Maccabr. cons. 44. n. 64. vbi respondet, & confutat ea, quæ ipsemet dixit pro contraria opinione in eodem consil. n. 10. Blanc. in tract. de compromiss. q. 30. n. 32. vers. non obstat, quod clerici Lancello. in tract. de attent. p. 2. c. 15. n. 98. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 82. & c. 17 n. 27. eod. lib. vbi dicit, quod hæc limitatio sine aliqua difficultate procedit, quando clericus deponeret cum licentia sui episcopi, Alex. de Neuo in d. c. verum n. 18. de foro compet. Pet. August. Morla in empor. vtriusque iuris part. 1. tit. 2. de iurisd. omn. iud. num. 153. Gul. de bened. in rep. c. Raynutius in verb. & vxorē nomine Adelesiam in 2. dec. n. 142. & 146. de testam. vbi testatur quod ita in Gallia seruatur Soc. cons. 99. col. pen. vol. 3. Ias. in l. quicunque § qui mandatam, nu. 7. ff de offic. eius cui mandat. est iurisd. Io. Sicard. in d. l. nullum, C. de testib. Ant. de Burg. Hispanus in c. si venditori, n. 17. de empt. & vend. glo. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. in lit. B, car. mihi 396. Iacobus de Carolis in suo gēmato pauone colore 6. n. 26 Petr. Cenc. in collect. iur. canon. p. 1. collect. 37. n. 10. vbi dicit ꝙ in multis prouincijs seruatur hæc opinio, Io. Aloi. de Leo in l. præsbyteri, n. 15. in fi. C. de epis. & cl.

1147 Sed in ista limitatione contraria opinio est vera,* & magis communis, vt scilicet iudex sæcularis non possit punire clericum coram eo delinquentē, sed illum remittere puniendum suo iudici ecclesiastico, & quod solum ipse iudex laicus potest de tali falsitate cognoscere ad effectum, vt irritetur, & annulletur depositio, ita dixerant Hostiens. Butr. Innoc. Io. Andr. & Fel. nu. 5. vers. contra clericum in d. c. verum de foro compet. idem Io. Andr. in c. at si clerici de iud. & in c. 1. n. 3. vbi etiam Abb. nu. 9. de crim. falsi idem Abb. in c. ecclesia S. M. nu. 2. de cōstit. Canonistæ cōiter in c. dilectus filius de penis, & in cap. 2. de crim. falsi Bar. in l. si Diuus, nu. 4. ff. ad l. Cornel. de fals. & in l. si quis obreserit. n. 4. & 5. eo. tit. Arch. in c. præsbyteri 5. q. 6. Maria. Soc. in c. postulasti, q. 10. n. 12. de foro compet. vbi dicit, quod isto casu laicus cognoscit de falsitate, nō vt puniat clericum deponentem falsum, sed vt sciat quanta fides sit adhibenda eius depositioni, Iacobin. in l. n. nu. 18. ff. de iud. Afil. dec. 230. vbi Vrsill. in adnot. n. 1. Scappa in tract. de iure non script. lib. 1. c. 11. n. 9. vbi dicit hāc esse com. opi. Suarez in comm. opi. in verb. clericus, n. 117. Capic. dec. 5. nu. 13. Brun. a Sole q. 34. n. 26. qui etiam testatur de com. opi. & compend. resolut. proposit. iuris in verb. clericus coram iudice in fin. vbi dicit quod indistincte est remittendus ad suum iudicē ecclesiasticum Michael de Grass. in suis comm. opi. lib. 1. c. 18. q. 6. vbi plures alios allegat, & allegat, & testatur de cōm. opi. Camill. de Curte in diuersor. seu comprehens. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 128. Arnon. Commen. 26. vbi alios congerit Petr. Augu. Morla in tit. supra citato, n. 154. vbi dicit quod contraria opinio communiter damnatur, & alios citat Anna sing. 135. vbi Fabius in add. antiquis, & recentioribus qui ambo alios allegant Rolan. a Valle cons. 12. n. 34 & 48. lib. 2. vbi asserit hanc esse comm. opin. & alios etiā adducit Bois. in tract. crim. in tit. de falsis nu. 110. ki. cou. in comm. opin. in lit. C. concl. 39. num. 13. qui de magis com. opin. testatur Clar. in § fin. q. 38. n. 14. ubi dicit quod hęc opinio seruatur in practica Caualc. prac. de testib. p. 3. n. 63. qui asserit hāc esse magis cōem opin. & p. 5. nu. 220. vbi dicit quod etiam isto casu, si iudex laicus clericum non remittit, incidit in excōicationē, Carocc. in repet. c. cū quid in 1. p. in 2. ampl. num. 17. de reg. iur. vbi prout alij testatur de comm. opin. Soc. in c. 1. num. 46. de foro compet. Tiraq. in tract. de retract. conuen. § 4. glo. 7. nu. 10 Marant. in pract. p. 6. actu 12. n. 3. car. mihi 443. vbi de magis cōm. habetur Vāt. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu iurisd. nu. 50. Masull. in add. ad Capic. dec. 5. n. 9. & dec. 142. n. 8. Surd. cons. 396. n. 27. vbi pluries testatur de cōm. opin. Scacc. in trac. de iud. p. 1. c. 14. qui testatur de com. opin. & dicit ꝙ isto casu iudex laicus non poterit punire clericū corporaliter, nec pecunialiter, nec principaliter, nec incidēter, Far. in tra. crim. q. 8. n. 26. qui vltra ꝙ

1149 asserit, ꝙ hæc est verior opinio dicit, ꝙ indistinctè, nec ex officio, nec ad instātiā partis, nec corporaliter, nec realiter poterit clericus puniri in casu istius limitationis, Dec. in tra. crim. p. 1. li. 4. c. 9. n. 22 vers. & ideo dicit Curt. iun. in l. 1 n. 23. ff. de iud. vbi etiā Cagnol. n. 31. & Petr. a Clesatus, n. 76. Couarr. in li. prac. q. c. 18. n. 8. Ant. de Padilla in l. transigere, n. 112. C. de trāsact. Viu. in comm. opin. to. 1. n. 10. Henric. Bohic in c. at si clerici, n. 7. de iud. Nepita super consuet. Cataniæ verę studiorū matris in hoc Regno Siciliæ tit. 57. n. 7. Capan. super cap. Regni Neapolis, c. 94. n. 9. & in pragmat. post c. 35. n. 22. car. mihi 239. Fab. de Anna cons. 107. n. 5. lib. 2. Feller. super cōst. Regni in tit. de episc. & cler. c. de personis clericorū, n. 3. car. mihi 40. ubi dicit, quod ēt isto casu, nec per uiam ordinariæ, nec extraordinariæ cognitionis iudex sæcularis in clericū aliquā potestatem habet Serafi. in tract. de priuil. iuram. priuil. 132. n. 32. qui asserit hāc esse magis cōmunē opin. Frecc. in tract. de præsentat. instrum. p. 3. q. 1. n. 14. late Intrigl. sing. 82. nu. 1. ubi dicit quod modo aliquo non poterit puniri a iudice laico, & allegat multos Doctores, & dicit hanc esse communiorem, & veriorem opinionē, Carolus Tap. in

repet.l.fin.in 1.p.cap.5.nu.12. ff.de constit. Facch. controu.27.vers.tertia verior, qui etiam dicit,quod hæc est verior,& communior sententia.

1150 Conantur tamen aliqui has opiniones contrarias a tot Doctoribus sequutas conciliare fœdere distinctionis, aut scilicet proceditur ex officio, & tunc poterit puniri a iudice sæculari, aut vero proceditur ad petitionem patris accusantis clericum de tali crimine coram eodem iudice laico, & tunc ab eodem puniri non poterit,ita videtur concludere. Aufr.in tract.de potest.iud.laici super perso. eccl.reg.1.n.6.in 16.to.tract.diuers.car.mihi 287.Feder.de Sen.cons.93.n.6.Decia.d.c.9.n.82.vbi concordantes allegat Alex. de Neuo in c.verum,n.18. de foro compet.qui etiam alios congerit.

Item alio modo ipsemet Aufrer. loco citato conatur easdem opiniones conciliare, vt scilicet prima opinio procedat,quando iudex laicus vellet clericum ciuiliter,& pœna pecuniaria puniri. Secunda,quando vellet eum punire pœna corporis afflictiua,quam conciliationem fuit etiam sequutus Ias. in l.1.§.1.col.3. ff.de off. eius cui mand. est iurisd. Decian.in tract.crim.p.1.lib.4.c.9.n.82. Alfon. Aluarez in Specul.iuris Pontif.c.36.in princ.car.mihi 107.Alex.de Neuo eodem nu. 18. Maccabr. cons. 44.n.65.qui dicit, quod isto casu iudex laicus poterit punire clericum extraordinariè,ita tamen quod exequutio pœnæ in personam clerici reseruetur episcopo, sed in bonis ipsam exequutionem poterit facere laicus, sed harum distinctionum, & opinionum conciliatio nulla est vera;neque subsistere potest,quia Doctores,quos pro secunda opinione adduxi,loquuntur indistinctè, & præcipuè Foller. ibi dum dicit,quod nec corporaliter, neque pecunialiter, nec etiam indirectè poterit iudex laicus isto casu clericum punire, quod clarius, & apertius dixit Farin.d.n.26. ideo concludendo dico, quod in isto articulo indistinctè est amplectenda dicta secunda opinio,quæ vltra quod est magis communis,& magis vera,est etiam magis tuta fauore animæ.

1151 Primo limitatur prædicta cõclusio, quod iudex sæcularis non potest punire clericum coram se delinquentem, vt quia coram eo falsum perhibuit testimoniũ, vbi iudex laicus cognosceret de falso coram eo commisso a clerico ad effectũ, vt irritetur & annulletur eius depositio, quia tunc hoc facere poterit,Innoc.Card.Abb.& Fel.nu.5. vers. declara secundum in c.verum,de foro compet.Io.Alois. de Leo in l.præsbyteri,n.18.& 19. C.de episc. & cler. Domin.Intrigl.sing.81.num.1.

1152 In cæteris autem non clericis opinio est verissima,& indubitata, quod iudex coram quo committitur falsitas, poterit punire delinquentem, qui coram se deposuit, etiam si alias esset incompetens ratione causæ,vel personæ,quia propter periurium efficitur de eius foro, & iurisdictione, quæ opinio in tantum est communis, vt nullus ab ea audeat discedere,secundum Ortens. Caualcan. in practic. de test.p.5.num.217. & p.3.num. 60. qui ad hoc allegat Baldus,& alios scribentes in d. l. nullum,C. de testib.& in l.si lis, C.ad legem Cornel. de fals.eundem Bald.in l.hoc iure §.aqua, C.de aqu.quotidia. & estiu.Abb.in cap.1.col.fi. de crim. falsi Vant. in tract.de nullit.in tit. de nullit. ex defectu iurisd.nu. 48.49.& 50.& vltra eos idem dixit Ioann.Alois. de Leo in l.presbyteri,n.15.C.de epis.& cler. ideo laicus,ita falsum deponẽs coram iudice ecclesiastico,

1153 poterit indistinctè puniri ab ipsomet iudice ecclesiastico,& a teporali,& est locus præuentionis. Bal.in d.l.nullum, C.de test.Affl.dec.219.Clar.in §. fi.q.38.n.7.& 14.vers.quæro nũc Guido Papa, cõs. 45.nu.4.Capel.Thol.dec.379.Cou.in lib. pract.q.c. 18.nu.8.Campa.super c.Regni Neap.c.54. nu.10. Vinc.de Franc.dec.149.Fab.de Anna cõs.107.n.7. lib.2.Masul.in add.ad Capic.dec.5.n.9. & dec.140. nu.12.Io.Alois.de Leo in l.præsbyteri,nu.16.& 17. C.de episc.& cler.qui omnes alios allegant.

1154 Sic etiam iudex causarum ciuilium poterit criminaliter punire illum, qui coram eo falsum deposuit,Ortens.Caualc.in tract.de test.p.3.n.65.vers. & sicuti iudex ciuilis.vbi allegat Menoc.in trac.de retin.poss.remed.3.n.149.Bertaz.cõs.232.Rimin.iun. cons.106.n.8.Natta cõs.407 n.14.li.3. & vltra prædictos idem dixerunt Cyril. in summa crim.rubr. 2. §.7.nu.1. vbi dicit, quod etiam iudex pedaneus isto casu poterit cognoscere de causa criminali, Vant. in tract.de nullit. in tit.de nullit. ex defectu iurisdictio.nu.48.& 49. car.mihi 84. Rolan.a Valle cons. 12.num.1.& 2.lib.2.

1155 Et è contra iudex maleficiorum poterit incidenter pronunciare super causa ciuili,scilicet super restitutione rei,l.solemnius,§.latrunculator,de iud. l.quod diximus de author. tutor.Cyn. & Bal. in l.si quis ex consensu,C.de episc. & aud.l. interdum, §. qui furem, ff.de furt.vbi Bartol. hoc not. pro sing. idem Bar.in l.de furto,§.fi. ff.de publ.iud. & in l. 2. §.1.col.2.ff.de vi bonor. rapt. Addentes ad Fel. in c.verum,nu.5.in lit.A,de foro compet.Menoch. in tract.de arbit.iud. q.82. & in tract.de retinen, possess.remed.3.nu.54. Elbert. Leonin. Vltram. cons. 26.& nu.13.Magon.decis. Lucens.100. nu.41. Ortens.Caualc. in loco proximè citato, vbi alios allegat Car.in §.fin.q.2.nu.2.Sebast.Medices,dec. 53. nu.3.Carroc.decis.54.nu.1.Vant.in d.tit. de nullit. ex defectu iurisd.num.47.

1156 Quæ tamen conclusio procedit, quando reus criminaliter condemnatur, quia tunc etiam per iudicem criminalem poterit condemnari ad restitutionem rerum damnũ passo.,ecus vero si pro causa criminali absolueretur, quia tunc non poterit cognoscere ciuiliter de illa causa.Bertaz.cons.232.Roman.cons.106.nu.8.inter cons.crimin.diuers.lib.1. Crescen.dec.167.lib.1.Baiar.in addi. ad Clarum in

1157 §.fi.q.2.num.9.vbi dicit,quod si iudex criminalis absolueret reum a pœna furti, & illum condemnaret ad restitutionem rerum furto ablatarum sententia esset nulla. Natta cons.407. nu.14.li.2. Et ratio est,quia incidenter, & non principaliter debet cognoscere de causa ciuili, l.interdum, vbi hoc not. Bart.ff.de furt.not.Bald.in l.2.C. vbi caus.fisc. Barbat.cons.1.lib.2. Magon.in Rota Lucens. dec.100. nu.41.at si absolueret a causa criminali, & condemnaret in causa ciuili, non cognosceret incidẽter,

1158 sed æquè principaliter de ciuili, sed si non absolueret,neque condemnaret in causa criminali;& sic super causa criminali sentẽtiam non proferret, bene posset condẽnare ad restitutionem rei.Simon de Drusio,cõs.49.n.2.in 2.to,cons.crim.diuers. Menoch.

noch.in tract.de retin.possess. remed.3.n.549. Baiar.eo.n.9. Et licet Magon.in Rota Lucens.dec 90. num.7. dixerit, quod iudex causarum criminalium tunc demum cognoscere, & condemnare potest ad restitutionem rei subtractæ, quando de delicto constaret per confessionem inquisiti, alias si per contumaciam, vel per testes de crimine constaret
1159 non posset condemnare ad interesse partis, ex quo tunc excederet terminos suæ iurisdictionis; nihilominus hoc non est verum, quia sufficit, vt ex probationibus appareat, quod reus sit condemnãdus, ita videtur sentire Baiard.& alij per eum citati in d.c.2.num.9.

1160 Item (vt reuertar ad propositam materiam) hoc idem procedit in iudice delegato, qui licet sit iudex delegatus ad certam causam nihilominus poterit punire testes coram eo falsum deponentes Specul.in tit. de testib. §.1.vers. item quod est correptus, Bal.in c.praeterea de offic. deleg. Fulg. in l. 1.§.qui mandatam, in fi.ff.de offi.eius cui mand.est iurisd. Addent.ad Feli.in c.verum, nu.5. in lit.A, de
1161 foro comp vbi in fine concludunt, quod isto casu delegatus non poterit eum punire pęna ordinaria, & allegat alios DD. Ortens. Caualc.in pract. de testib.p.3.nu.60. Ioseph Gonsalis in lib.var.iur.q.c. 22.n.9. Borell.cons.78.nu.9. & 10. quod tamen intelligas procedere in delegato a Principe, secus si esset delegatus ab inferiori, Io.And.in add.ad Specul.in tit.de testib.§.1.n.44. Cou.in lib.pract.quæst. c.18.n.8. Clar.in §.fi.q.38.n.12. Dom. Cosmus Nepita super consuet. Clarissimè Ciuitatis Cathan.tit. 57.const. iet.vnica, nu.6.

1162 Et idem dicendum est de iudice compromissario, quia is nullam habet iurisdictionem, ideo non poterit testes coram eo deponentes de falso punire, Ang.in repet.l.si vacantia, C.de bon.vacant.lib. 10. Lanfr.in tract.de arbitr.q.37. Fel.in c.fi.n.20.de senten.& re iud. & in c.suspicionis, nu.3.de off.deleg. Io.de Anan.in c.qualiter, & quando, §.fi.de accus.& in c.1.de rapt. & in c.1. de crimine falsi. Sal. in l.si quis decurio. C.de fals. Pet.de Anchar.cons. 173.col.1. Marsil.in l.1.§. & praeterea, n.35.ff.ad l. Corn.de sicar. Io.de Arnon, dialogo 37. quos omnes refert, & sequitur Camil. Borel. in repet.pragmat. Odia litium, §.3.gl.2.n.7.& gl.1.n.58. de com
1163 promiss. Et si testis deponeret falsum coram iudice a quo poterit de eadem falsitate puniri etiam per iudicem ad quem Bal. in c.1.col.4. vers. extra quæro in tit.si inter dom. & vassal.oritur Bertach. in reper.in verbo, appellans, nu.29.

1164 Et est aduertendum pro complemento præsentis limitationis, quod si clericus exemptus deponeret falsum coram iudice ecclesiastico ordinario, quia licet alias sit exemptus, nihilominus poterit ab eo puniri coram quo deponit, Campa. super c. Regni Neap.c.135.n.22. allegat Fel.in c.verũ, de foro compet. Ias.in l.1.§.fi.col.pen.& vlt.ff.de off. eius. Affl. dec. 230. quod procedit etiam in clerico
1165 vnius diœcesis, qui si deponeret falsum corã iudice ecclesiastico alterius diœcesis, ab eo poterit puniri, ex quo tunc sortitur forum ratione loci delicti, Io.Andr.& Ant. de Butr.in c. verum, de foro comp. Marant.in prac.p.6.actu 11.n.4. Rol.a Valle cons.12.n.49.lib.2. Thesau.dec.266.nu.3.

1166 Limitatur 63. prædictus primus effectus, quod iudex sæcularis non potest cognoscere de causis clericorum, vt non procedat, vbi clericus in minoribus constitutus amisisset priuilegium clericale, vt quia non adimpleuerit requisita per sacrum Conc. Trid.sess.23.c.6.de refor. vt quia scilicet, non vacauerit in seruitio alicuius ecclesiæ de mandato episcopi, vel non deambulauerit in habitu, & tonsura. Dec.in c.cum non ab homine, num.110. vbi etiam Abb.& Fel.de iud. Iac.de Graff.in dec.aur.p.1.li.4. c.18.n.150. Camil.de Curte in comprehens. seu diuers.iuris feud.p.2.c.2.nu.91. Io.Guttier.in tract.de contract.iuratis, c.17.nu.13. Io.Bapt.Baiard.in add. ad Clarum, in §.fi.q.36.nu.27. Menoch. cons.912. nu.34.& 35.lib.10. vbi dicit, quod tunc non requiritur aliqua monitio, Ortens. Caualc.in tract.de Brachio regio, p.1.n.89. latè Carauita super ritu M. C. V. ritu 135.nu.21. Foller.super const. Regni, in tit. de episc.& cler.c.item seruat, nu.2. car.mihi 83. Farin.q.8.nu.5.in fi.& num.66. Thom. Zerola in praxi episc.in verb.clericus, §.2. Intrigl.sing.138. nu.3. lib.1. Nauar.cons.25.num.2.in tit.de priuil.in 2.to. car.mihi 434.& quia Concilium Tridentinum, d.c. 6. (dum loquitur de clericis in minoribus non habentibus aliquod beneficium) dicit, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui ecclesiæ de mandato episcopi inseruit, colligo, & noto primo, quod adhuc, vt clericus in minoribus constitutus gaudeat beneficio, & priuilegio fori, tria copulatiuè requiruntur, scilicet, quod deferat habitum,
1167 quod deferat tonsuram, & quod inseruiat alicui ecclesiæ de mandato episcopi, quorum trium vltimum tantum est introductum de nouo ex dispositione dicti Sacri Concilij Tridentini, quia reliqua duo prima iam requirebantur ex dispositione iuris canonici, ita Bertach.in suo repert. in verbo, clericus incidens, vbi dicit, quod si clericus incedit
1168 cum habitu sine tonsura, vel cum tonsura sine habitu non gaudebit priuilegio fori, alleg. cap. si iudex laicus, de sentent. excommunic. in 6. & ibidem Ioan.Andr.in Nouella, Bald.in l.si qua per calumniam, C.de episc. & cler. & magis in terminis Cassan.super consuet.Burgun. rubr.1.§.5. num.58. carte mihi 197.

Et ratio cur prædicta tria requiruntur, vt concurrant ad hoc, vt clericus in minoribus possit vti priuilegio fori, nec sufficiant duo tantum est, quia est regulare, quod vbi lex, vel statutum, vel quæuis
1169 alia dispositio requirit duas qualitates copulatiuè in aliquo actu, non sufficit, quod adsit vnum, vel duo ex requisitis, vt ipsa dispositio sortiatur effectum, sed requiritur, vt omnia requisita interueniãt. l.si hæredi plures, ff.de condit.infert. & in l. si quis ita stipulatus, ff.de verb.oblig. Bero.cons.40.nu.35. lib.1. Honded.consil.3.num.8.lib.2. Mandell. cons. 530.nu.1.lib.3. Tiraq.in tract.de vtroque retract.§. 8.gl.7.nu.1. vbi prope infinitos allegat Surd. cons. 45.nu.15.& cons.130.nu.1.lib.1. Gozad.cons.68.n. 5. Brun.in tract.quod stant.mascul.ar.6. nu.321. Horat.Carpan.super statut.Mediol. c.278.nu.207. Peregr.Iannin.in tract.de cita.reali, lib.2. c.11.n.146. Rolan.Cauagn.super decr.Montisfer. decr.73.§.5. nu.1.& per tot.

1170 Quæro primo, iuxta prædicta, quid si clericus

in minoribus seruiuerit alteri ecclesiæ, quam illi, in qua mandauit episcopus, an ita seruiendo consequatur priuilegium fori, & dico, quod non, quia sacrum Tridentinum Concilium mandat, & dicit alicui ecclesiæ de mandato episcopi inseruierit, & sic vult, vt inseruiat alicui ecclesiæ particulariter ab episcopo designandæ, quia istud mandatum requiritur de essentia, & de forma, ideo forma non seruata dispositio non potest verificari, vt dixi latè in simili in meo tractatu, de except. ad materiam statuti, &c. excep. 32. nu. 159. & excep. 33. n. 6. & except. 39. nu. 2. vbi multos concordantes allegaui.

1171 Quæro secundo, quid si clericus propter aliquam infirmitatem non deferret tonsuram, an tunc excusetur, ita vt propterea nō amittat priuilegium fori, & dico, quod excusatur. Cappel. Tholos. decis. 104. Farin. in tract. crim. q. 8. num. 67. Thom. Actius in tract. de infirm. p. 2. in verbo clerici, n. 12. Clar. in §. fi. q. 36. num. 14. vbi dicit, hoc nota pro clericis, quibus morbo gallico implicitis, aliquando solent capilli cadere, & dixi latius supra in præludio, num.

1172 281. & eodem modo in simili dicimus, quod si clericus propter infirmitatem non potest interesse diuinis officijs, non propterea amittit distributiones quotidianas, Doct. comm. in c. vnico, §. qui vero de cler. non resident. in 6. Couar. in lib. 3. variar. resolu. c. 23. num. 8. vers. 6. hoc ipsum, Duen. reg. 206. limit. 7. Hæd. in tract. de incomp. benefic. p. 1. c. 17. nu. 15. Io. de Silua in tract. de benefic. p. 4. q. 6. nu. 9. Paulus Fuscus in tract. de visit. lib. 1. c. 20. num. 26. Didacus Spino in Specul. testam. gl. 9. princ. nu. 30. Abb. in c. ad audientiam nu. 5. de cler. non resident. Nauar. in comment. de horis canon. c. 11. n. 10. Decian. cons. 69. nu. 8. lib. 2. Thom. Actius in d. tract. de infirmit. p. 1. c. 50. nu. 25. Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 15. nu. 10. Alex. Moneta in tract. de distribut. quotid. lib. 2. c. 6. num. 7. vbi hanc conclusionem varijs modis ampliat, & sic isti sunt duo ex illis casibus, in quibus infirmitas prodest, sed a tali prodesse libera nos domine, & illis casibus clerico proderit impedimentum proueniens ex infirmitate, etiam si infirmitas proueniret ex eius culpa, vt per Couar. d. c. 13. nu. 8. vers. 7. & dixi etiam supra in præludio.

1173 Quæro tertio, quid si clericus ante, vel post delictum dimiserit habitum, vel tonsuram, sed in tempore delicti erat cum eis, an isto casu gaudeat priuilegio fori, & dico, quod sic, c. 1. & ibi glo. in verbo, quandiu de vita, & honest. cleric. Ioan. Andr. in cap. Ioannes in 4. quæst. de cleric. coniug. vbi dicit, quod ita aliàs fuit decisum in Ciuitate Patauij, Couarru. in lib. pract. quæst. cap. 31. num. 7. vers. quinto potissimum Alexan. cons. 8. nu. 4. lib. 1. & cons. 149. num. 7. lib. 6. Marsil. singul. 480. cum alijs, quos allegat Farinac. in tract. crim. q. 8. nu. 66. vbi testatur de com. opi. & ratio est, quia isto casu attenditur tempus delicti, & non prosequutionis, vt dixi supra in ampliationibus.

1174 Quæro quarto, quid si clericus casū, vel vt aliquid inconueniens euitaret dimisisset habitum, & tonsuram, vt puta si causa timoris, vel necessitatis hoc fecisset, an istis, & similibus casibus propter deiectionem habitus amittat priuilegium fori, & dico, quod non, est tex. & gl. in cap. clerici, de vita, & honest. cleric. clement. fin. vbi etiam glo in verb. rationabilis, & ibi Imol. in 1. colum. eodem tit. glo. in c. 2. in verb. temere ne cler. vel Monach. in 6. gl. in c. nullus 21. q. 4. Zenzel. in d. clemen. fi. de vita, & honest. cleric. Io. Lupus in tractat. de libert. eccles. quæst. 5. in 13. tomo tract. diuers. par. 1. car. mihi 6. Port. cons. 84. num. 10. Hieron. de Laurent. in Rota Auenion. dec. 125. nu. 9. Io. Iacob. Masull. in add. ad Capic. decis. 161. in vlt. verb. Decian. in tract. crim.

1175 p. 1 lib. 4. cap. 9. vbi hanc limitationem exemplificat, quando clericus esset ita pauper, vt non posset propter paupertatem alias vestes inuenire, nisi laicales sibi donatas, vel si ex humilitate, vel ex corporis necessitate hoc faceret, vel quia de nocte, vel tempore hyemali portaret pileum, & nō birretum clericale, vel penulam, seu tabarrū (quod in Regno isto vulgariter dicitur palandrano, seu capo di pulpo) propter frigus, vel pluuiam, & sic vt consuleret saluti, & incommoditatem vitaret. Imol. in d. clement. fin. in 2. colum. vers. quid si cle-

1176 ricus, de vita, & honestat. cleric. & ratio prædictorum est, quia ex causa necessitatis licitum est clericis habitum mutare, & transformare, c. episcopi 23. q. 4. c. clerici, de vita, & honest. cler. Turrecr. in c. omnis, nu. 1. 21. q. 4.

1177 Quæro quinto, an hoc seruitium debeat omnino consistere in spiritualibus, an vero sufficiat, vt inseruiat ecclesiæ in tēporalibus, & dico, quod omnino debet inseruire in spiritualibus, & seruiendo in temporalibus non consequeretur aliquod priuilegium. Couar. in lib. 2. variar. resolut. c. 1. nu. 9. Masull. in add. ad Capic. d. dec. 161. nu. 10. & ideo si esset notarius, vel aduocatus, & seruiret ecclesiæ circa respicientia suum exercitium non diceretur ecclesiæ inseruire, ita vt ex tali seruitio posset consequi priuilegium fori, & seruitium debet præstari de

1178 præsenti, hoc est eo tempore, quo fori priuilegio frui vult, quia dictum cap. 6. loquitur per verba temporis præsentis, ibi inseruit, & ibi versetur, ita Menoch. d. cons. 912. nu. 27. lib. 10. & ratio est, quia qualitas iuncta verbo regulatur secundum tempus

1179 verbi, l. in delictis, §. si detracta, vbi Bar. ff. de noxal. actio. Paris. qui similia adducit cons. 62. num. 37. lib. 4. Dec. in c. inter cæteras, num. 5. de rescript. Rimin. iun. cons. 617. num. 24. & cons. 672. num. 28. & cons. 701. nu. 26. & cons. 735. nu. 19. lib. 1. Pet. Duenas, reg. 259. vers. sed licet hæc opinio. Alba cousil. 60. num. 12. & cons. 117. num. 3. lib. 1. Bologn. cons. 40. num. 12. Surdus cons. 23. nu. 10. li. 1. Capra cons. 87. num. 13. Roland. a Valle cons. 100. num. 27. lib.

1180 2. & bene dicitur ecclesiæ seruire de præsenti si per mensem ante delictum ecclesiæ seruiuit, per ea, quæ dixit Paulus de Castro, num. 9. & Sal. nu. 4. in l. siue possidetis, C. de probatio. Addit ad glo. in d. l. siue possidetis. Mascar. in tract. de probatio. cōclus. 1195. num. 1. & per tot. qui concludunt, quod

1181 satis probatur possidere de præsenti si per mensem ante probationē possederit, & hoc iure vtimur in Regno in verificatione extremorū pro exactione censuum, iuxta formam bullæ, in quibus sufficit, quod probatio fuerit facta infra mensem, ante-

1182 quam sit causata exequutio, quod ille cōtra quē agitur possidet, licet pragmatica requirat probationem possessionis de præsenti, ex Paul. de Cast. in l. siue

l. siue possidetis, n. 9. C. de probat. relato per D. de Mastril. in add. ad Petr. de Greg. sup bull. q. 6. n. 100

Nec sufficit vt semel vel bis seruitio vacauerit, sed requiritur frequentia in seruitio, quia dictū verbum inseruit significat actum perseueratiuū Gram. dec. 87. n. 5. Menoc. d. conf. 912. n. 30. & 31. lib. 10. & in tract. de præsumpt. lib 6. præsumpt. 76. nu. 38. & vtrobique dicit quod sicut magna ratione statuit ipsum Concil. Trid. clericum primæ tonsuræ frui priuilegio fori, si modo obtinet beneficium per quod
1183 significatur perseuerantia, & continuatio quædam in ipso clericatu sic pariter est dicendum Concilium requirere eandem continuationem, & perseuerantiam in seruitij præstatione, ac etiam in delatione habitus, & tonsuræ, & n. 32. in consil. & n. 39.
1184 in præsumpt. supra allegatis adducit optimam rationem scilicet, quia priuilegium causæ officij concessum durat quousq; perdurat officium ipsum, l. qui sub prætextu C. de sacros. eccl. gl. Abb. & cæteri scribentes in c. latores de clar. excōm. ministr. & præcipue Petr. de Ancher. n. 6. Ant. de Butr. in c. inter solitudines, col. 1. in 3. not. de purgat. canon. Bald. in c. 1. n. 3. vers. & casus cōtinget an mutus vel aliter imperfectus Natta conf. 576. n. 9. Tiraq. in tract. cessante causa. in prin. in l. B. nu. 49. vbi more
1185 suo concordantes affert Pancirol. conf. 2. n. 6. Sic etiam & immunitas concessa ratione alicuius causæ cessat cessante causa Bart. in l. generaliter C. de episco. & cler. Io. Andr. in c. decet, col. 1. vers. alij qui ex supra dictis de reg. iur. in 6. Pancirol. eod. conf. 2. nu. 7. Tiraq. loco proxime citato nu. 117.
1186 Quæro sexto, an clericus dicatur esse in habitu clericali, vel laicali quando portat vestem superiorem clericalem, & inferiorem seu interiorem iurgatam, vel aliter laicalem, in isto casu est distinguēdum, aut illa vestis interiori incedendo apparet, & tunc non diceretur in habitu clericali, aut illa vestis laicalis non apparet, & cooperitur per vestem superiorem, & tunc diceretur incedere in habitu clericali, Philipp. Franc. in c. 1. in princ. de cler. cōiug. Scacc. in tract. de iud. p. 1. c. 11. nu. 96.
1187 Quæro septimo circa id quod sacrum Concilium disponit de habentibus beneficium, an dicens se habere beneficium, sufficiat quod probet tantum titulum beneficij, an vero sit necessariū probare ipsius possessionem, & dico quod solus titulus non sufficit nisi etiam probetur possessio, Farin. q. 8. n. 45. vbi asserit fuisse iudicatum in Romana Curia Clar. in §. fi. q. 36. n. 18. vbi Io. Batt. Baiar. in add. num. 14.
1188 Quero octauo, quid si aliquis obtinuit beneficiū tempore quo non erat ordinatus, si postea ordinaretur, an possit vti priuilegio fori tanquam ordinatus, & dico quod sic, & habetur ac si a principio fuisset ordinatus, Vrsil. in adnot. ad Afill. dec. 24. n.
1189 19. & ratio est quia titulus superueniēs validat possessionem prius acquisitam Ant. de Butr. in c. at si clerici, §. 1. de iud. Do. de S. Gemin. in c. fi. dist. 56. Abb. in c. ex parte col. 6. de restit. spoliat. Bart. in l. cogi n. 6. C. de petit. hæred. & ibi etiam Bald. nu. 7. Anto. de Butr. conf. 64. num. 2. vers. nam si ex antiqua Gabr. conf. 45. nu. 21. lib. 1. Petr. de Ancher. conf. 229. n. 2. in fine, Crauett. conf. 171. nu. 1. Paris. conf. 23. nu. 215. lib. 1.
1190 Et magis in terminis, si collatio beneficij fiat in personam inhabilem ob quod esset nulla, si tamen superuenit dispensatio per quam persona fit habilis, conualidatur collatio, Fel. in c. cum dilectus n. 4. de accusat. Burgas. in tract. de irreg. p. 2. in tit. de different. & commu. & c. nu. 9. cart. mihi 40. vbi dicit quod dispensatio superueniens reualidat actū retro nullum, & benefacit etiam, id quod in simili dixit Bal. in l. ii. col. 6. vers. & prædicta faciunt ad quæst. C. vnde legitimi, vbi voluit quod testamen-
1191 tum militis Hierosolimitani, quod a principio fuit nullum, conualidatur si superuenit licentia testandi, Bal. sequuntur Adden. ad Guid. Pap. dec. 110. Tob. Non. conf. 59. n. 11. pro quo benefacit id quod dicitur, quando executio est caussata ad instan-
1192 tiam non veri creditoris, vel si est actum ad instantiam illius, qui a principio non habebat actionem, si in medio tempore, & in progressu litis superueniat actio, validatur processus, l. si in rem §. fi. ff. de pignor. act. l. si mandauero sibi, vt actio ff. mandat, l. non potest de iud. Alex. conf. 1. n. 9. lib. 1. & conf. 127. n. 4. lib. 5. & conf. 114. nu. 5. & conf. 44. n. 3. lib. 7. Rim. conf. 39. n. 38. & conf. 388. n. 26. Sim. de Pet. conf. 54. n. 25. Paris. conf. 125. nu. 11. lib. 1. Negus. in tract. de pignor. membr. 1. part. 8. n. 37. Lud. Molin. in tract. de primog. lib. 3. c. 14. n. 4. Hier.
1193 de Monte q. 23. & 24. imo ius superueniens validat iudicium, quod a principio fuit nullū, Borell. super pragm. Odialitium, §. 2. gl. 1. nu. 295. Belluga in Spec. princ. rub. 20. num. 28. Alba conf. 265. nu. 10. & 13. lib. 1. Harman Hannan in lib. 2. pract. forens. tit. 5. obseru. 1. per tot. Fider. Scotus respons. 5. lib. 3. to. 2. Anna conf. 39. num. 66. Surd. dec. 6. n. 1. Borgin. dec. 5. n. 6. Morot. conf. 92. per tot. Rimin. iun. conf. 829. n. 2. Lud. cōciol. 8. in 1. limitatione, ex quibus omnibus concludo, quod clericus, qui obtinuit beneficium tempore quo erat laicus potitur priuilegio fori, si postea sit ordinatus.
1194 Quæro 9. quid si is, qui obtinuit beneficiū erat talis, qui beneficium non poterat obtinere, ut quia erat illegitimus, uel irregularis, si tamen de facto reperitur in possessione beneficij gaudebit priuilegio fori? Vin. de Franc. dec. 189. n. 2. li. 3.
1195 Quæro 10. an habens beneficium ecclesiasticum teneatur incedere in habitu, & tonsura ad hoc ut gaudeat priuilegio fori, & dico quod cum text. in d. Concil. Trid. sess. 13. de reform. c. 6. loquatur alternatiue ibi, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram, &c. sufficit ut una qualitas sola uerificetur ad hoc dispositio habeat suum effectum, & sic sufficit, ut solum habeat beneficium absque delatione habitus, l. si hæredi plures, ff. de cond. & instit. Oddo conf.
1196 92. num. 3. & 17. & uerificata prima conditione cessat secunda, l. hæc uerba ille, aut ille ubi hoc not. scribente, ff. de uerb. signifi. & not. in l. Quintus, ff. de aur. arg. legat. c. in alternatiuis de reg. iur. in 6. §. impossibilis instit. de her. instituen. Dec. conf. 42. nu. 10, lib. 1. Capra conf. 11. num. 16. Soc. sen. conf. 52. n. 6. lib. 1. Soc. iun. conf. 23. nu. 5. lib. 3. Bero. conf. 101. nu. 5. lib. 1. Benincas. in §. omnium n. 33. Instit. de act. Menoc. conf. 880. n. 3. lib. 9. qui omnes dicunt, quod si fuisset legatum aliquid Titio, si ipse titius Romam petierit, aut uxorem

1197 duxerit,& concludunt,quod sufficit, vt vna ipsa-
rum conditionum verificetur, sic dico in casu no-
stro,quod sufficit, vt vna conditio verificetur, scili-
cet sufficit, quod habeat beneficium, vel quod ha-
bitum, & tonsuram deferat, & ad hoc bene confe-
runt d.per Vrsil.in adnot.ad Afil.dec.24.nu.19. &
in terminis terminantibus,ita tenuit Camil.de Cur-
te in diuers.seu comprehēs.iuris feu. p.2.c.2.n.91.
vbi dicit hoc multoties de facto obtinuisse,& quod
Sixtus V.Pont.Max. super hoc edidit motum pro-
prium, & disposuit, vt clerici beneficiati non ince-
dentes in habitu clericali possint puniri per iudices
sæculares, & tandem quod talis motus proprius
fuit annullatus per Clementem VIII.

1198 Quæro 11.an clericus in minoribus,qui habent
pensionem super aliquo beneficio gaudeat priuile-
gio fori tanquam beneficiatus,& circa hoc respon-
deo,quod licet Tho.Zerola in praxi episc. in verb.
clericus, §.2.ver. ex hac doctrina, videatur deter-
minare, quod si quis habens pensionem vltra pri-
mam tonsuram est insignitus aliquibus ordinibus,
vt puta Hostiarius, vel Acholytus gaudet priuile-
gio fori, vti beneficiatus, & dicit, quod huius opi-
nionis fuerunt multi Doctores,& quod audiuit, ita
fuisse decisum in M.C.V. Reg.Neap.pro qua sua
opinione adducit quinque argumēta.Primum,quia
pensio est pars substantialis beneficij, & sic debet
reputari, vt beneficium. Secundum quod idem est
dicendum de parte quoad partem, quod dicitur de
toto quoad totum, & per consequens cum pensio
sit pars beneficij, debet determinari prout benefi-
cio. Tertium,quia pensioni competit diffinitio be-
neficij,ex quo dicitur beneficium,quasi benefaciēs.
Quartum, quia pensionarij tenetur recitare officiū
B.M. Quintum, quia sumus in materia fauorabili,
quibus ego addo tria alia,scilicet.Sextum,quia pen
1199 sio quandoque venit appellatione beneficij, li-
cet non habeatur in titulum,gl.in clem.2.in verbo,
quicunque de vita,& hon.cler.Feli. in c. postulasti,
col.10.vers.4.declaratio,de rescr.Masc.concl.887.
n.17.latè Gāb.in tr.de pote.leg li.6.n.312.cū plur.
1200 seq. vbi adducit diuersa argumenta ad proban-
dum, quod pensio venit appellatione beneficij, &
Septimum, quia pēsio succedit loco beneficij.Gig.
in tr.de pēs.q.56.per to Paris.in tr.de resign.benef.
1201 l.2.q.15.& n.3.& 4.& subrogatus sapit naturam
eius,in cuius locum subrogatur. §. fuerat instit. de
act.Mar.sing.255.Tira.in ll.cōnub.gl.5.n.190.seq.

1202 Hinc sicuti de beneficio in impetratione faciē-
da est mentio,alias impetratio esset subreptitia, ita
& de pensione. Soci.sen.conf.260.col.1. li.2.Bern.
in c super literis,n.72.de resc. Men in tr.de arb.iu.
cas.201.Gamb.in tr.de off.& pot legati.li.6.n.322.

1203 Hinc est etiam,quod sicut habens beneficium,
potest ordinari ad titulum beneficij, ita pariter ha-
bens pensionem ordinari poterit ad titulum pen-
sionis.Sic etiam dispositio cap.mandatum,de rescr.
loquens de beneficijs habet locum in pensione, vt
dixerunt ibi Imol.& Barb.num.5.Sarnens.in reg.de
infirmis resign.q.16.in princ.

1204 Et eodem modo sicut in impetratione benefi-
cij debet exprimi verus valor ipsius, alias impetra-
tio esset nulla,vt ex multis concludit Masc.in tract.
de prob.concl.887.num.1.& seq.quibus addo Io. a
Fina in sais conc. in verb.beneficium,ear.mihi 335
Ripa in c.ad aures,nu.23.de rescr.Reb.in rep.c.po
1205 stulasti in gl.n.150.de rescr.Sic etiam,& ille de-
bet exprimi in impetratione pensionis, Caccialup.
in tract.de pensio. q.26.Masc.d. concl.887. Gamb.
in tract.de offic.leg.lib.6. nu.350. cum multis simi-
libus, quæ possent adduci.

Attamen prædictis parum obstantibus contra-
rium determinauit sacra Congregatio ad interpre-
tationem Concil.Trid.die 19. Iulij 1586. vt referat
Flam.Paris.in suo tract.de resign.lib.1. q.10.nu.70.
qui dicit, quod si is talis non incedit in habitu, &
tonsura, non potitur priuilegio fori, & ratio huius
determinationis est,quia pensio est, quid mere tem
porale,c.præterea, vbi gl. & Doctores de transact.
1206 Marches.in tract. de commiss. p.1.cap.14.n.26.
ideo pensio non dicitur, neque est beneficium ec-
clesiasticum,Abb.in c.ad audientiam,de rescr. & ibi
etiam Fel.Io.de Selua in trac.de benef.p.1. q.3. nu.
11.Gigans in tractat.de pensio.q.31.num.4. Alfon-
sus Hæd.in tract.de incompat.benefic.p.1. in præ-
fat.n.3.& p.2.c.7.n.4.Mandos.cons.55.n.18.vbi di
1207 cit, quod ex proprietate vocabuli pēsio nō ve-
nit appellatione beneficij.Sarnē.in tract. de gratijs
expectat,in verb.gratia,n.92.Io. Nicol. Delfi.in tr.
de iure patr.lib.1.nu.60.& 74. qui tractatus est im-
pressus post tr.de iure patr. Cæsaris Lamber.Stafil.
in tr.de liter.gratiæ,in verb.forma 9.n.12.D.Paris.
1208 d.q. 10.n.69. & li.2.q.15.n.11. vbi etiam dicit,
quod nec sapit titulum beneficialem. Gambar.in c.
licet,nu.87.de permut.benefic.in 6.& ad confirma
tionem huius conclusionis possunt adduci multa
media,quæ congerit ipsemet Paris.d.q.15.per tot.
quæ ex quo multum faciunt pro decisione huius
quæstionis, hic breuissimè referam, quorum Pri-
1209 mum est, quod licet beneficium possit resignari
ad fauorem certæ personæ particularis, vt ipse de
hoc scribit exactissimè quasi per totum illum tra-
ctatum; nihilominus secus est in pensione, quę non
potest resignari in fauorem alicuius, ita dicit in d.
q.15.nu.7.& seq.

1210 Secundū quod is cui mandatur prouideri de be
neficio non potest prouideri de pensione, ibi n.12.

1211 Tertium, quod regula de infirmis resignanti-
bus, non comprehendit transferentes pensiones in
articulo mortis,ibid.nu.13 & 14.

1212 Quartum,quod habens pensionem super bene-
ficio requirente residentiam, non tenetur residere
prout ipse,qui habet beneficium, ibid.n.16.

1213 Quintum, quod pensio non facit incompatibi-
litatem cum alio beneficio,ibid.num.17.

1214 Sextum, quod pensionarius non obligatur re-
citare officium magnum prout beneficiati, ibidem
num.18.

Septimum,quod simplici laico potest assignari
pensio,ibid.n.20. de quo tamen dicam infra effectu
1215 15.n.7.quib. ego addo, quod prohibitus habere
beneficium non prohibetur habere pensionem, Gi
gans in tract.de pensio.q.3.& q.5. Gambar.in trac.
de offic.& potest.legat.lib.6.n.371.cum plurib.seq.
March.in tract.de commiss.lib.1.c.14.n.21.

1216 Non obstant modo in contrarium adducta
per Zerolam, quia singulis facillimè respōderi pōt,
& Primo non obstat, quod pensio est pars substan-
tialis

tialis beneficij, quia per hoc non fit, vt propterea dicatur beneficium, quia ipsa assignatur in certa quantitate non autem in quota, vt dicit Gigans in tract. de pens. q. 1. n. 3. ideo illa quantitas nō potest dici pars beneficij prout diceretur quota, & habēs
1217 aliquod ius, vel censum, aut actionem super re prout sunt domini in directi non propterea dicuntur habere rem, Bart. in l. Gallus, §. videndum, ff. de liber. & posth. vbi Alex. n. 4. Bart. cons. 132. statuto ciuitatis Eugubij, n. 1. lib. 1. Alex. cons. 75. n. 4. lib. 6. Dec. in l. quod actiones n. 4. ff. de reg. iur. vbi Cagnol. n. 9. & in l. minus, ff. eod. Tiraq. de re tract. conuent. §. 1. glos. vnic. nu. 49.

Ad secundum respondeo quod est verissimum, quod idem ius est de parte quoad partem, quod te
1218 toto quoad totum, sed istud procedit quando pars consideratur, vt pars totius, non autem quando consideratur per se sola, pono exemplum extat
1219 statutum, quod soluatur gabella pro venditione cuiuslibet domus, non est dubium quod vendens domum tenetur soluere gabellam, & idem est si quis venderet vnam partem domus, quia tunc consideratur, vt pars domus, at si venderetur census constitutus super eadem domo, non debebitur gabella, quia licet census sic deducatur ex ipsa domo, & dicatur quodāmodo pars substantialis ipsius domus, nihilominus pro eius venditione non debetur gabella, quia tunc consideratur, vt quid abstractum, & separatum ab ipsa domo. Ad tertium respondeo quod licet etimologia, seu diffinitio beneficij conueniat etiam pensioni non propterea erit reputan-
1220 dum, vt beneficium, quia, & illa etiam conuenit donationi, & legato, quia, & ipsa etiam benefaciunt, & prosunt legatario, & donatario, & nihilominus legatum, & donatio nō dicuntur beneficiū.

Ad quartū respondetur quod potius facit pro opi-
1221 nione cōtraria quam pro opinione Zerolę, nam habēs realiter beneficiū non satisfacit recitādo officiū B. Mariæ Virginis prout satisfacit pensionarius, & sic ex hoc deducitur differentia inter beneficiū, & pēsionē. Ad quintū respōdeo ꝙ nō est verū quod sumus in materia fauorabili, namque sumus
1222 in materia indifferēti, & potius odiosa quā fauorabilis, ex quo si esset vera ipsa opinio Zerolæ sequeretur, vt non esset opus incedere in habitu, & tonsura, nec seruire ecclesiæ, & sic consequeretur priuilegiū fori absque onere deferēdi habitū, recitandi officiū magnū & inseruiendi ecclesiæ, ꝙ est omnino contra intentionē sacri Conc. Tri. & esset impropriare eius verba. Ad sextū respondetur quod
1223 non est simpliciter verū, ꝙ pensio venit appellatione beneficij, sed hoc procedit in casibus in quibus reperiretur in iure expressum, quia regulariter non venit appellatione beneficij, vt voluerunt Bursat. cons. 351. nu. 27. Flam. d. lib. 2. q. 15. n. 23. & 24. & dixi etiam supra. Ad septimū etiam respondetur ꝙ non est indistinctè verum, ꝙ subrogatū sapit naturā illius in cuius locū subrogatur: illud nāque non procedit quotiescumque in subrogato non reperiūtur eædē qualitates, & conditiones, quę erāt in principali, Bar. in l. 1. §. fi. C. de præpos. agnoste. in rebus, li. 12. Bal. in l. parobolani, C. de episc. & cler. Aret. in l. nemo col. 1. in fi. ff. de duob. reis, cum similibus ad ductis, & allegatis per Dom. Paris. d. q. 15. n. 22.

1224 Quæro duodecimo, quid si clericus habet beneficium sine redditibus, an is consequatur priuilegium fori, & dico quod licet regulariter beneficiū non debeat esse sine redditibus, ad tradita per Ferrett. cons. 312. n. 1. lib. 2. Attamen si aliquod ita sine redditibus reperiretur, iuuaret beneficiato ad hoc, vt propter illud possit frui priuilegio fori, quia sufficit, vt adsit titulus beneficij ad quod bene faciunt dicta per Paris. in tract. de resign. lib. 2. q. 8. n. 2. vbi dicit, quod huiusmodi beneficia possunt resignari in fauorem alterius, & videmus experientia quod isti episcopi titulares omnia gerunt prout cæteri episcopi, & nihilominus non habent redditus ex suis episcopatibus.

1225 Quæro 13. an clericus habens hospitale dicatur habere beneficium, & per consequens sit comprehensus in d. c. 6. loquente de clericis beneficiatis, in isto casu est distinguendum, aut hospitale fuit concessum clerico in administrationem, iuxta formā clemen. quia contingit §. vt autē de relig. domib. & dico quod tunc eos non cōprehendit, quia non est beneficium vt dicunt DD. in d. clemen. aut est sibi concessum in titulum, & tunc de eo iudicatur sicut de beneficio, Cardin. cons. 117. Mādos. reg. Cancell. 16. q. 51. n. 3. & 4.

1226 Quæro 14. quid de eo qui habet beneficiū in comendā, & non in titulū, an dicatur beneficiatus, ita, & taliter quod ex tali comenda gaudeat priuilegio fori tanquam beneficiatus, et dico quod sic quia comendatarius dicitur habere titulum, & esse prælatus, quia comenda est titulus, quem canones approbant, c. qui plures 21. q. 1. clem. si ex super, de præbendis, Gambar. in tra. de offi. & potest. legat lib. 4. nu. 16. & 17. & pro hoc faciunt etiam dicta per Io. Gallicum cōs. 2. n. 100. vers. item quoad clericū inter cons. feud. diuers. vbi dicit quod clericus ammit
1227 tit feudū tanquam beneficiatus etiam si habet beneficium in comendam, quia ex comendatarius dicitur beneficiatus, ideo dico ego ꝙ sicut illo casu propter comendam excluditur a feudo, ita isto casu debet admitti ad cōsequutionē priuilegij ecclesiastici, vt dū in vno grauatur in alio releuetur, & ad hanc quæstionem bene conferunt, d. per Flam. Paris. in tract. de resign. benef. lib. 2. q. 17. per totam.

1228 Quæro 15. an clericus dicatur beneficiatus, qui habet beneficium in spe, vt quia habet actionē ad beneficium, vel haberet expectatiuam, licet non in esse, & non in rē, vt quia nō habet eius possessionē, & dico quod nō, Cardin. in clem. 1. §. 1. de vit. & honest. cler. Bertach. in suo reper. in verb. clericus dicitur, ideo habens expectatiuam non posset uti priuilegio fori tanquam beneficiatus.

1229 Quæro 16. ꝙ si habebat beneficium, & postea illud resignauit, an propter tale beneficium quod semel habuit gaudeat semper priuilegio fori, & dico quod non, quia resignans per resignationem amittit omne ius, & possessionem, & alia, quæ habebat in beneficio, Paris. cons. 143. n. 19. vol. 4. Crauett. cons. 341. nu. 3. Gigans cons. 20. nu. 9. Paris. in tract. de resign. benefic. lib. 1. q. 16. n. 3. & nullum ius
1230 sibi remanet amplius in beneficio resignato, Innoc. & comm. Doctores in c. ꝙ in dubijs de renunciat. Flāminius Parisius in tract. de resign. li. 1. q. 9. n. 4. Thom. Zerola in praxi episc. in verb. beneficia,

§.4.vers. septimum dubium, ideo non potest amplius se letari tali beneficio, sicut è contra propter ne beneficium resignatum non grauatur resignans amplius dicere officium ad quod prius tenebatur, Nau tr. in tract. de horis canon. c.7. n.19. & 30. in
1231 repet. c. accepta opposit. 5. nu. 21. de resti. spol. Zerola loco supra citato Paris. d. q. 9. nu. 1. & 2. vbi adducit ratione vltra quod cum sacrum Conc. Tri. loquatur per verba præsentis temporis habeat beneficium, & sic requiritur vt illud habeat tempore quo vult frui priuilegio fori, quia qualitas adiuncta verbo debet verificari secundum tempus verbi, vt dixi supra.

1232 Quæro 17. quid si clericus in minoribus constitutus dimisit habitum, & tonsuram, & postea illũ, & illam reassumpsit, an reassumat etiam priuilegiũ fori, & dico quod sic, glos. in clem. 1. in verb. quãdiu de vit. & honest. cler. gl. fin. in c. fi. eo. titulo vbi etiam Abb. nu. 8. Siluester in summa in verb. ex cõmunicato, il 6. n. 4. vers. si autem talis Thom. Zerol. in praxi episcop. in verb. clericus, §. 13. Capra reg. 97. num. 104. & seq. vbi etiam ponit quid si fuisset monitus, vt habitum reassumat, & quid si fuisset sententiatum super tali desertione habitus.

Quæro decimooctauo iuxta prædicta quid si tẽ-
1233 pore delicti habitum non deferebat, nec ecclesiæ seruiebat, an si postea habitum reassumpsit, & ecclesiæ seruire incepit, recuperet priuilegium clericale, & respondeo quod licet Farin. in tra. crim. q. 8. n. 66. vers. item quid si tẽpore, longa serie hanc quæstionem examinet faciendo diuersas distinctiones, nihilominus prædicta omnia procedunt attenta dispositione iuris canonici antiqui, at de iure nouissimo sacri Conc. Trid. puto quod non sufficit reassumptio habitus facta post delictum commissũ per illam regulam quam pluries supra adduximus scilicet, quod qualitas adiuncta verbo debet verificari secundum tempus verbi, & quia debet attendi tempus delicti, & non punitionis ad hoc vt possit habere locum dispositio dicti ca. 6. vt dixi etiam supra in præsenti limitatione q. 3.

Limitatur 64. prædictus primus effectus, quod
1234 clerici non supponuntur magistratibus laicorũ, vt non procedat in clericis, qui per annum ioculatoriam artem exercuerunt, vel buffonem, & histrionem se fecit, vel minori tempore postquam fuerint ter moniti, vt ab ea desistant, & non destiterint, quia talem artem exercendo ipso iure ammittunt priuilegium clericale, cap. unico ubi Io. Monac. de uit. & honest. cler. in c. 6. clericũ sæcularem 46. dist. l. 2. ff. de ijs qui not. infamia Abb. in c. perpendimus, n. 7. de sent. excomm. Aluarez in Spec. iuris pontifi. cap. 36. in princ. cart. mihi 107. & cap. 23. cart. mihi 63. Mart. de iurisd. cap. 32. numero 58. p. 2. Paul. Balzeran. in cap. 1. §. si clericus, num. 15. de pace ten. in vsib. feud. Iac. de Graff. in dec. aur. pa. 1. lib. 4. c. 18. n. 151. Soc. reg. 80. lim. 9. Pauin. in tract. de uisitat. p. 1. q. 7. n. 46. in 14. tom. tract. diuers. car. 185. Lambert. in tract. de iure patronat. cart. 26. q. 9. p. 2. num. 3. Mandos. in tract. de annal. casibus, n. 97. Bellug. in Spec. princ. rub. 11. §. videndum n. 18. ubi Borell. in add. in lit. H, Cuccus in instit. canon. lib. 2. titu. 2. uers. curare igitur Aufrer. in tra. de potestat. iudicis laicis super pers. eccl. reg. 1. limitatione 6. n. 14. in 16. to. trac. diuers. car. mihi 287. Capra reg. 94. nu. 2. Rosella in summa in uerb. clericus, il 2. n. 2. Henric. Bohic in c. ex litteris, n. 11. de uit. & honest. cler. Bertach. in reper. in uerb. clerici mimi, uel histriones Cassa. super cõsuet. Burgun. rub. 1. §. 5. nu. 55. cart. mihi 195. Soc. in ca. perpendimus, n. 36. de sent. excom. glo. super ritu M. C. V. in tit. de foro compet. lit. B, car. mihi 397. post const. Regni, Boss. in trac. crim. in tit. de foro cõp. n. 140. Nauarr. cons. 25. n. 1. in tit. de priuileg. in 2. to. cart. mihi 434. Cened. in collect iuris canõ. p. 1. collect. 37. nu. 20. ubi more suo multos allegat Io. Ant. de Nigr. in repet. clemen. Clementis VII. in uerb. solemni, n. 1. de vit. & honest. cler. Mars. in tract. de bannit. in uerb. iudice, n. 217. Viaz in pract. c. 62. n. 1. & 2. Alber. in tract. de statut. q. 42. n. 5. lib. 3. Decian. in tra. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 86. Et ratio est quia
1235 huiusmodi histriones ioculatores, & buffones sunt infames, ca. 1. 4. q. 1. l. 2. §. ait prætor ff. de ijs, qui not. infa. Borell. in d. add. ad Bellug. in lit. H.

Iste numerus fuit sublatur 1236.

1237 Ampliatur primo, ut istud tẽporis anni sufficit ut sit continuum, non autem requiritur, ut sit utile Rosell. eod. nu. 2. Et ratio est, quia omne tempus,
118 quod præfigitur a lege, uel stato est continuum, Ias. in l. cõtra maiores, n. 6. C. de inoffi. testam. Paul. de Cast. in l. 2. C. de dilat. Caual. dec. 17. n. 4. li. 1.

129 Limitatur 65. quando quis efficitur clericus post inceptam causam coram iudice sæculari, ex quo tunc clericatus superuenientia non impedit quin
1240 causa prius in coata prosequatur coram eodem iudice, l. cum quædam puella, . de iurisd. omn. iud. l. si quis postea ubi Bal. ff. de iud. Bar. in l. 1. ff. de pœnis idem Bal. in l. officiales, C. de episc. & cler. Brun. in tract. quod stant. mascul. fem non succed. art. 6. n. 49. Alban. in lucubrat. ad Bar. in d. l. si quis postea, n. 1. ff. de iud. Paul. de Cast. in l. fi. n. 3. ff. si ex noxal. caus. agatur Abb. in c. 1. nu. 4. uers. facit ad qõem de oblig. ad ratioc. Fel. in c. fi. de cõst. & in c. præposui sti de foro compet. Io. de Deo in doctrina aduocatorum lib. 3. c. 20. n. 5. Asinus in pract. exequut. §. 2. c. 12. n. 47. Surd. dec. 110. n. 3. ubi multos alios allegat Marcel. Cata in tra. de domo art. & proban. §. 1. gl. 1. n. 63. Alber. in l. milites. ff. de re milit. Marches. in tra. de cõmis. p. 2. c. 4. secundi cap. prin. n. 91 car. mihi 363. ultra alios quos allegaui sup. ampl. 43

1241 Sublimitatur modo ista limitatio qñ instãtia esset perempta etiã si per principẽ postea insufflaretur spiritus uitæ ipsi instantiæ prout facere põt, secundũ Rol. a Valle cons. 4. per tot. li. 3. Tho. Actius in tra. de infirm. p. 2. in uerb. si insufflatio spiritus, tũc .n. clericus debet remitti ad suũ iudicẽ, si iterũ conuenitur super eadẽ lite, quia instãtia perẽpta perit, citatio, & litis contestatio, & quando reuiuiscit est noua instantia, Anna sing. 129. ubi dicit quod hæc est uera opinio allegat d. p Bar. in l. cũ lite mortua ff. iud. solui, & per Dec. in c quia Giu. n. 11. de iud. Cagnol. in l. 2. n. 149. C. de pact. inter emptor. & uend. Masull. in add. ad Capyc. dec. 109. n. 7. & dec. 115. n. 12. in fi. & ad cõfirmationẽ præsentis sublimitationis faciunt ea, quæ late scripsi supra d. ampl. 43.

1242 Sublimitatur 2. quando iudiciũ esset ex aliquo capite nullum, ut dixi sup. ampl. 43. & in simili dici-
1243 mus de præuentione, quę ad hoc ut trãsferat iurisdi-

risdictionem in iudicem præuenientem debet esse
1244 legitima valida,& perfecta, Bero.cõs.2.li.3. per inualidam citationem inducitur, Io. And.in c.cum plures de off.deleg.in 6.& in c proposuisti,& ibi et Abb.in 5.not.& Soc.in 4.not.& iterum col.7. vers. quinto quæro,de foro comp.Rom cons.412.nu 4.
1245 Sublimitatur 3. quando liti fuisset cessum, quia per cessionem litis iudicium iam fuit solutum, c.1. de lit.contest.in 6 Cassador. dec.1.num.2. in tit. de sentent.& re iud.Moedan.decisione 2.alias 142.vt lit.penden.Menoch.in tract.de arbitr casu 202.nu. 14.Bursat.cons.362.n.10. & seq.lib.3.Lancellot. in tract.de attent.in præfat.p.2.c.4.nu.281. Bim.cõs. 203.num.2 lib.2.
1246 Sublimitatur 4. quando lis fuisset iam terminata,vt quia fuit sententiatum in causa,nam si postea oriatur alia controuersia pendens ex eadem causa,debet conueniri coram iudice ecclesiastico,quia vna semel, quod fuit in causa iudicatum lis dicitur finita,Rot.Rom.dec.10. nu.3.vt lit.penden. in nouis.Probus in add.ad Io.Monac.in eadem rub.in 6. Afflict.dec.342.Paris.cons.30.nu. 36.vol.4. Bertr. cons.53.nu. 18.lib.3.& cons.177.nu.26 lib.1.Curt. iun.cons.174.nu.5.Crau.cons.182. n.4. Menoch.d. casu 202.nu.15.& 16.Lancellot.d.c.4.n.655.quod
1247 tamen limitatur, quando ab ipsa sententia fuisset appellatum, quia per appellationem omnia reducuntur ad pristinum,& habetur, ac si non fuisset sententiatum, & tanquam si essemus in prima instantia,gl.in l.1.ff. de re iud.l.ita demum, vbi Bart. n.1.C.de procur. Dec.in l.edita,n.54.C.de edendo Velascus dec.91.n.3. & per tot.qui dicit,quod appellatio reducit litem ad statum, in quo erat in prima instantia,Cornazar.dec.51.nu.2.vbi dicit,quod
1248 per appellationem fingitur non iudicatum, & omnia reducuntur ad statum, in quo erant post litem contestatam,Surd.dec. 147. num. 3. qui dicit, quod causa appellationis dicitur eadem cum causa primæ instantiæ.

Sublimitatur 5. quando a principio lis fuisset incepta coram iudice incompetẽte, tam ratione rei, quam causæ, vel personæ, vt quia pro causa ciuili fuisset litigatum coram iudice criminali ad latè tradita per Affl.dec.85.per totam.
1249 Sublimitatur sexto, quando lis fuisset mota per eum,qui in ea nullum ius habebat in rem,vt per falsum procuratorem, quia talis actio intentata non inducit litis pendentiam,nec facit rem litigiosam, Osasc.decis. Pedemon.144.nu.8. Lancell. in tract. de attent.p.1.c.3.nu.115.
1250 Iuxta prædictam limitationem quæro de vtili, & quotidiana quæstione scilicet, quid si clericus se obligasset per publicum instrumentum guarentigiatum tempore, quo erat laicus, an si postea efficiatur clericus pro exequutione ipsius instrumenti possit conueniri coram iudice laico, an vero sit conueniendus coram iudice ecclesiastico hanc quæstionem ponit Fab. de Anna cons.140.num.2.
1251 per tot.lib.2. vbi determinat, quod potest conueniri coram iudice laico allegat Soc. in cap. pen. nu.47.de foro compet.& Brixiens.in quæst. vener. q.32.quibus addo Surdum, & alios per eum allegatos cons.96.n.20.lib.1.tamen in isto articulo puto, quod contraria opinio sit de iure verior, quam tenuerunt Intrigl.cons.23.n.36.vbi allegat Oldr. cõs. 4.in fi.Mart.in l.statu liber.nu.5.ff.de quæst.Clar.in §.fi.q.36.vers.sæpenumero. Cou.in lib.pract.quæst. c.32.nu.4.in 2.& 3.conclus.& vltra prædictos multos alios allegat Claud. Tutius alleg 7.n.12. Imol. in l.nemo,nu.7.ff.de leg.1.Boer.dec.397.& ita practicatur in isto regno, & hæc opinio seruatur etiã Neapoli, vt tradit Praxis Archiepisc. Curia Neap. c.16.nu.2.& seqq.
1252 Retenta eadem secunda opinione eam limitabis in conductore gabellarum, qui si post factã conductionem clericatum assumpserit, vel si eo tempore esset clericus,& tanquam laicus conduxerit, poterit vtroque casu conueniri coram iudice gabellarum,& sic laico, Vasq.in tract.de success.creat.§. 10.nu.648.vers.quod autem eo casu.

Iste numerus fuit sublatus 1253.

1254 Quando autem causa,& lis dicatur pendere,ponit latè Muscatel. in prax.ciuili, p.2.in gl. in verbo tribunali,per tot.car.mihi 48.Lancel.in trac. de attẽ.c.4.n.1.& seq.p.2.Sca.in tr.de iud.p.2.c.2.n.34.
1255 Limitatur 66.prædictus primus effectus, quod clerici non possunt conueniri coram iudice laico, vt non procedat in clerico hæretico,quando in illo loco non adest officium inquisitionis, vel quando iudex ecclesiasticus non potest illum compescere, quia ipse conueniri potest coram iudice sæculari, nec potest lætari priuilegio clericali ob tale delictum.Pau.de Cast.in l.omnes qui, §. præterea,n.2. C.de episc.& cler.Cassan.super consuet.Burg.rubr. 1.§.5.nu.57.in add.car.mihi 196.vbi dicit,quod ex quo committit in legem ecclesiæ propter hæresim non debet lege ecclesiastica iuuari, & quod ita fuit iudicatum per curiam Burgundiæ contra quosdam luteranos,& huius conclusionis,& limitationis ratio est illa vulgata regula,frustra legis auxilium petit,qui facit contra legem, l.auxilium, de minor. c. quia frustra,de vsur.
1256 Limitatur 67. in clerico, qui fortasse non esset Baptizatus, quia cum baptismus sit ianua omnium sacramentorum absque eo non potuit recipere caracter ordinis,c.veniens, & tot.tit. de præsbyt.non baptizat.c.1.de sacram.& faciunt dicta per Decia. in tract.crim.p.2.lib.6.c.34.num.28.
1257 Primo quæro pro habenda totali intelligentia materiæ istius præsentis primi effectus, quis sit iudex competens ad decidẽdum,an quis sit clericus, & an debeat remitti ad iudicem ecclesiasticum, an hoc scilicet spectet ad iudicem laicum, an vero ad ipsum iudicem ecclesiasticum, & dico, quod hoc spectat omnino ad iudicem ecclesiasticum priuatiuè quoad iudicem sæcularem, ita vt iudex sæcularis nullo modo potest se intromittere ad talem decisionem ex quo tunc agitur de re spirituali, & ecclesiastica cuius cognitionis iudex sæcularis est omnino incapax, Rot. Roman. dec.197.in antiq. Doctores in c.si iudex laicus, de sentent.excom. in 6.Doctores in cap.1.de cler.coniug.in 6.Fulg.cõs. 8.col.3.libro primo not.Cyn.& Bar. in l. si quia per calumniam,C.de episc. & cler.Alex.de Neuo,cons. 56.n.6.Ang.de Castr.inter consil.eiusdem Alex. de Neuo cons.61.n.5.Soc.in c.peruenit,n.303.de sẽt. excomm.Menoch.in tract.de præsump.lib.6. præsump.76.n.30 cum pluribus seq. Fern.Vasq. in tract. de

de success.creat.li.3.§.22.limit.17.n.69.vbi multos alios allegat Roscli.in summa,in ver.iudex,il 2.n.1 Lancellot.in tract.de attent. p.2.c.20.in præfat. 3. q.nu.80.carte mihi 374.Maccabr.conf.44.nu.4. & 56.Camill.de Curte in diuers.seu comprehens.iuris feud.p.2.c.2.n.116.vbi dicit,quod licet hæc opinio sit verissima de iure; de consuetudine tamen non seruatur in Regno Neapolitano, in quo de isto articulo cognoscit iudex laicus, & numero seq. probat,quod talis consuetudo est valida. Thom.Zerola in praxi episc.in verb.clericus,§.3.vbi testatur de communi opi.Farinac.in tract.crim.q.8.n.33. Anastas.Germon.in tract.de sacror. immun.lib.3. c.15. num.56.57.& seq.vbi dicit, quod praxis Gallicana, quæ contrarium seruat, est omnino improbanda, Decian.in tract.crim.p.1.lib.4. c.9.n.110. & c.12. n.5.eodem lib.Afil.super constit.Regni.p.1.rub. 3. nu.19.Fulu.Pacian.in tract.cui incumbat onus proban.negat.lib.2.c.34.num.22. & 23. vbi alios citat Mart.in tract.de iurisd.p.2.c.31.nu.1. Alfons.Aluarez in Specul.iuris Pontific.cap.35.car. mihi 98.in princ.Couar.in lib.pract.q.c.33.n.1. vbi alios etiam congerit,& testatur de comm.* opin. Intrigl. sing. 1.nu.1.lib.3.Ioann.Franc. Pauinus in tract.de visit. par.1.q.7.in 14.to.tract.diuers.carte mihi 186.Vincent.de Franch.dec.329.n.5.lib.2.Pet.Aug.Morla in empor.vtriusque iuris, p.1.tit.2. de iurisd. omn. iud.n.163. Natta conf.495.nu.16.li.3. Cepol.conf. 10.n.12.in crim.& conf.11.n.2. etiam in crim.Hortens. Caualc.in tract. de brachio regio. p.1. nu.90. Rolan.a Valle conf.4.nu.21.lib. 1. Alex. Raudens. conf.17.num.13.lib.2.Io.Alois.de Leo in l. qui sub prætextu,nu.22.C.de sacrosf.eccl.& in l.officiales. nu.32.C.de episc.& cler.Pet.Belluga in Spec. prin. rubr.11.§.videamus,num.4.car. mihi 60. vbi dicit, quod dum per iudicem ecclesiasticum cognoscitur talis articulus, iudex sæcularis penes quem reperitur clericus captus debet quiescere, & ad nihilum vlterius procedere, quia interim nescit se esse iudicem.Clar.in §.fin.q.36. vers. regulariter, qui dicit,
1258 quod nihilominus contrarium de facto seruatur in statu Mediol.Scac.in tract. de iud.p.1.c.11.n.88 & 90.vbi testatur de comm.opi. & improbat prædictam obseruantiam dicti statutis Mediolanensis, Menoch.conf.912.nu.16.17.lib.10.

Sed de iure Regni Neap. totum oppositum est dispositum scilicet, quod iudex sæcularis, & non ecclesiasticus hunc articulum habeat determinare, Io.de Arnon.differen.85. Vincen. de Franc.d.dec. 189.n.1.lib.1.qui ambo dicunt,quod hoc est dispositum per ritum M.C. V. quæ cognitio est summaria non super clericatu, & iudex sæcularis summa-
1259 riè se informet,& cognoscat ad finem remittendi, si constat de clericatu, & qualitatibus requisitis ad hoc,vt suo priuilegio gaudeat,Archid. in c. frequenter 54.dist.Anton.de Butr.in c.tuam de ordin. cognit.Belluga in d.§.videamus,n.5.vers.& hæc videtur,vbi dicit ex Bald. quod hæc cognitio non fit
1260 in modum probationis, sed instructionis, cum vera probatio fiat coram iudice ecclesiastico, vt dicam inferius,Decian.in præcit.c.9.n.111.Vincent. de Franc.d.dec.198.n.1. & dec.329.n.9.Cepolla d. conf.11.n.3.in crim. Menoch.eod.conf.912.n.14. 15.li.3.Patian.in trac. cui incumbat onus probandi negat.p.2.c.34.num.8.& 81.vbi dicit,quod coram
1261 iudice laico potest produci instrumentum ordinationis ad hoc, vt iudex sæcularis habeat scientiam clericatus, & per consequens sciat se esse communicatum,si illum non remittit, & hoc fit absque patris citatione,vel transmissione copiæ, Bal.in d.l.si qua per calumniam,nu.4.vers.sed pone,C.de episc. & cler.Franc.in c. si iudex, §.nunc sic,n.4.vers. sed an poterit fieri de sent.excom.Aluarez in Spec.iur. Pont.c.33.vers.& nota quod, car.mihi 98. circa finem,vbi dicit,quod ex tali ostentatione iudex sæcularis constituitur in mora, & mala fide si nō remittit suo superiori clericum captum Boss. in trac.cri. in tit.de foro comp.nu.156. & an talis cognitio de clericatu dici possit,quod sit mixti fori, ponit Mar. de iurisd.d.c.31.n.20.vbi etiam ponit,quando præuenit iudex laicus,& clericus fuit captus, & incedebat in habitu laicali, & iudex laicus potest clericū retinere donec fuerit diffinitū per iudicē ecclesiasticū,si debet remitti necne,ita Mart. d.loco,n.22.
1262 Et est regulare, quod vbi contingit quæstio inter iudicem ecclesiasticum, & sæcularem super iurisdictione;iudex ecclesiasticus propter maiorē authoritatem,& præeminentiam semper cognoscere habet,an iurisdictio sit sua necne, Decian.in c.cæterum,de iud.Fel.& Decia.in c.pastoralis, in fin.de rescrip.Iaf.in l.2.colum.5. ff.si quis in ius vocat. nō iuer.Couarr.in lib.pract.quæst.c. 35.num.1. vbi dicit,quod hæc opinio omnino seruatur apud Hispanos,& admonet iudices ecclesiasticos, vt hunc articulum non temere tractare,& expedire habeant, sed iuxta Romani Pontificis sanctiones, & zelo iu-
1263 stitiæ, & non ampliandæ eius iurisdictionis, & liberandi homines scelestissimos (qui verè sunt pestis, & atra lues Reipublicæ) a iustissima iudicium sæcularium punitione, & (inquit vlterius) quod apud Gallos huius controuersiæ cognitio pertinet ad iudicem sæcularem, a quo hæc lis tractatur, & expeditur non admissa, nec recepta constitutione Bonifacij Papæ Octaui in c.si iudex laicus, de sent. excomm. in 6.allegat Guid. Papa, decis.138.in isto autem Regno practicatur opinio ipsius Couarru. & ita vidi in casibus contingentibus pluries decisum, auditis tamen officialibus sæcularibus, & sicuti iudex ecclesiasticus est iudex ad cognoscendum,an quis sit clericus, & an debeat gaudere priuilegio fori ecclesiastici, ita pariter est iudex competens, quando est quæstio, an quis deferret habitum, & tonsuram an non, & an habitus quem quis portabat, & portat sit clericalis, spectat etiam ad iudicem ecclesiasticum tanquam accessorium ad spirituale,& non ad iudicem laicum, ita tenet Domin.de Sancto Gemin.in cap.vnico, de cleric.coniug.in 6. Cardinal.in clement. 2.de vita,& honest. cleric.Aufrer. in tract. de potesta. iudic. ecclesiast. nu.19.in 13.tomo tract.diuersor. Mascard.in tract. de probat.concl.689.n.9. Ioan.Batt.Baiard. in addit.ad Clarum in §.fi.quæstio.36.num.17. Farinac. quæst.8. num.34. vbi dicit, quod opinio contraria est falsa,& aduersatur sacris canonibus, & omnino reijcienda,& hæc tanquam communis amplectenda,& multos alios allegat Socin. sen.conf.22.num. 3.libro primo Cæpol.conf.10.num.6. & 7.in crim. Roland.a Valle conf. 4. num. 33. lib. 1. Alexand. Raudens.

Raudens. conf. 17. num. 14. lib. 2. Intrigl. d. singul. 1. nu. 3. lib. 3. vbi dicit quod in isto Regno cognitio hæc spectat ad M.R.C. ex quadam consuetudine, quæ consuetudo secundum eum valida est, & ad hoc allegat varios Doctores, & præsertim Couar. in lib. pract. qq. c. 31. n. 5. vers. quamobrem, sed cum ipse Intrigl. asserit quod hæc cognitio spectat ad Magnam Curiam ex quadam consuetudine, dico quod ipse errauit in terminis, nam est verum quod Magna Curia recognoscit pro sua informatione non autem quando est aliqua contentio inter Magnam Curiam, & Curiam Episcopalem, quia tunc de prædictis, & similibus cognoscit ipse iudex Archiepiscopalis, sed si esset solum dubium de tonsuram, quam statim potest probari & videri ad oculum deposito pileo, & iudex sæcularis denudato
1264 capite contrarium cognouerit, poterit tunc denegare remissionem ad iudicem ecclesiasticum tanquam calumniose petitam, l. 1. & quæ ibi not. Doct. ff. de offic. assessor. Domin. & Franc. in cap. 1. §. 1. colum. 2. de cler. coniugat. in 6. Mascard. in tractat. de probat. conclus. 689. nu. 11. Menoch. cons. 922. num. 11. 12. & 13. lib. 10. vbi loquitur de eo, qui fuit captus & tempore capturæ fuit repertus sine vestigio tõsuræ, quo fit vt inspectio tonsuræ debeat fieri tempore capturæ, allegat Vincent. de Franc. dec. 189. num. 11.

Hęc opinio non est vera, nam potest esse, vt sit clericus peregrinus, qui in itenere non potuit coronam sibi fieri facere, iuxta gl. in c. si quis ex clericis de vit. & honest. cleric. Praxis Curiæ Archiepiscopalis Neapol. c. 39. num. 4. vel ex alio accidente capilli creuerint, & ideo satis est, vt incedat in habitu, quia pro non delatione tonsuræ poterit puniri a suo ordinario, nam satis est, vt pro maiori parte temporis vtatur habitu, & tonsura, nec vnica dimissio priuat illum beneficio fori, Capell. Tholos. dec. 104. & alij quos probat auctor praxis Archiepiscopalis Neap. c. 7. in 2. editione num. 11. Quarant. in compendio Ball. in verb. habitus clericalis in fi.

1265 Hinc est quod si vertitur quæstio an quis debeat gaudere immunitate ecclesiastica, vel non eidem quæstionem determinare habet iudex ecclesiasticus, & non sæcularis, Anastas. Germo. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 6. num. 21. & 22. Hortens. Cauale. in tract. de brachio regio, p. 1. n. 90. vbi testatur de comm. opin. allegat Borgni. Cauale. in reper. in verb. iudex ecclesiasticus.

1266 At si quæstio verteretur de loco in quo quis fuit captus an scilicet, sit sacer, vel non, & an sit de membris in quibus consequitur immunitatem ecclesiasticam, vel non tunc secundum aliquos est locus præuentionis hoc est, vt præueniens possit hũc articulum terminare, Cauale. eodem num. 90. quæ tamen opinio non est vera cum isto casu nullus sit locus præuentionis, sed omnino iudex ecclesiasticus hoc cognoscere debet ita Couar. in lib. pra qq. c. 23. ver. primum istud Alex. cons. 142. nu. 6. lib. 6. prout eos allegat Alex. Raudens. cons. 17. n. 11. li. 2.

1267 Sic etiam si est quæstio, an quis dimiserit habitum, vel voluerit in clericatu perseuerare, hoc dubium remittitur arbitrio iudicis ecclesiastici, Affl. in c. 1. n. 10. de milit. vassall. qui contumax est in vsib. feudi Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 231. num. 14. Camill. Gallin. in tract. de verb. signific. lib. 5. c. 20. num. 69.

1268 Et pari modo si vertitur quæstio inter clericũ, & gabellotum de re quam clericus secum portat, & clericus asserit talem rem portare causa proprij vsus, & gabellotus hoc negat, & est dubium, an debeat præstare iuramentum tunc est adeundus iudex ecclesiasticus, qui hoc decidere habet, & non procurator Cæsaris licet alias ipse procurator Cæsaris sit iudex in concernentibus pedagia, & gabellas, quia is est laicus, Bertac. in tractat. de gabell. in 7. quæst. princ. colum. 5. vers. nec præterea Ferret. in eodem tract. de gabell. num. 433. Roland. a Valle cons. 72. num. 25. lib. 4.

1269 Et eodẽ modo si esset quæstio an res quam introduxit clericus in ciuitatem ceciderit in commissum ob non solutum vectigal, debet talis quæstio terminari per iudicem ecclesiasticum Foller. super constit. Regni in tit. de sacros. eccl. c. item statuimus, nu. 9. circa medium car. mihi 34.

1270 Et prout supra etiam est dicendum, si verteretur quæstio de inualiditate clericatus, vt quia is qui reperitur clericus erat talis, qui non poterat ordinari, namque cognitio an poterat ordinari, nec ne, & an ita ordinatus gaudeat priuilegio fori, spectat ad eundem iudicem ecclesiasticum, quia hoc est etiam quid spirituale, c. tuam, de ordin. cognit. c. lator qui filij sint legiti. Ripa in c. decernimus in 8. dubio de iud. Rol. a Valle cons. 40. num. 20. lib. 1. Vinc. de Franch. dec. 189. num. 3. lib. 1.

1271 Et sicuti iudex ecclesiasticus est iudex competens, qui declarare habet an clericus possit vti priuilegio fori ecclesiastici, ita pari modo probatio quod quis sit clericus, debet fieri in curia ecclesiastica, glos. in cap. si iudex laicus, in fi. de sentent. excommun. in 6. Innocent. in cap. vt famæ in princ. eodem titu. in 6. Alexand. de Neuo consil. 59. num. 1. Petr. Belluga in Specul. princip. rub. 11. §. videamus, numero 5. vbi dicit quod ideo debet fieri coram iudice ecclesiastico, quia est quid spirituale ad quod allegat Bald. in l. quoties, C. de iud. & vltra eos idem dixerunt Ripa in capitulo decernimus, num. 4. vers. sed coram quo de iud. Mascard. in trac. de probat. conclu. 961. vbi asserit hanc esse communem opinionem, & conclus. 639. num. 7. Capell. Tholos. dec. 117. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. cap. 15. num. 56. Couarr. in libro pract. qq. cap. 33. num. 2. vbi testatur de commun. opin. & dicit quod ita seruatur in tribunalibus Hispaniæ nullo contradicente, Ful. Patian. in tractat. cui incumbat onus proband. negat. libro 2. cap. 34. num. 21. & 80. Alphons. Aluarez in Specul. iuris pontif. c. 35. vers. & talis vera cart. mihi 98. circa finem, Iacob. de Graff in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. nu. 153. qui asserit quod hæc opinio, quod non obstãte quod hæc opinio sit communis contrarium nihilominus seruatur in Regno Neapolitano, Menoch. cons. 912. num. 7. lib. 10. Cepoll. cons. 10. nu. 6. & 9. in crimi. Ortens. Cauale. in tract. de bracchio regio parte 1. num. 90. vbi testatur etiam de commun. opin. Muta super consuetud. huius Vrbis Panormi, c. 4. num. 7. Clar. in §. fin. q. 36. num. 18. vbi dicit quod hæc est communis opinio, & quod ita serua-

seruatur in Hispania, & quod ita Ducatu Mediola-
ni aliter seruatur, in quo clericus contra quem iu-
dex sæcularis procedit criminaliter exhibet sua iu-
ra, & instrumenta clericatus, Vulpel. consilio 30.
num.6.

1272 Quæro secundo, an in facienda tali probatione
ad hoc, vt clericus remittatur suo iudici sit neces-
saria aliqua partis citatio, & dico, quod non, ita
Bal. in l. si qua per calum. vers. sed pono, C. de episc.
& cler. Port. concl. 43. ampl. 46. car. mihi 335. quod
secus est in declaratione facienda per iudicem ec-
clesiasticum, quando vult pronuntiare, an clericus
debeat admitti ad forum ecclesiasticum, an non,
1273 quia tunc talis declaratio debet fieri citatio, &
audito ipso iudice sæculari, & eo cuius interest co-
pulatiuè, Cepol. cons. 11. num. 2. in crim. Bost. in tra-
ctat. crimin. in tit. de foro compet. nu. 151. & 155.
Domin. de Sancto Gemin. in c. si iudex laicus, in fi.
de cler. coniug. in 6. Farin. in tract. crim. q. 8. nu. 37.
Intrigl. sing. 1. nu. 2. lib. 3. Alex. Rauden. cons. 17. nu.
13. & 20. lib. 2.

1274 Et si iudex ecclesiasticus pronuntiauerit illum
de quo agitur esse clericum, tunc iudex laicus te-
netur illum remittere, vna cum processu contra eū
compilato, d. cap. si iudex laicus, vbi hoc not. Doct.
Cepol. cons. 10. n. 13. in crim. & hoc tam si clericus
1275 est captus in habitu laicali, quam clericali, Cæ-
poll. cons. 11. num. 2. etiam in crim.

1276 At in tali remissione facienda iudex laicus pro
sua cautela potest se protestare, quod ipsum remit-
tit saluo iure vendicandi, quia si aliter eum remit-
tere, videtur iuri suo renuntiare, nec posset amplius
eum punire, si clericatus non probaretur, & tota
cognitio ad iudicem ecclesiasticum pertineret. Pa-
tian. in tract. cui incumbat onus prob. negat. li. 2. c.
34. nu. 49. vbi ad hoc allegat Aufrer. in add. ad Ca-
pell. Tholos. dec. 117. in fi. & Crau in tract. de antiq.
temp. p. 3. in §. seu sectione incip. videmus, num. 34.
vers. sed an sola possessio.

1277 Quæro tertio, an isto casu iudex laicus possit
statuere tempus ipsi clerico infra quod habeat cle
ricatum probare coram iudice ecclesiastico; & re-
spondeo, quod non, quia hoc non spectat ad suam
iurisdictionem, & quia non potest imponere le-
gem superiori, Ias. in l. 2. num. 12. & 15. ff. de re iud.
qui asserit, quod hæc est commun. opin. Mascar. in
tract. de proba. concl. 689. nu. 1. qui allegat Bart. in
l. pro tribunali, vbi etiam Doctores, ff. de re iud. &
in l. præses, C. de appell.

Iste numerus fuit sublatus 1278.

1279 Quæro quarto, an iste articulus, quod clericus
remittatur ad iudicem ecclesiasticum terminetur
per iudicem ordinarium ipsius clerici, an vero
per ordinarium illius loci, vbi fuit captus, an
vero per ordinarium superiorem officialis ca-
pientis, & dicas, quod est terminandus per ordina-
rium illius loci, vbi clericus reperitur in posse iudi-
cis laici, Lapus in c. si iudex laicus nu. 1. de sent. ex-
commun. in 6.

1280 Quæro quinto, an pendente articulo, an quis
sit clericus, & an debeat remitti ad suum forum
ecclesiasticum, persona clerici interim sit remitten
da ipsi iudici ecclesiastico, an vero sit custodienda
penes quem reperitur, & aliqui dixerunt, quod in-
terim isto casu captus custoditur in carceribus lai-
ci, donec ista quæstio per iudicem ecclesiasticum
fuerit terminata, Caualcan. in tract. de brachio re-
gio, p. 1. nu. 9. Farin. in tract. crim. q. 19. n. 1. & latius
q. 8. nu. 36. vbi prope infinitos allegat Scac. in tract.
de iud. p. 1. c. 11. nu. 88. Alij vero dixerunt, quod in-
terim debet remitti ad iudicem ecclesiasticum, ita
Anast. Germon, & alij per eum citati in tract. de sa-
cror. immun. lib. 3. cap. 15. nu. 56.

Sed re vera in isto articulo est omnino distin-
guendum, aut clericus fuit captus in habitu laicali,
& indistinctè procedit prima opinio, aut fuit ca-
ptus in habitu clericali, & tunc interim est custo-
diendus apud iudicem ecclesiasticum, quia ex quo
reperitur in possessione, vel quasi clericatus, est
manutenendus in statu in quo reperitur, cap. si iu-
dex laicus, de senten. excommun. in 6. vbi hoc not.
Anchar. in 3. not. Petr. Belluga in Specul. princ. in
§. videamus, de clericis, num. 4. vers. occurrit igitur,
car. mihi 44. Couar. in li. pract. q. c. 33. n. 3. vers. for-
tassis, vbi dicit idem esse, si captus communi opi-
nione pro clerico reputaretur, vel adesset fama pu
blica, Franch. dec. 189. nu. 6.

1281 Quæro sexto, an quando iudex ecclesiasticus
facit inhibitorias iudici sæculari ne se intromittat
in prosequutione incepta, & formata contra cleri-
cum, & ne illam prosequatur, an tunc requiratur
citatio ipsius iudicis sæcularis, & dico, quod non,
Alex. cons. 149. nu. 4. lib. 6. Lancellot. in tract. de at-
tent. p. 2. c. 20. q. 5. num. 223.

1282 Quæro septimo quo ordine, & solemnitate iu-
dex sæcularis remittat clericum ad suum iudicem
ecclesiasticum, & dico, quod debet illum remittere
cum magna modestia, & vrbanitate, alias autem si
illum remitteret cum ignominia, & verecundia, vt
puta eum transmittendo sine pallio, cum manibus
ligatis, vel comitibus, vel capite detecto, vel simili
modo in opprobrium remissionis, diceretur lædere
iurisdictionem ecclesiasticam, & per consequens
incideret in canonem, si quis suadente diabolo 17.
quæst. 4. cap. nuper, de sentent. excommunic. Ca-
rauita super ritu Magnæ Curiæ Vicariæ ritu 235.
nu. 6. Iacobus Sbrozz. in tract. de Vicar. episc. lit. 1.
c. 132. num. 30. Fulu. Patian. in tract. cui incumbat
onus probandi negat. lib. 2. c. 34. num. 49. vers. ter-
tium est, Ortens. Cauale. in practica, de testib. p. 5.
nu. 220. Clar. in §. fin. q. 36. num. 43. vbi recenset ali-
quas prouincias, in quibus remissiones prædictæ
fiunt cum maxima irrisione populi, & quod in par-
tibus suis absque aliquo decore ipsorum clerico-
rum. Gemin. in c. si iudex laicus, §. fin. nu. 11. de sen-
tent. excommun. Belluga in Spec. in princ. rubr. 11.
§. videamus, num. 9.

1283 Quæro octauo, ad cuius expensas debeat fieri
remissio clerici petentis se remitti ad iudicem ec-
clesiasticum, & dico, quod debet fieri ad expen-
sas ipsius clerici petentis se remitti ad suum iudi-
cem, ita vt ipse teneatur soluere satellites, qui pro
eius custodia mittuntur, Bald. & Cardin. Alexand.
in cap. 1. §. si iudex, de potest. tenend. in vsib. feud.
Boetius decisio. 303. num. 9. Vrsill. in adnotat.
ad Afflict. decisio. 265. num. 50. Menoch. in tractat.
de arbitrar. casu 228. num. 8. & sequen. Foller. in
pract. crimin. can. in verb. Miscellan. quædam num.

50. car.

50.car. mihi 330.& super constitu.Regni in tit. de episcop. & cleric. cap.item seruat nu.6. cart. mihi 83. vbi dicit, quod si talem remissionem peteret iudex ecclesiasticus pro defensione priuilegiorū suę iurisdictionis, tūc debet fieri ad expensas, ipsius iudicis, & non prosequuti, Baiard.in addi.ad Clar. §. fin.q. 36.nu.27.Anna singul.271. Masullus in add. ad Capicium deci.9.& 13. Alexand.Raudens.cons. 17.nu.23.lib. 2.Couarru.in lib.pract.q.c.33.nu. 5. ubi dicit quod omnes mouentur ad ita dicendum argum. text. in l.quoniam liberis,C.de testib. & in l. cum sæpe, C.de erogat. milit.anno. lib. 12. Fulu. Patian. in tract.cui incumbat onus probādi negat. lib.2. cap.34.n.48.Thom Zerola in praxi episcop. in verb. remissio reorum versic.ad quintum,vbi dicit, quod tunc debet fieri remissio ad expensas clerici capti, quando clericus est habilis ad soluendū, si vero est inhabilis, tunc fit ad expensas accusatoris, vel instigatoris,alias episcopi, qui eum repetit: & hoc ibidem dixerunt Couarr. Masullus, & Raudens.in locis proxime citatis.

1284 Quæro nono, quando clericus dicatur clericaliter viuere, & respondeo quod tunc dicitur clericaliter viuere,quando exercet ea, quæ concernunt statum clericorum, Rebuff. in tract. de literis obligatorijs art. 20. gloss.1.nu.121.in 1. to. comment. constit. Franc. Foller. super constit. Regni in tit. de episcop. & cler.cap.item statuimus, nu. 9. cart. mihi 68.

1285 Quæro decimo quid si iudici laico constat, quod clericus quem pœnes se detinet carceratum, est innocens illius delicti, pro quo reperitur carceratus, an tunc debeat illum statim dimittere, & relaxare, an vero illum relaxandum tradere suo iudici, & dico quod debet statim illum liberum dimittere, ita Carauit. super ritu M. C. V.ritu 235. nu. 20. Baiard.in addi. ad Clarum §. fin.q.36.n. 19.

1286 Quæro vndecimo, quid si clericus captus à iudice laico impetrasset inhibitorias a iudice ecclesiastico,an possit talibus inhibitorijs renuntiare, & promittere eis non vti, & dico quod non: quia talis renuntiatio esset inualida, & ea non obstante semper potest petere se remitti ad suum iudicem competentem, c.contingit de sentent.excomm.Gemin. in c.1. §. & cum Parisiens.de cleric.coniugat. in 6.Bertrand.cons.67.n.12.lib.2.cons. 182. nu. 3. in fi.& nu.4.& 5.lib. 1.Dec.in tract.crim.p.1.lib.4. c.9.nu.116. & ratio est quia per talē renunciationem renuntiaret etiam foro ecclesiastico, cui non potest, vt dixi supra in ampliationibus.

1287 Quæro duodecimo, quid si clericus est citatus per iudicem laicum pro delicto ab eo commisso, qui tamen non comparet, & ob id ponitur in banno,& ratione contumaciæ vigore statuti habetur pro confesso, an si postea est captus possit dicere bannum, & confessionem nullam, tamquam processum contra clericum, & dico quod sit constituto de clericatu, Anch.in reg. ea q. 25. de reg. iur. in 6. Aufrer.in tract.de potestat.iud.laici super person.eccles. reg.2.limit.23. in 6.to. tract. diuers. car. mihi 289. vltra quod etiam confessio expresse facta est ipso iure nulla, vt dixi etiam supra in ampliationibus.

1288 Quæro decimotertio, quid si clericus fuisset condemnatus tanquam laicus, vt quia ita reputabatur,an tunc si appellauerit,& docuerit se esse clericum, iudex appellationis laicus poterit pronunciare sententiam nullam, & dico, quod sic determinauit Bart. cons. 225. & rationem adducit,quia tunc non iudicat de clerico, sed de nullitate sententiæ hoc idem dixerunt Petr. de Ancher. & Andr. Barbat.nu.102.cum pluribus sequen.in c.2.de foro compet. Decian. in tract.crim.p.1.lib.4.c.9. n. 62.

1289 Quæro decimoquarto, an in casibus supradictarum limitationum, in quibus iudici laico acquiritur iurisdictio super personis ecclesiasticis, illa acquiratur priuatiuè quoad iudicem ecclesiasticum, an vero cumulatiue, & respondeo quod cumulatiue, est bene verum quod si iudex ecclesiasticus processerit contra clericum, & cum condemnauerit ad pœnam non condignam delicto ex defectu potestatis, vt quia deberet pro delicto imponi pœna mortis naturalis,quod ipse imponere non poterat, & imposuit pænam perpetui carceris, tunc iudex laicus poterit eundem punire pœna a iure statuta, & etiam mortis, ita Scacc. in tract. de iud.part. 1. capitulo 11.n.101. vbi allegat Boss. in tit. de foro compet.n. 133.

1290 Et vt finem imponam præsenti primo effectui, dico quod prælatus, ac iudex ecclesiasticus potest prohibere laicis ne deferant habitum,& tonsuram clericalem, Domin. & Franc.in cap. vltimo,in fin. de bigam. in sexto, Marc. Ant. Genuens. in pract. Archiepiscop.cap.53.num.3. vbi dicit quod ita seruatur in Ciuitate Neapolis.

1291 Secundo sciendum est, quod quando clericus priuatur priuilegio clericali non priuatur nisi possessione clericatus, nam dato quod priuetur priuilegio, nihilominus remanet clericus, quia caracter clericalis est indelebilis, & sic vbicunque clericus propter delictum ammittit priuilegium clericale solam possessionem perdit, & non proprietatem,seu ordinem Alexan.de Neuo cons.72.n. 6.

1292 Tertio sciendum est quod si iudex sæcularis iudicauerit se competentem in causa clerici, postea sententiam tulerit diffinitiuam nō obstante tali interlocutoria quocunque tempore poterit clericus de nullitate dicere.Paul.de Castr.in l.2.nu.9.versic. breuiter ff. si quis in ius vocat. non iuer. Prosper. Passet.cons. 23.n.7.

1293 Quarto sciendum est quod vbi clericus in casibus à iure permissis conuenitur coram laico, tunc debet seruari ius canonicū, prout e contra si laicus conuenitur coram ecclesiastico debet seruari ius ciuile,Petr.Nicol.Mozz.in tract.de feud.in titul.de naturalib. feud.nu.125. & seq.Dom.Intrigl. in eodem tract.centur.2.art.94.nu.9.& 10.cū alijs quos referam infra effect.immediate sequent.

1294 Quinto sciendum est,quod quantum ad ammissionem priuilegij clericalis nulla est differētia inter clericos existentes in sacris, & in minoribus, vbi delictū est causa ammissionis ipsius priuilegij, quia caracter ita est impressus in anima constituti in minoribus quam in sacris,Alexand.de Neuo cōsil. 59. nu. 4.in fi.vbi ad hoc allegat cap.vnicum de vit. & hon. cleric.

1295 Sexto sciendum est, quod sex erant necessaria de iure canonico antiquo ad hoc,vt clericus ammitteret

teres

teret priuilegium fori. Primum quòd non incedat in habitu. Secundum quod se immisceat enormitatibus. Tertium quod illis frequentauerit. Quartum quòd in illis sit depræhensus. Quintum quod fuerit ter monitus. Sextum, & ultimum, quod post monitiones fuerit incorrigibilis, Io. Franc. à Ponte consf.24.num.4.& 5.ubi dicit quod duo ultima sunt disputata, & quod quatuor prima omnino requiruntur, Cepoll.consf.11.num.29. 35.& 37.in crimi. Grammat. uoto 8. num 4.& uoto 9. numer.18. & seq.lib.2. Brun.consf.64.num.8.in fi.Decian.in tractat.crimin.parte 1. lib.4. cap.9. num.103.& 106. ubi dicit, quòd quatuor prima sufficiunt, Ruin. cōsil.7.nume.6.lib.5.Capic.decisf.155.num.26.& decisf. 161. num.2.ubi dicit quod ista sex requisita debent adesse in clericis in sacris constitutis, sed in constitutis in minoribus forte sufficerent quatuor prima; circa quæ est in omnibus multum attendenda consuetudo, Menoch. consf.912. num.33. lib.3. Fuscus in singul.in lit.C, nume.121. Thom Zerola in praxi episcop.in uerb.clericus §.16. ubi dicit qđ quinque sufficiunt, Sigis.Scaccia in tract.de iudi.p. prima c. 11. num.8. qui dicit quòd prima quatuor requisita debent adesse si non fuerit ter monitus, si uero fuerit ter monitus, & clericus sit in minoribus constitutus ad priuandum illum priuilegio fori allegat Rola Valle consf.31.n.32.lib.1.

1296 Septimo sciendum est, quòd clericus non solum personaliter, & per se ipsum potest petere declinatoriam fori, uerum etiam, & per alium, & procedit tam si is qui petit hanc declinatoriam habet spetiale mandatum, & ad hoc serio sit procurator constitutus, quàm non, & etiam non obstante statuto (prout est in ritu M.C.V.Regni Neapolis) quod declinatoria fori non admittitur nisi reo comparente, Guido Pap.dec.338.Campan.super c.Regni Neapol.c.94.nu.8.Mart.in l.unica nu.165 de rapt. uirgin.Anton.Scappa in tract.de iure non scripto, lib.5.c.181.num 6 & 7.ubi dicit quod ita seruatur de consuetudine Franc. dec. 329. Muta super consuet.huius Vrbis c.4. num.5. Tho.Zerola in d.uerbo clericus §. 3. circa medium.

SECVNDVS EFFECTVS.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ligari, & forum sortiri paria sunt.*

2 *Materia de statutis ligantibus clericos est maximum pelagus.*

3 *Clerici regulariter non ligantur statutis laicorum amplia n.8.& seq.lim.nu.112.& seq.*

4 *Statuta regulantur a potestate, & iurisdictione statuentium.*

5 *Lex nulla potest ligare non subditum.*

6 *Laicis desicit potestas ligandi clericos per eorum statuta.*

7 *Superior non ligatur lege sui inferioris.*

8 *Laici omnes sunt inferiores Clericis.*

9 *Clerici etiam in minoribus constituti non ligantur statutis laicorum.*

10 *Statutum loquens per verba quantumuis generalia, & vniuersalia non comprehendit clericos.*

11 *Statuentes non præsumitur quod voluissent in generali statuto comprehendere eos, de quibus in specie disponere non potuissent.*

12 *Verba generalia nunquam comprehendunt priuilegiatos.*

13 *Verba generalia restringuntur secundum subiectam materiam.*

14 *Statutum laicorum non valet quo ad clericos, etiam sit eis tollat id, quod fuit eis semel acquisitum p longissimam consuetudinem, vel per aliud statutū, quod intelligas, vt n.18.& seq.& n.23.& 24*

15 *Statutum factum in fauorem non subditi transit in contractum.*

16 *Statutum tollens clericis id quod est eis aliàs acquisitum per aliud statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam, n.23.*

17 *Statutum non potest reuocari in præiudicium iuris, quod fuit quæsitum non subdito.*

19 *Statuentes possunt prohibere ne clericis fruantur beneficijs ab eorum statutis inductis.*

20 *Statutum denegans eius fauorem clericis, non dicitur contra libertatem ecclesiasticam, & de ratione vide n.21.& 22.*

25 *Statutum disponens quod clerici non possint, vti aliquo statuto laicorū in eius fauorem, nisi illud acceptent contra se, vel nisi episcopus per suam constitutionem sinodalem approbet statuta prædicta, est validum.*

26 *Statutum quòd nō subditi statuentibus nullo potiuntur beneficio statutorum, est validum, & cōprēdit clericos quod intelligas, n.28.*

27 *Statutum quod forensis non possit, vti beneficio statutorum non comprehendit clericos.*

28 *Pactum vsurarum positum in contractibus licitis annullantur licet ipsa dispositio licite substineatur.*

29 *Conditio inhonesta, vel impossibilis vitiatur, & non vitiat institutionem, vel legatum.*

30 *Vtile per inutile non vitiatur insuperabilibus.*

31 *Papa non potest statuere, vt omnes clerici subijciantur statutis laicorum.*

33 *Statuta laicorum sicut nō comprēhendunt personas, ita nec bona clericorum num.35. distinguen. num. seq.*

34 *Bona dicuntur esse accessoria personarum.*

38 *Bona clericorum tam diu sunt exempta a statutis laicorum, quam diu pēnes ipsos clericos sunt.*

39 *Ecclesia non supponitur statutis laicorum.*

40 *Propter quòd vnum quodq; tale, & illud magis.*

41 *Statutum laicorum non comprēhendit clericos, etiam quod disponat super quocunque immani delicto, & etiam crimine lēsę maiestatis.*

42 *Statuta laicorum non comprēhendunt clericos, etiam si disponant super materia honesta, & fauorabili, nisi ipsi hoc velint.*

43 *Clerici quando possint vti statutis laicorum eis fauorabilibus n. 46.*

44 *Statutum faciens expressam mentionem de clericis nec valet nec eos ligat etiam quod sit eis fauorabile, & priuilegiatum, nisi sit à summo Pōtifice acceptatum, & confirmatum, & de ratione vide num. 45.*

47 *Principes non recognoscentes superiorem in eorum statu habentur loco Imperatoris, & potiuntur omnibus iurisdictionibus, quibus Imperator.*

Dispo-

re contra, vel supra clericos.

109 Statutum laicorum non ligat clericos etiam ad fauorem alterius clerici, vel ecclesiæ.

110 Clerici præsumuntur ignorare statuta laicorum.

111 Statutum laicorum est nullum tam si directè, quã si indirectè disponat de clericis.

112 Statutum laicorum continens aliquid quod est diuino, naturali, vel canonico iuri conforme, ligat etiam clericos.

113 Statutum fundatum super naturali æquitate ligat clericos.

114 Iudex ecclesiasticus non tenetur seruare statutum conforme iuri naturali, diuino, vel canonico, vti statutum laicorum, & vti quid a prædictis iuribus dispositum, & mandatum.

115 Pœna interposita per statutum laicorũ (casu quo clerici supponantur tali statuto) non potest exigi per iudicem sæcularem, sed est exigenda per ecclesiasticum.

116 Clericus negotiator an & quando subijciatur statutis laicorum, n. 117. 118. 119. & 120.

121 Statutum tractans de successione, an & quando comprehendat clericos, n. 122. 123. & 124.

125 Statutũ laicorum comprehendit bona, & hæreditates clericorum post mortem ipsorum.

126 Bona quæ transeunt de persona ecclesiastica ad laicum dicuntur laicalia lim. vt n. 127.

128 Clerici non possunt habere filios legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio.

129 Statutum loquens de hæreditate illius, qui moritur ab intestato non habet locum in hæreditate illius, qui moritur intestabilis.

130 Statutum quod potest afferre commodum, & incommodum, ligat clericos.

131 Statutum quod potest afferre commodum, & incommodum, non dicitur alicui præiudiciale.

132 Statutum disponẽs super ordinarijs iudicijs ligat clericos.

133 Forensis in ordinarijs ligantur statutis loci in quo lis agitatur secus in decisorijs.

134 Statuta quæ respiciunt modum procedendi non concernunt personam, sed causam.

135 Statutum quando dicitur respicere ordinaria iudicij, & nu. seq.

Statutum dans exequutionem paratam instrumentis, dicitur respicere ordinatoria iudicij.

135 Statutum disponens super appellationibus interponendis respicit ordinatoria iudicij.

137 Statutum de compromissis faciendis respicit ordinatoria.

138 Statutum tollens aliquam exceptionem de iure competentem dicitur respicere decisoria.

139 Statutum tollens omnes exceptiones aduersus executionem instrumenti, non ligat forensem cõuentum in loco vbi adest tale statutum.

140 Statutum disponens circa probationes dicitur respicere decisoria.

141 Probatio respicit decisoria, & non ordinatoria, quia litis victoria dependet à probatione.

142 Locus contractus, & non iudicij attenditur in probatione facienda.

143 Instantia perempta, quæ acta pereant, & quæ non n. 144.

145 Clericus litigans contra laicum in curia sæculari ligatur statutis, & consuetudinibus illius curiæ tam circa ordinatoria, quàm decisoria, sed contra num. 147.

146 Laicus agens contra clericum in curia ecclesiastica debet seruare statuta illius curiæ.

148 Statutum laicorum à Papa confirmatum ligat etiam clericos.

149 Statutum laicorum à Papa confirmatum dicitur statutum Papale, quod intellige, vt n. 151.

150 Statutum confirmatũ recipit vires à confirmãte.

152 Papa confirmans omnia in volumine statutorum rescripta non censetur confirmare statutum, quod continet periculum animæ, quod lim. 153.

154 Confirmatio non operatur, vbi confirmatum non est confirmabile.

155 Confirmatio nihil noui tribuit, sed quatenus confirmanda sunt iusta, & valida, superior confirmasse intelligitur.

156 Confirmatio statutorum quando fit ex certa sciẽtia, & in forma specifica, refertur ad omnia statuta quantumuis nulla, & inualida.

157 Statuta contra libertatem ecclesiasticam, vel aliter iniusta ad hoc vt sint valida, & ligent clericos non sufficit confirmatio Papalis, facta ex certa scientia, & in forma specifica, vt Papa de eis in specie fuerit certioratus.

158 Confirmatio statutorum quando dicatur facta ex certa scientia, & in forma specfica.

159 Confirmatio in dubio præsumitur facta in forma communi.

160 Confirmatio statutorum facta à Summo Pontifice semper interpretatur, ne comprehendat clericos, licet de hoc nihil sit dictum.

161 Confirmans omnia statuta, non videtur confirmare ea quæ eius potestatem minuunt.

162 Statuta confirmata per Episcopum nunquam afficiunt clericos.

163 Statutũ afferẽs modicũ præiudiciũ ligat clericos.

164 Statutum laicorum disponens in materia delictorum, in quibus clericus perdit priuilegium fori, vt est in assassinio, comprehendit etiam clericos.

165 Clericus degradatus subiacet statutis laicorum.

166 Statutum laicorum ligat etiam clericos, vbi ratio statuti tenderet euidenter ad finem rationabilem, & communem tàm clericis, quàm laicis lim. num. 173.

167 Statutum disponens quod occidens non succedat in bonis occisi, comprehendit etiam clericos.

168 Statutum disponens simpliciter, & generaliter circa honesta, & non sit contra libertatem ecclesiasticam ligabit clericos, sed contra n. 169. concorda nu. 170. 171. & 172.

174 Statutum laicorum ligat etiam clericos vbi eius obseruantia non pareret aliquod peccatum, neque aduersaretur sacris constitutionibus.

175 Statutum laicorum fundatum super super honestate, & bonis moribus includit clericos, licet non intuitu statuti, sed intuitu honestatis.

176 Statutum laicorum disponens iis, quæ competunt clericis non vti clericis, sed vti alijs de populo comprehendit etiam clericos.

177 Statutum laicorum disponens super vtili dominio rei emphyteuticæ ecclesiæ est validum.

178 Statutũ laicorũ dans ordinẽ succedendi inter cõ-

prehensos

N Litigiosi

locum in clericis, tam actiuè, quam passiuè.

449 Statutum imponens pœnam custodibus animaliũ damnum dantium, habet locum etiam in custodibus animalium clericorum.

450 Animalia clericorum, quando possint retineri pro damnis ab illis illatis.

451 Statutũ quod solutio debiti non possit probari per testes non ligat clericos.

452 Statutum loquens de probationibus faciendis nũquam ligabit clericos, & num. 454. 455.

453 Probatio respicit decisoria a qua causa dependet victoria.

456 Statutum tollens ferias introductas in honorem Dei, non valet.

457 Statutum quod pater non possit meliorare vnum filium in præiudicium aliorum, habet locum etiã si vellet meliorare filium clericum, vel alium in præiudicium clerici.

458 Statutũ quod coloni possint renuntiare suæ conductioni non procedit in colonis ecclesiæ.

459 Statutum quod ecclesia, vel clerici nunquam possint præscribere, an valeat, & num. 460.

461 Præscriptio cum mala fide nunquam permittitur de iure canonico.

462 Statutum requirens consensum agnatorum in cõtractibus mulierum, vel minorum, sufficit vt consentiat agnatus clericus.

463 Monachi, & cæteri regulariter dicuntur mortui mundo.

464 Statutum quod contractus non possit aliter probari quam per instrumentum, non habet locum in contractibus clericorum.

465 Statutũ quod filij positi in conditione non censeantur, vel censeantur positi in dispositione, vel quod testator præsumatur tollere, vel non tollere falcidia, vel trebellianicam, non habet locum in testamentis clericorum.

466 Statutum quod donnatio rei de qua non est capta possessio in vita donantis præsumatur nulla, an habeat locum vbi donatio esset facta clerico.

467 Statutum quod pro funere, & exequijs non possit expendi, nisi vsq; ad tantam summam, non valet limita, vt num. 468.

469 Pompæ funerales magis sunt viuorum sollatia, quam mortuorum suffragia.

470 Statutum annullas donationem aliquo casu, non annullat donationem factam per clericum etiam in fauorem laici.

471 Statutũ prohibens ne possit fieri inuestitura extraneis existentibus hæredibus emphiteutæ, an habeat locum in bonis emphiteuticis ecclesiasticis.

472 Statutum quod nemo possit inuestiri nisi vocato possessore. an habeat locum vbi inuestitura est facienda per ecclesiam vel clericum.

473 Statutũ ꝙ nemo possit inuestiri nisi citato possessore, nõ habet locũ vbi inuestiendus esset clericus.

474 Statutum ꝙ certa bona nõ possint alienari extra familiã, habet locũ etiã si vellet alienare clericꝰ.

475 Statutum imponens gabellam pro quocũque actu nunquam ligabit clericos lim. num. 476. 477.

478 Statutum dictans quod pater, vel mater non possint disponere vltra certam partem etiã pro anima; est validum.

479 Statutum quod res immobiles quæ perueniunt ad clericos, vel ecclesiasticas personas nõ possit per eos retineri, sed teneantur illas vendere infra certum tempus; non valet.

480 Statutum de soluendis sportulis iudicibus non cõprehendit clericos.

481 Statutum quod emptor teneatur ad gabellã aliã pro parte venditoris, non habet locum vbi quis emisset ab ecclesia, vel clerico.

482 Statutũ quod de omnibus legatis soluatur gabella, an habeat locum in legatis pijs.

483 Statutum quod in sepultura non possit expendi nisi tantum; an valeat.

483 Clericus casu quo supponitur statutis laicorũ, non potest compelli ad eorum obseruãtiam per officiales laicos, sed per suos superiores ecclesiasticos.

484 Statuta omnia fauorabilia a laicis cõdita prosunt etiam clericis num. 485.

486 In dubio non præsumitur, quod quis fecerit se clericum, ne scilicet nõ supponatur statutis laicorũ.

487 Statutum in quo fit expressa mentio de personis ecclesiasticis, vel de eorum bonis est omnino nullum amplia; num. 488. lim. 489.

490 Clericus, & ecclesia si volunt vti statutis laicorum, debent seruare eorum formam, & nu. 492.

491 Statutum dans executionem instrumẽtis infra tãtum tẽplus, clericus non poterit agere executiue elapso eo tempore, & nu. 493.

495 Statutũ quod creditor qui vult agere executiue teneatur præstare de soluendo certã partẽ si debitum reperitur solutũ, cõprehandit etiã clericos.

496 Statutum quod possit creditor carcerari facere suum debitorem, cui debeat præstare certa alimenta, clericus tenetur etiam talia alimenta præstare, si ipse carcerari fecit suum debitorem.

497 Clerici præsumuntur contraxisse iuxta locorum statuta, & consuetudines.

498 Clericus vbi non ligatur statutis laicorum non potitur eorũ priuilegijs: sed contra nu. 499. concordia vt nu. 500. 501. 502. & 503.

504 Clerici contraueniendo statutis laicorum peccãt mortaliter in casibus, in quibus talibus statutis ligantur, & tenentur ad restitutionem.

505 Laici contraueniendo statutis peccant mortaliter.

506 Lex siue statutum, quando dicatur iustum ad hoc vt illi contraueniens peccet mortaliter.

507 Contraueniens legi pœnali licet peccet mortaliter non tamen tenetur ad restitutionem pœnæ.

508 Statutum quod non arctat clericos, nec ipsorum clericorum rerum conductores obligare potest respectu ipsarum rerum.

509 Statutum dirigens eius verba ad iudicem, nunquã comprænendit clericos.

510 Clericus vtitur omnibus statutis contra laicus, vbi laici vti fuissent alijs statutis cõtra clericos.

511 Clericus qui recusauit se summittere statutis laicorum, non potest amplius se lætari beneficijs ipsorum, vel aliorum statutorum.

512 Statuentes cogi possunt ad declarandum statutũ obscurum, & dicendum quod non comprehendit personas ecclesiasticas.

513 Episcopus quibus remedijs possit vti ad compellendum statuentes, vt declarẽt quod statutũ per eos editum, non comprehendat clericos, & n. 515

514 Episcopus solus, & ex officio potest statuẽdo per

suum edictum declarare, vt statutum a laicis conditum non comprehendat clericos.

SECVNDVS EFFECTVS.

1 ET quia paria sūt forū sortiri, & statutis ligari, vt not. gl. & DD. in c. quod clericis, de foro compet. Innocen. & cæteri scribentes in rub. de Consuetud. Rimi. sen. cons. 487. nu. 7. lib. 3. & cons. 268. n. 13. lib. 2. Surd. cons. 2. n. 14. in fin. Alciat. cons. 30. nu. 1. & per tot. to. 1. lib. 2. Crot. cons. 335. n. 11. lib. 3. Soc. sen. cons. 71. nu. 1. lib. 4.
2 Bero. cons. 65. nu. 99. lib. 1. Ideo post primum effectum in quo de foro clericali loquutus fui subnectā secundum, & in eo quando statuta laicorum comprehendant clericos, & cæteras personas ecclesiasticas pro viribus tractabo: Est enim regulare, quod clerici non ligantur statutis laicorum c. benèquidē, 96. dist. c. at si clerici, c. clerici, & c. qualiter de iud. cap. 2. de foro compet. c. continua. 11. q. 1. c. non minus, & c. aduersus de immun. eccles. c. quamquā de cēsib. in 6. c. 1. c. clericis, & c. fi. de immun. eccles. in 6. Authen. cassa, & irrita, C. de sacros. eccl. c. quæ
3 in ecclesiarum, & c. ecclesia S. Mariæ de constit. & vtrobique omnes scribentes Innocen. in c. postulasti, in fin. de foro compet. Ancher. cons. 258. nu. 2. Guid. Papa cons. 221. n. 3. Plot. cons. 30. nu. 11. Alber. in tracta. de statut. lib. 2. q. 2. n. 18. Abb. in c. constitutus in 5. not. de restit. in integr. Rolād. Cauagn. in obseruat. ad decre. subaud. in prohem. §. 3. nu. 1. Lapus allegat. 101. n. 22. Maluas. cons. 87. n. 50. Anastas. Germ. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. nu. 100. Panzerol. cons. 104. n. 17. Passet. cons. 22. n. 8. Benincasa in tract. de paupertate q. 8. special. 4. nu. 49. vbi multos alios allegat Marches. in tract. de commissionib. p. 2. c. 3. 4. c. principalis, nu. 311. car. mihi 489. Maccabr. cons. 26. n. 163. Surd. in tract. de alimentis tit. 2. q. 15. nu. 62. Albanus in lucubration. ad Bart. in l. 1. nu. 8. C. de Summa Trin. & fide Catho. Ianlongus in racemat. iuris racemat. 101. n. 1. Bott. cons. 8. n. 22. Rimin. iun. cons. 449. n. 22. lib. 3. Hondod. cons. 3. nu. 10. lib. 1. vbi alios citat Francisc. Marc. dec. 652. nu. 7. lib. 1. Marant. disput. 8. n. 2. Bursat. cons. 93. nu. 20. lib. 1. vbi asserit hanc esse magis comm. opi. & alios allegat Soc. sen. cons. 56. n. 1. lib. 1. Nicolaus Loscus in tract. de iure vniuersitatis p. 3. c. 15. nu. 175. Chioffus, cons. 107. n. 1. li. 1. Feder. Prignannus. qui multos etiam allegat cons. 11. n. 28. lib. 1. Rebuf. super constit. Regni in prohemio gl. 1. nu. 57. & seqq. vbi multa circa hoc adducit Guido Papa cons. 149. nu. 1. & cons. 221. n. 3. Pappon. cons. 29. n. 14. Carpan. super statutis Mediolanens. in præludio, num. 553. vbi multos alios allegat, & testatur de magis comm. opin. Serafin. in tract. de priuil. iuram. priuil. 77. nu. 24. Surd. cōs. 2. n. 14. lib. 1. vbi multa ad hoc cumulat Morla in empor. vtriusque iur. p. 1. ti. 1. q. 16. n. 1. Borel. sup pragm. Odia litiū §. 1. gl. 3. n. 257. Cened. in collect. iur. Canon. collect. 2. n. 1. p. 2. & ratio huius secundi
4 effectus est, quia statuta regulantur a iurisdictione, potestate statuētiū, Bar. in l. omnes populi in 1. q. 1 q. princip. ff. de iust. & iure. Bald. in l. fi. C. de iurisd. omnium iud. Benincas. in tract. de paup. q. 8. specia-
5 li 4. nu. 74. & vt valeat statutum, & vt aliquos comprehendat requiritur omnino potestas statuēdi super illos. Bal in c. ecclesia S. Mariæ. nu. 2. de constit. vbi dicit, quod alias statutum est ipso iure nullum, huius rei ea est ratio, quia nulla lex potest ligare, & comprehendere non subditum, c. 1. iuncta gl. de constit. c. 2. eodem tit. 1 in 6. c. a nobis, de sent. excom. cum alijs iuribus, quæ allegat Rebuff. in pro-
6 hemio const. Galliæ, gl. nu. 59. Sed in sæculari Principe quoad clericos deficit potestas, & cōsequēter eos non comprehendit eos DD. in d. c. ecclesia S. Mariæ, & in d. c. quod clericis Corn. cons. 145. n. 4. lib. 4. Pau. de Cast. cons. 157. n. 1 li. 2. vbi testatur de communi opin. Surd cons. 301. n. 46. Honded. cōs.
7 20. nu. 6. lib. 2. Alia est ratio, quia maior non potest adstringi, & ligari lege sui inferioris, c. cum inferior de maior. & obed. & nihilominus omnes Principes, & cæteri homines Episcopis obedire tenentur, & sunt inferiores clericis, c. omnes, & c. solitæ, de ma-
8 ioritate, & obedien. c. nouit, de iud. c. per venerabilem, qui filij sunt legitimi. Rebuff. in consuet. Galliæ in prohęmio gl. 1. nu. 60.
9 Ampliatur modo iste secundus effectus, vt non solum procedat in clericis ordinibus sacris insignitis, verumetiam, & in habentibus solum ordines minores, vel primam tonsuram, quia nec ipsi ligantur statutis Principis sæcularis, c. 2. de foro compet. c. clerici, de iudicijs. DD. omnes in l. cunctos populos, C. de Sum. Trin. & fide Cath. & in c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. Abbas in c. fin. de vita, & honest. cler. Ias. cons. 121. n. 1. & 2. vol. 1. & Marsil. singul. 295. Gram. dec. 29. n. 2. Plotus cons. 30. nu. 8. 11. & 13. cum sequent. & nu. 73. Decian. in tract. crim. p. 1 lib. 4. c. 9 nu. 59. & lib. 2. c. 35. num. 6. vbi quampluri-mos allegat Remig. de Gon. in tract. de charit. subsidio q. 65. num. 3. in 15. to. tract. diuers. p. 2. car. 192. Soc. sen. cons. 57. nu. 12. li. 3. Albertus Brunus cons. 183 col. fin. vers. quinto, & vlt. car. mihi 56. in suis consilijs feudalib. lib. 2. Carpan. super statut. Mediol. in præludio, num. 568. in 1. par. de Cur. de consuet. sect. 8. num. 57.
10 Ampliatur 2. vt prędictus secundus effectus procedat etiam si statutum loqueretur per verbum quantumuis generalia, & vniuersalia, vt si vteretur verbis, quicunque quilibet, & omnes, & similibus, vel si diceretur quæuis persona cuiuscunque status, & conditionis existat adhuc non comprehendit clericos, & Ecclesiasticas personas, ex quo talia verba non extenduntur ad personas exemptas, & non subiectas iurisdictioni statuentium, Bal. in l. omnes populi, ff. de iustitia, & iure. Socin. sen. cons. 74. num. 11. lib. 1. & cons. 56. num. 1. lib. eodem, & cons. 241. num. 3. vol. 2. & cons. 57. num. 11. volum. 3. & cons. 14. nu. 1. vol. 4. Gozal. cons. 76. nu. 12. Ias. in l. filiusfamilias, §. Diui in prima lectura, nu. 83. ff. de leg. 1. Honded. cons. 3. n. 26. lib. 1. & cons. 20. n. 7. lib. 2. Roland. a Valle, cons. 4. nu. 37. lib. 1. Serafi. de Serafi. in tract. de priuil. iuram. priuil. 77. nu. 24. vbi testatur de com. opin. Boss. in tract. crim. in tit. de principibus, nu. 339. Lamberteng. in tract. de contract. in fi. oper. num. 131. in fi. Feder. pragmat. cons. 17. num. 30. lib. 1. Maluas. cons. 3. nu. 24.
11 Et ratio istius conclusionis est, quia dispositio statuentium limitatur secundum eorum potestatem,

tem, & non creditur voluisse illas personas in generali dispositione stati comprehedere quibus in specie disponere non potuissent, Abb. in c. nobis, il 1. n. 4. & 5 de sentent. excom. Alex cons. 210. nu. 1. lib. 2. Soc. sen. cons. 40. nu. 9. vers. sed. in casu modo li. 4. Crot. cons. 75. nu. 13. & seqq. lib. 1. & cons. 370. n. 13. & 14. li. 3. Honded cons. 3. n. 17. & 18. lib. 1. & cons. 20. n. 7. lib. 2. Alb. Mand. cons. 8. nu. 10.

12 Alia potest esse ratio quia verba generalia cõprehendunt omnes præter priuilegiatos, Siluan. cons. 73. n. 4. Rim. sen. cons. 313 n. 12. lib. 2. Bursat. cons. 186. n. 33. lib. 2. Dec. in c. Ecclesiæ S. Mariæ n. 198. de constit. Ias. in d. l. filius familias §. diui in prima lectura n. 182. ff. de leg. 1. Surd. cons. 47. n. 24. Hond. d. cons. 20. n. 17. lib. 2. & cons. 101. n. 20. eodem lib.

13 Tertia põt esse ratio, quia verba quantumuis generalia intelliguntur secundum subiectam materiã, & restringuntur ne odiosa comprӕhendant Zuccard. cons. 75. num. 293.

14 Ampliatur 3. prædictus secundus effectus vt statutum laicorum non valeat, neq; comprehẽdat clericos etiam si eis tollat illud quod semel eis per longissimum tempus, vel per aliud statutum fuit quæsitũ, Bart. in l. priuil. in l. fin. C. de sacr. san. eccles. vbi ait quod statutum quo cauetur quod singulis annis debeat certa elemosyna ecclesiæ, non potest reuocari per aliud statutũ, Rom. sing 478. vbi etiam adducit exemplum prædictum, idem dixerunt Dom. in c. quæ in ecclesiarum col. 3. vers. venio ad tertiũ de constit. & in c. 1. in vlt. opposit. eo. tit. in 6. Innoc. in c. nouit. in verb. Theodosius de iudic. vbi eũ cõmuniter sequuntur DD. Archid. in c. quicunq; 11. q. 1. Soc. sen. cons. 241. nu. 2. vers. prima est lib. 2. vbi testatur de cõmuni. opin. Alb. Mand. cons. 8. n. 18. lib. 1. Fel. in c. ecclesia S. Mariæ de Constit. & in c. ad Apostolicã, n. 2. de simon. Landrec. cons. 103. n. 11. Osorius in instit. moralib. 5. c. 13. vers. quinto quæritur car. mihi 314. Vgolin. in tract. de simon. c. 9. §. 10. n. 5. tabul. 10. annot. Franc. in add. ad Alex. in l. non amplius ff. de legat. 1. vbi testatur ita fuisse iudicatum per Collegium Patauin. Ant. Piag. in tract.

15 de consuetud. q. 3. n. 52. quia talis lex vel statutum factum in fauorem non subditi videtur transire in contractum, Alia erit ratio quia huiusmodi statutũ

16 ceretur contra libertatẽ ecclesiasticã Vgol. in tra. de simon. tab. 1. c. 9. §. 10. nu. 4. vbi a legat in argumentum c. ecclesiarũ mater, & c. ecclesia S. Mariæ de constit. Alia est ratio quia statutum reuocari nõ

17 potest in præiuditium iuris quod fuit quæsitum nõ subdito prout sunt clerici Innoc. Abb. & alij omnes præcipuè Dec. n. 13. circa fin. vers. 3. ampliatur in c. nouit. de iud. Natt. cons. 431. num. 18. lib. 1. Surd. cons. 262. num. 60. lib. 2.

Licet contra præsentem ampliationem in hoc contrarium tenuerint aliqui relati à Piag. in d. q. 3. n. 11. Marsill. in tract. de Bannit. in verb. ecclesia n. 80. Bal. per illũ text. in l. si quis curialis C. de Episc. & cler. & in auth. cassa vers sed quæritur C. de sacr. san. Eccles. & in l. de quibus vers. 6. quæritur ff. de legib. Rim. iun. cons. 341. nu. 19. lib. 3. & consil. 619. n. 7. 8. & 9. lib. 6. & ij omnes mouentur ea ratione ad ita dicendum, quia statuentes possunt priuari clericos benefitijs ab ipsis statuentibus inductis: Fel. in d. c. ecclesiæ S. Mariæ. num. 27. de constit. Bald. in tract. de statut. in verb. clericus nu. 7. Surd. cons. 2. num. 43. lib. 1. & cons. 386. num. 22. lib. 3. & vtrobiq; alios allegat, & multa circa hoc scribit Passett. cons. 101. n. 2. Alban. in lucubratio. ad Bar. in l. 1. n. 8. C. de sum. trin. & fid. Cathol. Tho. Docti. cons. 6. n. 4. Rim. iun. qui loquitur in statuto mutinẽsi cons. 449. n. 33 lib. 3. & cons. 368. nu. 46. & cons. 432. n. 14. eo. lib. Caualc. dec. 33. n. 15. & dec. 18. n. 50. lib. 3. & dec. 20. nu. 5. lib. 1. Vulpell. in tract. de libert. ecclesi. p. 3. n. 5. Soc. sen. cons. 97. n. 4. lib. 1. & cons. 122. n. 6. eo. lib. Vinc. Anibal in add. ad Alb. Mãdell. cõs. 8. n. 22. in lit. I, & n. 24. Mars in tra. de bann. in verbo ecclesia n. 81. vbi alios allegat, & in verbo bonæ etiã n. 81. vers. 2. declara, vbi alios allegat Dec. in c. Eccles. S. M. n. 226. & 227. de constit. Tiraq. in tract. de retract. lignager §. 1. glos. 8. nu. 42. vbi propè infinitos congerit Pappon. cons. 60. nu. 14. & 15. & cons. 61. nu. 10. Cotta in memorialibus in verbo, clerici ligantur vers. & ideo in proposito, Carpanus super statutis Mediolanens. p. 1. in præludio num. 585. & p. 2. c. 180. nu. 20. Decia. in tract. crimin. p. 1.

18 lib. 2. c. 35. n. 7. nec tale statutum dicitur contra libertatem ecclesiasticam, quia qui non impedit benefitium non facit iniuriam, Bald. in l. de quibus ff. de leg. Rimin. iun. cons. 341. nu. 20. & 21. & lib. 3. & cons. 629. nu. 10. & seqq. lib 6. Dec. cons. 83. n. 4.

19 & cons. 275. nu. 5. Rimin. sen. cons. 268. vbi alios allegat, & huius ratio est, quia statuentes tunc non statuunt contra libertatem ecclesiasticam, sed tantum reddunt clericos ad suum ius commune, & tollunt tantum priuilegium ab ijsdem statuentibus inductum, & licet auferatur illis aliquid priulegium tamen illud non est priuilegium concessum per Sũmum Pontificem, aut per Imperatorem, Sal. in Auth. cassa C de sacr. sant. eccl. Papp. cons 60. nu. 16. vbi etiam Salic. loco citato dicit, quod tollere legem suam nemo vetatur per l. fi. C. de leg. & l. si quis in princip. testamenti ff. de lig. 3. Paul. de Castr.

20 ibi num. 5. vbi dicit, quod si per statutum laicorum auferuntur clericis priuilegia, quæ non proueniunt a iure communi, vel aliunde, formam statuti non esse contra libertatem ecclesiasticam, cum possint ibi statuentes tollere clericis illud quod dederant, cum a principio hoc facere potuissent Pap. d. cons. 60. n. 17. vbi dicit quod clericis tunc conquerenti-

21 bus potest responderi, meum non tuum denego auxilium, allegat not. per gl. & doct. in l. assiduis, C. qui pot. in pign. habeant, quod etiam videtur voluisse Bal. in l. si quis curialis, n. 2. C. de episc. cler.

22 dum dicit, quod dispositio legis, vel statuti non prodest clericis, si lex, vel statutum non vult quod prosit, & quod licet per statutum non possint auferri clerico beneficia prouenientia ex dispositione iuris communis, tamen auferri potest protectio, & priuilegium ipsius statuti, quæ

23 omnia, & similia adducit Pap. d. cons. 60. nu. 17. & 18. & vltra per eum adducta idem dixerunt Bald. in l. statuimus, n. 4. C. de episc. & cler. & in tract. de statut. in verb. clericus, n. 6. Decius c. Eccles. S. Mariæ, num. 47. de constit. Mars. in tract. de bann. in verb. bona, n. 81. Carpan. super stat. Mediol. in prælud. num. 586. Nihilominus non est recedendum a priori opinione, quæ re vera est magis communis, & tutiori pro anima: Non obstat modo ratio pau-

lo ante adducta, scilicet, quod statuentes possunt priuare clericos beneficijs suorum statutoru, quia hoc procedit vbi in ipsomet statuto, in quo introducitur priuilegium, introducitur etiam prohibitio, secus si prius fuisset facta simpliciter constitutio in fauorem clericorum, quia tunc ex post facto non potest per aliam constitutionem reuocari, est tex. in l. priuilegia, & ibi Bart. C. de sacros. eccles. & in c. ad Apostolicam de simonia, & in c. nouit vbi Innoc. & alij de iudicijs, & in terminis Ozer. in instit. Moral lib. 5. c. 13. vers. 4. quæritur car. mihi 514. Tiraq. d. glo. 8. nu. 43. vbi multos alios allegat, secundo respondeo quod non est simpliciter vera ratio

24 supra allegata, namque multi tenuerunt quod statuentes etiam in ipsomet statuto in quo concedunt fauorem, & priuilegium non possunt illud tollere clericis, ita Carpan. in prædictis statut. Mediol. p. 2. c. 180. nu. 20. vbi allegat Abb. in c. quod clericis, n. 38. de foro compet. Ancher. cons. 61. num. 3. Dec. cons. 114. col. 2. & alios DD. quos breuitatis causa prætermitto. Et ad prædicta bene conferunt ea,

25 quæ ponam infra q. 11. circa finem. Iuxta prędicta quæro an valeat statutum disponens, quod clerici non possint vti aliquo statuto laicorum in eius fauorem, nisi contra se illud statutum recipiant, vel nisi omnia statuta contra se recipiant, vel nisi Episcopus omnia statuta per suam constitutionem synodalem approbet, & confirmet, & dico, quod sic: ita Calcan. cons. 7 num. 11. & 14. Cellas. in tract. de æstim. p. 4. q. 1. n. 46. Bursat. cons. 3. n. 32. lib. 1. Rimin. iun. cons. 41. n. 18. lib. 3. & cons. 619. n. 13. li. 6. Carpa. super præd. stat. Mediol. in prælud. n. 615.

Secundo quæro, quid si statutum non disponat

26 expresse de clericis, sed tantum tacitè disponendo dicat, quod non subditi statuentibus nullo potiatur beneficio statutorum, & dico quod tunc clerici cēsentur priuati prout cæteri non subditi, Bar. & Bald. nu. 26. in l. de quibus ff. de legibus Pet. in c. Ecclesia S. Mariæ, nu. 81. vers. nec intelligo de const. Vinc. Anibal in additionibus ad Albam. cōs. 8. n. 24. in lit. L, Laderch. cons. 64. nu. 14. quod secus est quando

27 statutum disponeret quod forenses non possint vti beneficio statutorum, quia tunc (ex quo clerici non dicuntur forenses, sed ciues, & districtuales, vt dixi sup. in præludio, numero 27.) potiuntur tali casu beneficijs statutorum, prout alij ciues.

28 Nec omittam dicere pro complemento istius ampliationis, quod si statuentes non simpliciter, & principaliter, sed consecutiuè, & in pænam prohibuerint, ne clerici possent vti beneficio statutorum, hoc est propter priuilegium clericale, & quia sunt clerici, tunc enim semper, & indistinctè clerici possunt, vti tali beneficio, non obstante prohibitione, quia alias tale statutum tantum esset contra libertatem ecclesiasticam, & per consequens ipsa prohibitio est nulla, licet dispositio principalis sit valida, Soc. sen. cons. 121. nu. 6. lib. 2. vbi loquitur in statuto denegante auxilium statutorum clericis de-

29 clinantibus forum seculare, nec est nouum, quod vna dispositio possit pro parte valere, & pro parte non, quia videmus quod pactum vsurarium positū in contractu licito annullatur, licet ipse contractus sustineatur, Rodulf. in tract. de vsur. q. 135. Caualc. dec. 13. n. 37. circa medium n. 40. p. 2. & dec. 35. n. 52. & seq. p. 1. Bal. in l. 1. n. 61. & seq. nu. 4. C. de pig. act. cum alijs, quos allegaui in meo tract. de except. 28. nu. 61. & seq. Sic etiam conditio inhone-

30 sta, vel impossibilis posita in vltima voluntate reijcitur, nec vitiat institutionem, vel legatum, gl. fi. in §. impossibilis institut. de inutil. stipul. Goffred. cons. 26. n. 10. Natt. 626. nu. 14. lib. 3. Capra cons. 66. nu. 7. Vasq. in tract. de success. creat. lib. 3. num. 7. Surd. cons. 218. n. 18. & cons. 236. n. 34. lib. 2. & dixi in meo tract. de except. excep. 33. n. 36. & est regu-

31 lare quod in separabilibus vtile per inutile non vitiatur, c. vtile de reg. iur. in 6. Panciroł. cons. 131. n. 13. Brun. a fol. in compend. resolut. proposit. iur. in verb. utile Alb. Mandell. cons. 731. n. 1. lib. 4.

32 Ampliatur quarto, ut nec etiam Romanus Pontifex possit statuere, ut clerici omnes subijciantur omnibus statutis laicorum, licet id posset quo ad aliquas causas, uel quo ad aliquos clericos, non autem posset in totum hoc priuilegium adimere, quia esset prorsus perturbare statum ecclesiasticum, ita Petr. Aug. Morla in emporio vtriusq; iuris tit. 1. q. 16. n. 5. ubi allegat Cardinalem in c. perpendimus in 6. oppositione de sent. excom. Fel. in c. 2. de maior. & obedien. Cassa. in consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. num. 47. Aug. Aufr. in Clem. 1. de officio ordinarij reg. 1.

33 Ampliatur quinto prædictus secundus effectus, ut procedat, tam si statutum disponit circa personas clericorum, quam si circa bona Ecclesiastica, uel Patrimonialia a clericis acquisita, quia etiam bona non possunt ligari statutis laicorum, c. fi. de uita, & honest. cler. c. 1. de imm. eccles. in 6. not. in c. quæ in ecclesiarum, & in c. Eccles. S. M. de constit. & in c. non minus de immunitate Ecclesiast. & in c. quartā de censibus in 6. & in auth. itē nulla cōmunitas C. de episc. & cler. Rot. Rom. dec. 5. & per tot. in tit. de foro cōp. in antiquis Oldrad. cōs. 23. Gram. cōs. 29. n. 14. & cons. 1. n. 32. & cons. 71. n. 32. in criminal. post decisiones, Plotus cons. 30. n. 8. & cons. 16. n. 30. Rim. sen. cons. 483. n. 10. uers. ultimo pro hac parte li. 3. Decian. cons. 14. n. 2. lib. 1. & in tra. crim p. 1 lib. 2. c. 35. n. 6. Soc. sen. cons. 56. nu. 1 lib. 1. Capra reg. 15. n. 27. Feder. Pragmanus cons. 17. n. 35. & n. 29. ubi dicit quod opinio contraria non est uera, Rim. sen. cons. 268. nu. 24. lib. 2. Pappon. cons. 29. n. 6. & 9. Berous cons. 107. nu. 10. lib. 1. Soc. iun. cons. 25. n. 5. & cons. 1. n. 9. & seqq. uol. 2. Menoch. cons. 165. n. 8. lib. 2. Vinc. Anibal in add. ad Albam cons. 513. n. 7. lit. B. lib. 3. & cons. 8. n. 22. lit. I, lib. 1. Fel. in c. Eccles. S. M. n. 8. de constit. & ibi etiā Abb. n. 21. Pet. Aug. Morla in emporio vtriusq; iuris tit. 1. q. 16. n. 6. ubi alios allegat, Sebast. Medices in tra. de leg. & statut. p. 4. q. 6. nu. 5. Euerard. cons. 30. nu. 11. & cons. 42. nu. 8. Franc. March. dec. 652. nu. 3. lib. 1. Surd. dec. 160. nu. 10. & 11. ubi multos alios allegat, & dec. 20. nu. 10. & cons. 301. n. 64. lib. 3. ubi multos etiam congerit Maccabr. cons. 26. nu. 115. & 116. & ratio istius ampliationis est, quia bona

34 sunt accesoria personarum, cap. similiter 16. q. 1. & accessorium sequitur naturam sui principalis, l. cum accessorium vbi Decius, & Cagnol. allegant concordantes ff. de reg. iur. Rocc. de Curt. in tract. de

35 consuet. sect. 8. num. 55. & 56. Contrariam tamen opinio-

opinionem in hoc articulo tenuerunt, Bal. in cap. conuenisset col. 2. de eo, qui mittitur in possessioné Rebuf. super consti. Regni Galliæ in prohemio gl. 1. nu. 71. vbi dicit, quod pro ista opinione fecit, cap. cum ad verum 96. dist. & allegat Be lug. in Speculo Principum, in rubr. de amortisa §. nunc videamus in fine. Barbat. in rubr. de rebus eccl. non alien. col. 21. nu. 112. Cassan. super consuet. Burgundiæ in tit. de iustices, §. 4. glo. de dort. de indire. in fine, & in rubr. de succes. §. 3. in glo. in verbo Chacum. & in §. fin. in cons. 161. ibi posito num. 54. & in rubrica de succes. des bastar. & in §. 2. in fine in rubr. de mainf. mortes, & vltra prædictos idem dixerunt Rip. responso 6. n. 11. lib. 1. Paris. cons. 40. n. 24. li. 3. Rimin. iun. cons. 368. nu. 75. lib. 4. Alciat. in repetitione Auth. Cassa n. 13. & 14. C. de sacrosf. eccl. Mācin in tract. de iuramen. p. 4. effectu 219. nu. 16. Carpan. super statutis Mediolanensib. p. 1. c. 44. num. 3. Bossius in tract. de statutaria vrbis præscriptione.
36 gl. 19. nu. 206. & sequentib. vbi has opiniones inter se discrepantes hoc modo distinguendo concordat, aut statutum dirigit eius verba ad personam, aut ad bona: si ad personam non est dubium, quod non comprehendit bona etiam patrimonialia clericorum, & hoc ex defectu potestatis ipsorum statuentium, ita Soc. sen. cons. 288. nu. 3. vol. 2. Paris. d.
37 cons. 40. nu. 24. lib. 3. aut statutum dirigit eius verba ad bona, & tunc iterum distinguit, aut clericus possidet talia bona tanquam beneficialis, & ei sunt data in titulum beneficij, & tunc etiam procedit prima opinio scilicet; quod statutum laicorum talia bona non comprehendit, aut vero bona aliunde clerico proueniunt, vt sunt bona patrimonialia, & tunc procedit secunda opinio, vt scilicet, supponantur statutis laicorum, & ad probandam prædictam distinctionem allegat glo. in cap. Episc. in fine de præbend. Decius, & Felin. in d. cap. ecclesia Sanctæ Mariæ. Tiraq. in tract. de vtroque retractu, §. 32. num. 80. cum sequent. & glos. 13. num. 3. Oldrad.
38 cons. 17. per tot. Ego vero non obstante prædicta distinctione nunquam recederem ab ipsa ampliatione, & prima opinione, quia DD. qui eam tenent loquuntur indistinctè, & in omnibus bonis, tam patrimonialibus, quam beneficialibus, nec est vera illa distinctio, aut verba dirigūtur ad bona, aut ad personam; quia si esset vera semper esset in facultate statuentium super bonis clericorum disponere, & statuere, vltra quod iura pro eadem prima opinione sunt clara, & expressa, nec faciunt talem distinctionem, & aduertendum est, quod bona prædicta clericorum sunt libera, & immunia a statutis laicorum tātum durante vita ipsorum clericorum; namque eis mortuis statim subiacent ipsis statutis, quia hoc priuilegium consequuntur bona respectu personæ clericorum, quo fit, quod extincta, & mortua persona extinguitur priuilegium, c. cum cessante, de reg. iur. in 6. cum alijs, quæ adduxi supra effecto 1. ampl. 4. num. 10. & seq. & dicam infra effectu seq. ampl. 3. num. 40.
39 Ampliatur sexto prædictus secundus effectus in ecclesijs, quæ ancillæ subijciuntur statutis laicorum & multo magis hoc procedit in ecclesijs, c. ecclesia S. Mariæ, vbi omnes scribentes communiter de constit. l. 1. vbi hoc etiam not. DD. C. de sum. Trin. & fide Cath. Barb. cons. 29. col. 2. vol. 4. Maluas. cōs. 87. n. 50. & cons. 80. nu. 26. & cons. 105. nu. 4. & 22. Saluatius Bocconius, cons. 7. nu. 1. inter cons. matr.
40 diuers. & ratio est illa vulgata regula propter quod, vnumquodque tale, & illud magis. Auth. multo magis, C. de sacrosf. eccl. Intrigl. de feud. cent. 1. q. 29. num. 51. Maluas. cons. 59. nu. 12 namque si clericis conceditur ista exceptio a statutis eo, quia seruiunt Ecclesiæ, multo magis debet concedi ipsius Ecclesijs.
41 Ampliatur septimo, etiam si statutū disponeret super grauissimo, & immani delicto, vt est super criminale læsæ Maiest. quia adhuc clerici non ligātur, tali statuto, Bal. in cl. clericus, de pace tenen. Grammat. decis. 20. num. 12. Petr. Aug. Morla in empor. vtriusque iuris. tit. 1. q. 16. nu. 2.
48 Ampliatur 8. prædictus secundus effectus, quod clerici non ligantur statutis Principum sæcularium, vt procedat etiam si statuta disponerēt in materia honesta, & fauorabili, si ipsi clerici eis uti nolunt. Bal. in l. cunctos populos in 13. col. C. de sum. Trin. & fide Cath. Abb. in c. ecclesia S. Mariæ in 1. not. n. 4. de const. & ibi etiam Fel. n. 8. & 95. & Dec. n. 54. vers. sed breuiter, vbi dicit, quod opinio cōtraria est communiter damnata. Sal. in Auth. Cassa, C. de sacrosf. eccl. Anch. cons. 11. Gram. dec. 100. n. 9. Purp. cons. 335. nu. 2. p. 2. Io. de Amic. cons. 14. nu. 5. Matthes. sing. 112. Afin. in tract. de exeq. §. 6. c. 47. n. 12. Alba. in lucubr. ad Bar. in l. 1. nu. 9. C. de sum. Tri. & Fide Cath. Rim. sen. cons. 483. nu. 15 lib. 3. Lamber. in tract. de contract. gl. 2. n. 58. Surd. cons. 301. n. 14. lib. 3. Soc. sen. cons. 46. n. 8. & 15. lib. 4. Capra reg. 15 nu. 25. Rim. sen. cons. 483. nu. 15. & 16. lib. 3. & cons. 218. nu. 8. lib. . Carpa. super stat. Mediol. in prælud. nu. 573. Decia. in tract. cri. p. 1. lib. 2. c. 35. n. 3. & sic est in eorum potestate a principio vti tali statuto; vt (v. g.) in statuto requirente certam solemnitatem in contractibus minorum, vel mulierum, neque si clericus est minor, vel mulier monialis, & vult contrahere. est in eius facultate si vult in contrahendo adhibere talem facultatē, vel non, quidquid in contrarium dixerint aliqui relati per Decia. d. c. 35. nu. 5. & vbi statutum in specie disponeret de clericis,
43 vel ecclesijs, vel eorum bonis etiam quod sit eis fauorabile, nullatenus possunt eo vti secus, si est generale, quia tunc quando agitur de commodo, & fauore clericorum, eos etiam comprehendit, & eo Iětari possunt, Abb. in d. c. eccl. S. Mariæ, n. 5. & 14. in fi. vbi etiam Fel. n. 76. & communiter scrib. Bal. in l. cunctos populos, nu. 10. C. de sum. Tri. & fide Cath. Gail. obs. 32. n. 2. li. 2. Cott. in memor. in verb. clerici ligantur vers. & propterea, & vers. deniq;. Carpa. super d. stat. Med. c. p. 1. in fi. operis, in diplomate Pōt. n. 21. vbi testatur de com. opi. & sic erit conclusio, quod statutum fauorabile laicorum si est generale includit clericos, quatenus ipsi volūt, ita Bal. & Gail. in locis cit. Bar. in l. 1. nu. 3. ff. de his, qui pen. nom. Anch. in c. quæ, n. 28 de reg. iur. in 6. Butr. in c. clerici, nu. 5. & seq de iud. Alex. cons. 209. n. 4. lib. 2. Ias. in l. vt inter diuinum, nu. 30. c. de sacrosf. eccl. & ibi etiam Bald. num. 11. Marsil. sing. 20.
44 Ampliatur, quod etiam si tale statutum esset priuilegiatiuum clericorū, namque nisi illud sit a summo Pontifice approbatum, & acceptatum non ligat

gat clericos etiam volentes eo vti, Io. Andr. & Calderinus in c. 1. de nouis oper. nunci. Innoc. & Abb. in c. norit, de iud. & in c. quod clericis, nu. 31. & 42. de foro compet Imol. in c. quæ in ecclesiarum, de consti. Alex. cons. 105. vol. 4. & cons. 210. nu. 13. vol. 2. Brun. in tract. quod stantibus mascul. femin. non succed. ar. 12. nu. 174. Hostiens. in c. si de solut. vbi dicit, quod lex municipalis quantumuis fauens clericis, & ecclesijs, nunquam eodem includit, nisi a Papa sit approbata. Guido Papa, cons. 151. num. 2. vers. sed quia alij. Matthes. sing. 110. vbi Sair. in addit. Gram. cons. 71. num. 33. in cri. & dec. 29. n. 15. & cons. 1. nu. 33. post decisio. Afin. in tract. de exeq. §. 6. c. 49. n. 17. Surd. cons. 2. nu. 15. & 16. lib. 1. Soc. sen. cons. 141. nu. 2. lib. 2. Gallia super consuet. Alex. in verb. maritus, q. 4. nu. 7. Carpa. super stat. Mediol. p. 1. in præludi. nu. 575. Burs. cons. 93. n. 45. lib. 1. Io. Circer. in tract. de primogen. lib. 1. q. 24. in 10. tomo tract. diuers. p. 1. car. mihi 35. Gail. obser. 32. n. 2. li. 2. vbi testatur de com. opi. Surd. cons. 301. n. 24. li. 3.

45 vbi postquam multos alios allegat, adducit ratione istius ampliationis .s. quod si statutum laicorum ligaret clericos, nunquam posset dici fauorabile, quia licet ratione causæ, vel subiectæ materiæ eis prodesset, noceret tamen quatenus eos ligare imò plus eis esset nociuum, quatenus iurisdictionem in eos exerceret, quam quod esset, dum commodum tribueret temporale, & hoc nihil aliud esset, quam sub specie boni apparentis priuare ecclesiam bono substantiali.

46 Limitatur 1. prædicta ampliatio, vt tantum locum habeat in statutis, & constitutionibus fauorabilibus conditis a Principibus inferioribus Imperatori, secus si ab Imperatore, quia tunc absque aliqua Summi Pont. approbatione possent clerici illis vti, Abb. in c. eccl. S. M. nu. 9. de const. & in repet. eiusdem c. nu. 4. Tiraq. qui more suo multos alios allegat in tract. de iure primogen q. 44. n. 3. Io. Aloi. de Leo in Auth. Cassa, n. 11. C. de sacrosf. eccl. & hæc limitatio puto, quod procedat etiam in statutis conditis a Principibus habētibus iura Imperij, quia isti

47 tales in suis terris potiuntur omnibus præeminentijs, & iurisdictionibus, imò maioribus, quibus Imperator habet in terris Imperij, & dicuntur Imperatori similes. Oldr. cons. 231. Bal. in l. pen. C. de don. inter vir. & vx. & in l. exemplo, in fi. de prob. doct. om. in rub. de const. Princ. Corset in tract. de imper. c. 4. Pau. de Cast. cōs. 34. in prin. li. 2. Ann. de Canar. in tract. de insinuat. p. 2. nu. 2. Suarez alleg. 6. nu. 14. Ias. in l. ex hoc iure, n. 19. ff. de iust. & iure. Afl. dec. 120. n. 6. & in vsib. feu. in ti. quæ sūt regalia, in prin. n. 14. & 49. Cagnol. in l. si quis maior, nu. 163. C. de

48 transac. & ideo dispositio qualibet loquens de Imperatore habet locum in istis Principibus, non recognoscentibus superiorem. Abb. & cæteri omnes in c. cum Bertol. de re iud. Bal. in l. exēplo. C. de proba. Doc. omnes in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Soc. sen. cons. 275. n. 5. lib. 2. Paris. cons. 69. nu. 1. & 3. l. 1. Cagn. & cæteri scrib in rubr. de const. princ. Corn. cons. 199. n. 4. li. 2. Langill. Corrod. in templ. iud. li. 1. c. 1. in tit. de imper. §. 4. in rub. assertione sola Imperatoris statur, n. 6. vbi dicit, qđ gesta per tales Principes habent eadem priuilegia, quæ habent facta per Imperatorem, vt dixi in tract. de excep. except.

49 l. n. 20. 21. quod idem puto de ciuitatibus liberis, & reipublicis habentibus iura Imperij, quia illę etiā dicuntur similes Imperatori, d. excep. 1. n. 29. Bal. in l. decernimus, C. de sacros. eccl. Cy. in l. fi. C. de pet. hær. & in l. fi. C. de don. inter vir. & vx. Rip. in rubr. de consti. n. 8. Restaur. in tract. de Imperatore, q. 54. n. 9. & seq. Ias. in l. ex hoc iure, n. 26. ff. de iust. & iur. Bar. in l. hostes, nu. 13. ff. de capt. & postlim. reuers. Zanc. in repet. l. hæredes mei, §. cum ita, n. 1145. & seq. ff. ad Treb. Peregr. in tract. de iure fisc. lib. 1. tit. 2. n. 44. & 69. Rom. cons. 456. n. 1. vbi Mandos. Bru. a Sole in præpos. iur. in verb. ciuitas non recognoscens Imperatorem, vbi alios affert Buccac. super consuet. Egidia. gl. 6. nu. 48. differunt tamen statuta

50 fauorabilia clericis ab istis Principibus, & Reipublicis condita a statutis, & constitutionibus conditis ab Imperatore in legibus Imperialibus in hoc, quia istis potiuntur clerici per totum Orbem, quia Imperator dicitur Dominus totius Orbis. Bar. in l. hostes, C. de capt. & postlim. reuers. & in extrau. ad

51 reprimen. in verb. totius Orbis, illis vero tantummodo in terris sibi subiectis, ex quo eius iurisdictio, & statutum non extenditur vltra iurisdictionem statuentis. Hōd. cōs. 20. n. 7. li. 2. Sim. de Pret. cōs. 47. n. 36. Menoc. cons. 264. n. 11. & cons. 270. nu. 2. lib 3.

52 Limitatur 2. quando statutū disponeret non pręcipiēdo, sed merè priuilegiando, vt quia dat aliquā partē bonorum defuncti ecclesiæ, vel hospitali, vel quod clericus primogenitus excludat cæteros fratres, quia laicus semper potest priuilegiare ecclesias, & ecclesiasticas personas etiam absque approbatione Summi Pontif. Abb. n. 4. & Fel nu. 81. vers. primo est quando in c. ecclesia S. Mariæ. de const. Card. in c. perpēdimus in 21. q. in fi. de sent. excom. Rom. sing. 443. Capra reg. 15. nu. 30. & 31. Baldass. Cardut. Flor. cons. 78. n. 60. & 61. inter cons. vlt. volun. diuers. vol. 2. Deci. cons. 83. nu. 4. Tiraq. in tract.

53 de iure primog q. 44. n. 8. 10. & 11. vbi alios allegat & dicit, quod si statutum est generale, & fauorabile, nec procedat prohibendo, pręcipiendo, aut alias imperiosè & veluti specie quadam authoritatis, & iurisdictionis, sed magis concessionis, & priuilegij, tunc clerici, & Monachi possunt eo vti. Vinc. Annibal. in add. ad Alb. cons. 8. nu. 24. in lit. K, Cauagn. in obser. ad decr. Montisfer. in prohęmio, §. 3. n. 1. Sur. cons. 2. n. 18. li. 1. vbi dicit, quod statutum disponens præter ius commune in fauorem ecclesiæ, & clericorum eos priuilegiando est validum, & dat exemplum de statuto disponente, quod credatur codicibus rationum ecclesiæ etiam priuatis, vel quod violatores ecclesiæ sint ipso facto forbanniti.

54 Ampliatur 10. prædictus secundus effectus, quod clerici non supponuntur statutis laicorum in tantū sit verum, vt clerici non possint seipsos voluntariè submittere statutis laicorum, nec etiam per pactum iuratum, Morla in empor. vtriusque iur. p. 1. q. 17. n. 4. vbi ad hoc allegat c. si diligenti, de foro comp. c. placuit, & c. inclita 11. q. 1. cap. nullus il 1. 9. q. 2. & alia iura, sed in ista conclusione contrarium est omnino dicendum, ita Abb. cons. 33. vol. 2. Ruin. cons. 113. n. 16. li. 4. vbi dicit, quod hęc vltima opinio probatur ex notatis per Bal. in l. de quibus, vers. sexto quæro de leg. nec obstant iura per Morlam in contrarium adducta, quia loquuntur tantum in clerico

renun-

renuntiante priuilegio fori, & dicunt, quod non valet renuntiatio, quia priuilegium fori est concessum toto ordini clericali, & sic renuntiando tali priuilegio, & patiendo se conueniri coram iudicibus sæcularibus inferret detrimentum toto ordini prædicto, quod secus est in renútiatione in statuto, quod respicit fauorem cuiuslibet particularis, & fauori suo quilibet potest renuntiare, l. si quis in conscribendo cum similibus, C. de pactis.

Hinc videmus, quod statuta edita ad petitionem ipsorum clericorum eosdem ligant, vt dicam infra in præsenti effectu, lim 9. nu. 183. sic etiam consuetudo introducta cum consensu clericorum arctat, tam eosdem clericos, quam laicos, vt dicam etiam infra limit. 28. num. 201.

55 Ampliatur 11. vt etiam laici non ligentur statutis laicorum respectu iuris indiuidui, quod habent
56 cum ipsis clericis, Aret. cons. 25. Decian. in trac. crimin. p. 1. lib. 2. c. 35. nu. 6. Roc. de Curte in tract. de consuet. sect. 8. n. 62. & ratio huius ampliationis ea esse potest, quia talis consors potitur eisdem priuilegijs, quibus suus consors, licet alias ex se solo illo gaudere nõ posset. l. q. duo, ff. de liber. legat leg. si cõmunem, ff. quemadmodum seruit. admit. Dec. in l. si emancipat, num. 5. & ibi etiam Cagnol. nu. 103. C. de collatio. Marsil. de fideiub. nu. 151. Mart. Munter. dec. 14. nu. 84. vbi dicit, quod quis consequitur priuilegium ex persona socij, quod ex sua persona consequi non posset. Surd. dec. 301. num. 9. Iaf. in d. l. si emancipati, nu. 2. & seq. C. de collat. Muta super cap. huius Regni, lib. 4. cap. 134. num. 24. Purpur. in addit. in lit. E, ad Alex. in l. præcipimus, §. eo obseruando in apost. C. de appell. & in add. ad Bar. in l.
57 prægnantem, ff. de pœn. Hinc est, quod beneficium restitutionis in integrum, quod competit minoribus ratione minoris ætatis, competit etiam maioribus ei consortibus in indiuiduis, glo. in verb. patrocinari, & ibi Paul. de Castr. & Bar. sub num. 7. C. si in comm. eademque caus. restit. in integr. postul. Iaf. in l. si mater, nu. 10. C. de inoffic. testam. cũ multis alijs, quos latè congerit Odd. in tract. de restit. in integrum. q. 46. ar. 4. vers. in contrarium, & vers. pluries, tit. de comm. & magis comm. opin. quibus ego addo Couarru. in lib. pract. quæst. cap. 34. nu. 2. Cæphal. cons. 661. nu. 76. lib. 5. Muscatel. in pract. ciuil.
58 in verbo in integrum restitutio, n. 8. Hinc est etiam quod licet contra priuatum currat præscriptio 10. vel. 20. ann. tamen si priuatus habet commune ius cum clerico, vel cum ecclesia iuuabitur, vt contra eum non currat nisi præscriptio 100. annorum. Innocent. in c. ad audientiam, de præscript. vbi etiam Abb. in prin. Marf. de fideiub. in repet. num. 151. & sing. 180. & idem dicimus de præscriptione, quæ si
59 est interrupta per vnum ex socijs, prodest talis interruptio alteri consocio, Decian. cons. 26. num. 36. & sequen. lib. 5. Alexan. cons. 98. leg. 7. Castan. cons.
60 47. nu. 3. Sic etiam appellatio interposita ab vno ex consortibus prodest alteri consorti, cap. penult. de appellatio. l. 1. & 2. C. si vnus ex plur. appell. Bar. in l. si quis separatim, §. quod est, de appellat. Mising. cons. 8. nu. 11. & 12. vbi dicit, quod hoc procedit etiam si ipse appellans vellet ab appellatione desistere, & multa alia similia possent adduci, quæ ponit latè, Iason. in l. si emancipati, num. 5. cum pluribus seq. C. de collat. Cra. cõs. 206. n. 7. Ann. cõs. 89. n. 3. Vinc. de Frãc. dec. 467. Berous cons. 22. n. 21. li. 3. Sur. dec. 301. Marf. sing. 180. Nat. cons. 65. in fi. li. 1. Alex. in l. præcipimus, §. eo obseruando in apostolis C. de appel. Bar. in l. prægnantem, ff. de pœn. Socin. iun. cons. 82. lib. 3. Menoc. in addi. ad Ias. in l. si communem, ff. quemadmodum seruit. amitt. ex quibus omnibus colligitur, quod quis consequitur priuilegium, & ius ex persona alterius, quod ex persona sua consequi non posset.

61 Ampliatur 12. in statuto disponente contra libertatem ecclesiasticam, quod vltra quod non comprehendit personas ecclesiasticas, est nullum ipso iure, & ipso facto ex defectu potestatis statuentis, ac si minimè factum fuisset. Auth. Cassa, vbi communiter scribentes, C. de sacrosan. eccl. c. venerit, de senten. excommun. Benincas. in tract. de pauper. quæst. 8. in 4. Special. nu. 58. Campeg. in tract. quod stant. Mascul. in 1. q. prin. nu. 62. Thom. Doct. cons. 6. num. 2. Turrecr. cons. 38. num. 42. vol. 1. Pappon. cons. 29. n. 7. vbi alios citat Crot. nu. 83. Caccialup. nu. 95. & Io. Ambr. Opizon. nu. 85. & 94. & in repet. l. filiusfam. §. diui, ff. de leg. 1. Alciat. cons. 514. nu. 1. vbi testatur de com. opin. alias cons. 30. nu. 16. li. 2. Cioff. cons. 1. nu. 85. lib. 1. Ferret. in tract. de gab. nu. 440. vbi dicit, quod talia statuta sunt abolenda de volumine statutorum, Plot. cons. 19. n. 12. Bonacos. in quæstio. crimin. in verb. statuta laicorum. Marsil. sing. 29. Decian. in tract. crim. par. 1. lib. 2. cap. 34. num. 7. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 1. cap. 11. num. 14. & lib. 3. cap. 14. nu. 42. Gallia super consuet. Alex. in verb. maritus. quæst. 4. nu. 6. Dom. Intrigl. in tract. de substit. centur. 3. q. 62. nu. 30. Borell. cons. 26. num. 64. Arman. Arman. in lib. pract. Forens. obseru. 7. num. 1. Franc. March. decis. 870. num. 2. lib. 2. Hieron. Scruff. inter cons. Albert. Brun. cons. 140. n. 23. Feder. Prigman. cons. 17. n. 41. Carpan. super statut. Mediol. in prælud. num. 49. & 579. Seraf. in tract. de priuileg. iuram. priuileg. 77. nu. 23. Petr. August. Morla in empor. vtriusque iur. tit. 1. quæst. 16. nu. 2.

62 Subampliatur primo prædicta conclusio, vt non solum statuta contra libertatem ecclesiasticam sint nulla, verumetiam ita statuentes, & scribentes talia statuta incurrant pœnam excommunicationis, cap. nouerint, de sentent. excommunic. Gaetan. in summulà, in verbo excommunicatio, cap. 31. Baiard. in additio. ad Clarum, §. fin. quæstio. 77. num. 31 Socin. sen. consil. 50. num. 4. lib. 1. Alban in lucubrat. ad Bartol. in l. 1. num. 10. & 11. C. de summ. Trinit. & fide Cathol. vbi etiam dicit, quod talia statuta sunt delenda de volumine statutorum, Carpan. super statut. Mediol. in præludio, num. 586.

63 Subampliatur secundo, vt hoc idem procedat in mandantibus, & facientibus obseruari talia statuta namque, & ipsi sunt excommunicati, dicto cap. nouerint, de sentent. excommunic. Plot. in repet. l. si quando, num. 738. & 739. C. vnde vi, Capic. decisio 161. num. 7. & Benincass. in tract. de paupert. quæstio. 8. special. 4. num. 72. Clarus in §. fin. quæst. 77. nu. 28. Vincent. Annibal. in addit. ad Alb. cons. 8. in lit. B.

64 Sublimitatur tertio in potestatibus, consulibus, recto-

rectoribus, & consiliarijs locorum, vbi vigent talia statuta, si dum fuerint requisiti illa non amouent, & cancellant, cap. nouerint de sentent. excommu. Gaet. in summula in verbo excommunicatio, cap. 31. vers. 2. autem.

65 Subampliatur quarto, vt non solum si statutum directè, sed etiam si indirectè tenderet cōtra libertatem ecclesiasticam, vel clericos semper est nullū Auth. cassa. C. de sacros. eccl. c. fi. de iure imm. in 6. c. nouerint de sentent. excomm. Bellon. cons. 43. nu. 1. Rim. sen. cons. 435. nu. 29. & cons. 483. n. 10. lib. 3. & cons. 246. n. 29. & cons. 263. n. 20. lib. 2. Burg. in tract. de laudim. p. 3. inspect. 21. num. 2. Io. de Amicis cons. 18. n. 14. Papp. cons. 122. nu. 14. Alb. cons. 8. n. 3. lib. 1. vbi dicit quod statutum disponens indirectè contra clericos, dicitur contra libertatem ecclesiasticam.

66 Et est aduertendum quod sex modis dicitur cōtra libertatem ecclesiasticam. Primo quando venit, & disponit contra priuilegia, immunitates & iura ecclesijs, & clericis concessa a Deo, a Summo Pōtifice, vel ab aliquo Principe sæculari, Innocen.
67 in c. nouerint de sentent. excomm. vbi Abb. dicit quod DD. cum eo communiter transeunt idem Abb. cons. 833. in prin. lib. 1. Dec. in Auth. cassa nu. 18. C. de sacros. eccl. Crot. in l. omnes populi n. 83. ff. de iust. & iur. Bar. n. 12. & Ferdin. Loaz in repet. l. filiusfam. §. Diui nu. 159. & ibidem Ambros. de Opizon. nu. 84. & 90. & Crot. n. 84. ff. de leg. 1. idem Bart. in l. 1. §. honerandæ ff. quarum rerum acti. nō detur Sebast. Medices in tract. de legibus, & stat. p. 4. q. 6. n. 2. Siluester in summa in verb. excommunicatio il 9. in decima excommunicatione n. 1. Prigmann. cons. 17. n. 42. vbi alios citat Clarus in §. fi. q. 77. n. 28. vbi testatur de comm. opi. Bertrand. cons. 50. n. 4. & seq. li. 1. Albert. Brun. cōs. 140. n. 24. Gioff. cons. 107. n. 1. li. 1. Alb. cons. 164. n. 13. lib. 1. vbi asserit hanc esse comm. * opin. Rim. sen. cons. 499. n. 1. lib. 3. Rimin. iun. cons. 35. num. 22. & cons. 85. n. 29. lib. 2. Socc. sen. cons. 241. n. 3. lib. 2. Alb. cons. 8. n. 3. lib. 1. vbi Vinc. Anibal. in add. in lit. B, & nu. 10. & ibi etiam Anibal. in lit. H, Serafin. in tract. de priuil. iuram. priuileg. 77. n. 23. Io. Aloysius de Leo in Authent. cassa nu. 7. C. de sacros. eccl. Fel. in c. eccl. S. Mariæ n. 69. & ibi addentes in lit. B, de const. Tho. Doct. cons. 6. n. 1. Albaa in lucubrat. ad Barr. in l. 1. n. 10. C. de summ. Trin. & fide Cath. Carpan. super stat. Mediol. in prelud. n. 584 Alferi. cōs. 70. nu 41.

68 Secundo modo dicitur statutum contra libertatem ecclesiasticam, quando disponit, & statuit contra ea, quæ concessa sunt clericis, & ecclesiasticis rebus, & personis à iure ciuili, vel canonico, & eorum conditionem facit deteriorem, quam sit de iure comm. Auth. cassa, C. de sacros. eccl. vbi dicitur esse contra libertatem ecclesiasticam, quod sit contra canonicas, & temporales sanctiones, Calder. cons. fin. in tit. de const. Ancher. in repet. cap. ea quæ col. fin. de reg. iur. in 6. Butr. & Imol. in cap. romana de const. not. omnes, & præcipuè Fel. nu. 69. vers. tertia fuit opinio in cap. ecclesia S. Mariæ de const. Alexan. cons. 210. nu. 11. vers. roborantur lib. 2. Marant. disput. 8. n. 3. Rimin. iun. cons. 85. nu. 19. lib. 1. Socy. sen. cons. 241. n. 3. lib. 2. Rimin. sen. cōs. 483. nu. 10. vel fortificantur prædicta lib. 3. & cons. 217. num. 6 & cons. 268. n. 22. lib. 2. Ruin cons. 23. num. 16. lib. 2. Gioff. cons. 107. n. 1. lib. 1. Surd. cons. 2. n. 22 lib. 1. vbi multa, & copiosè circa hanc conclusionem congerit Honded. etiam latè cons. 3. n. 15. lib. 1. vbi multos alios allegat Alban. cons. 8 n. 3. lib. 1. vbi Anibal in addit. in l. t. B, & H, Serafin. in tracta. de priuileg. iuram. priuileg. 77. n. 23. Hieror. Scruff. cons. 12. nu. 24. Maiuat. cons. 105. num. 23. Carpan. super statut. Mediol. in prælud. nu. 578. &
69 583. vbi multos alios allegat Asti. in tractat. de iur. protom. §. 9. nu. 15. Landrech. cons. 103. nu. 1. Immo magis dicitur contra libertatem ecclesiasticam statutum, quòd tollit clericis beneficium sibi attributum de iur. comm. quam aliud, quòd habet ex priuilegio. & alio modo quæsitum, Dec. in cap. eccles. S. M. nu. 3. de const. Ferdinan. Loaz in repet. l. filiusfam. §. diui nu. 159. de leg. 1. vbi etiam Crot. nu. 84. Alexan. num. 12. vers. tamen veritas Ias. in 1. lect. nu. 74. & in 2 lect. num. 108. Ripa n. 81. & seq. & Soc. iun. n. 167. Gallia in repet. l. Centurio n. 157. ff. de vulgar. & pupillar. subsht. Calcan. cons. 7. nu. 16. vbi ad hoc multos allegat Alciat. cons. 91. n. 3. Curt. in repet. cap. fin. sect. 5. n. 20. & seq. de cōsuet. Clar. in §. fin. q. 77. n. 28. Surd. cōs. 2. n. 22. lib. 1. Hōded. cons. 3. n. 15. in fin. lib. 1. vbi etiam alios citat Natt. cons. 28. n. 2. lib. 2. Medices in tract. de leg. &
70 stat. p. 3. q. 6. nu. 6. Prugmann. cons. 17. num. 40. quæ conclusio ampliatur, vt procedat, tam si directè, quàm si indirectè tollantur clericis ea, quæ sibi cōpetunt de iur. comm. quia semper dicuntur contra libertatem ecclesiasticam, Marant. disput. 8. nu. 3. Alb. cons. 8 n. 3. Hond. cons. 3. n. 15. lib. 1.

71 Tertio modo dicitur contra libertatem ecclesiasticam statutum, si per illū fieret iniuria vni ecclesiæ tantum, quia, qui facit iniuriam vni ecclesiæ tantum, totam Dei ecclesiam offendit, l. 1. vbi Bal. C. de summ. trin. & fid. cath. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. 1. num. 10. C. tit. prædict. vbi dicit quod hoc procedit etiam si statutum noceret vni ec-
162 cons. 71. n. 8. lib. 5. & licet quando statuta sint cõfirmata per Papam per modum, vt supra dictum est ligent clericos, attamen secus est si essent confirmata ab Episcopo, quia tunc non valerent, ex quo episcopus non poterat non solum tacitè verum etiam nec expresè talia statuta confirmare, quia hoc est soli summo Põtifici permisũ, Abb. in rep. c. Eccles. S. M. n. 5. de const. Neapol. super cõsuet. Neapol. in prohem. nu. 293. & seq. vbi adducit multas rationes pro ista conclusione Surd. cons. 301. n. 61. lib. 3.

163 Limitatur 9. prædictus secundus effectus, quod clerici non ligantur statutis laicorum, vt non habeat locum, quãdo statutũ afferret modicũ præiudicium ipsis clericis secundum Tiraq. in tract. de reb. exiguis vers. 83. dicendũ est, Carpan. super stat. Mediol. in præludi n. 571. sed contrarium est verius.

164 Limitatur 10. vbi statutum disponeret in materia delictorum, in quib. clericus ammittit fori priuilegium, prout est in assassinio post declarationem factam ab episcopo, vt si dictaret statutum, quod corpus assassini non humetur, vel quod consanguinei assassini teneantur ad aliquam pænam, quia ẽt, quod assassinus esset clericus, & vt assassinus ab episcopo declaratus, habebit locum dispositio talis statuti, Doct. in c. pro humani de homicid. in 6. Paris. in trac. de sindic. in verb. diem col. 7. in fi. prout eos allegat, & sequitur Sebast. Medices in tra. de legib. & stat. p. 4. q. 6. nu. 5. ver. 4. hoc idem, & ratio est quia forum sortiri, & statutis ligati paria sunt, vt dixi supra in principio huius secundi effect.

165 Limitatur 11. in clerico per episcopum degradato, ex quo per degradationem est effectus de iurisdictione iudicis tẽporalis, ideo statutis illius submittitur Bar. in l. 1. ff. de pæn. Abb. in c. nouimus col. 8. de verb. signif. DD. communiter in c. at si clerici de iudit. Medices, nu. 5. vers. 5. hoc idem, & ad hoc bene faciunt ea quæ dixi supra effect. 1. lim. 5. n. 819. cum plurib. seqq.

166 Limitatur 12. vbi principalis ratio statuti tenderet euidenter ad finem rationabilem, & vtilitatem communem, tam clericis, quam laicis, quia tunc cõprænhendit etiam clericos, licet incidenter, & in aliquo casu particulari fiat eis præiudicium, secus si ratio statuti tenderet principaliter in præiudicium ecclesiæ, Abb. cons. 63. col. fi. vers. concludo ergo li. 1. Bald. in l. cunctos populos col. 7. vers. sed hic vlterius, C. de sum. Trin. & fid. Cath. Alex. cons. 93. vol. 2. Feder. de sen. cons. 85. quos omnes recenset, & sequitur Alb. cons. 8. n. 8. in fi. lib. 1. Peregr. cons.
167 91. n. 11. li. 1. vbi loquit in statuto dictãte ꝙ occidens nõ succedat in bonis occisi, quia per tale statutũ prohibetur ne etiã clerici occidantur, Rebuff. super constit. Regni Galliæ in prohem. glos. 1. nu. 72.

168 Limitatur ab aliquib. 13. prædictus 2. effectus, quando statutum non disponit expresse de clericis, vel eorum bonis, sed simpliciter, & generaliter, dũ tamen versetur circa honesta, & non sit contra priuilegia concessa ordini clericali, tale namq; statut. ligabit clericos, auth. Cassa C. de sacros. eccl. Bar. in l. 1. n. 29. C. de sum. Tri. & fid. Cath. Domin. c. 1. de iur. iur. in 6. Io. Andr. in add. ad Spec. in tit. de const. §. 1. in 8. ratio: Bal. in auth. si qua mulier C. de sacros. eccl. Luc. de Penn. in l. iubemus col. pen. & fi. C. de naui. non exul. lib. 11. Rim. sen. cons. 483. n. 3. lib. 3. Surd. cons. 2. n. 3. lib: 2. Crot. cons. 135. n. 12. li. 1. Natt. in tract. super stat. quod stant. mascul. fem. non succed. q. 3. nu. 88. Franc. Marc. dec. 652. nu. 1. lib. 1. Marant. disput. 8. num. 17. Bursat. qui multos alios allegat, & testatur de com. opi. cons. 93. n. 22. 23. & 24. lib. 1. & cons. 186. n. 7. lib. 2. Lapus alleg. 101. n. 6. vbi Mandos. in addit. in verb. in genere qui testatur de comm. opin. & n. 24. in verb. de clericis Moedan. dec. 153. circa finẽ Menoc. in trac. de recuper. poss. rem. 14. n. 51. & seq. Neuiza. cons. 39. nu. 27. Capra reg. 15. nu. 39. Vinc. Annibal. in addit. ad Alb. cons. 460. lit. G. lib. 3. Prigman. cons. 17. nu. 37. Peregr. cons. 91. n. 12. Tiraq. in tract. de retract. lignag.

gnag.§.1.gl.13.nu.4.Alfer.conf.39.n.36.Io.Iac.a Ferro super leg. municip. Vicentin. c.14.n.2.Car-
169 pan super stat.Mediol.in prælu.nu. 589. Et licet prædicta opinio sit tot authoritatibus fulcita, nihilominus contrarium tenuerunt, Hostien.& comm. scribentes,in c.fi.de solupt. idem Hostiens. in sum. in tit.de consuet.§.de veritate,Cin.in l.2.circa fi.C. quæ sit longa consuet.Calder.cons.11.in fi.in tit.de constit.Butr.& Abb. in repet.nu.1. & 37. & alij, & præcipuè Dec.n.233.qui testatur de comm.opi. & Barbat.in c.eccl.S.M de constit. Sal. & Fulg. in auth.cassa,C.de sacrosf.eccl.Gozad.cons.86. n.21. vbi alios allegat Surd.cons.2.n.44.& 45.lib.1.Nauarr. cons.4.nu.5.& cons.3.nu.4. & nu.5. in tit.de const. li.1.vbi dicit,quod sententia Bart.& sequacium cõmuniter damnatur per canonistas,Soc.iun.cons.56 vol.1.ubi dicit,q doctr.Bar. est cõiter reprobata,& quod ipse alias consulit contra doctr. Bar. & quod eius consilium subscripserunt multi DD.Bonon. & Perusini,& iterum hoc idem dicit cons.14.vol.4.& cons.71.nu.17.lib.4.Paris.cons.106.nu.1.& seq.lib. 3.vbi testatur de com.opi.Corn.cons.145.n.4. li.4. Alex.cons.210.nu.6.& cons.211.nu.3.6. & 7.lib.2. Rim.sen.cons.70.num.14.lib.1.Rim.iun.cons. 753. n.6.lib.7.ubi dicit, quod ita communiter tenent canonistæ Maluas.col.3.n.24.ubi dicit,q hæc opinio
170 procedit etiam si statutum laicorum esset quantumcunque generale rationabile,atque honestum, & hoc ex defectu potestatis statuentium, & testatur de magis comm.opin. & iterum cons. 80.n.26. Viui.latè dec.326.nu.3. ubi asserit,quod sententia Bart.est cõiter reprobata, & multa circa hoc scribit,& multos alios congerit, ex quibus patet, quod hæc ultima est magis communis, & magis uera opinio,& licet aliqui dixerint, quod opi.Bar.nõ est magis communiter reprobata, sed re uera est limitanda,ut procedat tantum concurrentibus duobus copulatiuè. Primo,quod appareat aliqua causa rationabilis, etiam respectu ecclesiæ. Secundo,ut illud, de quo statutum disponit obseruari possit sine magna difficultate; huius opinionis fuerunt multi relati per Seraf.in tract.de priuil. iuram. priu.77.n. 26.circa medium,& per Albam cons.271. n.18.lib.
171 2.& cons.8.nu.8.lib.1. vbi tandem nu.22.concludit, quod nõ sufficiunt illa duo ad hoc, vt statutum laicorum liget clericos, sed requirantur etiam alia tria copulatiuè,& sic debent concurrere quinque; Primo, quod ratio statuti sit æqua, & bona tam respectu clericorum,quam laicorum. Secundo,quod tractetur de modico præiudicio, & quod id quod a statuto requiritur facile possit adimpleri. Tertio, quod principalis, & immediata, & finalis intentio statuentis euidenter tendat ad alium finem, quam ad præiudicium clericorum. Quarto, quod præiudicium illud, quod clericis resultat reducatur ad casus particulares, non autem si contineat generale aliquod impedimentum. Quinto, quod tale statutum disponat de re,quæ soleat pertinere ad laicos, vt est res temporalis, non autem de re spirituali, ego vero inter hanc opinionum fluctuationem nõ discedo a secunda opinione contra Bart. quia ipsa
172 reducit casum ad regulam, quod clerici non ligantur statutis laicorum,& est vulgare,quod regulæ semper est inhærendum, nec est ab ea recedendum, nisi apertè de exceptione doceatur, l. omnis diffinitio,vbi gl.& Doct.communiter,ff.de reg.iur. Bart.in l.1.nu.12.ff.si quis in ius voc.non iuer.Dec. in l.1.nu.7.ff.de reg.iur.
173 Limitatur 14. prædictus secundus effectus, quod clerici nõ ligantur statutis laicorum,vt non habeat locum quotiescunque statutum esset tale,quod eius obseruatio non pateret aliquod peccatum, neque
174 aduersaretur sacris Constitutionibus Pontificijs, & comprehendat casum aliquem a iure Pontificio non decisum,nec determinatum, tunc enim ligabit etiam clericos Anast. Germon. in sol. ad c. eccl.S. M.de const.& in lib.1.animaduersio,c.12.& in tractat.de sacror.immu. lib.3. & lib.15.n.103.& 104. & c.17.nu.36.Petr.Aug.Morla in empor.vtriusque iuris p.1.tit.1.q.16.nu.27. & nu.9. qui ad hoc allegat,c.cum venisset,de eo, qui mittitur in possess. & ibi.Abb.n.3.& c.dilectus,de fide instrum. hoc idem dixerunt Rebuff.super const. Galliæ in prohem.gl. 1.nu.79.Menoch.in tract.de recup.poss.remed.14. nu.54.& 55.Carpan. super stat. Mediol.in prælud. nu.590.Io.Iacob. a Ferro super lege municip. Vicent.c.14.nu.20.sed hæc opinio non est vera, quia deficit iurisdictio; ligaret tamen ecclesiasticos ex dictamine rationis,non ex vi statuti, vt ex vera sententia post Surd.& alios probat Molfes.d. q. 7. nu. 46.& seqq.in 2.p.& Alex.Ambrosio,de immun. eccl.c.21.nu.27.cum seqq.
175 Limitatur 15.vbi statutum esset fundatum super honestate,& bonis moribus, & ratione conseruandæ familiæ, quia tunc includit clericos, licèt non ratione statuti,sed intuitu honestatis, Natta in tractat.super stat.quod stant.masc.fem.non succed. in 3.quæst.princ.n.88.vbi allegat Bar.in l.cunctos populos, C.de sum.Trin. & fide cath. & exemplificat hanc limitationem in statuto excludente fęminas propter masculos, de quo statuto dicam infra q. 4. nu.269.& seq.& q.5.nu.274.
176 Limitatur 16.quando statutum disponeret super ijs,quæ competunt ecclesijs, vel clericis non vt clericis,vel ecclesijs,sed vt alij de populo,& non priuilegiato,quia tale statutum ligabit etiam clericos,& est seruandum etiam in curijs ecclesiasticis, c.cum venisset de eo,qui mittitur in possess. cap.constitutus,de in integr.restitu.c. cum causa, de re iud.Bar. in l.1.nu.3. C.de sacrosf.eccles.Barbat.cons.14. nu. 12.vol.2. Sebast. Medices in tract. de legib. & statut.p.4.q.6.n.5.Asinius in tract.de exequut.in ptin. c.3.nu.4.in fi.Tiraq.in tract.de retract.lignag. §.1. gl.13.n.4.Intrigl.super bull.q.24. nu.3. Io.Iacob. a Ferro super lege municip.Vicentina, c.14. nu.30. Curt.in tract.de consuet.sect.8.n.54. circa medium carte mihi 101.
177 Limitatur 17.quando statutum disponeret super vtili dominio rei ecclesiæ, existente penes laicum, licet proprietas sit ecclesiæ,vel clerici, quia tale statutum dicitur disponere de re laicali, vt si prohibeat, vel permittat alienationem ipsius rei, vel de eiusdem successione.Anchar.cons.124.col. pen. & cons.434.col.1.& 2.Paul. de Castr. cons.216.in fi. Alex.cons.9.col.2. vol.5. & cons.27. num. 4. & 5. vol.6.Barbat.cons.14.col. fin. vol.1.Curt.cons.62. in fi.c.quæ in ecclesiarum mater,in fi. de constit.& ibi èt Dec.n.6.idem Dec. cons.139. & in auth.cas-

O 3 sa,&

sa, & irrita C. de sacros. eccles. Brun. in tract. super statuto quod stantib. mascul. fem. non succed. art. 8. q. 12. Paris. cons. 22. col. fi. & cons. 57. n. 85. vol. 2. vbi testatur de comm. opi. & cons. 1. nu. 145. vol. 1 quos omnes refert, & sequitur Maccabr. cōs. 26. n. 135. 136. & 164. cū plurib. seq. Nact. cons. 180. n. 3. lib. 2. Rim. iun. cons. 268. nu. 15. lib. 3. Rim. sen. cons. 380. n. 15. lib. 3. & cons. 217. nu. 5. lib. 2. Bursat. cons. 181. n. 30. lib 2. Ruin. cons. 175. nu. 23. lib. 1. & cons. 23. n. 35. li. 5. Marz. cōs. 43. n. 4. Tiraq. late in tract. de retract. lign. §. 1. gl. 13. n. 8. vbi multos alios allegat Carpan. super statut. Mediol. in præludi. nu. 572. Seluatic. Bocconus cons. 7. num. 15. inter cons. Marcian. Decia. in tract. cri. p. 1. lib. 2. c. 35. nu. 14. Becci. cons. 3. nu. 49. & 62. vbi dicit quod statutum laicorum super bonis feudalibus, vel emphiteuti-
178 cis ecclesiæ, valet quando dat ordinem succedendi inter compræhensos in inuestitura, quia tunc nō agitur de præiuditio ecclesiæ, sed laicorum, secus quo ad non compræhensos in ea, vt si disponeret, quod non compræhensus in inuestitura excludat inuestitos, & ad feudum, vel emphiteusim admittatur ecclesia non consentiente, & inuita, quia tūc non valeret, ex quo afferret ecclesiæ præiuditium, & damnum, allegat Ruin. cons. 109. n. 35. lib. 3. & potest exemplificari in statuto excludente masculos propter feminas, namq; illas excludit etiam à bonis emphiteuticis, & feudalibus ecclesiæ, de quo statuto dicam infra q. 15. num. 402. & 403.

179 Limitatur 18. in colonis, & inquilinis clericorū, & ecclesiæ, quia ipsi ligantur statutis domini temporalis, Salic. in Authen. cassa C. de episc. & cler. Gabriel. cons. 37. n. 4. vol. 2. Reulpell. in tract. de liber. eccl. p. 3. n. 12. & 16. Surd. cons. 301. n. 70. & 87. lib. 3. Borell. super pragm. odialitium, §. 1. gl. 3. n. 261 Marta de iurisdict. p. 2. c. 40. n. 35.

180 Sublimitat hæc limitatio, vt non habeat locum quando ex tali statuto ecclesia damnum per indirectum sustineret, vt si prohiberet colonis ecclesiæ aliquid facere in prædio ab ecclesia conducto, quia tunc coloni in campis clericorum, & ecclesiæ eo non obstante poterunt illud exercere non obstante prohibitione. Anch. cons. 155. n. 8. Surd. cons. 301. num. 76. 77 & 86. vbi dicit quod isto casu non est curandum, quod verba statuti sunt directa ad personas subditas, quia non est curandum etiam cum quouis loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigitur, l. con pater §. donationis ff.
181 de leg. 3. & statutum dirigens eius verba contra subditum, nihilominus intelligi debet non vt afferatur præiudicium clericis, vel ecclesiæ, Soc. sen. cons. 272. nu. 8. lib. 2. cum multis alijs quos refert idem Surd. n. 76.

182 Limitatur secundum aliquos 19. quād Princeps sæcularis statueret super possessorio rei ecclesiæ, vel ecclesiasticæ personæ, quia causa possessoria dicitur de foro laicali, & statuendo super possessorio non dicitur statuere super re spirituali Tesaur. dec. 131. n. 10. vbi ad hoc allegat Dec. in l fin. col. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Guid. Papa cons. 78. nu. 4. hæc limitatio non est vera per ea, quæ dixi supra effect. 1. lim. 38. per totam.

183 Limitatur 26. dictus secundus effectus, quod clerici non sunt subiecti statutis laicorum, quando statutorum (prout sunt omnia statuta istius Regni,) fuisset editum ad petitionem, & instantiam omnium ciuium, & populorum cum interuentu brachij ecclesiastici, & ab ijsdem clericis fuisset approbatū, tunc enim clerici prout laici ei subijciuntur, & obseruari debet etiam inter ecclesiasticas personas, not in c. eccl. S. M. de constit. & in c. nouit de iudit. & in c. 1. 17. q. 1. Petr. Aug. Morla in empor. vtriusiuris. p. 1. tit. 1. q. 16. in fin. vbi citat in argum. c. per tuas in fi. de arbit. & not. per Abb. in c. cum venisset n. 3. de eo qui mittit. in possess. & vltra hoc idē dixerunt Remigg. de Gonn. in tract. de caritat. subsid. q. 62. n. 1. & per tot. in 15. to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 186. Capra reg. 15. n. 3. & 29. Surd. cons. 2. n. 51. lib. 1. Lambert. in tract. de contract. in fin. oper. num. 139. Fel. in d. c. eccl. S. M. n. 81. vers. & si diceretur D. Cumia super ritu istius Regni c. 40. n. 270. latè Tiraq. in tract. de retract. lignag. §. 1. gl. 13 n. 2. vbi multos more suo allegat, ex quo infero, ꝙ omnia capitula (quæ vocamus) Regni, compræhendunt clericos, tam actiuè, quàm passiuè, quod intelligitur, si bracchium ecclesiasticū interueniat cum auctoritate Summi Pont. sic loquitur tex. in d. c. S. M, & doctores, & sic etiam intelligitur de Capit. Regni, aliter enim huiusmodi statuta etiā clericis volentibus, & cum licentia episcopi nullo modo ligant ecclesiasticos, vt notant omnes in d. c. S. M. & cum vera opinione probat Molfes. ad consuetudines Neap. p. 2. tit. de personis q. 7. latissimè Surd. cons. 301. vol. 3. & alibi.

184 Limitatur 21. quando statutum disponeret circa rem, & non personam, vt si statutum dictaret quod res vendita posset retrahi per vicinum ab emptore, quia tunc posset retrahi a clerico emptore, vel si statutum dictaret quod quicumq; prætendit aliquod ius super re vēdita post gridas, vel proclama per annum tantum audiatur, ad hæc ligabit etiam clericos vicinos ita Rim. iun. cons. 479. n. 9. lib. 4. vbi allegat Abb. in c. quod clericis nu. 11. de foro cōp. Soc. sen. cons. 45. vol. 3. Soc. iun. cons. 1. n. 9. volum. 2. Crauet. cons. 271. n. 4. vers. & in terminis volum. 2. & vltra eos idem dixerunt etiam Surd. cons. 2. n. 40. vers. sextum pariter, & cōs. 91. n. 9. lib. 1. vbi multos alios alleg. Cephal. consil. 54. n. 7. & cons. 53. n. 43. & seq. lib. 1. Bursat. cons. 56. n. 10. lib. 1. ubi asserit hanc esse magis com. * opi. Colera in tract. de processib. exequut. p. 1. c. 3. n. 276. ubi alios allegat, & n. 225. Rebuff. super constit. Galliæ in prælud. glos. 1. n. 76. Papp. cons. 29. n. 3. Cauagn. super decr. Montis ferr. in probem. q. 3. n. 9. Carp. sup statu. Mediol. in prælud. n. 605. Decia. in tract. crim. p. 1. l. 2. c. 35.
185 n. 12. & quando statutū dicatur loqui in rē, & qñ personā late scribit, Hondod. cons. 3. nu. 30. lib. 1.

186 Sublimitatur tamen prædicta limitatio, ubi statutum sæculare loquens in rem principaliter consideraret personam, & secundario rem tanquam quid accessorium, quia tunc ligat clericos Pappon. cons. 29. nu. 16. vbi loquitur in decreto disponente quod bona contrauenientis tali decreto applicentur cameræ Ducali, & dicit quod ex quo isto casu statutum principaliter considerat personam contrauenientis, ligabit etiam clericos etiam circa priuilegium, exemplum istius limitationis dicam latius infra q. 53. n. 383.

Limita-

187 Limitatur 22. prædictus secundus effectus, quod clerici non ligantur statutis laicorum, ut non procedat quando statutum fuisset à clericis acceptatũ, & obseruatum ex eorum libera voluntate tunc .n. ex pacto, & non ex constitutione ligati censentur Dom. Cumia super ritu istius Regni c.4.num.277. vbi allegat Rocc. de Curte in repet. c. si. in gl. fin. vers. 4.cas.de consuetud. fol.28.Feli.in c. quod super in 4.fall.de maior. & obed.

188 Limitatur 23. vbi statutum disponeret in acquirendis non autem in acquisitis, quia tunc clericos, & ecclesiasticas personas comprehendit vt si statutum dictaret quod in bonis agnati succedant alij agnati exclusis cognatis, namque clerici ligantur tali statuto, de quo dicam infra q. 46. nu.366. ita Bald. in c.clerici de iud. & in rub.de constit.col.2. vers. quæro an valeat statutũ, & cons. 11.inter cõs. Ancher. Riccard. de Sal.in repet.l.1.col. pe. C. de sacros.eccl.Ambros.de Opizonis in repet.l.filius familias §. diuinum 75. ff.de leg. 1. Barbat. in rub.de reb.eccl.non alienand.in 2.dubio n.81.& in c.quod clericis de foro compet.& cons.1.col.3.vol.3.Dec. in d.c.eccles. S. M. nu. 53.& 74.de constit. Neuiz. cons. 39. n.17. vers.nec obstat Cardin. in c. decernimus de iud.Bart.in rub.de const.Rimin. iun. cõs. 619. nu. 29. lib. 6. & cons.368.n.65.lib. 3.Crauett. cons. 251.n.2.lib.2.Villaut dec.1.n.45.& 15. n.17. Baiard.in add.ad Clar.q.77.nu. 37. vers. item adde Vincent.Anib.in add.ad Alb.cons. 8.n.24. in lit. k. Io. Alois. de Leo in auth.cassa n.13.C.de sacros.eccl. & nu.14. vbi testatur de comm.opin. Marsil. in tract.de bannit. in verb.bona n.81.Villaut in tract. de extensione leg.in tit.de extẽtione leg.corrector. & penal.n.217.cart.mihi 76.Brun.in tract.super statuto quod stantib. mascul.art. 6.n.38. Peregr.cons. 91.nu.13. Pappon.cons.60.n.13.vbi testat.de mag. comm.opi.Carpan. super stat. Mediol. in prælud. n. 592. Decia.in tract.crim.p.1.lib.2.c. 35.n.4.Vulpell. in tract. de liber.ecclesiast.p.2.num. 2.

189 Limitatur 24. quando statutum non principaliter, sed in consequentiam tenderet incommodum, vel damnum clericorum, & sit generale, & de clericis nullam faciat mentionem,Marant.disputat. 8. num. 25. Abb. cons. 63.volum. 1.Dec. in cap. eccles. Sanctæ Mariæ n. 55. de constit.Calderin.cõs. 21. in tit.de constit. Menocch.consil.350.nu.6.lib. 3.Prigman.cons.17.nu.40. Corn. cons. 64. n. 7. & 8. vol. 3.Capan. super stat. Mediol. in prælud. nu. 570. sed in præsenti ampliatione cõtrarium tenuit

190 Rimin.iun.cons. 81.nu. 17.lib.1.vbi dixit quod tã si statutum directè quam indirectè afficeret personas ecclesiasticas semper est nullum,& hæc vltima est verior opinio de qua scripsi supra in vltima ampliatione huius effectus.

191 Limitatur 25. prædictus secundus effectus vbi in statuto traderetur certa forma obseruanda in contractibus, vel in vltimis voluntatibus ad hoc vt valeant, vt est quod adsint tot testes,vel duo notarij, vel quid simile, & ratio est quia si clericus voluerit laicum obligare, tenetur ea omnia seruare sine quibus ille non potest se obligare, ita Abb. in c. quod clerici n. 26. de for.compet. Alb. in tract. de stat. iu.p.9. 2. in fin. Fel. in d. c.eccl. S. M.nu.81. vers. 4. casus de const. vbi dicit quod actus aliter factus per clericum est nullus,Ferdinand. Loaz.in l.filius famil. §. diui n. 158. vers. item limitatur ff. de leg. 1. Grat.cons. 162 nu.5. lib. 2. Serafi.de priuil. iur. priuil. 77.n. 26. Alb.d. cons. 8. n. 8. lib. 1. & cons. 271.n.18.lib.2.Surd.cons. 2.n.41.lib.1.& decis. 26. n. 15. Crot.cons.135.n.10.lib. 1. Lambert.in tract. de contract.in fin.oper.n.138.Maluas.cons. 3.n.25. Abb. in c. quod clericis nu. 26. & seq.de for.compet.Corn.cons. 64.n. 5.lib. 3.Alciat. in auth. Cassa, num. 13. & 14. C. de sacros. eccl. Tiraq. in ll. connub. gl. 8. n. 168. Carpan. super stat. Med. in prælud. n. 599. & c. 445.n.5.p.1.Decian. in tract. crim. p.1. lib.2.c.35.n. 11.& ratio huius limitationis est, quia si aliter diceremus sequeretur quod in-

192 strumentum vnum faceret fidem pro vna parte, & pro alia non,ita Serafin.d. priuil.n. 26.qui alleg. Corn. cons. 63. col.2.vers.fortificatur vol.3.aliam adducit rationem Maluasia d.cons.3.n. 26. scilicet,

193 quia laicus spreta lege sui superioris cum clericis contrahere non potest, sed contrariam opinionẽ quod imo tale statutum non comprehendat clericos, & quod clerici in suis actibus non teneantur seruare solemnitates à statutis laicorũ introductas, dixerunt Soc.iun.cons. 95.n. 3.lib. 2. Vinc. Anibal. in add. ac Alb.cons.513. n. 13.in l.d.lib.3.cum alijs quos congeram infra q. 17.n. 300. quæ opiniones contrariæ de facili aliqui redducunt ad concordiã vt prima scilicet procedat quando forma a statuto requisita est talis, quæ potest actui interuenire sine magna difficultate, secunda vero quando requireret magnam difficultatem, Fel.in d.c.eccl.S. M. n.

194 85.& 86. vbi pro prima opinione ponit exemplũ in statuto requirente quod in alienatione rei immobilis fiant proclamata in palatio, de secunda in statuto requirente licentiam Principis in alienatione rei immobilis faciẽda in immunem ab oneribus, & quod utroque casu allegat alios DD. hanc eandem distinctionem sequitur Vulpell. de libert. eccles. p. 2. num. 7. vbi multos alios ad hoc allegat, alio modo possunt conciliari scilicet, ut tunc demum statutum dans formam actui liget clericos, si principaliter, & non secundario dat formam ipsam, quia si principaliter disponeret circa personam, tunc clericos non comprehenderet Caccialup. in l. cunctos populos C. de sacros. eccl. Marant. qui alios allegat d. disp. 8. nu.15. Fel. d.c.eccl. S. Mariæ, n. 85.Alb.cons. 513.n. 6. & 7. lib. 3. Surd.cons.2.n. 42.lib. 1. & exemplum potest dari in statuto disponente, ut contrahens teneatur adhi-

195 bere duos notarios ad hoc ut eius instrumentum ualeat, & probet,quia statutum ita conceptum clericos non ligabit, ex quo principaliter respicit personam: secus si statutũ dictaret, quod instrumenta facta sine præsentia duorum notariorum non probent, quia tunc ligabit etiam clericos contrahentes.

196 Limitatur 26. ut dictus secundus effectus quod clerici non subijciuntur statuto laicorum, non habeat locum in fratribus, & sororibus tertiarijs alicuius religioni, ut est S. Francisci, quia isti tales ex mag. comm. Doct. sentent. quam probauimus supra effectu præcedẽti amplia.11.& 92.& seq. possunt puniri per iudices temporales,& supponuntur etiam statutis laicorũ, ꝙ in specie dixit Vulpell. in

tract.de liber.eccl.p.3.nu.3. ad quod allegat Parisi. cōs.40.n.19.li.3.Mising.cōs.100.n.14.cum seq. sed hæc opinio non est vera; nam si tales tertiarij renunciassent mundo,& viuerent in communi,essent exempti a iurisdictione laicorum, si vero viuerent in sæculo, & tunc attenditur loci consuetudo, an gaudeant foro ecclesiastico, Soc.in c. si quis clericum in 6.declaratione, de foro competenti,& alij.

197 Limitatur 27. quando statutum laicorum respiceret publicam, & communem vtilitatem tam clericorum,quam laicorum, quia isto casu ligabit etiā clericos,est tex. & ibi Anchar. nu. 8. in c. non minus,§.quæ circa,de immunit. eccl Sot. in 4. sent.d. 25.q.2.art 2.col.4.vers.4.conclusio scribentes in c. S.Mariæ,de const.Alex.cons.209. nu.6.li.2.Signor. cons.21.n.19.Soc.sen.cons.141.nu.3.li.2.Menoch. cons.800.n.2.li.7. Nau.in Manual.c.23.n.88. Auēdan.in tract.de exequē.mand. Princ.lib.1.c.13.n.7. Messia sup prag. taxe panis cōcl. 5.n.40.And Gail obser.56.nu.5.& obser.32.nu.6.li 2. vb. dicit,quod propter publicam vtilitatem valet etiam, si statutū sit contra clericos.Binsf.cons.59 nu.31.& cons.93. nu.26.lib.1.Vinc.de Franch.dec.9.n.5. Surd. cons. 301.nu. 5.lib3. licet ipse contrarium teneat in casu suo,vt est videre nu.26.& seq.Crot.in l.filiusfam.§. diui,nu.83.ff.de leg.1.vbi etiam Ambr.de Opiz.nu. 88.& Ferdin.Lorez.nu.157.& 158.Couarr. in 2.p. relect.§.4.nu.8.& seq.Pet.Rodriquez cons.9.n. 25. Cauale.dec.6.nu.56.lib.5.& dec.44. nu.100. circa medium li.1.& vtrobique multos alios allegat Alb. cons.271.n.18.lib 2.Feder.Prugnan.cons.17.n. 31 lib.1.Hor.Carp.super stat.Med.p.2. c.247.n.29. p. 1.& in prælud.nu.197.Alciat.in auth.Cassa, nu.16. C.de sacros.eccl. Vulpell. in tract.de liber. eccl.p. 2.num.25.vbi multos alios allegat,& potest exemplificari ista fallentia in statuto,quid sit pro salubritate aeris,vel quod fit tempore pestis, & huic limi-

198 tationi ea potest ratio assignari, quia gratia publicæ vtilitatis receditur a regulis iuris communis, & multa permittuntur,quæ aliter sunt interdicta,& prohibita,l.ita vulneratus, §.multa, ff.ad l. aquil. c. Abbate.§.fi.vers.præsertim,de sent. & re iudi. in 6. Mars.in pract.cri.in §.agredior a n.61 vsque ad 74. vbi ad hoc adducit multa media.Gail obser.56.n.4

199 Et licet prædicta limitatio sit per tot DD. recepta, & approbata, nihilominus non defuerunt, qui contrarium tenuerunt dicentes,quod etiam statuta condita ratione publicæ vtilitatis non comprehendunt,neque ligant clericos, ita dicit Dec.in c.eccl. S.M.nu.55.vers.nec obstat,quod statutum de constit.Abb.cons.3.lib.1.Gramm.dec.100. num.11. & 16.Furtun. Gars. in tract.de vltim.fin.iuris, a num. 158.vsque ad num.169.Fernand.Vasquez in tract. de success.creat.§.10 num.651. & §.26.nu.71. Rebuff.super constitu.Galliæ in prohem. glo.1. num.

200 55.& sequen.Purgnan.d.cons.17.n.33. vbi dicit, quod hodie statuta condita a laicis respectu clericorum sunt inania,& nullius momenti etiam si honestissima, & saluberrima esset, ac reipublicæ vtilia,quod dixit etiam Paris.cons.106. nu.2. li.3.Sur. d.cons.301. num. 30. lib.3. Et hæc vltima est vera sententia, vt adnotatum est supra nu. 174. in fine, quia semper in laicis deficit iurisdictio quoad personas ecclesiasticas.

201 Limitatur 28.prædictus secundus effectus, quod clerici non subiacent statutis laicorum,vt non vendicet sibi locum in consuetudine,quæ cum sit intro ducta a populo, & censeatur esse mixta in vniuerso populo, quia clerici de ciuitate, & de populo esse dicuntur, & promiscua tam clericorum, quam laicorū,& per ipsos introducta ipsos clericos ligabit, gl.in c.cæterū,de don.Ab.in c.cū venisset in 2.not. & ibi etiam Bal.nu.6.de eo, qui mittitur in possess. idem Abb.in c.cum causa in 3.not.de re iud.Fel. in c.ad nostram,col.2.de probat.& in c.eccl.S.M.nu. 81.vers.2.casus,de constit.Tiraq.in tract.de retrac. lign.§.1.gl.13.n.2.Cur.iun.cons.138 nu.4.lib.2.Marant.disp.8.n.53.Io.de Amicis,cons. 14.nu.8.Ruin. cons.156.nu.8.lib.4.Io.Sdrezeler.Vltram.in addit. ad Bal.in disp.§.1.n.22.vbi alios allegat,& testatur de cō.opi.Remig.deGō.in tr.de carit. subsid.q.62. nu.2.& seq.in 15.to.tract.diuers.carte mihi 186.vbi testatur de communi opi.Capra reg.15.n.20.& 21 Dom.Cumia super ritu istius regni, c.40.n. 271. &

202 278.quod secus est, si consuetudo esset laicorum tantum, quia tunc clericos ligare non posset, c.1. de consuet.in 6.c.fi.de cōsuet.Cy.in l.2.in fi.C.quæ sit longa consuet.Abb.& alij in c.eccl.S.M.de cōst. Dom.in c.1.de iure immu.in 6. Capra reg.15.n.23. Ruin.cons.156.n.8.li.4.Duen.reg.135.vbi alios citat Marches.in tract.de commiss.p.2. c.3.4. c.prin. n.53.car.mihi 491.Pau.Fuscus in suis sing.in l.C.n. * 224.kircon.in cōm.* opi.in lit.C, cōcl.53.vbi alios allegat,& testatur de communi opin.

203 Limitatur tamen proxima conclusio, quādo cōsuetudo laicorum respiceret solum bona patrimonialia,quia tunc ligabit etiam clericos. Abb. in c.1. de consuet.Cur.in c.fi.nu.506.eo.tit.Rim.iun.cons. 368.num.57 lib.3.

204 Sublimitatur hæc fallentia, vbi consuetudo esset contra dispositionem iuris canonici,quia tunc non valet, nec ligat clericos Innoc.in rubr. de consuet. Calder.cons 4.in tit. de consuet. Crauet.cons.425. num.3.lib 3.& cons.6.num.3.& cons.116. num.6. lib. 1. Sed in hoc contrarium tenuit Dec. in c. quæ in ecclesiarum matre,n.42.de const.vbi dixit,quod clerici possunt inducere consuetudinem contra canones.Piagg.in tract.de consuet.q.3.num.53.& 54. & q.13.nu. 95. vbi allegat multos DD. quæ tamen opiniones possut facillimè cōcordari,vt scilicet se-

205 cunda opinio procedat in consuetudine, quæ respicit statutum clericale,prima vero in consuetudine, quæ respicit statutum clericale, & seculare simul, & quod dicitur a numero 201. vsque huc, intelligitur hoc modo, vt consuetudo laicorum introducta cum consensu clericorum,tunc liget illos, si re vera approbata esset cum iusta, & legitima auctoritate, si vero sit consuetudo laicorum tantum, actiuè non ligat clericos, passiuè vero procedit in eorum beneficium, prout notat Molfes. d.q.citata superius sub num.183.

206 Limitatur 29.vbi statutum disponeret idē, quod ius commune in casu quo ius commune ligaret quia tunc etiam statutum licet non vt statutum ligabit clericos,ratio est,quia tale statutum dicit potius ius commune contra statutum municipale,Roman.singul.308. vbi addent. Cum.super ritu M. R. C.istius Regni, cap. 40. num. 274. vbi dicit, quod tunc

tunc statutum supplet, fanet, & coadiuuat ius ciuile. Horat. Carpan. super statut. Mediolanen. p. 1. in prælud. num. 590. Menoch. de recuper. possess. remed. 14. num. 54. & 55. Franc. de Calperijs, dec. 15. quæst. 2. num. 89.

207 Limitatur 30. prædictus secundus effectus in consuetudinibus feudalibus, quæ ligant clericos, & ecclesias, & ecclesiasticas personas. Curtius iun. consil. 138. num. 3. & cons. 177. nu. 10. lib. 2. & consil. 191. num. 45. lib. 3. & latius in tract. de feud. p. 1. in 2. quæst. princip. num. 2. vbi testatur hanc esse veram Doctorum opinionem Franc. Sonsbecc. in tractat. de feud. par. 1. nu. 26. Piaggia in tract. de consuetud. quæst. 11. num. 20. Rimin. iun. cons. 368. nu. 57. & seqq. lib. 3. Felin. in c. in præsentia, nu. 44. vers. etiam dicas, de probatio. vbi add. vt hæc fallentia procedit, vbi canones ipsis consuetudinibus non contradicunt Mazzol. consil. 114. num. 67. & 68. Scrader. in tract. de feud. par. 1. quæstio 2. num. 1. vbi testatur de magis commun. opinio. & num. 5. dicit, quod etiam constitu. imper. disponentes circa feuda comprehendunt clericos, & ecclesiasticas personas. Vulter. in tractat. de feud. lib. 1. num. 8. Sonsbec. in tractat. de feud. p. 1. num. 26. & 27. vbi dicit, quod opinio Barbatiæ contrarium tenentis est erronea, & falsissima. Fel. in cap. cæterum, de iudic. Marant. in pract. p. 3. num. 93. Mozzius in tract. de feud. in tit. de ijs, qui feud. dare possunt, num. 30. Villalob. in communi opinione, littera C, num. 92. & 28. Suarez in communi opinione, in lit. C, nu. 91. ex qua limitatione infertur, quod ex illis causis ex quibus vassalli laici feudo priuantur, ex eisdem, & priuabuntur clerici vassalli, c. 1. §. item si clericus de capit. Conrad. Scrader. in d. tract. de feud. par. 1. quæst. 2. num. 4.

208 Ampliatur hæc limitatio, vt procedat etiam in ecclesia, quæ si possidet feudum aliquod supponitur consuetudinibus feudorum, quia ex quo recipit feudum a Rege, vel Imperatore, efficitur eius subdita quoad tale feudum, c. solitæ de maiorit. & obedien. Bal. in l. fi. C. fine cens. vel reli. & pro hoc bene faciunt, quæ scripsi supra effectu præcedenti, lim. 2. num. 718. & sequent. Cannet. in repet. extrauagan. Volentes in §. seu sectione at quid dicendum, nu. 5. & 8. & per tot. carte mihi 183. Bal. & communiter scribentes in c. cæterum, de iud. Cur. iun. in tract. de feud. in p. 1. in 2. q. princip. Arman. Arman. in lib. 2. pract. foren. tit. 54. c. 4. nu. 10. vbi dicit, quod si ecclesia accipit feudum tenetur seruare, quod seruant cæteri feudatarij.

209 Ex qua limitatione multa inferuntur priuilegia, Primum, quod ex illis causis, ex quibus vassalli laici feudo priuantur ex ijsdem priuabuntur clerici vassalli, c. 1. §. si clericus decapit. Corrad. Scrader. in d. tract. de feud. p. 1. q. 2. nu. 4.

210 Secundo infero, quod sicut vassallus laicus, qui vult inuestiri de feudo, tenetur præstare iuramentum fidelitatis, vt in c. 1. in fi. per quos fiat inuestitura, & in c. 1. §. est, & alia, quæ fit prima caus. & in c. 1. in princ. d. c. Conrad. cum concordantib. adductis per Vulter. in tract. de feud. lib. 1. c. 7. num. 31.

211 ita pariter tenebitur illud præstare vassallus clericus, c. inter vbi scribentes, de iureiur. Curt. iun. de feud. p. 2. q. 4. num. 7. car. 19. Aluarot. in c. 1. col. pen. vers. si vero clerici qualit. vassall. iur. debet, & in c. 1. §. qui clericus, col fin. vers. vt cum autem, si de inuestitura fuerit controuers. Intrigl. de feud. cent. 1. quæst. 56. num. 216. Abb. in c. veniens, nu. 4. de accus. Ias. in prælud. feud. num. 5. Lodulf. Suader. d. q. 2. num. 2. Fider. Scacc. in tract. de feud. lib. 2. tit. 21. num. 3. Paris de Puteo in tract. de re integr. feud. c. 198. nu. 28. & 29. & c. 150. nu. 7. Tho. de Marin. in tract. de feud. tit. 15. de feud. cum fidelitate, nu. 26. carte mihi 465. Hortman. Hortman. in lib. 2. pract. forens. tit. 54. obser. 4. num. 4. vbi alios allegat Camill. de Curte in comprehens. seu diuers. iur. feud. p.

212 2. c. 2. nu. 13. vbi dicit, quod istud etiam procedit, si vassallus esset Episcopus, vel ecclesia Mattin. Vran. Vltram. cons. 9. nu. 32. in fine, lib. 1. sed in quantum ad ecclesiam in contrarium stat veritas, nam ipsa licet sit feudataria, nihilominus non tenetur præstare iuramentum fidelitatis, c. de negotio, de feud. & benefic. constitut. Imperi. Pet. Nic. Mozi. in

213 tract. de feud. tit. de diuersit. feudor. nu. 18. Intrigl. in eo. tract. cent. 1. q. 56. num. 222. & q. 30. num. 13. quod secus est in prælatis, qui semper tenentur iurare fidelitatem. Bal. in prælud. feud. in vltima diuis. num. 57. Abb. in c. veniens sub num. 4. accusat. Intrigl. d. q. 30. num. 18. & licet clerici vassalli teneantur præstare iuramentum fidelitatis, nihilominus non tenentur præstare iuramentum assecurationis, si clericus fuerit familiaris, vel commensalis, vel consiliarius alicui domini sæcularis, vel in eius territo-

214 rio habitauerit, vel bona possederit. Aluarot. in cap. 1. nu. 4. qualiter vassal. iurare debeat fidel. Ant. Rubb. Alexan. cons. 11. num. 6. & 7. Intrigl. d. quæst. 56. num. 118.

215 Tertio infero, quod sicut vassallus laicus tenetur reuelare capitale delictum, quod machinatur in personam domini, alias feudo priuatur, si illum non admonuerit, c. 1. §. præterea, & ibi DD. quæ fuit prima causa. Isern. in c. 1. §. si voluerit, vbi etiam Affli. n. 136. de capitan. qui cur. vendid. cum multis alijs, quos latè congerit Scrader in d. tract. de feu. p. 9. c.

216 4. nu. 4. ita pariter tenetur illud reuelare clericus vassallus, nisi id sciuerit in confessione. Mars. in l. vtrum, n. 5. ff. ad l. Pompeiam, de parric. Scrader. d. c. 4. nu. 47. qui allegat in argumentum tex. in c. om-

217 nis vtriusque, de pœnit. & remiss. & aduertendum est, quod sacerdos nuquam debet reuelare id quod scit in confessioue, & de sigillo confessionis, vide irrefragabilem doctrinam Alex. de Ales, 4. p. q. 78. nu. 2. per totum. Nauar in Manual. c. 8.

218 Quarto infero, quod sicut vassallus laicus non potest alienare feudum sine consensu domini in diminutionem seruitij feudalis, ita pariter, nec etiam vassallus clericus, Bal. in c. 1. de alien. feu. Paris de Puteo in d. tract. de feu. c. 133. n. 13. vt obuietur delicto committendo. Aret. in tract. maleficiorum in verbo, che hai tradito la sua patria, q. 18. n. 9. & 11. Arnal. Alberic. in tract. de agnoscen. asser. cathol. & hæret. q. 25. n. 9. Farin. d tract. crim. q. 51. n. 103. 110. Menoch. casu 108. nu. 21. Decian. in tract. cri. p. 2. lib. 7. c. 24 nu. 19. in fine.

219 Quinto infero, quod licet clericus osculans mulierem præsumatur hoc facere causa charitatis, & ad bonum finem, & vt eam benedicat, vt dicam infra effectu 33. tamen vassallus clericus osculans

vxorem

vlt. fi.iur.nu.174. in 1. tom.tract.diuers. cart.115. S.Thom.in 4. senten.dist.37.q.2.art.1.ad primum vbi Palud.Riccard.& cæteri Theologi Siluester in summa in verb.homicidium il 1.q.2.vers 6.Ang.et in summa in d.verb.homicidiũ il 6.& in verbo vxor vers.4. cũ multis alijs,quos affert d.Intriglol.in prę citato casu 9.n. 46. qui testatur de mag.cõm.opin.

233 Sublimitatur primo hæc limitatio quando lex ciuilis Romanorum continet, & concernit peccatum, quia talis lex non est seruanda non solum in foro canonico, & inter clericos, verum etiam nec in foro sæculari inter laicos Abb.in c.eccl.S.M.nu. 10.& ibi addentes in lit.C,alios allegant,& Fel.nu. 41. de consti. Bar.in l.fi.C.si contrarius vel vtilitat. publ. & in l.1. C.de sacros.eccl.gl.in regul.poss.de

234 reg. iur. in 6. Butr. in c.clerici in fi.de iudit.Quæ sublimitatio ampliatur etiam si lex ciuilis nutriret peccatum veniale tantum Imol.in c.fi.de præscrip.

235 Fel.eod.nu.41. Addent.ad Abb.loco citato.Hinc est quod dispositio l.patri ff. ad l. Cornel.de adult. non debet seruari inter clericos neque in foro cõscientiæ,Couarr. super 4. decr. cap.7. §.2. num.8. fol.142.vbi testatur de certiori & communiori op.

236 cum multis alijs quos refert, & sequitur D.Intrigl.in tract.de casibus consc.cas.9.num.46.sic etiam deceptio infra dimidium iusti pretij non est permissa inter clericos, & in foro ecclesiastico,l. item si pretio §.fi.ff.locat.l.in cautela 2.§.fi.ff.de minor. Cagn.in l.2.n.6.C.de resc.vend.Tiraq.in ll.cõnub. l.9.n.7.Couar.in li.3.var.reso.c.2.n.2.Menoc.cõs. 109.n.5.lib.2.Bonifat.Rogg.cons.55.n.12.lib.1.& cons.2.n.85.lib.2.Menoch.de præsump.præsump. 1. lib.5. nu.22.Osasc.decis.pedam.42.nu.8.Lup.de

237 vsur.§.5.num.6.nihilominus hoc non est permissum inter clericos, & in foro conscientiæ, vt ex multis probat.Vinc.Hend.cons.31.n.39.lib.1.Mascar.de prob.cõcl.443.nu.11.Viu.dec.160.n.8.vbi testatur de cõ. opi. Damoder.in tract.de subastat. c.5.nu.27.& 32.Tiraq.de retr.lig.§.1.gl.18.nu.64. Laurent.de Pin.cons.141.n.3.& 5.qui omnes multos alios allgant prout multos alios allegaui supra in prælud.nu.170.

238 Sublimitatur 2. dicta limitatio,quod clerici supponuntur iuri ciuili Romanorum,vt non procedat vbi ius ciuile contradiceret iuri canonico,quia tũc non ligat clericos, neque seruari debet in foro ecclesiastico;c.1. & c.cum omnis de testam.Capr.regu.15.n.5.vltra quod hoc idem dixerunt quasi omnes supra allegati in ipsa limitatione.

239 Sublimitatur 3. quando lex ciuilis esset pręiudicialis ecclesię,vt si illi inferret aliquod onus,vel grauamen,c.dignum 3.q.8.Hostiens.& Io.And.in c.fi. de solut.Archid.in c.1.10.dist.Capr.reg.præd.n.7. & 11.Mars.in tract.de bãnit.in verb.ecclesia,n.97. à Ferro super l.municip.Vincen.c.14.n.24.vbi di-

240 cit, quod lex quæ potest afferre clericis commodum, vel incommodum non dicitur ecclesiæ præiuditialis, & non dicitur grauamen id quod potest afferre damnum & lucrum,not. com. add. in l. de fideicommisso,C. de transa. Abb.in repet.c.eccles. S.Mariæ nu.17. de const.

241 Ex qua limitatione multa possunt inferri,& primo infertur quod dispositio l.sciant C.de legit.hæredibus, per quam disponitur, vt hi qui tam ex testato quam ab intestato aspirant ad successionem pupilli teneatur petere tutorem ipsi pupillo aliter hæreditate priuabuntur,vt dicit Mar.Soc.cons.16 n.2. lib.2. Marant.in repet.l.is potest,nu.179.ff.de acq.hær.Port.in suis concl.lib.5. concl.4. ampl.2. Mising.cent.54.n.2.Paul Montan.in tract.de tutel. num.6.habebit locum (dico)etiam si is,qui est suc-

242 cessurus esset clericus,Fel.in c.eccl.S.M.n.67. de const. Bar.in l. 2. vers.confestim in fi.ff ad Tertul. Calcan.cons.33. col.6. Sign.de Homod.cons.168. Corn.cons.87. col.1.lib.4.Anch.cons.104.num.3. Nicol. de Vbal.in tract.de success.abintestat.in 2. p.in 3. lim. Aret.cons.40. in fin.vers.ex substitutione autem Caccialup. in repet. l. cunctos,populos, nu.175.C.de summ.trin.& fide Cath.Soc.d.consil. 16. n.5.Port.d.concl.ampl.6.& 7.Mandos.in trac. de annalib.casib.nu.118.Paul.Mont.d.c.18.nu.20.

243 Secundo infert quod condemnatus ad mortem non poterit testari etiã ad pias causas,Io.de Anan. in c.2. de vsur.in 6.Fel.in c.eccl.S.M.n.91.de cõst. & nihilominus solum de iure ciuili condemnatus ad mortem prohibetur facere testamentum tantũ inductum de iure ciuili,hoc est per tex. in l. si quis filio,§.irritant, ff.de iniusto testam. & hoc tenent glo.in l.si quæramus,vbi Bar.n.8. ff.de testam.Bal. in l.fi.num.15.C.si a non competent.iudic.Ang.de malefit.in verb.caput aspatulis sub n.20.cum multis alijs quos referunt Clar.in §.testamentum q.21. num.1. Grass.in eo.§.testamentum q.26. nu.5. Caualc.de bracch.reg.p.4. num.315. Flam.Cartar.in tract.de execut.sententiæ capt.bann.c.1.num.414.

244 quod procedit etiam in clerico,qui si condemnatus ad mortem casu quo ad eam potest condemnari perdit testamenti factionem,Bal.cons.448. lib.1. Sim. de Præt.in tract.de vlt.volunt lib.2. interpretat.p.dub.4.n.84.fol.87.vbi dicit idem esse in clerico condemnato ad perpetuos carceres.

245 Tertio infertur, quod clerici ligantur præscriptione a iure communi introducta, non autem ea, quæ introducitur ex dispositione statutaria,not.in c.eccl. S.M.de const.gloss.in c.possessiones 16. q. 4. Abb. in c. 1. de consuet.Fel.in c.2. in fi.de præscrip.Philip.Franc.in c. 1. col.1. in fi.de præscript. in 6. Rom. sing.463. gl.in l.vsucapionem ff.de vsucapion.Butri.in cap.51. diligenti de foro compet. Crot.cons.334.n.3.lib.3.Ant. Queta cons.93.nu.7. lib.1. Balb.de præscript.car.344. num.1.& 2.in 5. part.princi.q.7.

246 Quod secus est in ecclesia, quæ non ligatur nisi præscriptione 40.annorum prout latè de hac scribit idem Balb.de præscrip.car.323. nu.1. in d.p.5. principali quæst.1.& per tot.& ibi addent.in lit.A, Corsett.in suis singularib.in verb præscript.il 2.

247 Quarto infertur,quod clerico litiganti de bonis proprijs tàm in iuditio ecclesiastico, quàm sæculari currit instantia biennalis, vel triennanalis inducta de iure ciuili sicut & laico, Abb. in cap.uenerabilis de iudit.Capic.decis.66. nu.3.Scala in tract.de consilio sapient.ca.13. lib.2.Carpan. super stat.Mediol.lib.1. cap.115. num.59. Asin.in pract.in prin. cap.3. nu.27. Rebbuff.super constit. Regni Galliæ in prohem.glos.1. num.65.Io.Alois. de Leo in auth. cassa num. 19. C.de sacros.eccles. Sed hæc illatio non est uera,dum dixi quòd procedit in

248 dit in clerico litiganti in foro ecclesiastico, licet sit vera in vera sæculari Marant. in pract.par.5. in princ.num.14.vbi dicit quod de iure canonico nunquam perit instantia,& propterea in foro ecclesiastico, & in terris temporaliter subiectis ecclesiæ, vbi seruatur ius canonicum,nunquam perit instantia siue in ciuilibus,siue in criminalib. allegat Abb. & cæteros scribentes in cap.venerabilis,& in cap. fin. de iudit. glos. in verb. triennij in fin.& ibi Modern.de iudit.& vltra prædictos idem dixerunt Ias. in d.l.properandum num.27.& ibi addentes Io.de Mont.Spirell.cons.288. numero 4.& cons.172.nu. 6.Riminald.sen.cons.703.nu.1.lib.4.Vant.in tract. de nullit.ex defect.iurisd.ordinar.nu.126. latè Asinius d.cap.3.num.22.Roland.Cauagnol.in obseru. ad decret.Montisferr.decret.7.§.2.num.121.Carpan.super statut.Mediol.par.1.cap.21.nu.12.Diaz. reg.228.Vanti.de nullit.in titul.ex defect.iurisdict. num.126. Suar.commun.opin.in titu.1.num.113. cautel.118.num.3.vbi dicit quod ita seruatur sem-
249 per in curijs ecclesiasticis, & in terris ecclesiæ subiectis, quæ conclusio procedit etiam in causis ecclesiasticis, & spiritualibus, in quibus semper instantia erit perpetua, licet talis causa ventiletur in foro sæculari,Marant. dict.p.5. num.21. cart.mihi 253. Abb.in d.c.venerabilis nu.12.de iudit.Asin.d. c.3.n.27.Cauagn.eo.§.2.nu.122.Carpan.in præcitato c.21. n.12.13.& 14.

250 Quinto infertur, quod in successionibus abintestato clericis succeditur, & ipsi succedunt iuxta dispositionem iuris ciuilis, Rossella in sum. in verb. clericis il 4 num.7.Mattesila.in tract.de succ.ab intest.in 3.art.principali num.33.Rol.Passager.in eo. tract.n.24.& cæteris melius,ac copiosius Nicol.de Vbal.in præd.trac.de success.ab intest.in §.seu sect. vlt.qui per multos numeros tractat hãc materiam.

251 Sexto infertur, quod leges ciuiles loquentes in materia tutorum, & curatorum seruãtur etiam inter clericos,Bald.consil.45. vol.1. Morl.in empor. vtriusque iur.p.1.tit.1.q.16.n.9.& 10.Ang.in l.1.in fine princ. ff. de ijs qui not. infam. Rebbuff. super const.Franciæ in prohem.glo.1.nu.73.

252 Septimo infertur, quod clericus adiens hæreditatem non facto inuentario,tenetur vltra vires hereditarias,Abb.in rep.c.eccl.S.M.nu.18. & in lect. ordinaria n.13.vbi addentes in lit.A,de const.Matthesil. sing.61. Io.Catt.de Castell.in add.Abb.Ancher. & Imol.in c.Odoard.de resolut. id Abb.cõs. 94. lib.2. Fel.in c.cum ex officij col.2.circa princ. de solut. Angel.in l.1.§.hæc stipulatio ff.si cui plus quam per leg.falcid.Rol.in tract.de confect.inuẽt. in 7. q.vbi ampliat hanc cõclusionem,vt procedat etiam si fuisset institutus hæres amore Dei Marãt. disp.8. n.21.vbi alios allegat Ant.de Padilla in l.1. n.7.C.de iuris,& fact.ignoran.D.Nepita super cõsuet.Cataniæ tit.23.n.17.multos allegat Grassus in com.opi.lib.2.c.3.q.12.& dicit etiam quod hęc est communis,& recepta DD.sententia Morla in empor.vtr.iur.tit.1. q.16.n.11.Et licet hæc opinio in clericis sit verissima & indubitata,nihilominus cõ-
253 trarium omnino est dicendum in ecclesia, quod ipsa etiam quod non fecerit inuentarium non propterea tenebitur vltra vires hæreditarias Abb.cõs. 72.lib.2. & in d.c.eccl.S.M.n.13.in fi.in lect.ordinaria Addent. ad Fel. in repert. in verb.eccl.an teneatur idem,net Fel.in c.eccl.S.M.n.66.vers.& ista latè de cõst.Morla d.q.16.n.12.in fi.vbi dicit quod tenentur vltra vires hæreditarias, sed quod tamen poterit restitui ad instar minoris,si reperiretur lęsa ob obmissionem confectionis inuentarij.

254 Octauo infertur quod clerici tenentur instituere suos parentes tit. honorabili,Petr. Enriquez cons. 2. n.17.vbi ad hoc allegat Abb.in c.literas de rest. spol.Card.in clem.1. de vit.& honest.cler.

255 Nono infertur, quod sunt infames de iure ciuili regulariter, sunt et infames de iure canonico nisi expresse ius canonicum illam infamiam tollat,c.infames 16. n. 1. vt facit in secundo nubentibus,c.fi. de secund. nupt. Ang. in l.1. in fi. prin.ff.de ijs qui not.infam. Rebbuff.super const.Galliæ in prohem. glos.1. nu.73. Morla in empor.vtriusque iur.tit.1. q.16. num.11.

256 Decimo infero quod vitium litigiosi ita consideratur, & deducitur inter clericos, sicut inter laicos,c.ecclesias vt lit.pendent.Abb.in c.eccl.S.Mariæ n.11. & seq.de cõst.Boss.in tract.crim.in tit.de penis nu.42.vers.adde quod etiam,Marant.disput. 8. nu. 21. vers.similiter clericus Carpan.super stat. Mediol.c.68.nu.96.lib.1.Io.Iacob.à Ferro sup.leg.
257 munici. Vincent. c.14. n.27. quod in tantum est verum, vt non solum procedat in materia,& rebus profanis, verum etiam & in spiritualibus, vt est in benefitialibus,Franc.in c.1.in gl.litigantibus vt lite pendente in 6. dominus,& præceptor meus in almo studio Romã. Fla.Paris.in tract.de resigna.lib.
258 2.q.3.n.9.& 10.vbi ex hoc infert,quod vt vitium litigiosi, quod estabat apud resignantes, transit in resignatarium,allegat dec.1.vt lit.pendent.in antiquis per Bisigne.Cassiador.dec.8.super reg.Cãcell. Moedan. decis.207. Sarn.de Triun.q.27. quamuis Rot.in hoc variauerit,vt dixit Paliot,dec.218.Robert.Lancillott.in tract.de attent.p.1.c.4.n.363.

259 Vndecimo infero quod remedium recuperandę possessionis à iure ciuili introductum vendicant et sibi locum inter clericos latè Menoch. in tract. de recuper.possess.remed.14.nu.51.& seq.Cumia super rit.istius Regni c.40.nu.283.

260 Duodecimo infero,quod remediũ l. quoties.C. de rei vendicatione (quia disponitur,vt ex duobus emptoribus eiusdem rei, is est manutenendus in possessione cui res fuit tradita, licet alius prius emisset, & pretium soluisset) habet locum etiam inter clericos,Marant.disput.8. nu.22. vbi ad hoc allegat Abb.in c.cõtinebatur de ijs,quę fiũt a pręlat.Alex.cons.122.vol.5.Fel.in c.eccl.S.M.nu.67. de cõstit. Sic etiam infero quod leges imponentes pænam contumaciæ seruari debent etiam a clerici, sic etiam & leges disponentes de temere appellantibus,Abb.in c.dilecti,nu.12.de arbit.qui mouetur per tex. in l. unam,ff. si quis ius dicent.non obtemp.& in c.1. de homic.in 6. & in l.2.C.de episc. audien.Rebbuff.super const.Galliæ in prohem.gl. 1.num.74.

261 Decimotertio infero, quod clericus litigans in foro sæculari non poterit appellare ante sententiã iuxta terminos,l. 2. ff. de appell. recipien. Archid. in c.nõ ita 2.q.6.Butr.in c.qualiter in 2.not.de iud. Abb. in c. quod clericis de rescript.Rebbuff.super constit.

constit.Galliæ in prohem.glos.1. num.67.vbi dicit etiam quòd nec admittatur appellatio ab interlocutoria, quæ indiffinitiua reparari potest.

262 Decimoquarto infero, quòd testamentum annullatur per præteritionem filij testantis etiam qđ instituatur hæres clericus, ecclesia,vel quæuis alia pia causa,quia non potest quis filium exheredare, & ecclesiam instituere,c.quicunque 17. q.4.glos.in l.si quis ad declinandam C.de Episcop.& cler.Marant.disput.8. nu.25.vers.3.quia.

263 Decimoquinto infero, quod dispositio l. fin. C. de iure deliberandi,& authe. hoc amplius C.de fideicomm. locum habent etiam inter personas ecclesiasticas,Menoch. in tractat. de recuperan.poss.remed.4. num.54.

264 Decimo sexto, & vltimo generaliter infertur quod semper causæ clericorum, & ecclesiæ sunt decidendæ, & terminandæ secundum ius ciuile in defectu iuris canonici, ita Abb. & cõmuniter DD. in c. 1. in princ.de noui operis nuntiat.c.si in adiutorium 10. distinct.c.vt lex continentiæ 27. q.1.& ibi Archid. & Proposit.Fel.latè in c. eccl.S.M.nu. 67. de const.vbi hanc conclusionem infert ad multa Io.Iacob.à Ferro super l.municip. Vincẽt.c.14. num.28.& 29.

265 Limitatur 32. & vltimo vbi statutum laicorum esset iustum, quia tunc ligat clericos nõ iure actionis,seu iurisdictionis,sed quia iustum,ideo eos obligat in conscientia vt si contrafaciant peccent contra iustitiam,Doct. omnes in c. eccl.S.M.de const. Fel.in c.1.n.19.de sponsalib.& in prohem.decretalium in verb. Rex pacificus,& in cap.1.vbi Abb.& Bero.de const.Rebuff.super const.Regn.Galliæ in prohem. gl.1. n.40. & in c.postulasti de cleric.excomm. ministr. Tiraq. de retr.lign.in prohem.nu. 74.& in tract.de leg.conubial.glos.4.n.20.Couarr. in c.cum esses n.16.de testam.Sot.de iust.& iur.lib. 1. q.6. art.1. Diaz.reg.427. Gabell.Milleloq.206. 530. & 612.Auẽdan.in tract.de exequu.mand.reg. c.19. Burg.de Paz.in l.1. taur.nu.453.Menoch.de præsũp.lib.1.q.80.quos oẽs refert Camill.de Curt. in cõpræhensorio seu diuersor.iuris feud.p.2. c.2.

266 Quæro primo vtrum statutum laicorum taxans & limitans pretium rerum vendendarum(vt est tritici,vel alterius rei comestibilis)compræhendat,& liget clericos prout laicos,videtur dicendum quod sic,quia tam de iure naturali,quàm diuino quisque tenetur rem suam iusto pretio vendere,alioquin si quis pluris vendat,quam res extimetur,furtum cõmittit ita Ozor.in suis instit.moralib.lib.5.cap.12. vers. 4. quæritur cart.mihi 512. Molin.in tract.de contract.disput.364. n.14. vbi adducit rationes,& fundamenta pro vtraque opinione,& tandem concludit quod clerici vendentes carius,quàm per statutum est taxatum,tenentur in conscientia restituere illud plus,& in tract. de iustit. & iur. disput. 31. Emanuel Rodriquez in sum. casuum conscientiæ par.1. cap.196. num.1. Bart.& Io.de Platea in l.1. C. vt nemin.liceat in empt.lib.11. Sotus in 4. sentent.dist.25. artic.2. col.4.versic.quarta conclusio Nauarr.in Manual.cap.23. num.88. vbi dicit quod isto casu superiores ecclesiastici debent suis edictis iuuare edicta Principum laicorum Vincent. de Franch.decis.9. n.3.Menoch.cons.800.n.27.lib.9. latè Surd.cons.301. num.39. lib.3.vbi alios allegat Morla in empor.vtriusque iur.p.1.tit.1.q.16.n.14. Vulpell.in tract.de libert.eccl.p.2. nu.21. & 22.& 31. vbi dicit quod ad hoc sunt cõpellendi per suos ordinarios,Viu.decis.28. nu.1. & per tot.vbi dicit quod licet clerici teneatur vendere frumentum iuxta prætium per statutum taxatum, non tamen tenentur ad pænam per ipsum statutum impositam, & quod contraueniendo tali statuto peccant mortaliter,& ideo nullo modo ligantur hoc statuto,sed ratione vniuersali comprehẽsa in statuto,vt dictum est sup.nu.174. in fin.

267 Quæro 2. an clericus ligetur statuto disponente quod quicunque declinauerit iurisdictionem potestatis, possit impune offendi, dico quod non, imò quod plus est,si ipse clericus iurauerit seruare omnia statuta, adhuc nõ tenetur seruare istud Cassan. cons.1. p.3.n.19.vbi allegat Bar.in l.si quis sub cõditione ff.de cond.& instit. Alex.cons.33.in fi.vol. 5. & in multos alios DD. & vltra per eum citatos idem dixerũt Barbat.cons.21.col.2.vol.3.Bertach. in repert. in verb. statutum quod declinans fol.98. in parua forma Roland.a Vall.cons.4.nu.37.lib.1. Alex.cons.53. col.3. vers.accedit vol.5.Butrigar.& Bal.in auth.statuimus C.de episcop.& cler.Paul.de Cast.in auth.cassa,& irrita circa finem C.de sacros. eccl.Mars.in rub.de fideiuss.n.117. Fel.in c.eccl.S. M.n.70.& seq.de cõst.vbi dat varias cauthelas,quibus non obstante tali statuto poterit iurisdictionẽ declinare Bald.in tract.de statut.in verb.clericus n. 5. vbi dicit quod hoc statutum est contra ecclesiasticam libertatem,Alber.in eod.tract.de stat.lib.4. q.75.n.10.Tiraq.in tract.de retract.lignag.§.23.gl. 2.n.7.Borell.super pragmat.odia litium §.1.gl.3.n. 239.Zuccard.cons.66.n.2.Bertach.in reper.in ver. clericus declinans Decia.in tract.crim.p.1. lib.2.c. 34. n.11.& idem est dicendum de statuto dictante, quod nõ reddatur ius clerico declinanti iurisdictionem iudicis laici,Bal.in auth.cassa in 1. q.C.de sacros.eccl.& in auth.statuim⁹ in 2.col.C.de Epis.& cler.Bertach.in verb.statutum quod non reddatur.

268 Quæro 3. vtrum clerici ligentur statutis laicorũ prohibentibus delationem armorum;videtur dicẽdum quod sic, non ratione statuti;sed quia tale statutum respicit vtilitatem publicam, & est conforme cum dispositione iuris communis, Menoch. in tract.de arbit.cas.394. nu.31. Io.Lupus in repet.c. per vestras §.1.n.13.de donat.inter virũ & vxorẽ. Pet.à Plazza in epit.delict.lib.1.c.8.n.26.Couar.in lib.pract.qq.c.33. nu.7. Io.le Chier.in tract.de primog.q.24. n.23.in 10.to.tract.diuers.p.1.car.mihi 36. Vulpell.in tract.de libert.eccl.p.2.n.37.Clar.in §. fi.q.36. n.22. vbi dicit quod hæc opin.est magis com.& quia de clericis apportantibus arma,latius dicã infra effect. 20. per totum ad ea me remitto.

269 Quæro 4. an statutum quod existentibus masculis fæmina non succedat, excludat moniales, quæ habitum habuerunt post conditum statutum, & dicas quod sic, Lapus alleg.108.Brun.in tract. super stat.quod stant.mascul.artic.6. num.37.cum plurib. seq.vbi alios allegat,& dicit quod hæc opinio est magis uera,& magis cõis,nu.44. dicit hanc opinionem esse omnino tenendam Marant. disp. 8.n.26.ubi alios ẽt citat Viui.in com.opin.in uerb.

statutum

statutum excludens in 2. & 4. ampliat. Paris. cons. 40. num. 14. & seq. vol. 3. Caualc. dec. 9. nu. 81. lib. 2. vbi propè infinitos congerit, & testatur de mag. comm. opi. & nu. 82. dicit quod ita aliàs fuit de facto iudicatum Landrech. cons. 74. n. 27. Bursat. cõs. 198. nu. 95. lib. 2. & cons. 93. nu. 19. 27. 28. lib. 1. vbi vltra quod multos, & multos congerit, asserit etiã quod hæc est com. & mag. com. opin. Capra reg. 15. n. 51. Alb. cons. 513. n. 12. lib. 3. & cons. 98. nu. 1. lib. 1. & vtrobique Vinc. Anibal. in add. Abb. in repet. c. eccl. S. M. nu. 36. de const. Carpan. super stat. Mediol. c. 279. n. 16. lib. 1. Soc. sen. cons. 241. nu. 2. vers. circa primum lib. 2. vbi alios citat Mastriil. in add. ad Petr. de Greg. in tract. de dote de paraggio q. 13. in lit. A, vbi dicit quod cõstitutio regni in aliquibus excludens sorores à successione feudorum existentibus fratribus, vendicat sibi locum etiam qđ soror sit monialis Io. Alois. de Leo in auth. cassa nu. 12. C. de sacros. eccl. Gail. obs. 32. nu. 4. lib. 2. Fel. in d. c. eccles. S. M. nu. 77. vers. 6. quæro, & n. 79. vbi alios allegat, & adducit varias rationes pro confirmatione istius opinionis Doct. consil. 6. num. 4.

270 Piagg. in tract. de consuet. q. 12. n. 226. ex quibus patet clarissimè, quod hæc opinio est mag. comm. quidquid in contrarium tenuerit, Rim. sen. & alij per eum allegati cons. 246. num. 28. lib. 2. Caualc. & alij etiam per eum allegati decis. 9. nu. 79. lib. 2. Sal. in Auth. cassa col. pen. C. de liber. præterit. Vulpell. in tract. de libert. eccl. par. 3. nu. 1.

271 Et ratio prædictæ primæ opinionis est, quia cum omnes nascantur laici, & sic à natiuitate sint suppositi dispositioni statutorum, clericatus superueniens eos non eximit à iure statutario, quo à principio sunt ligati Io. Iacob. à Ferro super leg. municip. Vincent. c. 14. num. 15. Alia est ratio quia cum spes succedendi fuisset certa à natiuitate, & sic antequam ipsa mulier efficeretur monialis & ante delatam hæreditatem statutum potuit talem spem à principio tollere eas faciendo omnino incapaces, quod secus est in alijs statutis, vbi tempore natiuitatis nulla vigebat spes, neque excogitari poterat casus, postea superueniens, ex quo sequitur, quod cum statutum iniecerit vinculum ante monacatum, cum ipso eodem vinculo etiã ad monacatũ transit, Io. And. in reg. etiam sine culpa de reg. iur. in mercur. Butr. & alij in c. quod cle-

272 ricis de foro compet. Soc. sen. cons. 12. nu. 7. lib. 4. & licet aliqui in hac quæstione pro concordia opinionum vsi fuerit quadam distinctione, & differenti in ipsius statutis verbis, hoc est aut statutum dirigit eius verba ad rẽ, ut quia disponeret quod hæreditas deueniat ad masculos si existunt, & non ad feminas, & tunc dicunt quod procedit opinio quod moniales censentur exclusæ per tale statutũ, aut uero uerba diriguntur in personam, ut quia dictarent quod existentib. masculis fæminæ non succedant, & tunc feminæ moniales non excluduntur, ex quo reperitur persona ecclesiastica, & per consequens non subiecta statuentibus, ita distinguendo transiuit Bald. in repet. l. cuctos populos C. de sum. trin. & fid. cath. ubi etiam Io. Bart. de S. Seuer. sequitur hanc distinctionem Bursat. cons. 93. nu. 24. uers. uerum generaliter quæ tamen distinctio secundum Brun. in tract. super stat. quod stant. masc. fem. nõ succedat art. 6. n. 38. non est uera, neque subsistere potest, & esset idem per diuersum, & distinctio potius consisteret in uerbis, quàm in re.

273 Limitatur tamen prædicta prima opinio, quãdo statutum fuisset cõditum tempore quo ipsa exclusa fuisset iam monialis, quia tuc statutum eã comprehendere non poterit, ex quo ipsa non est supposita iurisdictioni statuentis Soc. sen. cons. 241. n. 2. uers. circa primam lib. 2. Fel. in c. eccl. S. M. n. 77. uers. 6. quæro de constit.

274 Quæro quinto utrum statutum prędictum excludens feminas propter masculos excludat illas etiã ab hæreditate clerici, & dico quod sic, Rom. sing. 446. nu. 1. ubi dicit, quod hanc quæstionem habuit de facto, & de successione Cardinalis Nouariensis not. Io. Andr. in cap. fi. de offic. delegat. in 6. Brun. in d. tract. super statuto quod stant. mascul. art. 8. nu. 3. cum plurib. seq. Natt. in eodẽ tract. in q. 3. princ. n. 90. Bursat. cons. 93. nu. 22. & seq. & num. 36. lib. 1. vbi hanc opinionem varijs argumentis rationibus, & auctoritatibus comprobat Tiraqu. in tract. le mort sais, & leuif. in 3. par. declarat. 8. nu. 5. & in tract. de iure primog. q. 45. num. 1. & 2. Caualc. decis. 33. num. 15. lib. 3. vbi loquitur in statuto excludente maritata ab hæreditate fratris, & dicit quod eam excludit etiã ab hęreditate fratris clerici. Cotta in memorial. in verb. clericus vers. & idem in casu statuti Calcan. cons. 7. n. 14. Raudens. cons. 109. n. 14. lib. 2. addent. ad Dec. in c. eccl. S. M. n. 53. in verb. clerici de constit. Signoroll. cons. 166. col. 2. vers. sed si in bonis Rolãd. Cauagn. in obs. ad decreta Montisfer. decr. 73. §. 1. q. 7. per tot. Serain. in add. ad Mattesil. sing. 110. nu. 13. & seq. Carpan. super stat. Mediol. p. 1. c. 278. num. 21. & 69. & cap. 288. n. 26. & c. 311. n. 20. Caualc. decis. 9. nu. 81. lib. 2. vbi multos alios allegat, & testatur de mag. com. opi. Rim. iun. cons. 716. num. 24. 41. 42. & 62. lib. 7.

275 Nec desunt qui huic opinioni ex diametro contradicunt asserentes, quod tale statutum nullatenus compræhendit hæreditates clericorum, neque ab ea feminæ excluduntur. ita Rim. sen. cons. 268. per tot. & cons. 483. et per totum lib. 3. & vtrobiq; magno apparatu, & totis viribus conantur hanc opinionem defendere Panciroli. cons. 12. nu. 6. hanc eandem opinionem refert, licèt ipse contrarium teneat Caualc. d. decis. 9. nu. 79. lib. 2. vbi ad hoc allegat Dec. in c. eccl. S. M. col. 24. uers. nota tamen Ruin. cons. 195. col. 2. ubi testatur de com. opin. Soc. iun. cons. 25. n. 4. & 5. lib. 2. & cons. 12. n. 4. & 5. lib. 1. Paris. cons. 37. num. 43. & seq. uol. 1. & ultra eos hoc idem dixerunt Imol. in c. quod clericis n. 4. uers. & per hoc uidetur de foro compet. Alex. cõs. 44. col. 4. nu. 11. uol. 5. Surd. cons. 160. num. 9. lib. 2. Natt. in repet. c. quãuis nu. 135. de pact. in 6. Guliel. de Benedict. in repet. c. Rainut. in uerb. duas filias

276 de testam. Surd. decis. 20. n. 1. ubi alios allegat, & licet hæc secunda opinio sit à multis amplexa, nihilominus prima est uerior, & magis communis, quæ tamen limitari poterit quando statutum non disponeret, quod existentibus masculis fęmina non succedat, sed diriget eius uerba ad testatorem seu mauis defunctum, ut si diceret statutum, si quis decedat intestatus in eius hæreditate succedant masculi (si existant) exclusis fæminis, quia tunc

differt

differt suam dispositionem, & effectum principaliter in tempus, quo quis decedit, & sic in tẽpus quo non erat subiectus iurisdictioni statuentis, ita singulariter dixerunt Io. Andr. in c. fine culpa, de regul. iur. in 6. Ruin. cons. 200. n. 8. & 9. lib. 2. Ceph. cons. 95. nu. 15. lib. 1 Burs. cons. 93. nu. 38. lib. 1.

277 Quæro sexto vtrum statutum prædictum excludens feminas propter masculos habeat locum etiã si masculus, qui vult feminam excludere esset clericus, & dico, quod sic, ita Brun. in tract. super statuto, quod stant mascul. femina non succedat art. 12. num. 165. & seq. vbi dicit, quod hæc quęstio successit de facto in personã Lupi de S. Geminiano. Bald. cons. 65. inter cons. Ang. de Vbal. Natta in tract. præd. super statuto, quod stantibus mascul. in 3. q. princip. nu. 25. vbi dicit, quod hæc conclusio procedit etiam si ratio statuti esset pro conseruanda agnatione, & nu. 82. vbi multos alios allegat Soci. iun. cons. 10. num. 23. lib. 1. Io. Iacob. a Ferro super l. municipal. Vicent. c. 14. nu. 6. Surd. dec. 20. num. 2. Paris. cons. 40. nu. 20. lib. 3. Lapus alleg. 101. Dec. in c. eccl. S. M. nu. 217. de const. Tiraq. in tract. de primog. q. 44. nu. 7. Vulpell. in tract. de libert. eccl. p. 3. nu. 8. vers. sed in diuisam, vbi dicit, quod hæc est frequentior opinio Crot. cons. 135. nu. 9. lib. 1. Bursat. cons. 93. nu. 27. & seqq. lib. 1. vbi prope infinitos allegat, & cons. 198. nu. 45. lib. 2. Cun. in rep. c. si aliquem in verb. masculus nu. 35. de success. feu. Houded. qui etiam alios allegat cons. 78. nu. 110. lib. 2. Fel. in d. c. eccl. S. M. n. 51. Simon de Pret. cons. 161. num. 60. lib. 1. Arnon Sollilq. 87. vbi alios allegat, & testatur de communi opinione, & infert ad constit. Regni sub rubr. de success. filiorum, Comitum, vel Baronum. Rimin. iun. cons. 604. lib. 6. num. 4. vbi etiam testatur de communi opinione Paul. de Cast. cons. 296. lib. 1. Dominic. in c. fi. de off. deleg. in 6. Abb. in c. constitutus in 5. notab. de in integrum restitutione. Socin. iun. cons. 1. nu. 25. lib. 1. Rimin. sen. cons. 483. num. 1. & 4. lib. 3. vbi Rimin. iun. in add. in lit. A, Marant. disput. 8. num. 14. vers. similiter facit Viui. in communi opinione in vers. statutum excludens in 2. & 4. ampliat. Caualc. decis. 9. nu. 82. lib. 2. vbi testatur de magis comm. & dicit, quod ita alias fuit iudicatum pro Rota Florent. Soc. sen. cons. 241 nu. 2. lib. 2. vbi testatur de communi opinione, Rimin. iun. cons. 293. vbi testatur de communi, & magis commun. opin. nu. 13. lib. 3. & iterum cons. 341. nu. 16. 17. & 81. lib. 3. vbi etiam testatur de comm. opi. & cons. 604. nu. 4. lib. 6. Capra reg. 15. num. 33. Baldass. Caldutius Floren. cons. 78. nu. 61. & 62. inter cons. vltimarum volunt. diuers. lib. 2. Natta cõs. 44. n. 5. lib. 1. Io. Alois. de Leo in auth. cassa, nu. 15. C. de sacros. eccl. vbi testatur de comm. opi. Medic. in tract. de leg. & statut. p. 4. q. 6. num. 5. Cauagn. in obseru. ad decreta Montisfer. lib. 2. decr. 73. §. 1. q. 6. per tot. Carpan. super statut. Mediol. lib. 1. c. 278. num. 67. & 68. vbi testatur de communi opin. & dicit, quod hæc conclusio procedit in omnibus alijs religiosis capacibus Afili. super const. Regni, rubr. 23. de success. filiorum, nu. 58. & 59. lib. 3. Molin. in tract. de primogen. Hispan. lib. 1. c. 13. num. 70. qui alios citat, & licet contrarium in ista quæstione tenuerit Alex. Raudens. decis. 41. n. 44. & alij per eum

278 alleg. Menoc. cons. 940. nu. 22. & 23. li. 9. & Mathes. sing. 110. & per Soc. sen. d. cons. 241. nu. 2. li. 2. nihilominus non est recedendum a priori opinione, quæ re vera est communis, & non solum approbata a tot Doctoribus supra alleg. verum etiam a multis alijs congestis, & allegatis per prædictos supra allegatos.

279 Ampliatur prædicta prima opinio, vt idem procedat in successione feudorum, in qua masculus licet sit clericus præfertur feminæ (si feudum est tale, quod potest ad clericos transire) Pet. de Greg. in tract. de concess. feud. p. 4. q. 8. nu. 4. & q. 7. nu. 9. vbi alios allegat prout alios etiam allegat Mastril. ibi in addit. in lit. C, quidquid in contrarium dixerit Intrigl. in tract. de feud. cent. 2. ar. 39. nu. 5. & seq.

280 Quæro 7. an statutum, quod frater primogenitus excludat secundo genitum, & comprehendat, & excludat secundos genitos clericos, & aliqui circa hanc quæstionem dixerunt, quod non ita, Caualc. dec. 9. n. 79. lib. 2. vbi testatur de comm. opi. & allegat Dec. in c. eccl. S. M col. 24. vers. nota tamen de const. Ruin cons. 195. vol. 2. Pancirol. cons. 12. n. 6. Soc. iun. cons. 24. n. 4. & 5. vol. 2. Paris. cons. 37. nu. 43. & seq. vol. 1. & vltra eos idem dixit Imol. in c. quod clericis de foro comp. Dec. cons. 13. in fi. Alexan. cons. 44. col. 4. lib. 5. Cotta in memor. in verbo clericus ii 3. circa finem vers. quid autem sit contra-

281 ria, nihilominus opinio est magis communis, quã tenuerunt Brun. in tract. super stat. quod stat. masc. ar. 6. n. 37. & 41. vbi asserit hanc esse magis comm. opin. & alios allegat Butr. & Abb. in lect. ordin. nu. 25. & in repet. n. 74. Imola, & alij in c. eccl. S. M. de const. Io. Circir in tract. de primogen. lib. 1. q. 24. n. 20. & 28 in 10. to. tract. diuers. p. 1. car. 36. Burs. cõs. 198. n. 45. lib. 2. vbi testatur de com. opi. & cons. 93. nu. 27. & seq. & nu. 44. li. 1. vbi dicit, quod opin. contraria magis communis damnatur, & reprobatur Viui. in comm. opin. in verb. statutum excludens in 2 & 4. amplia. Neuizz. cons. 39. nu. 16. verb. 6. facit, vbi loquitur in statuto excludente fratrem a successione sororis, Rim. iun. cons. 15. n. 94. lib. 1. Ripa in lib. 1. respons. c. 6. nu. 11. Villalobus in com. opin. in verb clericus num. 91. Tiraq. in tract. de iure primogen. q. 43. nu. 12. Aret. in c. quod clericis in fi. de foro compet. Capra reg. 15. n. 48. Soc. sen. cons. 36. nu. 5. lib. 1. Cioff. cons. 20. n. 7. vers. idem autem constat lib. 1. Surd. decis. 20. nu. 1.

282 Retenta tandem hac vltima opinione, quæ est communior, & verior eam limitabis, quando statutum fuisset conditum tempore quo secundo genitus esset iam clericus, quia tunc statutum non poterit eum comprehendere, & excludere, ex quo isto casu statutum imponeret vinculum post clericatum, & sic tempore quo secundo genitus non erat suppositus iurisdictioni statuentis. Io. Andr. in regula fine culpa, de reg. iur. in 6. Soc. sen. cons. 241. nu. 2. vers. circa primum lib. 2. Abb. in repe. c. eccl. S. M. nu. 36 de constit.

283 Quæro 8. vtrum valeat statutum excludens clericos, vel Monacos, vel Moniales a successione parentum, agnatorum, vel cognatorum, & dico, quod non, quia per talia statuta homines retraherentur a vita contemplatiua, & per consequens tenderet contra c. ecclesiasticam libertatem not. in authent. cassa, & irrita, C. de epis. & cler. & in l. 1. C. de sum.

Tri.in

Trin.& fide cath.Bar.in l.fi.C.de pact. Campeg. in tract.de dot.p.5.q.32.Pappon cons.60. num.4. qui de communi testatur Decian.in tract.crim.p.1.li.2 c.34.n.8.Caual.decis.18.nu.10 & 50.& dec.33.nu. 15.lib.3.Menoc de præsumpt.præsumpt.43.nu.24. lib.4.& cons.196.nu.32. Gail obser.32. nu.4.lib. 2. Vegg.cons.23.num.8. & 9. qui de magis com. testatur Chioff.cons.1.nu.84 & 85.li.1.Bald.in l.ideo nobis,C.de episc. & cler. Fel.in c.Eccl.S.M.nu.78. de const.Nicol.de Vbald.in tract.de success. ab intest.§.3.num.3. carte mihi 536. in tract. de success. diuers.in folio.Rim.iun.cons.368.nu.79.lib.4.Matthesil.sing.144.nu.1.Caualc.decis.18.nu.10.& 50. & dec.1.nu.5.& dec.33.n.15.li.3. Menoc.in tract. de præsumpt.lib.4.præsump.43.n.24.& cons.196. nu.32.lib.2.Kircoui.in communi opinione cent. 5. concl.86.Gail obser.32.nu.4.lib.2. Brun.in tract.super stat.quod stant.mascul.ar.6.nu.35.Vegg.cons. 23.nu.8.& 9. vbi testatur de magis communi opin. Cioff.cons.1.nu.84.& 85.lib.1. quidquid in contrarium dixerint Tappia in repet.auth.ingressi, in verbo sua,c.13.num.15.C.de sacros.eccl. & Alciat.per eum alleg.cons.53.nu.4.& seq.lib.9.

284 Quæ conclusio limitatur Primo, quando statutũ non excluderet simpliciter omnes religiosos,sed illos tãtũ,qui sunt religiosi Religionis incapacis,quia tunc esset validum , quia est conforme cum dispositione sacrorum canonum,& est consonum dispositioni regulæ , cuius ille est religiosus. Alciat. in l. collegarum,ff.de verborum signific.Caualc. decis. 18.num.50. lib. 3. quod intelligo de Religiosis penitus incapacibus tam in communi,quam in particulari,prout sunt fratres Cappucini, & de obseruãtia Sancti Francisci prout est dispositum per Sactũ Concilium Tridentinum, sess.25.cap.3.& ita intel-
285 ligi debent.Caualc.decis. præd.nu.52.Ceph cons. 98.nu.7.lib.1.Calder.cons.17.de stat.regal.Bursat. cons.6?.num.2.lib.1.

286 Limitatur secundo, quando statutum non simpliciter excluderet religiosos, sed dictaret , quod filia dotata, & maritata non succedat, quia etiam si talis fœmina ingrederetur monasterium excluderetur a successione,ex quo semper supponitur factum statutum antequam illa fieret monialis , vt notat Abb.cons.98.num.1.lib.1.de qua materia vide Mol fes.p.3.quæst.22.

287 Quæro 9.quid si statutum disponeret,quod officialis anni præsentis non possit se intromittere,nec cognoscere de gestis a suo antecessore etiam nullis , an si esset nulliter condemnata aliqua persona ecclesiastica per officialem præcedentem , possit ipse officialis anni præsentis cognoscere de tali condemnatione non obstante prædicto statuto , & dico,quod sic,Ias.cons.121.nu.2. vers. circa secundum vol.1.Io.Andr.in c.fin.de immun. eccles. in 6. Bal.in l.si quis sub conditione, ff.de condit.& demonstr.& in l.fi.§.in computatione, in fi.C.de iur. delib.& in c.cum venisset,de eo, qui mittit.in poss. quos omnes,& alios refert, & sequitur Plot.consil. 30.num. 11.

288 Quæro 10. quid si statutum dictaret , quod post annum non possit de nullitate dici,an clerici eo casu censeantur astricti, & dico, quod non , quia possunt illam intentare etiam elapso anno contra laicos , quod secus est in laicis contra ipsos clericos , quia tunc illam intentare non possent , ita dicit, & distinguit Mondos.in tract.de annual. casib. nu. 135. circa medium, vers. an autem statutum huiusmodi allegat scribentes in c. eccl. S.M. de constit. Rom.sing.442. Anchar. in c.1.col.7. vers. circa illam tamen de const.Alex. cons.121. in fi. vol. 2. & cons.122.col.pen.& seq vol.5. & cons. 114. vol. 2. vbi testatur de communi opinione.

289 Quæro 11.vtrum statutum disponens , quod bona donata possint confiscari , donatione non obstante , si donans infra aliquod tempus deliquerit habeat locum , si talia bona fuissent donata clerico,& dico, quod non, quia ab eius posse non poterunt per fiscum reuocari , etiam quod donans deliquerit infra tempus a statuto præfixum , ita Plotus qui loquitur in constit.Mediol.cons.30.n.73.vbi testatur de communi opinione,& allegat Pau.de Castro,cons.212.vol.2.& cons.14 vol.3.

290 Quæro 12.an statutum prohibens extractionem rei extra territorium comprehendat clericos extrahentes eius bona,vel fructus, & quod illos comprehendat,dixerunt Mestia super pragm. taxæ panis,concl.5.Menoch.cons.800.n.38.lib.8. Vulpell.
291 in tract.de libert.eccl.p.2. nu.17.& seq. sed quod imo tale statutum non comprehendat clericos extrahentes eius fructus , & bona tenet, Io. de Amic. cons.18 nu.17.Burs.cons.41.nu.28.lib.1.Baiard. in addit.ad Clarum in § fi.q.82.nu.87.Rip.in tract.de peste, in tit.de remed.ad conseruand. vbert.n.122. Gramm.dec.100.nu.15.Caccialup.in repet. l. cunctos populos,nu.186.C.de sum.Trin. & fide Cath. Roland.cons.61.nu.22.li.4. vbi dicit, quod licet ipsi clerici suos fructus extrahere possint , nihilomi-
292 nus ipsorum fructuum emptores non poterunt illos extrahere absque incursu pœnæ,& quamquam hæc secunda opinio sit communior , & verior , tamen prima apparet rationabilis,quia hoc statutum est vnum ex illis,quæ fiunt pro communi vtilitate , quæ non afficiunt , & clericos , vt dixi supra num. 228.in fine,licet afficiat eos,ut dictamen rationis , vt dictum est supra num.174.in fine . Nec omittam
293 dicere, quod pars fructuum, quæ competit colono partiario pro parte colonica ex prædio clerici , vel ecclesiæ semper , & indistinctè remanet subiecta dicto statuto,& nunquam poterit extrahi. Bertaz cons.87.n.1.& 2.lib.1.in crim.Remig. de Gon. in tract.de carit.sub.d.q.61.nu.24.in 15.to tract.di-
294 uers.p.2.car.mihi 184. & quod ipsi coloni ecclesiæ, & clericorum sint subiecti iurisdictioni dominorum sæcularium,tenet Fid.de Sen.cons.11. Aret. in l.placet,col.3.C.de sacros.eccl. Bart.in l.lator, §. fiscus, vers.mercatores, ff.de publican. cum multis alijs, quos latè congessi supra effectu 1.amplia. 27. nu. 208. & seq. & ita seruatur in isto Regno,a quo non possint extrahi blada , ac cætera commestibilia sine licentia Proregis , & solutione dricti , seu extractionis,licet tales res fuissent productæ, & recollectæ in prædijs ecclesiasticis, & clericorum, & quod talis obseruantia sit valida latè defendit Nauar.in Manual. confess.c.17.nu.201.Vulpel.d.p.2. nu.20.& 32.& Menoc.d.n.39. cum plur.seq & nu. 50. & seq. qui dicit , quod clerici contrauenientes tali statuto non possunt puniri per Principes sæ-

culares,

culares, sed sunt puniendi per suos superiores.

295 Quæro 13. vtrum statutum (prout adest in hac vrbe) mandans, quod habens prædium magnū possit capere minorem vicinum pro ampliando suo prædio comprehendat clericos, & dico, quod illos cōprehēdit tā actiuè, quam passiuè, quia hoc statutum loquitur in rem, & sic ratione congrui, ita Io. Iacob. a Ferro super leg. municip. Vincent. c. 14. nu. 1. 10. 11. & 13. & per tot. vbi ad corroborationem suæ opinionis adducit diuersa argumenta, quamuis multi teneant contrarium.

296 Quæro 14. an statutum puniens euntes de nocte sine lumine in certam penā, liget clericos, & ecclesiasticas personas, & dico, quod non Io. And. Vinc. Abb. & Butr. in c. grauem, de sent. excom. Borel. super pragm. Odia litium, §. 1. gl. 3. nu. 259. & 260. vbi dicit, q licet non incidat in penam statuti, nihilominus est coercendus per suos superiores, vt illud obseruet, quod dixit etiam Vulpel. in tract. de liber. eccl. p. 2. n. 36. vbi allegat sūmā Tabienā casu 21. in fi.

297 Quæro 15. vtrum statutum disponens, quod qui vult agere, teneatur satisdare de soluendis expensis in casu succumbentiæ, comprehendat clericos, & dico, quod nō, quia ipsi eximuntur a tali satisdatione, & admittuntur solum cum hypotheca, & obligatione bonorum, §. si quis autem pro pecuniaria, in auth. de sanctiss. episc. collat. 9. DD. in l. 1. ff. qui satisd. cogan. Viui. dec. 11. nu. 21. secus est secūdum aliquos, si statutum dictaret, vt forensis teneatur præstare cautionem, si vult agere de soluendo expensas, quia tunc comprehendit etiam clericos, ex quo isto casu statutum videtur prohibere, ne ciues vexentur ab exteris, a quibus in casu succumbentiæ non possent repetere expensas, quod secus est in non forensibus, qui etiam quod sint clerici, possunt conueniri coram suo iudice, vt soluant expensas, ad quas fuerunt condemnati per iudicem sæcularem, iuxta ea, quæ latè scripsi supra effectu 1. lim. 17. nu. 880. & seq. & tenuerunt Soc. in c. quod clericis, nu. 3. & 4. de foro comp. Carpan. in stat. Mediol. lib. 1. c. 44. nu. 7. vbi dicit, quod isto casu potest dare fideiussorem laicum, & faciunt ad hanc quæstionem, quæ dixi supra in prælud. nu. 363.

298 Quæro 16. vtrum statutum, quod qui ducere vult aquam per alienum fundum possit illā ducere etiā domino inuito soluto interesse, comprehendat clericos tam actiuè, quam passiuè, videtur dicendum, quod sic, quia est editum pro communi vtilitate Io. Ambros. de Opizon. in repet. l. filiusfamilias, §. diui, nu. 88. de leg. 1. Menoch. cons. 800. n. 18. vbi loquitur in decreto Mediolani. Caualc. dec. 6. nu. 56. li. 5. vbi multos alios allegat, & dicit, quod ita fuit iudicatum Placentię de anno 1585. Pileus q. 114. & decis. 44. nu. 100. circa medium lib. 1. vbi etiam alios congerit Surd. cons. 301. n. 3. in fi. li. 3. Ladrech. cōs. 103. nu. 1. in fi. Sed hæc opinio non est vera per ea, quæ dicta sunt supra nu. 164. in fine, per ea, quę dicenda sunt infra q. 64. nu. 424. vbi habetur, quomodo clerici comprehendantur, & ad quem haben-

299 dus est recursus pro obseruantia talis statuti, & aduertendum est, quod tam in fundo clerici, quam laici iste transitus debet dari per locum minus damnosum, & minus incommodum. Caualcan. d. dec. 6. num. 58. vbi ad hoc allegat tex. in l. si cui, & ibi gl. Bart. & Paul de Castro, ff. de seruit. Ias. in l. vsusfructus, num. 8. ff. de nou. oper. nunti. Franc. Marc. dec. 597. nu. 1. in 1. p.

300 Quæro 17. an statutum mandans, quod filiusfamilias non possit contrahere sine consensu patris habeat locum etiam in clerico filiofamilias; videtur dicendum, quod sic. Crot. cons. 135. num. 8. & seq. lib. 1. contrariam tamen opinionem tenuerunt Carou. super pragm. filiusfam. §. 9. num. 21. vers. sed iuxta prædicta quæro. Borell. super pragmat. Odia litium §. 1. glos. 3. num. 258. vbi etiam allegat Specul. in tit. de actore, §. 1. Bar. in l. si infanti, col. 3 C. de iure deliber. Bald. in l. cum non solum, §. necessitate, C. eod. tit.

301 Quæro 18. quid de statuto loquente de instantia an, & ipsum comprehendat clericos, & dico, quod aut sumus in curijs ecclesiasticis, & quia in eis instantia non currit, vt dixi supra etiam, nulla cadit difficultas, quod eos non comprehendat; aut sumus in curijs sæcularibus, & tunc clerici in eis litigantes ligantur statutis loquentibus de instantia. Butr. in cap. quod clericis in 8. colum. de foro compet. & ibi etiam Imol. nu. 2. uers. & pro hoc tenuit Calder. in sua quæstio. quæ incipit statuto Abb. in d. c. quod clerici, n. 10. & Soc. nu. 5. uers & ex prædictis infertur, Anchar. cons. 18. nu. 1. & in c. 1. q. 12. de const. Bertach. in suo repert. in verbo clericus litigans. Sal. in auth. cassā, nu. 50. uers. & ex hoc infero, C. de sacros. eccl. Deci. in cap. eccl. S. M. n. 4. de const. Cumanus cons. 140. nu. 2. Bertach. in tract. de episc. p. 5. lib. 4. nu. 3. in 13. to. tract. diuers. car. mihi 353. Asinius in pract. exeq. in prin. c. 8. n. 7. Bertaz. cons. 469. nu. 10. lib. 2. in crim.

302 Quæro 19. utrum statutum dans executionem instrumentis guarentigiatis astringat, & liget etiam clericos; circa quam quæstionem tres reperio diuersas opiniones; nam aliqui dixerunt, quod clerici possunt uti beneficio talis statuti contra suos debitores, & quod contra eos non habeat locum, & sic illos comprehendat actiuè, & non passiuè: huius opinionis fuerunt Bald. in l. cunctos populos, num. 10. C. de summa Trin. & fide cath. & in l. de quibus quæst. 5. ubi etiam Ias. num. 12. ff. de leg. Abb. in c. eccles. S. M. uers. ideo secundū eū de constit. Bertac. in suo reper. in uerbo clericus contra laicum. Cotta in memorial. in uerbo clericus, il 3. uers. & similiter multos allegat, licet ipse contrarium teneat. Freccia in tract. de præsent. instrum. p. 13. num 5. Carauit. super ritu M. C. V. Ritu 166. nu. 34. Asinius in tract. de exequ. in princ. cap. 3. nu. 1. & 2. Masullus in addit. ad Capic. decis. 66. num. 3. Viu. dec. 326 num. 1. & per tot. Caccialup. in repet. l. 1. C. de sum. Trinit. & fide cath. Alex. cons. 163. uol. 2. Bartius in tract. de instrumentis guarentig. p. 1. q. 4. Ant. de Canario in tract. de oblig. in forma Cameræ, q. 22. Afflict. super constit. Regni si quis posterum quæst. 7. Pandus in tract. de pręsent. instrum. p. 2. declara. 14. nu. 22. Franch. Marc. decis. 399. num. 2. uol. 2. Fel. in cap. eccl. S. M. num. 81. uers. & ex hoc infertur, de const. Natta in tract. super statuto, quod stantibus masculis feminæ non succed. in 3. quæstio. princip. num. 83. Borell. super Pragmat. Odia litium, §. 1. gl.

303 3. nu. 232. & 264. ubi multos alios citat. Alij uero in eam descenderunt opinionem, ut scilicet tam actiuè,

actiuè, quam passiuè comprehendantur in d. statuto, & sicut possunt agere executiuè contra suos debitores uigore talis statuti, eodem modo poterunt ab eorum creditoribus executiuè conueniri in curijs ecclesiasticis; huius opinionis principalis author fuit Bart. in l. Cunctos populos nu. 29. C. de sum. trin. & fid. cath. Hostiens. & Io. And. in cap. fin. de solupt. Ias. in l. quoties nu. 24. C. de rei uendicat. Lapus allegat. 81. Caualcan. cons. 7. Roder. Suarez in repet. l. post rem in 8. ampliat. ff. de re iudic. ubi asserit hanc esse comm. op. canonistarum Couarr. in lib. pract. quaest. capit. 8. nu. 5. Carauit. super ritu praedicto nu. 37. & 38. ubi testatur de comm. opin. Vulpell. qui alios allegat in tract. de libert. eccl. p. 2. nu. 42. uers. quapropter Serafin. in tract. de priuileg. iuram. priuileg. 77. num. 22. & 26. ubi dicit non esse discedendum ab ista opinione Abb. in c. quod clericis n. 18. de foro compet. Bursat. cons. 93. n. 30. in fin. lib. 1. ubi testatur de com. op. Matth. Colera in tract. de process. exequut. p. 1. c. 3. n. 190. Rebuff. super const. Galliae p. 1. art. 2. gl. 1. 9. Io. Iacob. à Ferro super lege municip. Vicent. c. 14. nu. 31. Frecc. loco super citato nu. 6. & seq. Asinius d. c. 3. n. 4. 5. & 6. ubi dicit hanc esse mag. comm. opi. & alios allegat Vulpell. in tract. de libert. eccl. p. 2. n. 33. cum alijs quos latè congessi in meo tract. de

304 except. in praelud. n. 89. Alij opinionem contrariam tenuerunt dicentes, quod statutum tribuens executionem instrumentis quoad clericos nihil operatur ità Bald. in d. l. cunctos populos Imol. in d. c. quod clericis n. 3. uers. sed aduerte de foro compet. Canar. in tra. de obligat. in form. camerę q. pen. Borell. in prag. odia litium §. 1. gl. 3. n. 233. Benedict. de Bartos in tract. de instrum. guarentig. p. 1. q. 4. Fel. n. 81. & Dec. n. 50. in c. eccl. S. M. de const. & ibi etiam Barbat. n. 10. & seq. ubi dicit quod mag. com. op. extat contra Bar. Capra reg. 15. n. 40. & seq. ubi asserit hanc esse com. op. Marant. disput. 8. n. 14. circa medium Franc. Marc. dec. 61. n. 6. lib. 1. vbi alios

305 congerit. Ego uerò in tam controuerso articulo non discederem a secunda opinione, quae est uera, & consuetudine approbata, & assecutus fui in d. n. 89. sed cum ista limitatione, ut scilicet uigore talis statuti nō posset fieri executio in personam clerici, prout in personam laici, quia statutum Principis laici non potest tollere priuilegium clericis concessum ex dispositione iuris canonici, uel ciuilis, ut dixi supra num. 68. & seq. clerici pro causa ciuili non possunt carcerari ex priuilegio sibi concesso per c. Odoard. de solup. de quo dicā infra effect. 7. per tot. Sequitur consequenter, ut statutum praedictum comprehendat clericos quoad executionem faciendam in bonis tantum, & non in persona, & hoc iure utimur in Regno ex quo licèt ex forma pragmaticae editae pro executione censuum bullarum, concedatur facultas creditoribus censuum praedictorum exercendi executionem in persona, & bonis possessorum bonorum specialiter subiugatorum, nihilominus quando detempor est clericus nunquam uidi illum conueniri personaliter, & executio fieri contra eius bona, & aduertendum est, q

306 si statutum diceret, quod instrumenta habeant executionem paratam inter laicos tātum, uel quod possint exequi ad instantiam laicorum tantum, tunc tale statutum non afficit nec prodest clericis, nec de tali statuto possunt conqueri, quia eis nullum aufert priuilegium ita Vulpell. de libert. eccl. p. 2. n. 3. & haec secūda opinio quam sequitur auctor est uera, si statutum fuisset approbatū à braecchio ecclesiastico, alias non est vera, & tenenda est tertia opinio quae est uerior, & secundū sacros canones, ut dictum est alibi.

307 Quaero 20. utrum statutum laicorum puniens ludentes, vel aliter circa ludos disponens comprehendat clericos ludentes, & dico quod non, etiam quod esset ipsis clericis fauorabile, ut puta si dictaret, quod ludentes puniātur tali poena ita quod post duos menses non possit inquiri contra lusores, & sicut non puniuntur poena a statuto inducta, ita nec poterunt se laetari illa conditione, quod post duos menses contra eos non possit inquiri, quia non obstante tali statuto, iudex ecclesiasticus poterit procedere, & inquirere contra clericos lusores etiam post duos menses, Diaz in pract. crim. c. 70. alias 64. in uerb. aliatores num. 3. & seq. vbi Ignatius Lo

308 pes in add. in lit. F, Farinat. in tract. crim. p. 3. q. 109. nu. 105.

309 Quaero 21. vtrum statutum prohibens ne forensibus possint vendi arma, uel quid simile comprehendat clericos affirmat Marant. in tract. de multiplici alienat. n. 264. vers. limita notabiliter vbi allegat Card. in c. perpendimus de sent. excom. & Fel. in c. eccl. S. M. col. 4. vers. 4. notab. de const.

310 Quaero 22. an statutum Principis saecularis mandans quod quilibet teneatur ire ad molendum in molendino Principis, vel communitatis, alias eundo ad aliud teneatur soluere certam gabellam, vel imponens certam pęnam euntibus ad macinandum extra territorium, vendicet sibi locum etiam in eunte ad molendum in molendino clerici, vel ecclesiae, & aliquid dixerunt quod sic quia tale statutum disponit de personis sibi subditis ita Bald. cons. 71. inter cons. Ancher. Calder. cons. 21. in tit. de const. Marant. disput. 8. num. 25. Loiseus in tract. de iur. vniuers. p. 3. cap. 15. num. 18. & seq. vbi testatur de mag. comm. opin. Io. Sdrezeler. in add. ad quaest. Bald. seu in tract. Bald. nihil ignorasse §. 1. n. 18. & contrarium tenuerunt Rim. iun. cōs. 81. num. 16. & 17. lib. 1. Caccial. in repet. l. omnes populi nu. 58. ff. de iust. & iur. & ibi etiam Seuer. num. 56. Dec. in c. eccl. S. M. num. 59. de constit. Bellon. cons. 43. num. 2. vbi dicit quod Petr. de Ancher. 155. sunt secuti caeteri consulentes, & Colleg. Bononiens. cons. 12. & cons. 13. inter cons. eiusdē Anche. qui consuluerunt contra Bald. Fel. in d. eccl. S. M. n. 104. & in c. cum omnes col. 2. de const. Anibal. in add. ad Alb. cōs. 8. in lit. B, in fi. lib. 1. Io. Aloi. de Leo in auth. cassa nu. 16. C. de sacros. eccl. multos allegat Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 2. c. 34. n. 10. & tanto magis procederet si statutum in tempore disponeret, vt nemo iret ad molendinum ecclesiae, vel clerici, Bertach. & alij per eum citati in reper. in verb. statutum quod nullus, & haec secunda opinio est vera.

311 Quaero 23. quid de statuto mandāte quod omnes teneantur ire ad molendum in molendino Principis, vel communitatis an ipsum statutum astringat clericos, & dico quod non quia disponeret de perso-

persona sibi non supposita Gram. dec. 100. vbi test. de comm. op. Boer. decis. 125. Burlat. cons. 42. nu. 18. & cons. 93. num. 26. lib. 1. Ancher. cons. 133. Ripa in lib. 1 responsor. ca. 13. Couar. in 2. parte relect. §. 4. nu. 8. & seq. Medices in tract. de legib. & statut. p. 4. q. 6. nu. 5. vers. 3. lex ciuilis.

312 Quæro 24. an statutum prohibens ne vir possit alienare bona dotalia habeat locū quando vir alienasset in clericum, & dico quod sic quia tale statutum est etiam secundum ius canonicum, & sic inhabilitat sibi subditum, vt non possit vendere bona dotalia respectu quarumcumq; personarum, licet non inhabilitare possit in specie clericum, vt nō possit emere, Abb. in cap. quod clericis n. 28. & 30. de for. comp. Fel. in c. eccl. S. M. nu. 84. de constit. & ibi etiam Dec. nu. 55. Tiraq. in ll. connub. gl. 8. n. 169. Marant. in tract. de multiplici alienat. n. 264. in fin. vers. 4. limita Rim. iun cons. 15. num. 76. lib. 1. Surd. cons. 2. n. 40. vers. sed in casu nostro lib. 1 Bertachin. in reper. in verb. statutum quando concernit, & in verb. statutum quod res. Secus si statutū

313 dictaret, quod nemo possit emere rem dotalem, quia isto casu valet alienatio facta in clericum, ex quo statuentes non poterunt disponere de persona sibi non subdita eam prohibendo emere Surd. & alij supra citati.

314 Quæro 25, vtrum statutum denegās appellationem ab interlocutorijs liget etiam, clericos, & dico quod sic quia tale statutum respicit ordinem iudiciarium, & non decisoria, affirmat Carpan. super stat. Mediol. c. 150. n. 78. lib. 1. vbi allegat Alciat. in auth. cassa n. 12. vers. qua propter C. de sacros. eccl.

315 Quæro 26. an statutum prohibens introduci in ciuitatem vinum recollectum, vel aliud extra territorium comprænhendat clericos, ita vt talia nō possint introducere, & quod sic dicit Vasq. in controuers. vsu frequent. c. 4. nu. 18. Messia super Prag. taxæ panis concl. 5. n. 17. Morla in empor. vtr. iur. p. 1. tit. 1. q. 16. nu. 19. vbi dicit quod hæc opinio tanto magis procedit attenta longissima consuetudi-

316 ne: contrariam nihilominus opinionem tenuerunt Bald. cons. 198. col. 2. vers. non obstat si dicatur lib. 2. Gram. dec. 100. nu. 15. & 16. Io. de Amicis cons. 18. in fi. Ripa in tract. de peste in tit. de remed. ad conseruand. vbert. n. 122. Couarr. in c. possessor in 2. par. §. 4. nu. 8. de reg. iur. in 6. Menoch. cons. 800. nu. 29. & seq. li. 8. vbi dicit quod hoc statutum nō respicit publicam vtilitatem, sed priuatam illorum ciuium, qui habent vineas, & prædia in territorio, & iuditio meo hæc est magis vera, & comm. opinio: licet contrarium seruetur in hac vrbe Panor. in quam non possunt introire vina recollecta extra territorium.

317 Quæro 27. vtrum stāte statuto prædicto possint introduci in ciuitatem vinum, & alia recollecta in prædijs ecclesiasticis, vel clericorum existentibus extra territorium, & dico quod sic ita Gram. & Couarr. in locis citatis Bursat. cons. 42. nu. 18. lib. 1. & cons. 93. nu. 26. eod. lib.

318 Quæro 28. an statutum quod quilibet etiam priuilegiatus teneatur conducere in ciuitatem triticū, vel quid simile recollectum in territorio comprænhendat clericos, vide quæ latè scribit Decian. cōs. 51. per tot. lib. 3.

319 Quæro 29 vtrum statutum prohibens patrem, vel matrē posse disponere de certis bonis, vel parte bonorum respectu filiorum, habeat locum etiam si pater, vel mater vellet in ecclesiam, vel clericum disponere, & alienare, & dico quod sic ita Marant. disput. 8. n. 24 vbi allegat Fel. in c. eccl. S. M. col. 41 vers. 1 limitatur de const. quod in meo lib. est n. 91. & 92. & vltra prædictos idem dixerunt Affl. dec. 310. Frāch. dec. 411. n. 4 vbi dicit quod ita ipse pluries iudicauit, & quod sacrum concilium hoc semper habuit pro absoluto Barbat. cōs. 65. vol 4. Surd. cons. 2. nu. 40. vers. præterea respondetur Vinc. Anibal in add. ad Alb. cons. 8. in lit. D, idē Alb. cons. 172. nu. 18. & in statuto prohibente mulierem posse disponere usq; ad certam summā locutus est Fel. in d. c. eccl. S. M. n. 90. vbi dicit, quod hoc procedit etiam si statutum prohibeat disponere pro anima, licet de hoc vltimo satis dubitet, & potius videtur firmare contrariū Card. Zabbar. cōs. 144. in 2. dub. Anch. 25. Franch. eod. n. 4. Abb. cōs. 63. uol. 1. Ferd. Loazes in rep. l. filius fam. §. diui in 2. limit. nu 423. de leg. 1. & in tantum est vera prædicta conclusio, quod is in cuius fauorem fuit conditum statutū uel facta prohibitio poterit reuocare, & repetere alienata a posse eius, in quem fuit facta ipsa alienatio, Abb. & Fel. in locis citatis, Marant. d. disput. 8. d. 37. Vincen. Annib. in loco præcitato, sed hæc conclusio debet intelligi iuxta declarata superius in pluribus locis, & præcipue infra q. 40. n. 333. & 338 in fi. secundum cons. D. Io. Francisci Aponte pro censura Veneta receptum ut dictum est per sedem Apostolicam, & hæc censura intelligatur apposita in toto hoc opere, ubi auctor tractat si statutum sæculare ligat personas ecclesiasticas,

320 Quæro 30. an statutum prohibens venationem comprehendat etiam clericos, & dico quod sic, nō ratione statuti: sed quia est conforme cum dispositione iuris canonici, tot. tit. de cler. uenator clem. 1. §. porro de stat. monach. Rim. iun. cons. 35. per tot. & præcipuè n. 22. lib. 1. Morl. in empor. utr. iur. p. 1. tit. 1. quæst. 16. num. 16. ubi dicit quod semper principes sæculares possunt prohibere uenationes.

321 Quero 31. an statutū requirens certam sollemnitatem in alienatione bonorum mobilium, uel immobilium minoris, comprehendat clericum minorem, ita ut eius bona alienare non possit sine tali sollemnitate, & secundum aliquos uidetur dicendū quod non DD. omnes in c. eccl. S. M. de const. Sal. in auth. cassa col. fi. C. de sacros. eccl. Alex. cons. 110 vol. 2. Brun. in tract. super statut. quod stant. mascul. fem. non succed. ubi hos, & alios allegat Crot. cons. 136. nu. 13. in fin. lib. 1. Alb. cons. 513. n. 2. lib. 3. Soc. iun. cōs. 1. n. 9. uol. 2. Remigg. de Gonn. in tra. de caritat. subsid. q. 81. num. 10. & 11. Brun. a Sole in compend. resolut. propos. iur. in uerb. cler. actus Lambert. in tra. de contract. gl. 2. n. 57. Contrarium, & melius tenuerūt Circer in tract. de primog. q. 24 nu. 4. in 10. to. tract. diuers. p. 1. cart. mihi 35. qui ad hoc allegat. c. eccl. ut lit. pendent. Fel. & Imol. in d. c. eccl. S. M. & ultra eos idem dixerunt Armon. dialog. 26. Rim. sen. cons. 483. num. 10. lib. 3. Mazzol. cons. 87. n. 34. & in tantum est uera hæc conclusio, ut is in cuius fauorem fuit conditum statutum, &

facta prohibitio poterit ab eis rem alienatam reuocare. Abb. & Fel. in locis citatis. Marant. d. disp. 8. num. 37. Annib. in addit. ad Alb. cons. 8. in lit. D, & hoc ea ratione, quia statutum respicit commodum ipsius clericis minoris, & ex ui naturalis rationis ne minores decipiantur utitur ipse clericus hoc statuto, quamuis si ipse alienaret facto maiore non ligaretur tali statuto.

322 Quæro 31. quod si uigore statuti Principis secularis esset aliqua pœna imposita pro certo delicto utputa furto, an si committens tale delictum, postea efficiatur clericus, poterit puniri pœna ipsius statuti, & quia hæc quæstio dependet ab illa, an

323 clericus, qui deliquit tempore, quo erat laicus possit puniri a iudice laico, uel ab ecclesiastico, de qua qō iā locutus fui effectu præced. lim. 61. n. 1071 ideo me remitto ad ibi dicta, & ad Alber. in tract. de statut. lib. 3. q. 41. nu. 1. cum plurib. seqq.

324 Quæro 34. an ualeat statutum disponens, quod clericus deponens falsum coram iudice ciuili poterit ab eo puniri, & dicas, quod non. Ozor. in institu. moral. lib. 5. c. 13. circa principium, uers. 2. quæritur, car. mihi 514. ubi allegat Couar. in lib. pract. quæst. c. 18. nu. 8. & alios DD.

325 Quæro 35. quid stante statuto, quod omnes uicini teneantur emendare damnum domorum combustarum, an clerici, uel ecclesia petere poterint refectionem damni, si eius domus comburatur, & dico, quod non, ex quo ipsi non tenentur contribuere vigore huiusmodi statuti, si aliena domus vicini cōburatur, Iacob. de Aretin. cons. 25. nu. 2. inter cons. matrim. diuers. qui allegat in argum. tex. in l. auxilium, §. fin. ff. de minor. Borgin. latè decis. 21. nu. 17. & seq. lib. 2. vbi multos alios allegat, & ratio est,

326 quia clerici, qui non ligantur statutis laicorū non potiuntur eorum beneficijs. Franch. decis. 285. nu. 4. cum alijs, quos allego infra hoc eod. effectu, nu.

327 479. cum seq. alia est ratio, quia ecclesia, & clerici semper vtuntur iure communi, & priuato, nisi in casibus expressè exceptuatis, c. 1. de alien. feud. gl. magna, in cap. peruenit, de censib. Sal. in l. cum de in rem, in verso, vers. quæro septimo, de vsur. Ang. Aretin. cons. 128. nu. 31.

328 Quæro 36. vtrum statutum minuens legitimam filiorum, quam sit de iure communi afficiat etiam filium clericum, & dico, quod sic, quia hoc vinculū censetur illatum ante clericatum ad quod benefaciunt dicta per Alb. cons. 271. nu. 18 lib 2. & etiam ea, quæ in simili latè scripsi supra q. 4. n. 269. in statuto excludente fęminas propter masculos.

329 Quæro 37. quid si statutum disponat, vt legitima filiorum sit dimidia pars omnium bonorum, an si pater instituat hæredem clericum, vel ecclesiam illis obstet tale statutum, ita vt teneatur assignare dimidiam filijs pro legitima, an vero sufficiat soluere tertiam partem, iuxta terminos iuris communis, & dico, quod isto casu ecclesia tenetur assignare filijs dimidiam, iuxta dispositionem statuti, ex quo statim, quod filius nascitur censetur ei acquisitū istud ius, Fider. de Sen. cons. 85. in fi. Abb. cons. 63. per to. lib. 1. Zabarel. cons. 144. Anchar. cons. 25. Crot. in repet. l. filiusfam. §. diui, nu. 91. ff. de leg. 1. Rim. iun. in §. 1. nu. 1037. in tit. de dona. Ladrech. cons. 103. nu. 1. vers. est lex. Ozor. in instit. mor. li. 5. cap. 13. vers. 3. quæritur, vbi allegat Abb. & Feli. in c. eccl. S. M. de consti. & dicit, quod tale statutum nihil derogat immunitati ecclesiasticę, & ratio est, quia causa

330 filiorum est magis priuilegiata, quam ecclesia, & non est ita faciendum pię causæ, vt filijs, & descendentibus testatoris iniuria, & præiuditium inferatur. Ruin. cons. 182. n. 9. lib. 2. Rimin. iun. cons. 651. nu. 24. lib. 6. Paris. cons. 86. nu. 3. lib. 2.

331 Quæro 38. vtrum statutum prohibens ne quis vtputa officialis recipiat cessionem, habeat locum etiam in eo, qui recipit cessionem a clerico, vel ecclesia, & dico, quod sic. Maccab. cons. 91. n. 55. & ratio est, quia isto casu statutum disponit de laico sibi subiecto, & obnoxio, & idem est, si statutum disponeret ne possit fieri cessio nobili, vel officiali contra plebeum, quia nec isto casu poterit clericus cedere nobili in præiuditium plebei. Fider. de Sen. cons. 85. per tot. Rim. sen. cons. 479. nu. 4. lib. 3. Pau. de Castro, cons. 164. in fi. lib. 1. Fel. in c. eccl. S. M. n. 81. vers. 4. casus, & ibi Dec. nu. 55. in fi. de const. Sur. cons. 2. nu. 7. & 4. lib. 1. vbi adducit rationem, quia tunc statutum facit, vt sit inhabilis ille, cum quo ecclesiasticus vult contrahere, Neuiz. cons. 39. nu. 12. vers. 3. facit Tiraq in ll. connub. gl. 8. n. 169. Natta cons. 280. nu. 4. vers. statuto ciuitatis lib. 2. Ladrech. cons. 103. nu. 1. vers. est lex municipalis.

332 Quæro 39. vtrum valeat statutum, quod bona immobilia, quæ transeunt ad eccl. vel clericos trāseant cum onere tributi, & collectæ, prout prius erant apud laicos, & quod possint, prout prius collectari, vel quod bona immobilia descripta in extimo, seu allibrata non possint alienari in immunem absque onere collectæ, vel tributi, vel quod omnia prædia ciuium, quæ sunt in comitatu sint tributaria, & affecta pro collectis etiam imponendis, & futuris, & quod talia statuta sint valida, & afficiant clericos, in cuius posse bona postea perueniunt, dixerunt Calder. cons. 2. in prin. & sub nu. 4. in tit. de cens. Burs. cons. 42. nu. 7. lib. 1. & cons. 16. n. 11. lib. 1. vbi alios congerit, & test. de com opi. & magis commun. opin. vbi loquitur in statuto Ducis Mantuæ Natta cons. 515. nu. 8. & cons. 280. per tot. lib. 2. vbi tenetur hanc opinionem defendere varijs rationibus, & argum. lib. 4. Fel. in c. eccl. S. M. n. 84. de consti. vbi dicit, quod talia statuta sunt valida, quia dirigunt eius verba in rem, & in personam subditā. Rimin. iun. in repet. l. filiusfam. §. diui, n. 83. ff. de leg. 1. multos allegat Festas. in tract. de extim. & collect. p. 4. c. 1. n. 50. & 51. & ibi testatur de comm. opin. licet ipse contrarium teneat, nu. 52. Cephal. cons. 53. n. 44. Bar. in l. si quis accusatorem, §. sciendum, ff. de munerib. & honor. & in l. rescripto, §. fi. ff. ad municip. Ripa in d. §. diui, nu. 83. Remig. de Gon. in trac. de carit. subsid. q. 62. nu. 12. 15. & 17. & q. 61. nu. 44. in 15. to. tract. diuers. par. 2. carte mihi 186. Soc. sen. cons. 12. nu. 1. & 2. lib. 4. vbi dicit, quod per talia statuta onera extraordinaria efficiuntur ordinaria. Rim. iun. cons. 368. nu. 61. lib. 3. Vincent. Annibal. in additio. ad Alb. cons. 8. num. 3. Ferret. cons. 167. nu. 3. lib. 1. Ioann. Aloif. de Leo in l. placet, num. 6. C. de sacros. eccl. Menoch. in tract. de præsump. li. 4. præsumpt. 83. nu. 13. vbi alios citat Roland. Cauagn. super decretis Monsisferr. lib. 2. decre. 72. q. 6. n. 9. & per tot. vbi hanc opinionem varijs arg. corroborat

Vulpell.

Vulpell.in tract.de libert. eccl.p.2.nu.1.Guid.Pap. consl.72.n. 4.vbi dicit quod ad hoc vt clerici teneãtur pro collectis imponendis cautela est,vt fiat statutum, quod quæcuque possessiones Ciuitatis sint tributariæ, & affectæ oneribus tributorum & collectarum imponendarum,& ex tunc si aliqua ex dictis possessionibus perueniat ad eccl. vel clericos poterit imponi collecta Angel. in l.fin. in fin.C.fine cens. & reliq. et cons.24.per tot. Festas. in tract.de collect.p.4.c.2.nu.17.Ancher. cons. 303. Laudens. cons.vlt.n.13.vbi dicit quod hoc statutum seruatur in Ducatu Mediol.Bero.cons.150.nu.19. vol.3. vbi asserit hanc esse com.opi.Brun.in tract.super statuto quod stantib. mascul. art. 6. nu. 38. Sfort. Odd. cons. 70.n.2. Alfons.Aluar.in Spec.Pont.c.31.vers. qui autem cart. mihi 101.Ruin.cons. 103. num. 2. lib.4. Foller.super const.Regni in tit. de Episcop. & cler.n.3.Barbat.cons.1.num.11. & per tot.lib.3. Gail.obseru. 32.n.9.lib. 2. Bald. in tract. de stat. in verb.collecta.n 6.multos alleg.Grassus in com.opi. lib.1.c.18.q.1.licet ipse contrariam opinionem se-
333 quatur Contrariam tamen opinionem in hoc articulo tanquam veriorẽ, quod scilicet statutũ prædictum non valeat neq; cautela prædicta a Bart. inuenta, & a Guid. Pap. relata contra ecclesiã tenuerunt Abb.in ca.fin.de vit.& honest.cler. Fel.latè in c.eccl.S.M.nu.76.vbi postquam hãc quæstionem ad partes examinauit,cõcludit, quod hęc opinio est verior, & substentabilior Roma.in l.si publicanus,§.1.num.1.col.2.post medium vers.aut statutum ff.de publ.vbi dicit, quod aut statutum expressè prohibet bona alienari in eccl. vel personas ecclesiasticas sine tali onere, & non ex defectu potestatis: aut de eis nullam facit mentionem, & tunc tanquam odiosum ea non compræhendit ex defectu voluntatis, hoc idem dixit Rim.iun.cons.15.n. 8. cum seq. vbi testatur de comm.opi. Io. Ozorius in institut. moral.lib.5.c. 13.in princ.Dec. in c. eccles. S.M.n.76. de const.hanc eandem opinionem tenuit Bal.in l. Placet.n. 4.in fin. & numeris seqq. C.de sacros.eccl.vbi dicit Bart. non dixisse verum, & in auth.item nulla communitas etiã n.4. Card.in c. perpẽdimus n.13.de sent.excom.Ruin.cons.117 nu.3.in fin. vol.4.vbi dicit hanc esse comm. opi. & cons.111.vol.5.Siluan.cons.9.nu.29.vbi asserit hãc op. esse.com.& cons.32.n.11.& seq.Rim.iun.cons. 25.n.23.li.1.Alb.cons.8.n.4. & seq.lib.1. qui etiam test.de com.op. Natt.cons.447.n.6.lib.3.Laudens. cons. vlt.n.10. & 12. vbi dicit quod hæc opinio est verior,& substentabilior, & hoc tanto facilius procederet si statutum diceret vt bona nõ possint alienari in clericũ siue in ecclesiam,Ias.in l. filius fam. §.Diui,n.82.ff.de leg. 1. vbi asserit hanc esse mag. comm.opin. & in l.placet in 2.lect.n. 21. C. de sacros. eccles. vbi etiam asserit hanc esse comm.opi. Paris.cons.25.n.6.lib.1.Scruff.cons.9. n. 6. & cons. 69.n.26.cent.1.Matth.Colera in tract. de process. exequut.p.1.c.3.n.196.Rim.iun.cons. 25.n.23.li.1. Franch.Maria Plot.in a ld.ad cõs.Laudens.cõs. 63. n.9.& 10.vbi multos alios allegat,& n.12 & 13.vbi dicit quod ita seruatur in stat. Mediol.paiset. cons. 31.n.8. Vegg.cons.7.n.11.Grass.in com.opi.lib. 1. c.18.q.2.vbi alios allegat, & testatur com. opi. Ladrech.cons.103.n.3.vers. nunc quoniam Maccabr. cõs.40.n.29.vbi dicit quod com.opi.est cõtra Bart. Rip. in l.filius fam. §.diui n.82.de leg. 1. Alban. in tract.de imm.eccl.in princ.Duenas regul. 100. fal-
334 lent.9.vbi multos alios citat Ruin.cons.117.nu 4. qui asser.t q͂ tale stat. tũ præsumitur factũ in fraudem,qui omnes multos alios allegant, & ratio huius secundæ opinionis est,quia per statutum res nõ potest effici,vel dici tributaria nisi expressa sit certa qualitas, & quantitas tributi Bald. in l.nomine, C.de sacros.eccl.Paul.de Cast. & Ias. in d. l. placet eod.tit.Angel.cons.24.Alb.cons.8.nu.5.& 6.vbi dicit quod etiam si esset expressa species qualitas, & quantitas tributi,adhuc tamen res nõ dicitur tributaria nisi reuera,& ipso facto fiat solutio suis singu-
335 lis temporibus, quia tributum sumit nomen ab ipsa re, & effectu. Et licet aliqui dixerint, quod opinio Bart. & sequatium posset substineri quando bona fide fieret hoc statutum, & quod tunc transirẽt bona ad ecclesiã cum illo oneret ita Card.in c.perpendimus nu.13.de sent. excom. nihilominus hanc bonam fidem non puto posse inueniri in condentibus huiusmodi statuta,quia ad ita statuendum nulla alia potest adesse,causa,quia si fierẽt propter transitum de vna persona ad aliam essent elusoria,cum iam ille talis ad quẽ perueniunt essẽt obligatus etiã nullo existente statuto, & in dubio statutum faciẽs, omnia prædia tributaria præsumitur hoc fecisse in
336 fraudem, & grauamen ecclesiæ ita Card. vbi supra, & licẽt statutũ prædictum non valeat ex mag. com. opi.vt conclusum est nihilominus valebit pactum ita vt ex eo ecclesia obligetur ad soluendum tale onus seu gabellam namq; si aliquis legat, donat,vel vendit ecclesiæ,vel clerico cum pacto quod ipsa ecclesia, vel clericus, teneatur aliquid soluere communi ratione collectẽ tributi, uel gabellæ tale pactum tenebit, & ex eo ecclesia, vel clericus posset compelli ad soluendum ita Ozor.in instit.moral.lib.lib.5.cap.13.circa princ. vers.2.sciendum est vbi allegat Fel.in c.eccl.S.M.n.77 de cõst.de qua re dicam etiam in f.eff. seq.lim.17.n.274.

337 Quæro 40. an statutum quod nemo possit alienare immobilia existentia in territorio in exterum, vel non subditum iurisdictioni statuentis compræhendat clericos uolentes alienare eius bona immobilia in non subditum prima opinio dicit, quod sic, quia tale statutum est promulgatum propter publicam vtilitatem, Zabbarell. cons.144. Fider. de Sen. cons. 35.Abb.in c.clerico nu. 30. de foro compet. Fel.nu.84. & Dec.nu.56.in c.eccl.S.M.de const.Iacob.Butrigar.in auth.cassa,& irrita C.de sacros.eccl. Barbat.in rubr.de reb.eccles.non alienand. in 2. dubio nu. 81.& in c.quod clericis de foro compet. vbi adducit quindecim argumẽta pro ista opinione & cons.14.n.11.lib.1.Crot.cons.135.nu.11.lib.1.& in repet.l.filius fam. §. diui nu.83.de legat. 1.& ibi etiam Ferd.Loaz.n.424.& Ambros.de Opizon.nu. 76. & 79.Lud.Messia in tract.de taxa panis cõcl.5. nu. 18.Tiraq in tract.de retract.lignag.§.1.glos.13. n.4. & in præfat.nu.14.in fin.Couarr. in 2. p. elect. §.4.n.8. & seq.Menoch.cons.800.nu.23.lib. 8. Camill Gallin.in tract.de verb.signific.lib.10.ca.34.n. 26.Bertach.in reper.in verb. statutum prohibẽs cõtractum Surd.cons.2.num.4. lib. 1. Bouius in tra.de stat. urb.præscript.glos.19.n.208.ubi multos alios

P 3 allegat,

338 allegat, contrariam nihilominus opinione fuerunt sequuti Io. Andr. Anch. Lap. Domin. de S. Gemin. & Franch. in ca. 1. in fin. de immun. eccl. in 6. Bart. in l. fi. C. de sacros. eccl. & in l. dudum C. de contrahend. empt. & in l. fin. C. de exactor. tribut. & in d. l. filius fam. §. diui nu. 12. vbi etiam Alber. Ang. Fulgos. Imol. Alex. Loaz. n. 82. & 137. vbi testatur de com. opi. & dicit quod sanctius est tenere hanc, quã contrariã opinionem, Rip. n. 81. Crot. n. 88. & Socin. iun. n. 166. Ias. nu. 71. & alij omnes Tiraq. in legib. connubial. glo. 8. num. 172. vbi allegat Butr. & Abbat. Ancher. Paul. de Cast. Cuman Florian. Io. de Plata Franch. Bertach. Socin. Fabium de Monte Ripam, & aliosin locis ibi per eũ congestis Fel. in c. eccl. S. M. n. 61. de const. qui etiã asserit hanc esse com. opi. Alb. cons. 8. n. 9. li. 1. vbi Vincẽt. Anibal. in addit. in lit. E, qui testatur de cõ. opi. Surd. d. cons. 2. n. 34. vbi dicit quod hæc opinio est verior. & mag. com. Cephal. cons. 53. n. 38. lib. 1. Alber. in tract. de stat. p. 2. n. 10. 12. 15. 19. & pluri. seqq. & per tot. licèt n. 72. dicat quod in contrariam opi. descenderunt multi Roc. de Curte in tra. de consuet. sect. 8. n. 63. & 77. Bursat. cons. 93. n. 25. lib. 1. Rim. iun. cons. 15. n. 85. lib. 1. vbi etiã asserit hanc esse com. opi. Plot. cons. 108. n. 12. & 13. in 1. to. tract. crim. diuers. & cons. 2. n. 14. in libro suorũ consiliorũ Soc. iun. cons. 76. n. 30. lib. 3. Menoch. cons. 165. n. 8. Gail. obseru. 32. n. 3. li. 2. Ladrech. cõs. 103. n. 1. vers. aut ergo statuta, & n. 3. vers. nunc quoniam, vbi loquitur in statuto prohibente nè exteri possint acquirere, & tamen dicit, quod non obstante tali statuto poterunt inuestiri, & acquirere ab ecclesia, & hanc opinione diuersis locis scripturæ sacræ, legibus canonibus, Patrum auctoritatibus, ac innumeris rationibus probauit D. Io. Franc. Aponte, qui est Clericus Regularis in suo doctissimo cõsilio pro Censura veneta approbatum a S. Sede Apostolica, vbi doctissimè confutat omnes aduersarios.

Iste numerus fuit sublatus. 339.

340 Quæro 41. an statutum prædictum habeat locũ quando subditus alienat in ecclesia, vel ecclesiasticã personam seu clericum non subditũ, & quod isto casu non habeat locum, & per illud subditi nõ prohibeantur alienare prædictis personis tenuerũt Io. Andr. in c. fi. de immun. eccl. in 6. Abb. in c. a nobis n. 5. de senten. excom. Bart. in l. filius fam. §. diui n. 12. vbi Angel. Imol. & Alex. nu. 11. ff. de leg. 1. Ias. n. 72. & seq. in 1. lect. & n. 107. in 2. lect. vbi dicit, quod hæc opinio communiter approbatur, reprobata opinione Bald. & sequatium contrariũ tenentiũ, & quod durũ est ab hac opinione tam in consulendo, quam iudicãdo discedere, & ibi etiã Crot. n. 98. Ferd. Loaz. n. 82. & 107. Soc. iun. nu. 166. & seq. Rip. n. 81. & seq. Crot. cons. 370. n. 13. li. 3. Corn. cons. 145. n. 4. lib. 4. Mandell. cons. 8. n. 9. Alex. cõs. 211. n. 3. lib. 2. Marant. disput. 8. n. 12. Rip. respons. 4. n. 5. in tit. de iure gẽtiũ, & ciuili quos omnes refert, & sequitur Vinc. Hondod. cons. 3. n. 22. & 28. lib. 1. vbi etiã testatur de cõm. opi. quibus ego addo Alber. in tract. de stat. li. 2. q. 2. per tot. Paul. de Cast. cons. 88. n. 2. lib. 1. & in l. iubemus n. 3. C. de sacros. eccl. Fab. de Mont. de empt. & vend. in 3. p. princ. n. 45. Rim. iun. cons. 673. n. 19. & 20. lib. 6. vbi alios allegat, & dicit hanc esse comm. opi. Fel. in c. eccl. S. M. n. 89. de const. vbi asserit istã esse com. opi. Boss. in tract. crimin. in tit. de Principe nu. 339. & in tit. de pen. n. 43. Menoch. cons. 878. n. 10 li. 9. Alb. cõs. 460. n. 6. lib. 3. vbi Anibal. in add. in lit. C. & cons. 8. n. 9. li. 1. ubi etiã Anibal in lit. E, & in lit. F, qui testatur de comm. opi. Borell. super Prag. odia litium §. 1. gl. 3. n. 234. vbi non solũ alios congerit verũ et asserit hanc esse comm. opi. Marant. disput. 8. n. 12. Gail. obser. 32. n. 3. lib. 2. Rodoa. in trac. de reb. eccl. non alienand. q. 52. n. 120. & 121. Prugman. cons. 17. n. 25. Paul. de Mont. Pico cons. 18. n. 9. Rim. iun. in §. 1. n. 1039. instit. de donat. vbi alios allegat Ladrech. cons. 103. n. 1. vers. aut ego statuta.

Isti numeri fuerunt sublati 341. 342.

443 Limitatur prædicta 2. opinio quando statutum nominatim, & expresè prohiberet ne alienatio fieret in clericum, vel ecclesiam forensem, quia tunc tale statutum esset nullum, tum quia statutum nominãs expresè ecclesiasticas personas, vel ecclesias est nullum vt dixi suprà ampliatione nu. 9. 44. tum etiam quia statutum prohibens ne aliquid vendatur clericis, vel ecclesiæ est nullum, vt dicam infra q. 44. n. 358. & si uis tenere primam opinionem, quod statutum prædictum non habeat locũ quando alie-

344 natio fieret in clericos eam limitabis quando statutum loqueretur cum aliqua modificatione, ut puta si prohibeat alienari certa bona, uel incerto loco, ut puta in confinio, vel contrata, ne per talem alienationem confinia uarientur, uel ne exteri possidentes talia prædia aliquid molirentur contra pacificum statum Ciuitatis, uel Principis, ita uidetur innuere Fel. in d. c. eccl. S. M. n. 88. & 92. de cõst. Alb. d. cons. 8. n. 8. circa mediũ Marant. in tract. de multiplici alienat. n. 204. uers. 2. limita, Ladrech. cons. 103. n. 1. uers. est lex municipalis.

345 Secundo limitatur, quando statutum disponeret, ut non possint immobilia alienari absque licentia Principis Maccabr. cons. 23. n. 229. & 230. Vulpell.

346 in tract. de libert. eccl. p. 2. nu. 8. & 14. uel quãdo statutum dictaret, quod alienans non subdito, uel forensi soluat tantum pro libra, quia tunc statutum habebit locum etiam si alienatio fieret in clericum Rim. iun. in §. 1. n. 1038. instit. de don. ubi ad hoc allegat Dec. in c. eccl. S. M. col. pen. in fin. uers. 2. casus, & ultra idem dixit Vulpell. in d. tract. de libert. eccles. p. 2. n. 12. uers. idemque dicendum ubi alios

347 etiam allegat, uel statutum diceret, quod non possit fieri alienatio prædicta in non subditum, nisi fiat proclamata publica certo loco, uel tempore Abb. in c. quod clericis de foro compet. Card. in c. perpendimus de sent. excom. Marant. in d. tract. de multipl. alienat. n. 264. uers. 3. limita.

348 Et sciendum, quod si clericus alienaret alteri clerico forensi tunc alienatio esset ualida, & statutum nihil operaretur quia non posset inhabilitare emptorem ad emendum, neque uenditorẽ ad uẽdẽdũ prout in simili statuto dicã latius infra q. 53. n. 396.

349 Quæro 42. utrum statutum mandans quod is, qui uul ingredi religionem sit statim priuatus successione sit ualidum, & aliqui dixerunt, quod sic quia statutum disponit de laico tempore, quo est sibi subditus ita relati per Soc. sen. cons. 241. nu. 2. uers. aliquando, & 3. lib. 2. Rim. iun. cons. 351. num. 20. & seq. & per tit. lib. 3. Natt. in tract. super statut. quod

tut.quod stat mascul.in 2.quæst.princ.n.38.contrarium nihilominus tenuerunt Bald.cons.216.vol.3.
350 Ang.in disput.incipiente nobilis quidam genere Imol.Rom.& Alex.in l. stipulatio hoc modo concepta ff de verb.obligat.Abb.in c.quod clericis nu. 4.de foro comp.& cons.111.col.2.Gemin.in c.quã uis de pact.in 6.Paul.de Cast.in l.si quis id quod col.2.ff.de iurisd. omn. iud.& cons.337.in antiq. vol.1.Alex.cons.138.in fin.vol.2. vbi asserit hanc esse mag.com.opi.Ias.in l.fi.vbi et Bal. n.28. C.de pact.& ibi Dec.et n.28.& Rim.sen.col.pe. Gozzadin.& Aquens.n. 22. Curt. sen.n.31. & curt. iun.n. 40.Mattesi. sing.144.Caccialup.in l.omnes populi n.52.ff.de iust.& iur.Rip.in l.ex facto §.si quis rogatus n.39.ff.ad trebell.Soc.sen.cons.241.n.2.vers. secunda est opinio vbi asseruit istã esse mag. com. vol. 2. Paris.cons. 65.n.15.vol.2.Rim.iun.cõs. 85. n.6.cum plurib.seq.lib. 1. vbi testatur de com. & mag.com.opin. Roland. à Valle cons.35.n.26.vol. 3. Anibal in add.ad Alb.cons.513.nu.7. lit.B,lib.3. vbi etiam test. de com.opi. Gail. obser.32.n.4.lib.2 qui alios congerit Fel.in c.eccl.S.M.n.78.de const. vbi multas authoritates, & in rationes adducit pro ista opinione, & in c.in præsentia n.38.de probat. Campegg.in tra.super stat.quod stant.mascul.in 1. p.princ.n.60.& seq.vbi latè defendit istam opinionem, & in tra.de dote p. 5.q.32.per tot.Abb.in repet.d.c.eccl.S.M.n.35. Passett.cons.30.n.1. 2. & 3. qui dicit hanc esse comm.op.& multos alios citat, & adducit fundamenta istius opinionis,& cons. 31. n. 1. & vtrobique loquitur de statuto Ferrariensi Padroch.cons. 36.n.235.vbi prout alij test.de mag. com.opi.Vulpell. in tra.de libert.eccl.p.3.n.3.Pappon. cons.60.n. 4. Decian. in tract.crim.p.1.lib. 2.
351 c. 34.n. 8.Nec est vera ratio, quam adducunt tenentes contrariam opinionẽ, scilicet quia tunc statutum disponit de laico sibi subdito, quia respondetur ꝙ in iure nostro paria sunt aliquid facere tẽpore prohibito, vel facere tempore permisso,& conferre effectũ in tẽpus prohibitũ l.quod spõsæ C. de don.ante nupt.vbi Bart.dicit,quod hæc regula nunquã fallit Ias. in l.fi. C.de pact.cũ alijs quos allegat Passettus d.n.3.Ruin.cons.204.n.10.li.2.accedit ꝙ si prædicta prima opin. esset vera,multi retraherẽt à vita cõtẽplatiua,ꝙ nullatenus est permittendum.
352 Retenta itaque ista secũda opinione quę est sanctior, & tutior, & melioribus rationibus fulcita, eam ampliabis vt procedat etiam si statutum dicat, quod tali morienti ab intestato vt puta patri,fratri, vel matri succedant fratres, vel filij laici, quia respectu clericorum minime valeret hoc statutum,& eo non obstante admittuntur ad portionem eis de iure com.competentem,Vulpell.in tract. de libert. eccl. p.3.num.4.vbi allegat Corn.cons.61.nu. 4.lib. 1.& dicit quod secus est in portionibus,quæ augẽtur ex alio statuto per exclusionem feminarũ, quia eis sibi non prodest aliud statutum prout hoc sibi non nocet, & ratio est quia clerici, & ecclesia semper vtuntur iure com. & priuato nisi in casibus expressè exceptuatis cap. 1. de alien. feud.gl. magna in c. peruenit de censibus Sal. in l.cum de in rẽ verso vers. quæro septimo ff.de vsur. Angel.Aret.cons. 138.n. 3.

Iste numerus fuit sublatus. 353.

354 Quæro 43. quid de statuto mandante quod mulier vel minor non possit contrahere sine certa sollemnitate (vt puta decreto iudicis , vel præsentia consanguineorum,) & aliter contrahendo contractus sit nullus, an operetur suum effectum quando isti tales contrahunt cum clerico, vel ecclesia , & aliqui dixerunt, quod non, & quod tali statuto non obstante contractus factus in fauorem clerici erit validus etiam ipsius statuti forma non seruata Arnon.comment. 197. Alex. cons. 210. col. 3. vol. 2. Bertaz.in tra.clausul.claus.7. gl. 19.num.18. vbi dicit idem esse si statutum prohiberet testari donare, vel alios actus facere sine sollemnitate Velpel.quia alios alliget in tract. de libert. eccl. p. 2. num. 16. Lambert. in tract. de contract. in fin. operis num. 135. vbi etiam multos alios allegat Viu.decis.220. nu. 4.& 5.par.1.vbi etiã multos alios allegat Ruin. cons.3.nu.6.lib.2.vbi dicit quod quoad locum Piũ, & clericos erit validum testamentum seu contractus, sed quò ad reliquos est nullus, & ibidem alios allegat Alb. cons.271. n. 3. & per tot. lib. 2. Vincent. Anibal. in add.ad eundem Alb.cons.8.nu. 22. in lit.L.in fin.vbi asserit istam esse com.opi. Bellon. cons. 16.n.1. Mars. in tract. de ban.in verb.alienata nu. 77. Petr.Pecch.in tract.de testam.coniug. li. 3. c. 12.n.1.& 4. Intrigl.de feud. cent.2.art. 5. nu. 375.cõtrariũ tamen in isto articulo tenuerunt Sal. in auth.cassa in fi. C.de sacros.eccl.Rim. sen. cons. 268.n. 6.lib. 1.& cons.483.n.4.lib.3. vbi Rim.iu.in add.in lit.B,Marant.disp.8.n.37.& 38.qui alios cõgerit,& loquitur in terminis statuti requirentis certam sollemnitatem in testamento Crot cõs.135. n. 13. & 14. & cons. 35.n. 49.lib. 1. Maluas. cons. 3. num. 25.& 26.vbi testatur de mag.com.opi. vbi vl-
355 terius dicit quod contrahendo sine tali sollemnitate mortaliter peccat Fel.in c.eccl. S. M.nu.82.& 83.de const. & ibi etiam Dec.n. 55.vers. & hoc et, Zabbar.in c. perpendimus nu. 13. de sent. excom. Io. Ambros. de Opizon.in repet.l. filius fam.§. diui nu. 88. & seq.de legat. 1. Barbat. cons. 14. nu. 19. lib. 2. & cons.65. nu. 7.lib.4.Ladrech.cons.103.n. 1. circa fin. Neuizz.cons. 39.n.10. & 15. Tiraq de leg. connub. gl.8.n.169. Surd.cons.2.nu.40. & 41. lib. 1.ubi loquitur in statuto annullante donationem Alba cons.8.n.8.li.1.Lamber.in tract. de contract. gl.2.n. 47. & in fi.reper.num.136. & 137. & vtrobique multos alios congerit, & multas scribit pro ista opinione Rim.iun.in §.1.nu.1036.instit.de donat. Velpell.in tract. de libert.eccl. p. 2. nu. 10. ubi alios allegat. Retenta tandem hac vltima opinione, quæ re uera est communior , & mag. uera ,
356 quia per eam tollitur occasio delinquendi , hoc est captandi uoluntatem minorum, uel mulierum, eam limitatem ubi contractus, testamentum , uel donatio esset facta ad Pias causas, quia ex quo tunc cessat omnis suspitio fraudis, esset ualida ita Fel. & alij per eum allegati,d.nu. 82. & 83.et hoc ultimum ꝙ quis possit testari,& contrahere non seruata formata statuti, quod hoc facit fauore piæ cau-
357 sæ,etiam limitatur ubi quis prohiberetur contrahere, donare,uel testari sine certa sollemnitate respectu certæ personę, ut puta filiorum, mariti, uel agnatorum , quia tunc non ualeret testamentum etiam ad Pias causas Abb. cons. 63. lib. 1. Petr.

super eũ,& denique q clerici sint mediatores inter Deum,& Populum,dixerunt S. Th.p.3.q.22. art.1. S.Antoninus in summa,p.3.tit.14.c.7.§.1.Durand. in rationale diuini officij lib.2.c.11. nu.14. Cassan. in catal.glor.mundi,p.4.consider.3.

366 Quæro 46. vtrum statutum, quod existentibus agnatis vsque ad certum gradum cognati excludãtur, habeat locum etiam in hæreditate clerici, & dico, quod sic, quia eo stante succedunt agnati exclusis cognatis,ita Rom.sing.441.Brun.in tract.super stat.quod stant.masc.art.8.in 2.q.nu.43.& licet in ista quæst.contrarium tenuerint Imol.in c. quod clericis,col.3.de foro compet. Alex.cons. 44.n.10. 11.& 12.lib. 5. quos refert, & sequitur Alba cons. 513.n.8.9.& 10.li. 3. vbi conatur hanc opinionem

367 aliquibus argumentis corroborare,ego nihilominus non discedere a priori opinione, pro qua militat ratio,inuincibilis .s. quia priuilegium, & bona clericorum nõ sunt supposita statutis laicorum respectu personæ ipsorum clericorum ,ideo extincta persona censetur extinctum priuilegium. Sur.cons. 444.nu.1.Decian.cons.83.nu.2.& cons.56.nu. 52. lib.2. & vtrobique alios allegat Ias. in l. Paulus, ff. de acquir.hær. Bal.in rubr. C. de vsur.q.4.c.priuilegium,vbi Din.de reg.iur. in 6. Tiraq.cessante causa in lit.P, nu.217. & sic mortua persona extinguitur priuilegium exemptionis, & bona reincidunt sub dispositione statutorum laicorum.

368 Quæro 47.an valeat statutum,quod obtinens beneficium non possit illius capere possessionem sine licentia Principis laici, vel sine Rectoribus Ciuitatis,vel quouis alio officiali laico,& dico,quod non. Abb.cons.83.in prin.lib.1.c.cum vas,& c.fi.de offi. ordin.Fel.in c.eccl.S.M.nu. 123. de const.Boss. in tract.crim.in tit.de Principe,nu.218.Alban. in lucubra.ad Bart.in l.1.nu.10.C.de sum. Trin.& fide cath.Ladrech cons. 103.nu.4. Ozor.in insti.moralib. li.5.c.13.cons.6 quæritur carte mihi 514.quidquid in contrarium tenuerint Apont. in tract. quis sit iudex in causa feudi,nu.137.& seq. Cam.de Curte in 2.p.diuersorij iur.feudorum,c.2.n.137.cum seq.vbi adducit multas rationes ad confirmationem suæ opinionis, quibus omnibus respondetur vnico verbo scilicet,quod in ita statuente deficit potestas statuendi super personas eccles.

369 Quæro 48.vtrum statutum, quod bannitus possit impunè offendi,vel occidi comprehendat clericum bannitum,ita vt eius vigore possit à quocunque occidi, & respondeo, quod secundum aliquos poterit impunè offendi,huius opinionis fuit Bald. in l.2.ff. si quis in ius vocat.non iuer.& in add. ad Specul.in tit.de citat.versic.si autem citatio. Fel.in repert. in verbo, prorogatio facta. Io.Andr.in reg. quod quis de reg.iur.in 6.Bertach.in reper.in ver.clericus bãnitus.Alber.in tract.de stat.p.4.q.29. & in auth.statuimus,nu.2.C.de episc.& cler.Baiar.in add.ad Clarum in §.homicid.nu.258.Mars.cons.11. nu.14.sed reuera opinio contraria est verior, & magis tuta, quæ procedit tam si est bannitus a iudice ecclesia-

370 stico,quam sæculari,Bal. sibi contrarius in c.cum non ab homine,col.fin.de iudi.in rubr.de fideiuss.n. 118.& in l.1.C.si a non competente iudice, vbi dicit,quod occidens non excusatur etiam si ignorauerit illum talem esse clericum, Port.cons.48.n.11. & seq.Bar.Soc.in l.2.nu.44 ff.si quis in ius voc. Baiar.in add.ad Clar.in §.homicidium,n.195.vbi videtur cõciliare opiniones, & ratio cur nõ possit occidi,quando est bãnitus a iudice sęculari est, quia statutum prædictũ intelligitur de ritè, & rectè non autem de illegitimè,ac nulliter bannito. Bar.in l.3.§.si seruus in fi.ff.de acqu.poss.& in l.pen.ff. ad leg.Iul. de adult.& in l.non putauit,§.non quæris,ff.de bonor.poss.contra tab.Rim.iun.cons.269.n.81.lib. 3. Port.cons.48. nu.12. sed clericus bannitus a iudice sæculari,dicitur nulliter bannitus,vt dixi supra effectu 1.n.357. & voluerunt Bal.in l.2. C.si quis in ius vocat.Port.eod.cõs.48.n.13. Fel & Dec.n.20.vers. 3.casus,in c.eccl.S.M.de const.sequitur,vt isto casu

371 statutum prædictum non habeat locum, & ratio cur possit occidi clericus,quando est bannitus a iudice sæculari, & ratio cur dispositio dicti statuti nõ procedat, quando clericus est bannitus a iudice ec-

372 clesiastico est, quia statutum prædictum intelligitur de ritè,ac rectè,non autem de illegitimè,& nulliter bannito. Bar.in l.3. §.si seruus,in fi.ff.de acqu. possess.& in l.pen.ff.ad l.Iuliam,de adult.& in l. nõ putauit,§.non quæris,ff.de bon.poss. contra tab.Rimin.iun.cons.269.n.81.li.3.Port.cons. 48 n.12. sed clericus bannitus a iudice sæculari, dicitur nulliter bannitus, vt voluerunt Bald.in l.2. C. si quis in ius vocat.non iuer.Port.eod.cons.48.n.13.Fel.& Dec. nu.20.vers.3. casus in eccl.S.M. de const. sequitur, vt isto casu statutum prædictum non habeat locum in foro ecclesiastico, nam attenduntur statuta laicorum,vt latè scribit Scala in tractat. de consilio

373 sapientis,c.13. circa finem, alia possit esse ratio, quia si per sententiam banni clericus supponeretur tali statuto sequeretur, quod iudex ecclesiasticus per indirectum imponeret pœnam mortis corporalis,quod est ei omnino interdictum, c.sententiam ne clerici,vel Monaci,c.1.& 2.51.dist.Foller.latè in pract.crim.cau.p.2.c.9.n.7. car.131. Possent tamẽ iste contrariæ opiniones concordari, vt prima .s. procedat in grassatoribus, ac viarum distributoribus, qui ob eius pernitiosam vitam non merentur clericorum,nec nomen,nec priuilegia. Secunda vero in ijs, qui ob humanam fragilitatem aliquod cõmiserunt delictum etiam graue, & ob tale delictum tanquam contumaces fuerunt banniti,quod vltimũ limitatur, vbi clericus commiserit delictum, pro quo amiserit priuilegium fori,vt dicam in quæstione immediatè seq.

374 Quæro 49. vtrum stante statuto prædicto, quod bannitus possit impunè offendi, an clericus vigore talis statuti possit occidere bannitum,& dico,quod sic,& illum occidendo euitabit pęnam temporalẽ, sed non erit immunis ab irregularitate. Foller. in pragm,de exulibus, n.3.in fi. carte mihi 46.Marsil. cons.11.n.1.Farin.in tract.crim.to.3.q.103.n.142. & sicut committit irregularitatem,ita pariter pec-

375 cat mortaliter, si hoc facit ex odio particulari. In trigl.in trac.de casib.consc.cas.69.n.2.Clar.in §.homicidium,vers.sed nunquid stante hoc statuto, vbi Baiar.in addi.nu.221.Affl.super const.de for.bann. nu.30.Menoch.de arbitr.q.90.num.5.

376 Sed si clericus bannitus nulliter a iudice laico,& sine iurisdictione ad effectum, vt se eximat a banno ceperit,vel occiderit alium bãnitum a iudice etiam laico

laico non posset ab eodem iudice remissionem, & & indultum consequi. Carau.in prag.reg.in tit.de exulib.nu.117.Farin.loc.cit.n.143.Mastril.in tract. de induit.q.3.n.18. & c.28.n.16. vbi loquitur in indulto generali facto omnibus delinquentibus, & concludit, quod per tale indultum clerici non censentur gratiari eo, quia Princeps, qui cõcedit indulgentiam non est superior clericis, secus si clericus iuridicè esset bannitus a iudice laico vtputa pro
377 delicto, pro quo amittit priuilegium fori, & esset suppositus iurisdictioni iudicis sæcularis, quia isto casu occidendo, vel capiendo bannitum a iudice sæculari obtinebit ab eodem iudice indultum, & remissionem, Carauita, & Farin. locis præcitatis, licet Baiar. in §. homicidium dicat contrarium vidisse obseruatum, & casu quo clericus propter delictũ amittit priuilegium fori tali casu etiam supponitur statuto prædicto, quod bannitus poterit impunè occidi, & ratio est, quia tali casu clericus supponitur statutis laicorum, vt dixi sup. fall. 10.n.164. nec isto casu occidens, incidit in canonem, si quis suadente diabolo, vt dicam infra effectu 9. limi. 11. nu. 212. & limit. 12. nu. 213. cum multis alijs limitationibus ibi positis.
378 Et ex prædictis infero, quod stante statuto, quod receptans bannitum puniatur aliqua pęna non cõprehendit receptantem aliquem bannitum a laico.
377 Gram.cons.1.post decis.Campan.super c.Regni, c.94.nu.7.car.mihi 132. & ratio est, quia statutum prædictum non comprehendit receptantem nulliter bannitum. Bonaccors.in suis qq.crim in uer. receptans Brun.cons.94.n.9. qui dicit, quod si principalis nulliter bannitus nulla pęna plecti posit minus erit puniendus eiusdem receptans, Piguer. dec.25. & quod stante statuto prædicto posit occidi clericus bannitus per iudicem laicum tenuit Alber. in auth. statuimus, nu.2.C.de episc.& cler.
380 Quæro 50. an statutum disponẽs, quod dominus non posit locare eius prædium alteri, quam primo colono, vel quod teneatur stare prime locationi, nisi per tres menses ante finem locationis denuntiauerit, inquilino se nolle, quod perseueret in locatione comprehẽdat, & leget clericos, & dico, quod non, Alex.cõs.17.n.13.li.4.Crot.in repet. l. filius fa.§ diui, n.84.de leg.1.& in l. omnes populi, n.33 ff. de iust.& iur. Landrech. cons 103.n.3.vers. nunc quoniam Sur.cons.2.n.23.lib.1. Gabriel.cons.37.nu.9. lib.2.qui dicit, quod est generale, quod statutum disponens, & prohibens ne dominus posit vti iure suo contra, & aduersus conductores rerum suarum nunquam comprehendit clericos, Prug.nan. cons. 17.num.45.& 46.lib.1.
381 Quæro 51. an sit validum statutum disponens, quod vendẽs rem clericos, vel ecclesiæ, ipse teneatur soluere collectã pro emptore, aliqui tenuerunt, quod sic, moti ea ratione, quia hoc statutum disponit tantummodo in præiudicium laici sibi suppositi non autem ecclesiæ, vel clerici ementis, ita Natta cons.280.n.2.lib.2. sed contrarium tenuerunt, Bal. in l.1.col.3. C.de ser.fugit. Dec.cons.43 col.2.Socinun.cons.3.nu 24.& cons.41.nu.6. & cons.77.n.41. & cons.122.nu.20.lib.1.& cons.5.nu.9. & cons. 13. etiam nu.9.& cons.86.nu.16.& cons.160. nu.49.li. 2.quos omnes referunt Alb. cons.8. nu.14. lib.1. & ibi Viucen Anniball.in addit.in lit.G, qui Alb. dicit, quod tale statutum est omnino contra libertatem ecclesiasticam, quia quis erit tam leuis, & fatuus, quod velit bona sua in personas ecclesiasticas alienare, & remanere in perpetuum subditus oneribus collectarum? namq; hoc non est verisimile, nisi vẽdat longè maiori pretio, quam alias esset vẽditurus.
382 Quæro 52. an clerici agentes, vel conuenti ligẽtur dispositione statuti excludẽtis omnes exceptiones, & respondeo, quod sic. Ant. de Cauar. in tract. de execut instr. quæst.22. per tot. & ego alias dixi in meo tract.de excep.ad mat. stat.exclud. omnes exceptiones, in prælud.n.268. & hoc, quia tale statutum est vnum ex illis, quæ possunt clericis afferre commodum, vel incommodum.
383 Quæro 53. nunquid statutum retractus comprehendat clericos, & dico, quod secundum aliquos indistinctè illos ligabit tam actiuè, quam passiuè, ita tenuit Butr.in cap.constitutus, de restitut.in integr. Afflict. super consuet. sancimus, in princ. nu.8. vers. item quæro, an istud ius carte mihi 20. Capic. dec. 98.nu.2.per tot. Neapod.in consuetud. Neapol. si ecclesia, in verb. sed quid de clericis, & in consuet. vbi domus, in verbo ecclesia Io.de Amicis cons.14. n.6. Tiraq.in tract. de retract.lign.§.1.gl 13.n.24. & 6.& per tot.& in tract.de iur. primog.q.44.n. 9. vbi multos allegat Mantua in lib.2. de decal.iuris, dialog.39.in fi. Marant.disp.8.& per tot. & præcipuè, nu. 34. Maxilla super consuet. Barens. in consuet.quæ incipit Colonus, carte 51.Barb. cons. 65. col.antepen. vol.4.& in repet.rub.de reb.eccl. non alien.n. 157. Dec.cons.282.nu.7.Socin.cons.45. n. 2.vol.3. Boer. dec.231.nu.2.Rolan.cons.21. nu.9. vol.1. Crot. cons. 125.nu.12.lib.1. Nat. super stat. quod stant.masculi in 3.q.princ.n.88.Surd.cons.2.n. 2.& 3.lib.1.Cumia super ritu illius Regni, c.40.nu. 287. vbi multos alios allegat Muta super consuet. huius vrb.c.26.n. 144. vbi multos alios allegat, & testatur de comm.opi.Carpan. super stat.Med.p.1. c.434.nu.101.Franch.decis.9.per tot.& decis.285. Intrigl.sing.330.& 337.& vtrobique alios allegat Io.Iacob. a Ferro super l. municip. Vincent. c.14. n.8.& 21.& 33. Ladrech.cons.103.n.1.vers.est lex municip.circa medium.Burs.cons.93.n.22. & 29.li. 1.Hond.cons.3. per tot.lib.1. & pro hac opinione adducit quandam rationem Marant.disput.8.num. 26. quæ tamen non est vera, ideo vera ratio puto, quod sit, quia statutum de retractu non est contra,
384 neque præter dispositionem iuris canonici, sed secundum illam cap. constitutus, de in integr. rest. vbi Butr.& Imol. Muta d.c.26.nu. 150. Cauagn. super decr. Montisferan proh̃ę. q.3.num.7. & 8. vbi
385 dicit, quod hoc statutum nõ est correctorium iuris communis, sed potius fauorabile. Alij vero tenuerunt opinionem totam oppositam prædictæ hoc est, quod clerici indistinctè non ligentur statuto de retractu, tam actiuè, quam passiuè, ita vt non possint retrahere, neque ab eis retrahi hanc opinionem fuerunt sequuti Franc.dec.285.prout eum refert Masull.in add.ad Capic.dec.66.nu.1.vers.an clerici ligentur.Bened.Canosclus. in tract.de priuil. cleric.in tit.de iure congrui, priuileg.1. Borell. super Pragmat. Odia litium, §.1.gl.3. num. 238. vbi
386 alios allegat Tiraqu. qui tamen contrariam opinionem

nionem sequitur in d.gl.13.nu.3. Alij aliam, & tertiam approbauerunt opinionem, vt .s. ius retractus non habeat locum in clericis, tam actiuè, quam passiuè, sed actiuè tantum hoc est, vt ab eius posse non possit retrahi, sed bene ipsi possint ab alijs retrahere, ita Abb. Imola, & cæteri scribentes, in c.1. cõstitutus, de rest.it in integr. Io. Andr. in c. dilecti, de foro compet. & in c.fi. de officio deleg. in 6. Affl. in tract. de iur. protomis. §.9. nu.15. & 16. in fi. in 17. to. tract. diuers. carte mihi 17. Rim. iun. cons.449. n. 35. lib.3. cum multis, quos cit. Vulpell. in tract. de liber. eccl. p.3. nu.9. Tiraq. in d. tract. de retract. lign. §.1. glo.8. nu.41. Dec. cons.282. n.7. Ias. in l. de quibus, nu.12. ff. de leg. Surd. cons.2. n.14. & seq. & per tot. lib. 1. vbi hanc opin. conatur validissimis arg. defendere, & roborare, Marant. d. disput.8. nu.14.

387 quarum rationum principalior est, quia statuta laicorũ prosunt clericis, licèt eis non equè noceant Bal. cons.3. col.2. lib.1. Crauet. cons.441. n.6. lib.3. cuius rationem, & veritatem dicam hic inferius loco suo. Ego vero in tãta Doctorum varietate (licèt Marant. d. disp.8. nu.33. diuidat hanc quæst. in 4. mẽbris, de quibus ibi per eum) procederem hoc modo distinguendo, aut statutum dirigit eius verba ad rẽ, aut ad vendentem, aut ad ementem.

388 Primo casu quantum statutum dirigit eius verba ad rem, vt quia dicit, quod res vendita, uel vendita sine certa denuntiatione, vel forma, vel alia solemnitate ab eodem statuto tradita possit a vicino, vel consanguineo venditoris retrahi, & tũc, quia statutũ loquitur in rem, quæ est subiecta laicis retractus habebit locum tam contra clericos ementes a laicis, quam contra laicos ementes a clericis, quia semper consanguinei, vel vicini præferuntur, ita Innoc. in c. pastoralis, de foro comp. Imol. in c. quod clericis, eod. tit. Ang. in l. hæres absens, §.1. col. pen. in fi. ff. de iud. Soc. sen. cõs.45. li.3. Tiraq. in tract. de retr. lignager. §.1. gl.13. nu.10. & sequ. & in ll. connubia lib. gl.8. n.225. Marant. disp.8. nu.50. Mazzol. cons. 87. num.30. & sequ. vbi alios citat Corn. cons. 152. col.2. lib.1. Crau. cons.271. col.1. & 2. lib.2. Rolan. in tract. de lucro dotis q. 36. Burs. qui alios allegat cons.93. nu.30. lib.1. Hond. cons.3. nu.8. lib.1.

389 Secundo casu, quando statutum dirigit eius verba ad ementem, vt quia dicat, quod emptor rei vicinæ, vel consanguinei teneatur illam reuendere consanguineo, vel vicino retrahere volenti, & tunc dico, quod, aut emit clericus a laico, aut laicus a clerico: primo casu non habebit locum retractus, quia statutum loquens in personam, non potest ligare clericum sibi non subditũ. Imol. in c. quod clericis, vbi Abb. n.8. de foro comp. Alex. cons.210. n. 12. vol.2. & cons.44 n.10. vol.5. Soc. iun. cons. 71. n.17. vol.4 Brun. super stat. quod stant. mascu. art.6.

390 n.8. & art.8. n.9. Surd. d. cons.2. num.26. Secundo vero casu, scilicet, quando emptor emit a clerico habebit locum retractus, quia postquam res deuenit ad laicum tit. emptionis lex immediatè operatur suum effectum contra subditum possessorẽ ipsius rei, ita Marant. disp.8. vbi ad hoc citat Bald. in auth. cassa, in 5. q. C. de sacros. eccl. & vltra idem dixerunt multi relati per Burs. cons.93. num.30. lib.1. Nepita super consuet. clarissimæ ciuitatis Cataniæ, tit.40. nu.19. Intrigl. super bull. q.24. nu.5. Masull. in add. ad Capic. decis.66. nu.1. Io. de Amicis, cons.14. nu.3. vbi testatur de communi opinione.

391 Tertio casu, quando statutum dirigit eius verba ad venditorem, vt quia statutum dicit, quod quilibet vendere volens suum prædium illud teneatur vendere suo vicino, vel consanguineo, tunc etiam est distinguendum, aut venditio fit per clericum, & tũc ex quo statutum disponit præcipiendo circa personam non subiectam isto casu clericum uendentem non comprehendit. Marant. latè disp.8. n.8.44 51. & per tot. Hond. cons.3. n.11.27. & per tot. lib. 1. Rip. resp.4. n.21. & seq. Soc. iun. cons.1. num 9. & sequen lib.2. Riminal. iun. cons.449. num.32. & seq. lib.4. Vrsill. in annot. ad Affl. dec.82. num.11. in fin. & num.12. Boer. decis.231. num.1. Paris de Puteo,

392 dec.233. nu.5. lib.3. & licet isto casu clericus non possit cogi vendere vicino, vel consanguineo, nihilominus ipse vicino, vel consanguineus secundũm aliquos poterit retrahere ab eo, qui emit ab ipso clerico, ita Socin. sen. cons.45. lib.3. Tiraq d. gl.13. nu.10. & seq. Marant. latè disp.8. nu.50. Affl. de iur. protomis. in prin. nu.8. Hond. d. cons.3. num.8. cum multis, quos allegat Carpan. super stat. Mediol. p.1. c.434. nu.71. & c.417. nu.6. quæ opinio mihi non videtur vera, quia si esset vera per indirectum clericis tolleretur facultas vendendi res suas, cui sibi placuerit, & quia non possent, ita de facili inuenire emptores, prout inuenient si emptor esset certus, quod ab eius posse non posset auferri uigore dicti

393 statuti, est bene uerum, quod si statutum non simpliciter dictaret, quod habens rem uenalem teneatur illam uendere consanguineo, uel uicino, sed diceret, quod habens rem uenalem teneatur illam uendere sub asta ad hoc, ut uicinus, uel consanguineus præferatur in venditione, uel quod teneatur denuntiare uicino, uel consanguineo, quod uult uendere talem rem, tunc enim licet clericus in uenditione rerum suarum non teneatur facere requisita ab ipso statuto nihilominus emptor laicus, qui emit non seruata forma a statuto introducta compellitur uendere uicino, uel consanguineo retrahe-

394 re uolenti, Marant. disp.8. n.44.50.51. & per tot. Et licet multi tenuerint, quod nec etiam isto casu emens a clerico, qui non seruauit requisita a statuto in uenditionibus sit tutus, & non teneatur retrouendere prout sunt aliqui, quos recenset Honded. cons.3. num.34. lib.1. nihilominus, quia laicus emptor est suppositus statuto, & emit non seruata forma ipsius statuti poterit compelli ad uendendum, quidquid ipsi in contrarium dixerint, aut

395 uenditio fuit facta per laicum clerico, & tunc quia isto casu statutum disponit circa rem, & personas subditas, emptor licet clericus poterit compelli ad reuendendum uicino, uel consanguineo, quia emit ab eo, qui non poterat liberè uendere, nec tollere ius uicino, uel consanguineo acquisitum Boer. decisio.231. num.2. Roland. cons.21 nu. 7. lib.1. Afflict. in tract. de iur. protom. in 3. notab. uers. ita quæro, ubi test. de communi opinione. Hõded. cons.3. nu.7. lib.1. Marant. disp.8. nu.35. & 38. ubi ad hoc adducit optimas rões. Capic. decis.98.

396 Carpan. super stat. Mediol. c.434. nu.100. li.1. Et est aduertendum, quod quando clericus uendit clerico nunquam habebit locum ius congrui, quia tũc in sta-

in statuentibus nulla potest adaptari iurisdictio tam respectu personae, emptoris, vel venditoris, quia non sunt statuentibus subiecti, nec etiam respectu rei venditae, quia res clericorum sunt eidem iurisdictioni subiectae, prout dixi supra in 1. effectu,
397 ampliatio.4.num.10.& in terminis.Marant. d.disput.8.num. 51. Nec etiam quando laicus vendidit clerico alius clericus poterit ab eo retrahere, quia tunc ambo sunt priuilegiati in genere scilicet, tam emptor, quam retrahere volens, vnde melior est conditio possidentis. Marant.d.disp.8. nu.55. pro quo alleg. notata per Bart.in auth. quas actiones, C.de sacrosf.eccles.& Abb. in c.fi.de ordine cognit.
398 Et licèt clerici aliquando, & certis casibus supponantur statuto retractus, nihilominus ecclesia nunquam ad illud obseruare compelli poterit, Sebast. Neapo. in consuet. Neapol. incipiente Ecclesia, ver.sed quid de ecclesia.Marant.d.disp.8.nu.56.vbi dicit, quod ecclesia, nec actiuè, nec passiuè habet ius congrui, quod in consuetudine huius vrbis ex-
399 presè est decisum, & determinatum,& quamquam ecclesia nec actiuè, nec passiuè comprehendatur in statuto de retractu, nihilominus emens ab ea est tali statuto subiectus in omnibus illis casibus in quibus est subiectus emens a clerico.Marant.d.disp. 8. num.57. vbi pro hac opinione adducit multa iura,
400 & rationes.Sed an statutum disponens, quod clerici, vel ecclesia non potiantur beneficio retractus valeat, & dico, quod sic, quia statuentes possunt auferre beneficium statuti ab eis introducti, ita Tiraq. qui prope infinitos congerit in tract. de retract. lignag.§.1.gl.8.nu.42.quod intelligo, vt procedat, si in ipsomet statuto in quo permittitur,& disponitur de retractu fiat exceptuatio clericorum, secus si post editum statutum de retractu, & postquam sit ius clericis quaesitum, & progressu temporis fiat aliud statutum priuatis clericis tali beneficio, quia hoc statuentes facere non possunt per ea, quae dixi supra hoc eod.effectu,ampli.3.num.27.
401 Quaero 54. vtrum statutum seruans certam partem bonorum agnatis censeatur illam reseruare agnatis clericis, aliqui dixerit. quod non, quia ipsi solum succedunt secundum dispositionem iuris cōmunis.Franch.dec.411. num.5. vbi asserit ita alias fuisse iudicatum, quae tamen conclusio est magis communiter damnata, prout dixi supra q.6. num. 277.dum fui loquutus de statuto excludente feminas propter masculos.
402 Quaero 55.an statutum excludens feminas propter masculos vendicet sibi locum etiam in bonis emphiteuticis, & feudalibus ab ecclesia concessis, ita vt ab eis femina excludatur,& dico secūdum aliquos, quod non, quia super illis laici disponere nequeunt. Bald.in l.liberti libertaeque. nu.24. C. de oper.lib.Ear.& communiter DD.in l iur.iur.§.si liberi,ff.de oper.libert. Imol.in fi. & alij scribētes in c.potuit,de locat. Viui.in com.opi.lib.1.in verb.sta
403 tutum excludēs in 7.limit. Sed in contrarium stat veritas, quia statutum praedictum non disponit de directo dominio, quod est penes ecclesiam, sed tantum circa vtile dominium existens penes laicos, quod est laicale, & temporale, super quo laici disponere,& statuere legitime possunt. Rim.iun.cōs. 558.num.23.lib.5.& cons.268. nu.16. lib.3. allegat Anch.cons.433.Alex.cons.9.col.1.vol.5.Ruin.cōs. 4.col. 2. vol. 1. & vltra eos idem dixi etiam Siluan. cons.32.nu.16.Burs.cons.132.nu.8. vol.2. vbi allegat Piot.cons.93.Anchar. cons.124. Becc. cons.3. nu.49.& 62. & Ruin.in cons.praed.nu.6. Apetra in tract.de potest.princ.c.4.p.2.nu.60.& 62.
404 Quaero 56. vtrum statutum, quod emphiteuta non soluens canonem non cadat a iure suo, sed alias penas patiatur, habeat locum etiam in emphiteotis ecclesiasticis,& clericorum.Bursat.cons.409 nu.38.& 39.lib.4.dixit, quod sic, mihi vero videtur totum oppositum, quia hoc statutum tenderet cōtra ecclesiasticam libertatem, ex quo tolleret ecclesijs,& clericis ea, quae sibi competunt ex dispositione iuris communis, hoc est pęnam caducitatis, in quam incurrit emphiteuta ecclesiae, qui per bien-
405 nium cessat a solutione canonis, & emphiteuta clerici per triennium, iuxta tex.in l.2.C.de iure emphit.& in auth.qui rem, C.de sacrosf.eccl. in c. potuit, de locat.& iuxta ea, quae tradunt Ias.in d.l.2.n. 96.Corn.cons.187. nu.1.lib.1. Cott.in suis mem. in verbo emphiteuta priuati. Cagn.in d.auth.qui rem nu.18.Alex.cons.120.n.2.lib.5.Ruin.cōs.110.nu.1. & cons.167.nu.10.lib.1. cum multis alijs, quos allegat Corb.de iure emphit.tit.ex quibus causis emphi.iure suo priuatur in prin.n.1.car. 184. & quotiescunque statutum tollit ecclesiae, & claricis id quod sibi competit ex dispositione iuris communis tam ciuilis, quam canonici semper dicit contra ecclesiasticam libertatem, vt dixi supra in praesenti effectu, ampl.10.nu.68.ideo non valet.
406 Quaero 57. vtrum statutum inducēs praescriptionem super debito non petito ex negligentia creditoris noceat clericis,& dico, quod non, etiam quod clericus esset haeres laici contra quem laicum fuit incepta,& non perfecta praescriptio, Brun.in tract. sup.stat.quod stat.masc.art.6.nu.10.Fel.in c.eccl.S. M.nu.121.de const. & ibi etiam Decia. nu.206. & 207.Cioff.cons.20. nu.6. & per tot.lib.1.Bouius in tract.de statutaria praescript.glo.19.nu.211.Scotus cons.15.nu.17.to.2.lib.3.Anchar.in c. vt famae, nu. 11.de oper.noui nuntiatio. Carpan.super stat.Mediol.c.112.num.3.lib. 1.vbi alios allegat. & licet in hoc contrarium tenuerit Rimin.iun.qui testatur de magis com.opi.in cons.479. nu.12.lib.4. nihilominus non est recedendum a priori opinione, quę re-uera est magis comm.& sicut clerico petenti suum debitum non potest opponi de tali praescriptione
407 a statuto inducta, ita est è contra dum ipse conuenitur non poterit de eadem praescriptione se laetari, ita Bal.in c.eccl.S.M.n.35. de const. Abb.in c. quod clericis, nu.34. de foro compet. Carpan.in d. c.112.nu.86. & idem puto esse dicendum, quando laicus successit clerico, ex quo praescriptio 10. annorum incipit currere a die mortis ipsius clerici, quia statutum non poterat afficere clericos eius vita durante, & idem puto esse dicendum si creditum fuit contractum cum laico, cui successit clericus,& ipsi clerico successit laicus, namque durante vita ipsius clerici praescriptio stat in suspenso, & tempus vitae clerici habetur pro non decurso ad tradita per gl. & Doct. in l.fi.C.de tempor.in integrum restit.& per Sfor.Odd.de restit. in integr.p.1 quaest.20.nu.70.& seqq.

Quaero

408 Quæro 58. an statuti, quod vniuersitas teneatur capere malefactorem sub certa pęna habeat locū, & incidat in pęnam, quando non capit malefactorem clericum, & dico, quod non Bal. in c. cum non ab homine, col. fi. de iud. vbi etiam Fel. n. 2. idē Fel. in c. eccl. S. M. n. 141. de const. Marſ. in rub. de fideiuſs. num. 110. & 141. Nicol. Laiſeus in tract. de iur. vniuerſ. p. 4. c. 1. n. 94. Borel. ſuper pragm. odia litiū,
409 §. 1. gl. 3. n. 228. & ratio eſt, quia in omni diſpoſitione ſunt præſupponēda extrema habilia ad actū, Abb. conſ. 50. nu. 4. & conſ. 53. num. 3. lib. 2. Calcan. conſ. 87. nu. 3. Ruin. conſ. 144. nu. 12. lib. 5. & dixi in tract. de except. in prælu. n. 157. & 156. Io. Lupus in c. per veſtras, carte 29. de donat. inter virum, & vx. Cappel. Toloſ. dec. 256. Suar. in tit. de lus guuern. q. 5. n. 5. Aſin. de exec. §. 2. q. 8. n. 1. idem Suar. in legib. fori in tit. de ceſſio. bon. q. 5. n. 5. carte mihi 300.

410 Et ſic ſtatutum prædictum intelligitur de malefactore, qui poteſt capi ab vniuerſitate, ſed clericus non poteſt capi, per ea, quæ dixi ſupra effectu præcedenti, ampliat. 81. per tot. ſequitur, vt iſto caſu non habeat locum ſtatutum prædictum, ſic aliàs in ſimili dixi in meo tract. de except. in prelud. n. 156. quod ſtatutum permittens, vt debitor poſſit perſonaliter capi, & carcerari, intelligitur de debitore, qui de iure ſit talis, quod poſſit capi, ſecus ſi eſſet aliquo modo de iure priuilegiatus, Mattheſil. ſing. 51. Matth. Brun. de ceſſione bonorum, q. 10. nu. 3. Addent. ad Dec. in l. toto iure, ff. de reg. iur. Cur. in l. 2. §. omnes, in fine, ff. de iudic. Caualc. qui alios cōgerit, de tutor. nu. 317. Cum. ſuper ritu iſtius Regni,
411 c. 31. nu. 7. ſic etiam alias dicemus, quod ſtatutum prædictum non habet locum, quando malefactores ſunt in tanto numero, quod vniuerſitas non poteſt illis reſiſtere, & capere de facto. Bal. in l. 5. nu. 10. C. de epiſc. & cler. & in l. 1. §. occiſorum, n. 2. ff. ad Senat. Conſ. Sillan. Marſ. in l. lege Corn. nu. 118. ff. ad l. Corn. de ſicar. Oſaſcus deciſ. 138. n. 25. & deciſ. 88. num. 31. & 32. Franc. Marc. deciſ. 555. num. 1. & 2. & deciſ. 556 nu. 4. lib. 2. Nicol. Laiſeus d. p. 4. num. 101. Bonacceſſ. in q. crim. in verb. villa, in princ. & nihilominus ſolum differunt iſta impedimenta, quia in iſto caſu impedimentum eſt facti, & in ſtatuto noſtræ quæſtionis eſt impedimentum iuris, ergo eodem modo eſt dicendum, quando non poteſt illos capere de iure.

412 Quæro 59. an ſtatutum de compromiſſis faciendis inter affines liget, ita vt ipſi poſſint alios compellere, & compelli ad cōpromittendum circa quā quæſtionem tres diuerſas reperio opiniones. Prima, quod eos indiſtinctè non liget, quā ſequuti ſunt Bald. in c. cum veniſſet, col. 4. de eo, qui mittitur in poſſeſſ. Alex. conſ. 210. n. 2. & conſ. 211. col. 4. verſ. idem etiam voluit, vol. 2. Bar. Soc. conſ. 71. num. 12. vol. 4. Marant. p. 2. actu 2. n. 26. Marſ. in repe. rub. ff. de fideiuſ. n. 142. Arnon dialog. 26. quos omnes, & alios recenſet Borel. ſuper Pragm. Odia litium, §. 1. gl. 3. nu. 225. vbi dicit, quod hæc eſt verior, & communior opinio, quam ſequuntur communiter DD. maiori pondere, numero, & mēſura, & quod nemo dubitat, quod ipſa ſit ſequenda, & vltra per eum allegatos, idem dixerunt Corn. cōſ. 114. in prin. verſ. 2. Cotta in ſuis mem. in ver. clericis ligantur, verſ. ex quo infertur, & verſ. ſed iſta deberent, idē Marſ. ſing. 467. n. 9. verſ. itē prædictum ſtatutum non obſtat, & in l. circuncidere, §. ſenno, n. 9. ff. ad l. Corn. de ſicar. Rol. conſ. 57. n. 28. vol. 2. & per tot. vbi teſtatur de com. opi. Vrſil in adnot. ad Affl. dec. 46. n. 9. Rim. ſen. conſ. 483. n. 8. lib. 3. & conſ. 268. n. 14. li. 2. vbi Rim. iun. in addit. Dec. in c. eccl. S. M. n. 50. 51. de conſtit. Ruin. conſ. 23. n. 16. lib. 2. Annib. in addi. ad Alb. conſ. 460. nu. 5. in lit. C, lib. 3. Nicol. Carbon. in pract. pract. c. 9. nu. 80. lib. 3. Fuſcus in ſing. in lit. C, n. 124. qui dicit, quod hæc eſt verior opinio Remig. de Gon. in tract. de carit. ſubſid. q. 64. n. 4. in 15. to. tract. diuerſ. p. 2. carte mihi 192. Arnon ſing. 38. Blanc. in tract. de compromiſs. in 3. q. princ. nu. 32. verſ. clericus. Gramm. conſ. 1. nu. 33. poſt deciſ. Sur.
413 conſ. 2. nu. 16. vbi teſtatur de com. opin. Secunda fuit opinio illorum, qui dixerunt, quod ex quo tale ſtatutum reſpicit ordinem, & modum procedendi liget ipſos clericos tam actiuè, quam paſſiuè, quam opinionem ſequuti fuerunt Bal. ſibimet contrarius conſ. 171. lib. 2. Corn. etiam ſibimet contrarius cōſ. 9. per tot., & conſ. 25. & conſ. 64. vol. 3. Capic. dec. 66. nu. 1. & 5. vbi dicit, quod ita fuit deciſum per ſacrum Concil. Neap. Alciat. in auth. caſſa, n. 12. verſ. iuſta laicorum, C. de ſacroſ. eccl. Blanch. d. n. 32. vbi examinat hanc quæſtionem ad partes, & tandem concludit pro iſta opinione Scala in tract. de cōſil. ſapien. lib. 2. c. 13. Io. Aloiſ. de Leo in Auth. caſſa, n. 19. C. de ſacroſ. eccl. Intrigl. ſing. 188. n. 1. lib. 1. vbi alios allegat, & dicit, quod hæc eſt magis approbata DD. ſententia. Burg. in tract. de Laudim. p. 3. inſpect. 24. nu. 6. Freccia in tract. de præſent. inſtr. p. 3. nu. 13. vbi Addentes in lit. A, alios allegat Carpan. ſuper ſtat. Mediol. c. 115. num. 57. & ſeq. p. 1. Tertia
414 fuit opinio illorum, qui dixerunt, quod clerici nō ligantur prædicto ſtatuto paſſiuè, ſed tantum actiuè, & ſic vigore talis ſtatuti non poſſunt cogi ad compromittendum, licet poſſint alios cogere, quia clerici gaudent priuilegijs ſtatutarijs pro ſe, licet non contra ſe, Abb. & alij in c. eccl. S. M. de conſtit. Bar. in l. cunctos populos, C. de ſum. Trin. & fide cath. Corn. cōſ. 61. lit. C, vol. 4. Bened. Caroſus in trac. de priuil. cler. in tit. de conſt. priuil. 11. Marant. in pract. p. 6. actu 2. n. 26. & 27. car. mihi 182. & diſp. 8. n. 9. & 14. Vulpel. in tract. de liber. eccl. p. 3. n. 9. & 11. Cornazan. dec. 186. n. 7. & 8. vbi teſtatur de magis comm.* opin. & reuera hæc eſt verior, & tutior opinio, quam vltra prædictos tenuerunt etiā multi relati pro prima opinione, & licet contra hanc vltimam opinionem videatur tenere. Arnon. ſing. 38. & Decalog. 26. nihilominus nullatenus eſt recedendum ab hac vltima opinione.

415 Limitatur iſta vltima opinio, dum dicit, quod clerici non poſſunt cogi ad compromittendum, vt non procedat, quando clericus uoluiſſet ſe ſubmittere tali ſtatuto, ut iam compromiſerat, namque iterum poteſt compelli ad compromittendum. Rimin. iun. conſ. 798. n. 41. lib. 7. ubi allegat Bar. in l. ut iuriſiurandi, §. ſi liberti, ff. de oper. libert. Barb. conſ. 42. col. 6. lib. 1. Pariſ. conſ. 53. num. 25. lib. 1. Crauet. conſ. 186. nu. 9. lib. 2. Hæc tamen limitatio non eſt uera, ex quo clerici non ſolum tacitè, prout eſſet iſto caſu, uerum etiam nec expreſsè poſſunt ſe ſubmittere ſtatutis laicorum, ut ex multis probaui ſup. ampl. 10. num. 53. & 54.

Limi-

416 Limitatur secundo, dum dicit, quod poterunt alios cogere, vt non habeat locum, quãdo clericus conuenitur ab alio clerico, quia tunc semper, & indistinctè non operabitur aliquem effectum hoc statutum. Marant. in pract. p. 6. actu 2. nu. 28. car. mihi 383. Masull. in addit. ad Capic. dec. 66. nu. 1.

417 Quæro 60. quid de statuto requirente consilium sapientis in litibus terminandis, an tale statutum comprehendat clericos, & dico, quod non. Cataldin. de Boncompagn. in tract. de sind. n. 162. qui mouetur per tex. in c. 2. de iud. & in c. ad nostrã, cũ ibi

418 not. de consuet. Scala in trac. de consil. sapiẽt. li. 2. c. 13. per tot. Quã conclusionem intelligas, vbi clericus conuenitur coram iudice ecclesiastico, secus si ipse alios conueniat coram iudice sæculari, quia tali casu abstringit statuto disponente de petendo consilium sapientis. Scala d. c. 13. Afin. in pract. exe

419 cut. §. 25. c. 4. nu. 1. Et aduertendum est, quod statutum prædictum nũquam habebit locum in curijs ecclesiasticis etiam si verteret causa inter laicos. Anch. cons. 18. n. 1. & 7. qui allegat Bar. in l. cunctos populos in 1. q. C. de sum. Trin. & fide cath. Io. Calder. in sua disp. quæ incipit statuto ciuitatis cauetur Io. And. in rub. de consuet. vers. quæritur in prin. qõ.

420 Quæro 61. an statutum prouidens pro aeris salubritate comprehendat clericos, & dico quod sic, quia tale statutum respicit publicam, & communẽ vtilitatẽ. Isern. in c. 1. § illicitas, de pace iuram. firm. vbi etiam Affl. n. 9. Paris. in tract. de reintegr. feu. c. 13. nu. 26. Ripa in tract. de peste, in tit. de remed. ad conser. vbert. n. 234. Vulpell. in tract. de liber. eccle. p. 3. n. 16. vbi alios allegat Menoch. cons. 800. n. 21. & 22. lib. 8. Gabriel. cons. 37. n. 5. lib. 2. Surd. consil. 301. nu. 4. lib. 3. licet ipse contrarium teneat in casu suo, quod potest exemplificari in statuto prohibente ne circumcirca vrbem fiat aliquod exercitium, quod aerem corrumpere possit, vt est seminare orizã, prout loquitur Menoch. in casu suo, vel quod lina non madefiant, prout exemplificat Vulpell. & omnino hæc quæstio decidenda est secundum terminos optimè fundatos, & discussos per Surd. d. consil. 301. & cauendum est a d. cons. 800. Menoc. nam in multis libris deletum est, quia est contra libertatem ecclesiasticam.

421 Quæro 62. vtrum statutum, quod credatur libris mercatorum liget clericos, ita vt illud obseruare teneantur, & dico, quod non, Abb. in c. quod clericis n. 12. de foro compet. & ibi etiam Butr. n. 91. Aret. cons. 43. col. 1. vers. ..moueor. Capra, reg. 15 n. 61. 62. & 66. Menoch. cons. 991. nu. 17. lib. 10. & intelligas ut illis non præiudicet, quoad eorum præiuditium, secus in eorum fauorem, quia tunc probabũt. Bal. in l. 2. col. 2. vers. dubitatur, C. de constit. pecun. Cotta in memorial. in verbo clericus, il 3. vers. & de consuetud.

422 Quæro 63. an statutum disponens circa conseruationem pascuum liget, ita clericos prout laicos videtur dicendum, quod sic, ex quo tale statutũ respicit publicam vtilitatem. Auend. in tract. de exeq. mand princ. lib 1. c. 13. n. 7. Messia super Pragm. taxæ panis, concl. 15. nu. 40. Menoch. cons. 800. n. 28. li. 8. & ideo si Communitas, vel Princeps faciat generale edictum, vt quicunque accedens ad pascua Communia soluta tantum pro singulo animali, tũc clerici volentes mittere sua animalia, tenentur soluere prout laici, secus si simpliciter statutum prohiberet ne animalia clericorum possint pascere in pascuis communibus, quia tunc statutum esset contra libertatem ecclesiasticam. Remig. de Gon. in tract. de carit. subsid. q. 61. n. 59. in 15 to. tract. diuers. p. 2. car. mihi 185. Bertas. in tract. de extim. & collect. p. 4. c. 1. nu. 49. Hæc opinio non est vera, quando per prius solebant clerici sumere pascua in illis locis.

423 Quæro 64. quid de statuto, quod prouidet circa formam rei localiter faciendæ, seu iam factæ reparandæ, vtputa si statutum daret modum, & formam edificijs faciendis, vt si dictaret, quod edificãtes debeant dimittere viam latitudinis tot pedum, vel quod altius non tollant, an tale statutum liget etiam clericos, & affirmat Menoc. cons. 800. n. 16. lib. 8. vbi ad hoc citat in argum. l. ad instructionem cum ibi not. C. de sacros. eccl. cuncta l. in totum, de edificijs priuatis, quod dixerunt etiam Sal. in Auth. cassa, C. de sacros. eccl. Ambros. de Opizon. in l. filiusfam. §. diui, nu. 88. ff. de leg. 1. Padilla in l. altius, nu. 10. C. de seruit. & aqua. Vulpel. in tract. de liber. eccl. p. 2. nu. 26. & hoc dicit etiam procedere in statutis de fango, vel immunditijs non eijciendis, vel de cloacis, & ad hoc citat tex. in l. oẽs, C. de aquid. lib. 11. de quo etiam fuerunt loquuti Sal. in authen. cassa, C. de episcop. & cler. Gabriel. cons. 37. num. 4.

424 vol. 2. Vulpell. in tract. de libert. eccl. p. 3. nu. 16. & 12. Sed eorum opinio non est vera, vt ligentur statuto, sed tamen dictamine rationis, quæ in statuto continetur, & ideo recurri debet ad episcopum loci pro obseruantia talis statuti ab ecclesiasticis subiectis ipsi episcopo, vt post Sotum, Surd. & alios Molfesius, d. p. 2. q. 7. nu. 46. & seqq. præcipuè n. 48. Ambros. d. c. 21. nu. 27. & seq.

425 Quæro 65. quid si statutum disponat, quod testamenta debeãt insinuari infra certum tempus alias non valeant, an si in testamento clericus fuerit hæres institutus, & nihilominus testamentum nõ fuerint insinuatum annulletur, & dico, quod non, nec propterea impeditur hæreditatem adire. Bal. q. 5. & Fulgos. in auth. cassa, C. de sum. Trin. & fide cath. & in l. cunctos populos, eod. tit. Anchar. in c. canonum statuta, q. 11. de consuet. Paris de Puteo in tract. de reass. instr. rub. 9. nu. 4. in 4. to. tract. diuers. car. mihi 38. Marant. disp. 8. nu. 50. uers. secus si hæres. Fel. in c. eccl. S. M. nu. 70. vers. ad diem, quod notat, de const. Io. Batt. a Costa in tract. de retrotract. c. 9. casu 3. num. 10. vbi ponit, quid si instituatur nouitius, Borel. super Pragmat. Odia litium, §. 1. gl. 3. n. 229. Quod secus est, si statutum disponeret, q̃ testamentũ, seu instrumentũ non registratum præsuma-

426 tur falsum, quia tunc valet, & debet seruari, nõ solum inter laicos, verum etiã inter clericos, quia tũc editum censetur ad extirpandos malos mores, & ad tollendam occasionem falsificationis. Bal. in c. si quis per triginta, in pen. col. si de feu. fuer. controu. inter dom. & agnat. in vsib. feu. Soc. sen. cons. 97. nu. 2. lib. 1. Annibal. in addit. ad Alb. cons. 8. nu. 24 lit. L.

427 lib. 1. Fel. in præcit. c. eccl. S. M. num. 82. Sed quid è contra si testator est clericus, & hæres laicus, an tunc debeat insinuari pro eius ualiditate, & circa hanc quæstionem est distinguendum, aut statutum dirigit eius uerba ad testatorẽ, ut quia dicat, quod

quilibet

quilibet testator teneatur, uel debeat insinuari facere, uel curare suum testamentum ad hoc, ut ualeat, & tunc ex quo statutum dirigit eius uerba in non subditum non habebit locum in testamentis clericorum, aut statutum dirigit eius uerba ad hæredem, ut quia dicat, quod hæres teneatur facere insinuari, & registrari testamentum, & tunc quia requirit factum hæredum, qui est laicus, & statuentibus suppositus habebit locum etiam in testamentis clericorum. Rim. sen. cons. 483. nu. 10. lib. 3. Alb. cons. 513. nu. 4. & 13. lib. 3. Fel. d. c. eccl. S. M. n. 83. in fi. Maluas. cons. 3. nu. 24. ubi alios allegat, & testatur de magis comm. opi. Marant. disp. 8. nu. 50. Carpan. super stat. Mediol. lib. 1. c. 319. n. 8. Io. Iacob. a Ferro super l. municip. Vicent. c. 14. n. 32. Honded. cons. 3. nu. 32. uers. retentis, lib. 1. Tusc. in suis concl. in lit. D, concl. 644. nu. 51. Acosta d. n. 9. quæ ultima
428 conclusio procedit etiam si statutum dictaret quod testamentum non ualeat, nisi fuerit insinuatum, nec dicat per hæredem, aut per testatorē, quia adhuc requiritur insinuatio pro eius validitate, etiā quod testator fuerit clericus, & hæres laicus, vel è contra hæres clericus, & testatur laicus, Bart. in l. cunctos populos, col. 9. C. de sum. Trin. & fide cath. prout eum allegat Crot. cons. 135. num. 12. lib. 1. Et
429 ratio est, quia tunc statutum dirigit eius verba ad rem, quæ omnia supradicta procedunt in clericis, & alijs personis ecclesiasticis, at si esset hæres instituta ecclesia, vel alia causa pia, tunc semper, & indistinctè erit validum testamētum etiam non facta insinuatione, & hoc tam si testator erat clericus, quam laicus; & tam si verba statuti diriguntur ad hæredem, quam ad testatorem, quia in ecclesia cessat omnis potestas statuendi, vt pluries est dictum. Ladrech. cons. 103. n. 3. qui allegat Alex. cons. 109. nu. 1. lib. 2. Corn. cons. 278. in prin. & cons. 104. li. 2. Fel. in d. c. eccl. S. M. n. 83. de const. Crot. in l. omnes populi, nu. 80. ff. de iust. & iur. quod puto procedere etiam quod statutum præsumeret testamenta non insinuata esse falsa, & simulata, quia in ecclesia cessat omnis præsumptio fraudis, & simulationis, quia ipsa præsumitur cultrix, & amatrix iustitiæ, ut dixi sup. in prælu. nu. 173. & seqq.
430 Quæro 66. quid si statutum dictaret, quod non valeat venditio, nisi publicetur certo loco, vel tempore adhuc, vt quis contradicere vellet, posset, an tunc esset necessaria talis solemnitas etiam quod res deberet vendi clerico, vel ecclesiæ. Bald. affirmat in c. clerici, col. 1. vers. sed hic quæritur de tali dubio, de iudic. Natt. cons. 280. n. 4. lib. 2. & idem est
431 si statutum diceret, quod venditio, vel testamentum, vel donatio non valet, nisi per certum tempus fuerit denuntiata potestati, & facta proclamatio, vel nisi donans, vel vendens sit annorum tot, vel quod duo proximiores intersint, vel quid simile, nam tale statutum habebit locum etiam quod donatio, vel venditio fieret clerico, vel ecclesiæ, quia adhuc in ea requiruntur solemnitates a statuto requisitæ. Rim. iun. in §. 2. nu. 1040. instit. de dona. vbi alleg. Salic. in auth. cassa, q. pen. C. de sacros. eccles. Cardin. in repet. c. perpendimus, col. 15. de sent. excomm. & cons. 144 col. 3.
432 Quæro 67. vtrum statutum disponens de laudemijs soluendis, vel non soluendis certo casu, vel de quantitate laudemij comprehendat clericos, & aliqui tenuerunt, quod sic, ita Fulgos. cons. 6. quem sequutus fuit Amod. a Ponte in tract. de laud. q. 51. n. 1. sed contraria opinio est omnino verior, quā defendit doctissimus iurisconsultus D. Burgi. in suo copiosissimo tract. de laud. p. 3. in sp. 21. num. 2.
433 Quæro 68. vtrum statutum, quod quilibet cōducens molendinum aptum ad molendum teneatur soluere tot communitati, habeat locum etiā in eo, qui conduxit ab ecclesia, Bal. affirmat cōs. 162. vol. 2. sed eius opinio non habet locum, quando ecclesia læderetur, quia minus locaret bona sua, vel minus venderet, vt post alios notat Surd. dec. 301.
434 Quæro 69. an valeat statutum excludēs clericos, vel alios religiosos a Collegio Doctorum aliqui tenuerunt esse validum; huius opinionis fuit Alciat. cons. 707. Carpan. super stat. Med. c. 414. n. 118. lib. 1. Caualc. dec. 18. nu. 51. lib. 3. Contrariam, & veriorem opinionem tenuerunt idem Caualcan. dec. 41. vbi allegat Alciat. cons. 30. lib. 2 aliàs est cons. 91. n. 3. Osascus dec. 17. Bero. cons. 146. nu. 18. lib. 3.
435 Quæro 70. quid si in ciuitate extant duo statuta, vnum quod mater non poterit succedere, nisi in certa parte, si extant agnati filij defuncti vsque ad certum gradum, & aliud statutum, quod clerici, & religiosi non potiantur beneficio statutorum, an tunc agnati religiosi succedant exclusa matre, an vero succedat mater exclusis ipsis agnatis, iuxta tex. in auth. defuncto, C. ad Senat. Consult. Tertull. & dico, quod succedit mater tanquam vocata ex dispositione iuris communis. R. pa respons. 4. in fi. lib. 1. Rim. iun. cons. 15. n. 97. Contrarium tamen tenuerunt aliqui relati per Soc. sen. cons. 241. n. 3. li. 2. vbi postquam multis argumentis vsus est pro tuenda contraria opinione, tandem concludit pro ista vltima, & idem est, si in ciuitate adessent duo statuta vnum disponens, quod stant. mascu. fęminas non
436 succedat, & aliud, quod clericus, vel religiosus non possit excludere feminam, quia isto casu succeditur secūdum dispositionem iuris com. ita Caualc. dec. 18. nu. 50. & dec. 33. nu. 15. circa medium, p. 3. vbi allegat Plot. in rep. l. si quando, nu. 854. vers. 51. Soc. sen. cons. 241. col. 3. & seq. vol. 2. Dec. cōs. 275. nu. 4. Tiraq in tract. de retract. lign. §. 1. gl. 8. n. 42. & 43. & vltra idem dixerunt Rip. respons. 6. n. 3. in tit. de iure gent. & ciuil. Maccabr. cons. 58. n. 72. Rim. sen. cons. 217. num. 4. & 5. lib. 2. Rim. iun. cons. 341.
437 nu. 18. lib. 3. Ego uero ita distinguerem, aut statutum, in quo mater excluditur, dicit, quod religiosi non potiantur beneficio talis statuti, & procedit prima opinio, aut religiosi excluduntur a beneficio statutorum per statutum separatum, & postquam eis est quæsitum ius ex alio statuto, & tunc procedit secunda opinio, iuxta ea, quę dixi supra præsenti effectu, nu. 14. & seq. ampl. 3.
438 Quæro 71. vtrū ualeat statutū, quod colonus clerici, uel ecclesiæ teneatur ad collectam, seu gabellā pro domino, & dico, quod non. Bal. in l. ij penes, C. agric. & censi. li. 11. & in l. 1. C. de epis. & cler. Ang. in auth. de non alien. §. quia uero Bertac. in trac. de gabell. p. 7. nu. 14. in 12. to. tract. diuers. car. mihi 64. Alb. cons. 8. nu. 18. in fi. lib. 1. & regulariter statutum (prout est Perusię) mandans, quod coloni clericorū aliquo casu teneantur pro dnis, reputatur iniustu, & ini-

& iniquum Bart. in l. ij penes, C. de agric. & censit. lib. 11. Iaſ. in §. actiones, nu. 85. institutio. de actio. Carpan. ſuper ſtatut. Mediol. lib. 1. c. 416. nu. 216.

439 Quæro 72. quid ſi ſtatutum excluderet filias dotatas, vel diſponeret, quod filia excluſa debeat dotari, an monialis, quę non fuit dotata cenſeatur ex-

440 cluſa, & dico, quod nō, & in 2. caſu dico, quod poterit dotes competentes petere, & conſequi, quia matrimonium ſpirituale non debeat eſſe deterioris conditionis, quinam carnale. Anch. conſ. 103. Fel. in c. eccl. S. M. nu. 79. verſ. cæterum quia, vbi Addētes in lit. A, de conſtit. & valet argumentum de matrimonio ſpirituali ad carnale, cap. inter corporal. de translat. epiſc. Rolan. conſ. 35. num. 18. vol. 3. Marſ. ſing. 215. Pariſ. conſ. 37. nu. 10. vol. 4. Bar. in l. ſi quis ita §. is cui, in fi. ff. de leg. 2. Menoc. conſ. 245. nu. 8. vol. 3. Vincen. de Franch. deciſ. 46. n. 2. lib. 1. Simon de Pret. conſ. 72. nu. 16. Decian. conſ. 20. nu. 43. lib. 1. rubr. Alexand. conſ. 147. n. 14. Ripa in l. quod iuſſit, nu. 61. ff. de re iud. Phanuc. in tract. de lucro dotis, in verb. per mortem, nu. 15.

441 Quæro 73. an ſtatutum prohibens alienationem rei litigioſæ comprehendat etiam clericos, Capra reg. 15. nu. 42. tenuit, quod non, ego vero contrariā opinionem puto veriorem, quia hoc ſtatutum conformat ſe cum diſpoſitione iuris cōmunis, quo iure diſponitur, quod res litigioſa nō poſſit alienari, tot. tit. ff. & C. & auth. de litigioſ. Fid. Prugnā. cōſ. 15. n. 75. & quotieſcunque ſtatutum ſe cōformat cum diſpoſitione iuris comm. ligat clericos, vt dixi ſup. in fallentijs, eſt bene verum, quod ſi ſtatutum vltra ius commune adderet aliquam pęnam contra alienantem rem litigioſam, tunc in eo, quod addit clericos non ligabit, & ad præſentem quæſt. benefaciunt ea, quæ tradidi ſupra hoc eo. eff. lim. 29. nu. 256. vbi dixi, quod vitium litigioſi procedit etiam de iure canonico, & in materia beneficiali, ſed opinio Caprę eſt verior, quam poſt alios probauit Molfeſ. ad conſuet. Neapol. p. 2. tit. de perſonis, q. 7. verſus finem.

442 Quæro 74. an ſtatutū diſponens, quod ſi emptor non apprehendat poſſeſſionem rei venditæ infra certum tempus, quod cōtractus præſumatur ſimulatus comprehendat clericos, reſpondendū, quod non, ita voluit Marſ. in repet. rubr. ff. de fideiuſſ. nu. 141. in fi. ad quod allegat Abb. in repet. c. eccleſ. S. M. in vlt. col. de conſt. Alex. conſ. 210. col. 3. lib. 2.

443 Quæro 75. vtrum ſtatutum mandans, quod forenſes non audiantur in ſuis petitionibus, niſi præſtita cautione de reficiendis expenſis comprehēdat clericos, multi affirmāt, quod tale ſtatutum dicitur reſpicere ordinem iuditiarium. Soc. in c. quod clericis n. 3. & 4. de foro cōp. quem citat Carpan ſuper ſtat. Mediol. lib. 1. c. 44. n. 7. vbi dicit, quod iſto caſu pōt dare fideiuſſorem laicū, ſecus ſi ſtatutum dictaret, vt qui vult agere teneatur præſtare de ſoluēdo talē ſummam ſi ſuccubuerit, quia tunc talis ſumma debetur ratione pęnæ; ideo clerici non ſunt obligati ad præſtandum talem fideiuſſionem, quia non poſſunt puniri pœna ſtatuti, latè Minad. dec. 4. per to.

444 Quæro 77. vtrum ſtatutum minuens pęnam offendenti clericos, quam ſit de iure communi, & canonico, ſit validum, & dico quod non. Gemin. in c. 1. §. 1. quod met. cauſa, in 6. Bal. in rub. extra de cōſti. nu. 4. Decian. in tract. crim. p. 1. li. 2. c. 34. num. 5. Deſid. Guid. conſ. 5. nu. 23. vbi loquitur de quodam ſtatuto Veneto.

445 Quæro 77. vtrum valeat ſtatutum, quod non poſſit appellari ad S. Sede Apoſt. omnino medio, & dico, quod non, quia tale ſtatutum eſt contra libertatem eccleſiaſticam, ex quo tendit contra iuriſdictionem Sedis Apoſtolicæ, & Romanæ Eccleſiæ, Caſtr. conſ. 198. colum. fi. lib. 1. Lauren. de Pin. conſ. 75. num. 7.

446 Quæro 78. vtrum ſtatutum prohibens (prout eſt conſuetudo Neap.) teſtatorem decedentem ſine filijs poſſe diſponere de certis bonis, vt ſunt immobilia, vel de aliqua parte bonorum, vt de tertia, vel dimidia comprehendat, & liget clericos, & dico, quod non. Neap. in prohæ. ipſarum conſu. in verb. qui tenor, & in conſu. ſi quis, vel ſi qua, in verbo materna, col. pe. ver. ſed quid ſi moriatur. Capic. deciſ. 48. Franc. dec. 411. n. 1. ubi teſtatur ita alias fuiſſe iudicatum per ſacrum Conc. Neapol.

447 Quæro 79. vtrum ſtatutum abbreuians præſcriptionem comprehendat clericos, & dico, quod nō, quia ipſi ſolum afficiuntur præſcriptione a iure canon. introducta, ideo ſi dicat ſtatutum, quod remedium poſſeſſorium, vel petitorium, vel actio hypothecaria non poſſit intentari elapſo decennio clericos non comprehendit, & eo termino elapſo poſſint vti tali remedio, Fel. in c. eccl. S. M. n. 104. verſ. 3. exemplum, de conſt. Bero. conſ. 27. nu. 1. li. 1. Gail obſer. 32. per tot. lib. 2. vbi loquitur in ſtatuto permittente præſcriptionem rerum immobilium per triennium Germon in tract. de ſacr. immu. li. 3. c. 18 nu. 111. Bouius in trac. de ſtatutaria verbis præſcriptione, gl. 19. n. 105. vbi alios alleg. & teſt. de com. opin.* Vulpel. in trac. de liber. eccl. p. 2. n. 45. vbi dicit, quod hoc procedit etiam ſi præſcriptio eſſet inchoata antequam quis fuiſſet factus clericus.

448 Quæro 80. vtrū ſtatutū loquēs de dāno dato, vt quia dicat ſtatutum, quod de damno dato ſtetur iuramēto damnum paſſi, vel quod dominus animalis damnum dantis teneatur ſoluere aliquid domino prædij in quo damnum fuit datum, habeat locū in bonis, & prædijs clericorū, ita vt ipſi poſſint iurare de damno in ſuis prædijs illato, vel cōuenire dominum, vt ſoluat pœnam a ſtatuto iniunctam, & dico quod non. Caualc. dec. 9. nu. 80. li. 2. qui dicit etiam, quod vigore talis ſtatuti contra eos non poteſt iurari, nec poſſunt conſtringi ad ſoluendum pęnam, quod vltra, & ante eos dixerūt Abb. in c. fi. n. 13. de vit. & hon. cle. Gram. dec. 100. n. 15. & 16. Franc. in c. fi. col. 1. de iur. imm. li. 6. Dec. in auth. caſſa, n. 9. C. de ſacroſ. eccl. Rim. iun. conſ. 15. n. 99. & conſ. 81. n. 16. vol. 1. & conſ. 449. n. 32. li. 4. Crau. conſ. 106. n. 6. vol. 1. Kircou. in com.* opi. cent. 2. cōcl. 35. Simō de Pret. conſ. 161. n. 71. Intrigl. ſing. 258. li. 1. quidquid in contrarium dixerit, Morla in empor. vtr. iur. p. 1.

449 tit. 1. q. 16. nu. 20. eſt bene verum, quod ſi ſtatutum imponeret pęnam cuſtodibus animalium damnum dantium, tunc etiā ad talem pęnam tenebuntur cuſtodes animalium clericorū, licet ipſa animalia non afficiat. Maccabr. cōſ. 18. n. 44. qui allegat Fel. in c. eccl. S. M. n. 75. in 5. exēpl. de conſt. Parpal. in l. placet, n. 27. C. de ſacroſ. eccl. Bal. cōſ. 162. vol. 2. & vltra prædictos, idē dixit Borel. in repet. pragm. Odia litiū, §. 1. gl. 3. n. 261. & in ijs terminis puto, quod ſit intel-

450 intelligendus Morl. & alij per eum allegati, & isto casu nō dubito, quod clerici possint agere pro damno in suis agris illato, & hoc vt equalitas seruetur, & in isto vltimo casu animalia clericorum possunt retineri donec damnum soluatur per ipsos colonos Vulpell.in tract.de libert.eccl.pa.3.nu.15. vbi dicit quod pro emendatione damni tenetur animalia clericorum, quod est verum probato damno iuxta terminos iuris comm.Gram.cons.102.n.9.& seq.in ciuil.Personal.in tract.de gabb.n.91.

451 Quæro 81. vtrum statutum quod solutio debiti non possit probari per testes, comprehendat clericos, ita vt ipsi si conueniuntur non possint de solutione se opponere ipsamq; solutionem per testes probare, & dicas quod non, etiam si clericatum assumpserint post factam solutionem, quia solutionis probatio est facienda tempore, quo statuentes eam prohibere non poterant, nec clerico præiudicare, licèt tempore solutionis iam fuisset laicus, Anch.in reg.ea quæ in vlt.col.de reg.iur.in 6. & in c.1.col.26.ver.accedat quæstio disputata de const. Butr.in disput.sua quæ incipit statuto municipali in dec. 2.dubij Brun. in tra. super statuto quod stant. mascul.art. 6.q.49.Aualle cons. 59.num. 28. lib. 2. Asin.in pract. §. 19.c.5.lim.13.in fin.Alciat.in trac. de præsump. reg.3.præsumpt.44.n.17. Alex. cons. 210.numero 11.vol.2.Crot.cons.75.n.9.lib.1.Dec. in c. eccl.S.M.n.52.de const. Tiraq.in tract.de iur. primogenit.q.43.nu.11.13.& seq.Bursat.cons.43. nu.18.lib.1.Soc.iun.cons. 21.nu.9.lib. 1.Fel.in d. c. eccl.S. M.n.101.Gioff.cons.20.nu.2.3.& 4.libro 1. Borell. super pragm.odia litium §.1.gl.3.n.231.vbi alios alleg.Intrigl.sing.29.lib.1.vbi dicit quod constitutio Regni in rub.de causa depositi,in qua disponitur quod depositum vltra libram auri debeat probari per publicum instrumentum, sollemniter vallatum non habet locum in clericis, quia ipsi poterant probare depositum excedentem talē summā per testes, & iterum q. 24.in principio, licet contrarium sit dicendum in casu illius quæstionis per ea quæ dixi sup.lim. 20.n.183.Marsil.in repet.rub. ff.de fideiussorib.nu.141.& sing.29.& vtrobiq; alias alleg.Arno.prob. 69. Folle. in tract. de censibus in verb.tanquam res iudicata n. 64.car.mihi 229. Ladrech.cons.42.n.12.Rim.iun.cons.15.n.95.li.1. vbi dicit quod cum tempore iuditij reperiatur clericus debet ei seruari ius Diuinum, & canonicum.

452 Et quod dictū est de probatione solutionis debiti procedit etiā in probatione cuiussis alterius, rei namq; in omni casu in quo statutum disponit,quod probatio nō possit fieri nisi per instrumētū,vel per scripturam publicā, vel per tot testes habentes certam qualitatem,nunquā cōpræhēdat clericos, neq; eos ligabit,etiam si causa in foro sæculari agitaretur,Sal.in auth.cassa n.11.C.de sacros.eccl.Soc.in l. certi conditio §.quoniam n.11.ff.cert.pet.Fel. in c. 2.nu.22.de prob.& in c.eccl.S.M.n. 101. de const. Anch.in c.1.n.28.vers.accedat, & n. 218.de const. vbi etiā Dec.n.14. vers.12.Abb.& Soc.sen.nu. 5. in fin.& Aret.in c.quod clericis de foro cōp.idē Abb. in d.c.eccl.S.M.in 2. repet.n. 42.Rocc.de Curte in repet.c.fi.section.8.n.11,de consuet.vbi asserit hāc esse com.opin. * Calder.in sua q.quæ incipit statuto Ciuitatis,Paul.de Cast,in l.omnes populi in fi.ff. de iust.& iur.& in l 2.in prin.col.3.de eo quod certo loco Alex.cons.210.nu.14.vol.2 Paris.cons.106 nu.1.lib.3.Bart.Bal.in rub.de reb.eccl.non alien.n. 106.Masc.in repet.rub.de probat.n 41.& in l. 1.§. si.n.25. & 32.ff.de q. Tiraq.in tract.de nobilit.q.43 n.16.vbi alios citat Autrer. in tract. de potest. iud. secul. reg.2.in vlt.uerb.in 16.to.tract. diuers. cart. mihi 292. Ruin.cons.69.n.6.lib.4.Asin in pract.exequut.§.19.c.5.limit.13.n.2.Bero.q.50.n.1.vbi dicit quod nemo discrepat ab ista opinione Capra reg. 15.nu.55.Menoch.cons.991.n.7.vers.5.mouet.me lib. 10. Ruin.iun.cons. 486.nu.10.lib.5. Masull. in add. ad Capic.dec.98.nu.2.Crot.cons.75.n.1.& 16 lib.1. vbi dicit quod hoc procedit etiam si statutū esset a Papa confirmatum,Carpan.super statut.Mediol.p.1.c. 95.nu.6. Decian in tract.crim.par.1. lib.

453 2.c. 35.nu.10.& ratio huius conclusionis est quia probatio respicit decisoria, quia ab ea victoria dependet,ideò eos non comprehendit,l. qui accusare C.de edend. Bar.in l.ictus fustium ff. de his qui not.infam.Aret.in c.dilecti col.pen. de iud. & in c. quod clericis nu. 13.de foro compet.Bald.in l. 1.in fin.uers.tu, & ego C.quæ sit longa consuetud.Dec. Asin.& Soc. sen.Rimin.iun. & Crot. in locis paulo ante citatis Cacial.in l.cunctos populos num. 132. C.de summ. Trinit. & fide Cathol. Alex. cons. 16. nu. 7.lib.5.cum alijs quos allegaui supra limit. 7.n. 140. & seq.

454 Ampliatur modo prædicta conclusio, vt procedat etiam si causa tractaretur in curia sæculari Calderin.in disputat.supra citata Ancher. in repet. cap.ea quæ in vltim.colum. vers.ex prædictis de regul. iur. in 6. Felin. in cap. 2.num. 15. de probat. Marsil. singul. 29. Asin. eadem limita.13. Carpan. d.c.95.n.8.

455 Ampliatur, vt eadem conclusio procedat etiam quod quis fecisset se clericum post solutionem quā vult probare, Alexan.consil.211.n.4. vol.2.Soccin. sen.cons.271.circa finem volum.2.Soccin.iun. cōs. 21.num.8.lib. 1.Roland.cons. 57. num. 28. vol. 2. Riminald.iun.cons.15.nu.95.lib.1.Carpan.in præcit. cap. 95.nu.7.

456 Quæro 82.vtrum valeat statutum tollens ferias inductas in honorem Dei: vt puta quod potestas possit procedere contra delinquentes,etiam diebus festiuis,& feriatis in honorem Dei,affirmat Decia. in tract.crim.p.1.lib 2.c.34.nu. 15.ad q allegat gl. in l.quatraginta, & ibidem Bal.C.de ferijs Seuer. in repet.l.omnes populi n.36.ff.de iust.& iur. & in casu proposito puto quod sit vera dicta opinio,vt delinquens citius,& facilius puniri possit,secus in alijs casibus in quibus statutum non posset tollere ferias inductas in honorem Dei, quia ipsæ feriæ sunt inductæ de iure diuino, vt est in 3. præcepto dialogi, hoc est Sabbata sanctifices.

457 Quæro 83.vtrum statutum quod pater non possit meliorare vnum filium in præiudicium aliorum filiorum, habebit locum etiam si pater vellet meliorare filiū clericū,& aliqui videtur affirmare, quod hoc nō posset facere in præiudicium aliorum, Dec. cons.114.col.1.& 2.Carpan. super stat. Mediol. p. 1.c.305.nu.12.ubi loquitur in statuto Med. & sicut tale statutum operatur contra eos, ita eod. modo debet eis prodesse, quia si eis non relinquit prout

alijs filijs poterunt petere equam lactionem, quia tunc statutum est eis fauorabile Papp.cons.60 n.2. vbi adhoc allegat l.omnia priuilegia C.de episc.& cler.c.2. de consuet.Doct. in c.eccl.S. M. de const. Bar.& alij in l.cunctos populos C.de sum.tri.& fid. cath.Butr.& alij in c.quod clericis de foro cō.Lap. alleg.100. Capra reg.15.n.32. Verum si legitima aliorum filiorum non minuitur, potest pater illum meliorare, prout posset quemlibet alium ex eius filijs meliore etiam si femina esset, vt post alios Molfes.ad consuet.Neap.p.3.q.7. per totam.

458 Quæro 84.vtrum statutum, quod coloni possint renunciare suæ conditioni habeat locum in colonis, & conductoribus à clericis,& ecclesijs, & dico quod non, quia ipsi in præiuditium ecclesiæ,& clericorum non possunt illi renuntiare, Bar. cons.187. in 1.dub.Ladrech.cons.103.n.3.circa fin. Alex.in. addit.ad.Bart.in authent.cassa C. de sacros. eccles. Abb.n.30.& Fel.n.104.in 2.exempl. in c.eccl.S.M. de consi.Dec. in d. Auth. cassa nu.18. Caccial in repet.l.omnes populi num.150.vers.ex ijs infertur ff. de iust.& iur.Surd. cons.301. n. 78. lib.3. Capra reg.15.n.28.Landrech.cons.103.n.3.circa fi.

459 Quæro 85. vtrum statutum laicorum disponens, quod ecclesia,vel clerici nunquam possint præscribere sit validum, & circa hanc quæstionem Villaut.dec.15.n.7.tenet quod sic,ad quod allegat Doct. in pluries citato c. eccl.S. M. de const.mihi vero vna cum Vulpell.in tract.de libert. ecclesiastica p. 2.n.2. videtur totum oppositum esse omninò dicendum, & hoc duabus rationibus, quarum prima est quia statutum hoc expresè meminit de clericis & ecclesijs, & quotiescumque statutum laicorum expresè disponit de clericis, vel ecclesijs est nullum ex defectu potestatis, vt latè dixi supra in præsenti eff ampl.9.nu.44.Secunda ratio est quia tale statutum est etiam nullum ex defectu potestatis, ex quo tendit contra libertatem ecclesiasticam ex quo tollit ecclesiæ, & clericis præscriptionem, quæ est eis permissa ex dispositione iures canonici,& ciuilis vt toto tit. extra de præscript. & ff.& Cod. tit. & quotiescumq; statutum tollit clericis id, quod sibi competit ex dispositione iuris canonici, & ciuilis dicitur contra libertatem ecclesiasticā, vt dixi etiā

460 supra ampl.12.nu.68.posset tamen saluari opinio Villaut, ubi statutum non tolleret indistinctè præscriptionem, sed tantum eam tolleret quando ipsa esset cum mala fide, quia tunc esset ualida, ex quo se conformat cum dispositione iuris canonici, quo iure nunquam permittitur præscriptio cum mala

461 fide c.uigilanti, & c. fi. de præscript.c.possessor, & ibi gl.de reg.iur.in 6.Franc.Balb.de præscript.in 3.par. vlt.par.princ.q.2.nu. 1.fol.537.Tho. Zerol. in prax.episc.in ver. præscriptio §.3.Siluest. in sum. in co. uerb. il 1.nu.1.uers. 2.ut patet, & ita procedit opinio contraria, quæ saluatur,ut liget clericos non ut statutum est,sed quia continet idemet,quod ius canonicum sanciuit.

462 Quæro 68.utrum statutum requirens consensum agnatorum in contractu mulieris, uel minoris uerificetur, & sit ei satisfactum si consensit agnatus clericis, & dico quod sic, Lambert.in tract.de contract. gl. 17.q.8.nu.13.Carpan. super stat. Mediol.

463 c. 328.n.508.lib.1. qui dicunt, quod secus est in monacis, & alijs regularibus, quia ipsi non possunt tale consensum præstare ex quo sunt [illegible] cui mundo c.non iudicans 12.q.1.l.Deo nob.s ubi hoc notat Bal.C.de episc. & cler. §. distrahan [illegible] auth. de nupt.Port.cons. 107.n.33.Tappia in repe.Auth. ingressi in uerb.sua cap.14.n.6.Borell.cons. 67.n.3.

464 Quæro 87.utrum statutum disponens quod contractus non possit aliter probari, quam per instrumentum, habeat locum, & comprehendat clericos, ita ut nec ipsi possint suos contractus probare aliter quam per instrumentum, & dico quod non, Crot.cons.75.nu.13. Ladrech. d.cons. 103. num.3. uers tunc quoniam lib.1.

465 Quæro 88.an statutum laicorum possit interpretari testamenta clericorum, ut si diceret, quod alij positi in conditione censeantur, uel non censeantur positi in dispositione, & uocati, uel quod testator semper præsumatur tollere Falcidiam, & Trebellianicam, & dico quod non, nisi clericus in condendo ipsum testamentum uoluisset uti iure municipali, & forma à statutis tradita, Picus in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 58. ff. de leg. 2. Mant.in tra.de cognect.ultim. uolūt.li.6.tit.7.n.20.

466 Quæro 89. utrum statutum mandans, quod donatio rei de qua non est tradita possessio donatario in uita donantis sit nullius momenti, habeat locum quando esset facta donatio clerico,uide Henning.Goden.Vltr.cons.36.nu.6.& 7.Coler.in tract. de process. execut.p.1.c.3.nu.197.

467 Quæro 90.utrum ualeat statutum quod pro funere, uel exequijs non possit expendi nisi usq; ad tantam summam, & dico quod non,Rom.sing.363 Boreli.super prag.odia litiu §.1.glo.3.n. 235. Asin. in l.si quis sepulchrum n.65.ff.de religios.& sumpt. funer. Fel.in c. Eccl. S. M.n. 95. uer.l. memini tandem, & ibi etiā Dec.n.63.de const. Alb. in lucubr. ad Bar. in l.1.n 11.C.de sum. Trin.& fide Cath. ubi dicit quod tale statutum est contra libertatē ecclesiasticam, Crot. in l. omnes populi,n.44.ff.de iust. & iur. Decia.in tract.crim.p.1.lib.2.c.34.n.8.quod

468 tamen intelligitur esse verum quando statutum disponit circa ea, quæ respiciunt salutem animæ, secus in respicientibus pompam,vt si disponeret de vestibus funeralibus, & similibus, de quibus anima nullum consequitur beneficium ita Fel. & Borel. locis cit.latè Vulpel.in tract.de libert.eccl.p.1.n.8.&

469 9. vbi dicit quod funerales pompæ magis sunt viuorum solatia, quam mortuorum suffragia alleg. D.August.in lib. de cura pro mortuis c. 2. n. 18. & D.Thom. 4.dist.45.q.2. &Gaeta.cas.31. & ex nostratibus Abb.in c. fi n. 6.de reb.eccles.alienan. vel non Nauarr.in manuale confess.cap. 27.

470 Quæro 91.quid si statutū certo casu annullat donationē vt puta donationē excedentē talē summā, vel factā inter affines, an tale statutū annullat donationē factā à clerico,& dico quod non,etiam si fiat in fauorē laici, Puteus decis.233.n.5.lib.3.Soc.sen. cons. 14.col.1.lib.4 Hond.cons.3.n.23.lib.1.

471 Quæro 92.vtrum statutum, quod prohibet fieri inuestituram extraneis stant.hæredibus emphiteutæ,compræhendat etiam bona ecclesiarum,& per-

472 sonæ ecclesiasticæ affirmant Puteus decis.6.Bursat.cons. 93.n.37.li.1.& idē dicitur in statuto dispo nente, quod nemo inuestiri debeat, nisi vocato posses-

possessore rei, alias inuestitura sit nulla, quia si clericus inuestiat laicum non vocato possessore, tunc inuestitura erit nulla, ex quo non fuit seruata forma a statuto tradita, qua fuit inhabilitata per statutum Persona sibi supposita ad inuestituram accipiendā
473 nisi seruato certo modo Natt. cons. 180. n. 4. lib. 2. vbi alleg. Alex. cons. 93. lib. 2. quæ dicit etiam Ladrech. cons. 103. n. 2. Boui. in tract. de statutar. vrb. præscript. gl. 19. nu. 209. vbi alios allegat, & dicit, quod hoc procedit, etiam si is qui debet inuestiri esset clericus, quod vltimum non puto verum per ea quæ scripsi supra in statuto de compromissis faciendis in num. 412. & in stat. de retract. dixi etiam supra n. 383.

474 Quæro 93. vtrum statutum quod certa bona non possint alienari extra familiā compræhendat clericos: aliqui affirmant, quod tale statutum dicitur conditum fauore publicæ vtilitatis, & ad conseruādas familias, & tale statutum compræhendit clericos tam actiue, quam passiuè. s. vt non possint vendere neque emere talia bona Signorol. de Homod. cons. 21. per tot. Gail obser. 32. n. 5. lib. 2.

475 Quæro 94. an statutum imponens gabellam, vel collectam pro contractu vel aliquo actu liget etiā clericos, & dico quod non Bald. in l. 1. q. fin. de cōtrahend. empt. Butr. in c. nō minus de immun. eccl. & in c. 1. in fi. de censib. Abb. cons. 1. uol. 1. & cons. 13. vol. 2. Roland. cons. 71. n. 8. lib. 4. Tiraq. de retr. lig. §. 1. gl. 13. nu. 11. vbi de com. testatur Bertach. in tra. de gabb. in 7. p. princ. q. 6. Remigg. de Gonn. in tract. de charit. subsid. q. 65. n. 5. in 15. to. tract. diuers. p. 2. cart. mihi 192. Ferret. in tract. de gabell. n. 443. & 431. vbi multos alios allegat, & quia de ista materia latè sum tractaturus infra effectu sequenti, ideo me remitto ad ibi dicenda.

476 Limitatur 1. ista conclusio vbi statutum gabellā imponeret pro contractu, qui sit causa negotiationis, vt si statutum diceret quod ementes grana, vel vina, & illa reuendant, soluant tot pro gabella, tale statutum ligabit etiam clericos rationes negotiationis, Ferret. d. n. 431. vbi allegat glos. in clem. præsenti de cens. Fider. de Sen. cons. 111.

477 Limitatur 2. vbi statutum imponeret gabellam pro cōmuni necessitate, vel vtilitate, Ferret. in trac. de gabell. n. 432. sed non est vera, nisi Summi Pontificis accedat licentia c. non minus, vbi Abbas de imm. ecclesiasticæ Molina disp. 672. in 3. euentū concl. 1. & c. aduersus de immu. eccl. Azor. p. 1. moral. lib. 5. c. 13. q. 9.

478 Quæro 95. quid de statuto disponente, quod pater, vel mater non possit disponere vltra decimam partem, etiam pro anima, & aliam nonam reseruet filijs, an sit validum, & dico quod sit, quia causa filiorum est magis priuilegiata, quam causa pia, Ancher. cons. 25. Suarez in repet. l. quoniā in prioribus in declarat. l. regni §. ad primū huius, nu. 7. & 8. car. mihi 409. pro, quo satis ad propositum D. Aug. ait filijs magis, quam piæ causæ parentum hæreditas relinquenda est, & qui contrarium facere voluerit alium quærat pro cōsilio quam Augustinum: ita habetur in cap. fin. 17. q. 4.

479 Quæro 96. utrum valeat statutum prout est Venetijs, quod res immobiles, quæ perueniunt apud clericos, uel ecclesiam non possint per eas retineri, sed teneantur illas uendere infra certum tempus, & respondendum est quod non Ferdin. Vasq. in tra. de success. creat. §. 10. n. 648. vers. denique leges humanæ. Aponte supra citat. in fine nu. 338.

480 Quæro 97. vtrū statutū mandans quod pro omnibus causis soluantur sportulæ iudicibus, an teneātur illas soluere clerici, & dico quod non quia ipsi sunt priuilegiati l. cum eccl. C. de episc. & cler. Bald. in l. cūctos populos col. 18. C. de summ. Trin. & fide Cath. Ferret. in tract. de gabell. n. 342.

481 Quæro 98. vtrum statutum, quod emptor teneatur insolidum ad gabellam, habeat locum in eo, qui emit ab ecclesia, & dico quod non, quia si ipse teneretur gabellam soluere, ecclesia, & clerici tanto minus venderent res suas oneratas solutione gabellæ propter statutum, & sic per indirectum ecclesia læderetur, Maccab. cons. 18. n. 33. 34 & 35. ubi alios allegat, & vltra ibi allegatos idem dixit Florian. de S. Petro in l. si uenditor nu. 3. ff. de religi, & sumpt. fun.

482 Quæro 99. utrum statutum disponens, quod de omnibus legatis soluatur certum quid, habeat locū in legatis pijs: respōdendum est quod non ita respondit Ladrech. cons. 103. nu. 3. uers. nunc quoniā ubi allegat Butr. cons. 4. Abb cons. 26. lib 1.

483 Quæro 100. nunquid ualeat statutum laicorum disponens, ut in sepulturis non possit expendi nisi usq; ad tantam summā, & dico quod non ex quo tale statutum non sit conditum super re spirituali, est tamen conditum super re annexa spiritualibus Siluest. in sum. uerb. sepultura num. 15. Ang. in eod. uerb. num. 46. Sebast. Medic. de sepult. p. 1. q. 30. ubi
484 hoc limitat, quando statutum non disponeret circa ea, quæ concernunt ecclesiam.

Et pro tali intelligentia præsentis 2. effectus, primo sciendum est quod in casibus in quibus clerici ligantur statutis laicorum, non possunt astringi ad obseruantiam ipsorum statutorum per iudices laicos, sed per suos superiores ecclesiasticos, quod etiā poterunt exigere penas, licet a lege sæculari impositas, Saliçet. & Dec. in Auth. cassa nu. 16. C. de sacros. eccl. Barbat. cōs. 1. col 12. uers. & adduco quod uoluit lib. 3. Io. de Plat. in §. item lex Iulia col. 4. uers. item nunquid instit. de publ. iud. Io. Lup. in repet. c. per uestras in 2. notab. §. sed ex pulchra num. 12. de donat. inter uir. & uxor. Io. Ambros. de Opizon. in repet. l. filius fam. §. diui n. 89. ff. de legat. 1. Menoch. cons. 800. n. 17. & 19. lib. 8. Carpan. super stat. Mediol. p. 2 c. 247. nu. 30. ubi alios allegat, & in prælud. lib. 1. n. 610. Surd. cons. 301. nu. 34. lib. 3. Morl. in empor. utriusq; iur. p. 1. tit. 1. q. 16. nu. 17.

485 Secundo sciendum est, quod statuta fauorabilia à laicis condita competunt etiam clericis, Lap. alleg. 101. col. 3. & 5. & alleg. 100. col. 2. Geminian. in c. fin. de offic. delegati in 6. Io. Cir. in tra. de primog. lib. 1. q. 24. n. 19. & 33. in 10. to. tract. diuers. par. 1. cart. 36. Bertach. in tract. de episc. p. 1. lib. 4. nu. 96. in 13. to. prædictorum tract. p. 2. car. 353. Dec. in c. eccl. S. M. n. 52. 62. & 70. Restaur. in trac. de Imper. q. 101. n. 7. ubi alios alleg. Mandos. in tract. de annalib. cas. n. 135. uers. & quod clerici Ias. in l. de quibus n. 11. ff. de legib. Brun. in tra. super stat. quod stant. masculis art. 12. 173. Surd. in tractat. de alimentis q.
486 15. nu. 62. Quæ conclusio intelligitur procedere, si cle-

si clerici voluerunt vti talibus statutis sibi fauorabilibus, quod vti possint, & nō quod tenentur illa nō suscipere, Lambert. in tra. de contractibus gl. 2. nu. 57. Rocc. de Curt. in repet. c. fin. sect. 8. n. 7. de const. Lancellot. Gallia super consuet. Alex. in verb. maritus q. 4. nu. 7. vbi asserit hanc esse comm. opin. * Surd. cons. 301, nu. 14. lib. 3.

487 Tertio sciendum est, quod in dubio non praesumitur, quod quis in fraudem clericatum assumpserit, nè s. supponatur statutis laicorū, Carp. super stat. Med. p. 1. c. 272. n. 2. vbi allegat Alciat. cōs. 354. in fi.

488 Quarto sciendum est, quod vbi in statuto fit expressa mentio de clericis, vel personis ecclesiast. vel bonis clericorum, vel ecclesiae tale statutum est nullum ex defectu potestatis not. in c. eccles. S. M. de const. & praecipuè Dec. nu. 49. & Fel. 37. Natt. in tract. super stat. quod stant. masc. in 3. quaest. princip. n. 87. Germon. in tract. de sacr. immun. lib. 3. c. 17. n. 39. vbi dicit quod Princeps saecularis nullam habet iurisdictionem in clericos, & in res ecclesiasticas, sed habetur loco priuati Surd. cons. 301. n. 12. & 13. lib. 1. vbi multos alios citat Bursat. cons. 90. n. 22. lib. 1. Menocch. in tract. de recuperan. possess. remed. 14. n. 56. Hond. cons. 3. n. 18. li. 1. Minald. in repet. const. in aliquibus in verb. filiorum nu. 22. 23. de success. fil. com. vel baron. Caualc. dec. 33. n. 15. circa medium, & decis. 18. nu. 48. lib. 3. & vtrobiq; alios alleg. Brun. in tract. quod stant. mascul. art. 6. q. 2. Bertaz. cons. 64. n. 22. in ciuili b. Gail. obser. 32 n. 4. li. 2. Cepoll. cons. 15. n. 8. in crim. vbi dicit quod tale statutum est iniquum, & turpe Capr. reg. 15. n. * 24. & 31. vbi test. de com. opin. Baldass. Caldut. Florent. cons. 78. nu. 62. inter cons. vltimar. volunt. diuer. lib. 2. Alb. cons. 8. n. 8. li. 1. Medic. in tract. de leg. & stat. p. 4. q. 6. n. 5. vers. quorum prima Abb. in c. repet. eccl. S. M. n. 15. de cōst. Carp. super stat. Mediol. in praelud. n. 594. Odd. cons. 44. n. 3. lib. 1. vbi dicit, quod etiam si clericis sit fauorabile, adhuc non valet, Monte sperrell. cons. 59. n. 9. & per tot. Vulpel. in tract. de libert. eccl. p. 2. n. 7.

489 Ampliatur praedicta conclusio, vt nec etiā in eorum fauorem valeat statutum expressè de clericis disponens, Gioff. cons. 81. nu. 84. & 85. lib. 1. Gail. obser. 32. lib. 2. Caualc. decis. 33. n. 15. li. 3. Rodoan. in tract. de spolijs q. 3. n. 16. Plot. cons. 93. n. 2.

490 Quinto conclusio imitatur quādo lex, vel statut. facit expressam mentionem de clericis, non tanquā lex vel statutum, sed tanquam priuilegium fauorabile ipsis clericis, Bald. in c. cum venisset nu. 6. vers. oppono dicitur de eo qui mittitur in possessionem Dec. cons. 882. n. 8. Surd. cons. 259. nu. 20. vbi more suo alios alleg. Anibal. in add. Alb. cons. 8. nu. 24. in lit. k. qui asserit quod haec est comm. opin.

491 Sexto sciendum est, quod si clericus, vel ecclesia vult vti statutis laicorum, oportet vt seruet formam ipsorum, c. quo iure vbi gl. in vers. non 8. dist. Fel. in c. eccl. S. M. nu. 81. vers. sed hanc primam vbi dicit quod si statutum (prout est Ritus noster c. 110.

492 & 111.) dat executionem instrumento infra decem annos clericus non poterit exequutionem petere elapso dicto tempore Dec. in eod. c. n. 225. Marius Anguiss. cons. 24 num. 57. Bertach. in tract. de episc. p. 1. lib. 4. num. 96. in 13. to. tract. diuers. Rebuff. super consuet. Franciae gl. 1. nu. 78. Freccia in tract. de praesent. instrum. p. 13. q. 1. nu. 11. vbi alios allegat Hond. cons. 78. n. 12. lib. 2. Montecaus. super statut. Bonon. lib. 6. rub. quomodo, & qualiter fieri debeat actus §. & quod omnes car. mihi 22. La

493 drech. cons. 103. n. 3. in fi. & eo vti non poterit nisi eius qualitates, & conditiones omnes admittat Bald. in l. de quibus n. 26. vers. 6. quaeritur ff. de leg. & in l. contra §. fin. ff. de pact. & in l. omni nouatione nu. 2. C. de sacros. eccl. & in l. 1. q. vlt. de contrah. empt. & l. fi. §. si vero postquā C. de iure deliber. Cuman. cons. 84. post princ. Soc. in l. cēturio n. 30. uers. 2. conclusio ff. de vulgar. & pupill. subst. Dec. in l. 1. n. 12. ff. de iurisd. omn. iud. & in c. eccl. S. M. col. pen. de const. & cons. 534. n. 7. & fer. Crauett. cons. 802. n. 9. lib. 5. Nast. cons. 534. n. 3. lib. 3. Crat. cons. 162. n. 11. lib. 2. Ceph. cons. 226. n. 16. lib. 2. & cons. 385.

494 n. 4. & 5. lib. 3. & cons. 686. n. 12. lib. 5. Ruin. cons. 113. n. 16. lib. 4. ubi loquitur etiam in statuto dante exequutionem paratam instrumentis publicis, infra aliquod tempus, & dicit quod clerici illam possunt petere infra illud tempus tantum Arnon. dialogo 7. Carpan. super stat. Med. in prelud. n. 616. Iacobin. l. sin autem n. 2. ff. de pact. ubi dicit quod debet illo uti cum omnibus uenientibus ex eo, licet tali statu-

11 pœna est, vt possint temporaliter puniri per suos superiores.Fel.in c.tua nos,nu.4.de arbitr. Octaua & vltima est pœna, vt clerici contrahentes matrimonium ipso iure perdant beneficium ecclesiasticum,si illud habent,glo.& Abb. nu.7. & alij omnes in c.1.de cler.coniug.idem Abb.in c.quod a te,n.1. & 4.& in c.diuersis,nu.1.eo.tit.de cler. coniug. Siluest.in sum.in verb.clericus,il 2. §.4. Gigans in tractat.de pensio.q.53.n.3.4. & 5. Paris.in tract.de resign.benefi.lib.5.q vlt nu.165. & lib.1.q.1.nu.13.& lib.3.q.14.n.2.vbi de communi testatur, & in tract. de confid.q.9.n.6. Nauar.in tract. de horis canon. c.21.n.53. & cons.3.in tit.de renunt.Fernan. Vasq. in tract.de success.creat.li.3.§.22.lim.num.45. in fi. vbi multos allegat Char. in § ii.q.73. vers. clericus. Mascar.de proba.concl.182.vbi testatur de comm. opin.Paris.cons 40.nu.30.lib.4.Caputaqu.dec.215. n.2.p.1. Anna allegat 98.n.5.Capra reg.97.nu.50. Couar.in 4 decr.in 2.p.c.16.§.3.nu.4. Minad. dec. 24.nu.3.Roffred.Beneuent.in tract.de iud. p.3. tit. de octauo impedimento,nu.4.car.mihi 461. Menoch.in tract.de præsumpt.lib.6.præsump.82.n.3.qui dicit, quod contrahendo matrimonium pręsumitur beneficio renuntiasse.Suarez in Thesaur.recept. sẽten.in lit.C,n.107.Hier.Ceual.in Spec.prac.q.com. contra com.q.247.n.1. Port.cons. 149.nu.7 & seq. vbi multos allegat Anchar.in c.diuersis, n.1.de cler. coniug. qui etiam dicit, quod priuantur beneficijs omni appellatione remota, & Henric Bohic ibidẽ num.7.dicit,quod contrahendo matrimonium clericus videtur ipso facto renuntiare beneficijs ecclesiasticis, & quia prædicta vltima pęna non infertur ita simpliciter, & indistinctè,ideo sequendo ordinẽ hucusque a me obseruatum illam ampliabo, & limitabo diuersis modis.

12 Primo itaque ampliatur, vt clericus contrahens matrimonium nõ solum perdat beneficium, verum & pensionem super aliquo beneficio sibi reseruatam.Gig.in tract.de pensio.q.53.n.3.4.& 5.Nauar. de horis canon.c.21.n.53.Io.Bat.Marches.in trac. de commissio.p.1.c.14. nu 28. carte mihi 135. Paris.in tract.de resign.benef.lib.1.c.1.n.15.qui dicit, quod hæc est comm.opin.& quod secundum istam opinionem fuit concl.in Rot.Rom. de anno 1546. Thom.Sanch.de matrim lib.7.disp.44.to.2.

13 Secundo ampliatur in clerico,qui contrahit matrimonium per verba de præsenti absque carnali copula, quia adhuc ipso iure perdit beneficium. Doct.in c.1.de cler.coniug.in 6.Io.Andr.in c.Ioannes in 8.q.eod.tit.Menoch.in tract. de præsump.li. 6.pręsump.82.n.3.Mozz.in tract.de contract.tit.de

matrim.rubr.de natural.matr.nu.4. car. mihi 185. Capra reg.97.nu.51.Hier.Ceual.in Specul.pract.q. comm.q.147.nu.2.

14 Tertio ampliatur, vt perdat regressum, & omne ius, quod habet in benefitio, quia tali regressui, & iuribus videtur renuntiare per contractum matrimonij. Couar.super 4.decr. p.2.c.6. §.3.n.5.prout eum refert Paris.in tract.de resign. benef.lib.1.q.1. num.14 vbi testatur de com opi. Mozz.d.n.4. vers.

15 ego autem, vbi dicit, quod perdit expectatiuā ita, & taliter, quod si beneficium vacaret etiam post dissolutum matrimonium, adhuc erit exclusus, nec poterit illud petere.

16 Quarto ampliatur, vt dictam pœnam incurrat clericus, qui contrahit sponsalia per verba de præsenti, quia talis actus est cōtrarius intentioni beneficij, Abb.in c.sanè il 2.nu.5.de cler.coniug. Foller. super const.Regni in tit.de magistro iustitario, nu. 111.car.mihi 122. Mozz.in d.rubr.de natur. matr. n.4 car.mihi 185.secus si sponsalia essent cōtracta per verba de futuro, Abb.in c.1.n.6.de cler.coniug. Capra reg.97.n.51.in fi.Suarez in Thesaur.recept. sent.lit.C,nu.108 vbi testatur de commu. opi. Aufr.in add.ad Tholos.dec.139.Mozz. & Foller.in locis proximè allegatis, vbi dicit, quod clericus cōtrahens sponsalia per verba de futuro non perdit priuilegia clericatus, prout ea perdit contrahendo per verba de præsenti, & pari modo non incurrit in sententiam excommunicationis, quia d.clem.1. de cōsang.& affin.loquitur tantum in contrahentib. matrimonium, ideo tanquam lex pœnalis non extenditur, sed restringitur quo fit, vt in ea non comprehendantur contrahentes sponsalia, hanc opi. secutus fuit Gaetan. in summula in verba excōmunicatio c.47.circa medium, vbi dicit, quod ad incurrendam excommunicationem requiritur, quod matrimonium contrahatur per verba de præsenti explicitè, & implicitè, & quod prædicta non procedunt, vbi post sponsalia fuit secuta copula carnalis, quia tunc incurrit contrahens matrimonium, quæ ampliatio limitatur, vbi sponsalia essent aliquo capite nulla, quia tunc nulliter contrahendo sponsalia nō perdit beneficium. Ioan.de Imol.in clem. gratię de rescript. Ias. in l.causas, vel lites in 2.colum. C. de transact.Cassan.super consuet.Burgund.rubr.3.§.8. num.5.car.mihi 481.

18 Quinto ampliatur, vt non solum prædicta conclusio procedat, vbi matrimonium esset palam, & publicè contractum, verum etiam si esset occultum tex.glo.& Abb.in c.cum decorem, de cler. coniug. Simon Maiol.in tract.de irregul.lib.1.c.34.num. 4. vers.hæc autem est bene verum, quod si matrimonium esset occultè contractum clericus contrahens facta pęnitentia non indiget alia indulgentia, & restitutione ab episcopo facienda a suspensione prout si contraheret publicè.Abb.in c. sanè, il 2.nu.1. & 4.de cler.coniug.

18 Sexto ampliatur etiam si sponsalia, & matrimonium non haberent effectum, vt quia mulier ingreditur monasteriū, quod facere potest etiam inuicto sponso c.ex publico, de conuers.cōiug. quia ex quo contrahendo matrimonium beneficio renuntiasse videtur, vt dixi supra, & voluerunt Anna alleg. 98. n.5.Paris.in tract.de resign.benef.lib.1.q.1.nu.11.&

19 lib.4.q.2.n.101.qui ambo alios allegant, non poterit ad beneficium renuntiatum regredi sine noua collatione. Mozz.in tract.de contra.tit. de matrim. rub.de natural.matr.num.4.circa princ. carte mihi 185.vbi ad hoc allegat Vincent.& Io.Andr. in c.1. de cler.coniug.Spec.in eod.tit.in fi. Capra reg. 97. n.51.Maiol.in tract.de irreg.lib.1.q.34.nu.5.

20 Septimo ampliatur, vt nec valeat contraria consuetudo gl.Abb.& communiter scribentes in c.cum decorem, de cler.coniug.Maiol.in tract. de irreg.li. 1.c.34.nu.4.vers.hæc autem, qui dicit, quod ex tali consuetudine insurgeret malum exemplum & quod ille ecclesiasticis stipendijs viueret, qui sub sæculi militia militaret.

21 Octauo ampliatur etiam si matrimonium esset nullum, vt quia contractum inter consanguineos, vel cum minore, quia tunc ita priuatur beneficio ecclesiastico sicut si legitimè contraxisset, quia ex parte sua contraxit, & fecit quidquid potuit Io. Andr. in c.Ioannes, n.24 de cler.coniug.Rom.cons.483.n.6. Rot.Ro.decis.102.in antiq.Pauin.in tract.de offic. & potest.c.sede vacan.plud vltim. col. 3.vers. septimo Brixien.in q. domin.q.10. per tot.Barbat.cons. 11.col.pen.vers.præterea accedat, lib.1.Ias.in l. vbi pactū col.pen. vers.secundo facit, C.de transf.Mars. sing.286.circa med.Crauet.in tract.de antiq.temp. p.4.n.5.vers.rursus. Gig.in tract. de pensio.n.54. in fi.Dec.cons.165.Imol.in clem.gratia, de rescr.quos omnes refert, & sequitur Brun.a Sole in cōpē.resol. propos.iur.in verb.clericus in minorib.& vltra prędictos idem dixerunt Capra concl.97.n.53.Paris in tract.de resign.benefic.lib.1.q.1.n.12.Mozz. in tractat.de contract. tit.de matr.rub. de naturali matr. nu.4.ver.ampliatur, car.mihi 185. Mars.in tract.de bann.in verb.nullitas, n.73. Vasq.in tract.de succes. creat.lib.3.§.22.lim.18.n.46.& 47. vbi multos congerit Cassan.super consuet. Burgun.rubr.3. §.8.nu. 9.car.mihi 482. Intrig.in tract.de feud.cent.2.ar.5.

22 num.267.Crauett.cons.191.num.7. lib.1.& quid si isto casu contraxerit scienter, vel ignoranter, & an sit priuatus ipso iure, an vero requiratur sententia ponit Dec.d.cons.165. Secus si esset nullum ratione consensus, vt quia contraxisset per vim, & metum cadentem in constantem virum, ex quo tunc non vacat beneficium; quia non tenet matrimonium, & sic nec tenet illa tacita, & præsumpta renuntiatio, c.ad audientiam, quod met.caus. Capra reg.97.nu.58. Mozz.d.nu.4.vers. supradicta tamen, vbi dicit idem esse si fuisset contractum per furiosum ebrium, uel similem, Suarez in Thesaur. recep. sent.lit.C,n.109.Io.Sicard. in l.transigere, n.7.C.de transact. Henric Bohic in c.diuersis, nu.10.de cler. coniug.Capra reg.97.nu.57.

23 Primo limitatur prædicta conclusio, quod clericus contrahendo matrimonium perdat beneficium ecclesiasticum ipso iure, vt non procedat in clericis in minoribus, qui .s. amittant beneficium, illud tamen nō amittunt ipso iure, sed per sententiam gl.in c.1. de cler.coniug. Moz.in tract.de contract.tit.de matrim.rubr.de natur.matrim. nu.4. vers. supradicta uero, & uers.istud tñ, & n.5.ubi dicit, ꝙ hec opi. gl.est cōmunis, & in practica seruat, licet contraria sit verior in pūcto iuris Mars.in tr.de bann.in uerb. nullitas, n.73.Mart.Vran.Vltr.cons.9.nu.44. lib.1.

Secundo

24 Secundo limitatur, vbi obtineret beneficium nō intitulatum, sed vt possessionem aditam tanquā benemeritus, quia simplex laicus beneficium habere pōt, c. possessione 16.q.1. & c. in quibusdam pœnis Henric Bohic in c. diuersis, nu.2. de cler.coniug.

25 Tertio limitatur in clericis orientalibus, qui licet sint vxorati possunt legitimè obtinere beneficium ecclesiasticum Bohic in d.c. diuersis, nu.4. dummodo tale beneficium sit constitutum more græcorū, quia si esset beneficium latinum illud obtinere non posset. Piag. in tract. de consuet. q.9. nu.9.10. & 11. vbi alios allegat, & multa circa hoc scribit. Et circa prædicta quæri potest, an clericus coniugatus possit habere beneficium, & dico, quod sic, quando beneficium est sæculare, sed si est beneficium ecclesiasticum, tunc est distinguendum; aut tractatur de beneficio ecclesiastico maiore, vt puta de ecclesia curata, dignitate, vel personatu, & non potest talis clericus habere, c. sane, & ibi notat, de cler. coniug. aut de beneficio simplici, & tunc potest concedi in stipendium, si dictus clericus coniugatus sit pauper, dummodo hoc fiat propter vtilitatem ecclesiæ, secus si in titulum beneficij, etiam si sit simplex, ita Capr. d. regu.97. num.33. cum plurib. seq.

26 Quarto, & vltimo limitatur, vbi aliquis cum esset vxoratus eius vxor contenta est introire monasteriū, & vouere castitatem, & ipse effici clericus, quia is poterit obtinere beneficium ecclesiasticum, ita Maiol. in tract. de irregul. lib.1.c.34. nu.1. & 5. vbi recenset aliquos habentes vxores, quæ tamē in monasterium professæ fuerunt, Bohic in d.c. diuersis, nu.1. & reddendo ad nostrum personale institutum siue effectum, videlicet, quod clerici non possunt contrahere matrimonium.

27 Ampliatur 1. vt dicta conclusio habeat locū etiā si is, qui matrimonium contrahere intendit tempore, quo recipit ordines sacros nesciebat, quod recipiendo tales ordines se arctabat ad seruandam castitatem, & continentiam, quia cum hæc sit supina, & crassa ignorantia, nunquam excusabit. Io. Andr. in cap. Ioannes in 2.q. de cler. coniug. not. in c. cum olim, eod. tit. Capra d. reg.97. nu.12.

28 Ampliatur 2. vt dicta conclusio procedat nō solum in clerico, qui existens in sacris ordinibus, illos exercet, & ministrat, sed etiam si ex aliqua censura sit depositus, quia per depositionem non eximitur a voto continentiæ, c. dictum 81. dist. not. in c. 1. in fi. qui clerici, vel vouent. Capra reg. prædicta nu.14.

29 vbi dicit idē procedere in clerico degradato, quia licet clericus degradatus perdat priuilegium ecclesiasticum, illud tamen perdit in pænam delicti, & sic ex suo delicto non debet aliquod reportare cōmodum, vel vtile, si tamen commodum reportare potest ducendo vxorem, & quia character semel impressus est indelebilis.

30 Ampliatur 3. vt dictus quintus effectus, quod clerici non possint contrahere matrimonium, procedat etiam si quis viuente vxore, de facto, aut per ignorantiam fuit assumptus ad sacros ordines sine licentia suæ vxoris, quia licet talis ordinatio non dirimat matrimonium iam contractum, attamen si moritur illa vxor, non poterit de nouo aliam ducere vxorem, ex quo votum solemne fecit quantum fuit in se; ideo eundem vouentem ligabit, cap. placet, & ibi Ioan. Andr. de conuers. coniug. Capra dicta reg.97. num.15.

31 Ampliatur 4. in clerico ordinato per simoniam, quia ordo per simoniam collatus tenet S. Thom. in 2.2.q.100. ar.6. respons. ad primum argumentū Nauar. in Man. c.23. nu.111. latè Vgol. in tract. simon. tab.1.c.12.n.5. car. mihi 58. vbi dicit, quod ordinatus per simoniam est verè ordinatus, licet ei non conferatur executio ordinum.

32 Ampliatur 5. vt habeat locum etiam in clericis ordinatis ab episcopo, qui aliquo iuris impedimento erat impeditus ordines conferre, vt quia erat hæreticus suspensus, excommunicatus, scismaticus, depositus, & similis Compost. in c. cum adeo de rescriptis. Brun. in tract. super stat. quod stant. masc. art.6. nu.54. quia tales episcopi de facto possunt ordines conferre licet ipsorum executio sit suspensa. Borg. de irreg. p.3. in tit. de dispens. episcopi, nu.14. f.61. & p.6. in tit. an excommunicatus, n.6. f.337.

33 Ampliatur 6. dictus quintus effectus clericatus, quod clerici non possunt contrahere matrimoniū, vt procedat etiam in clerico ordinato ad sacros ordines ante legitimam ætatem. Capra d. reg.97. nu.16. & seq. vbi hanc conclusionem ampliat, & limitat diuersis modis.

34 Ampliatur 7. in monialibus professis, clem.1. de consang. & affin. Turrecr. in c. si quis nu.1.32. dist.

35 Ampliatur 8. in clerico ordinato a non suo episcopo, etiam sine dimissorijs, quia ordines taliter collati tenent, si is cui conferūtur efficitur clericus, & imprimitur character, c. eos, de tempore ordin. in 6. Foll. super const. Regni in tit. de episc. & cleric. c. item statuimus. nu.15.

36 Limit. 1. prædictus 5. effectus clericatus, per quē clerici prohibentur contrahere matrimonium, vt non procedat in clericis in minoribus ordinib. constitutis, vel qui sunt infra annum nouitiatus, qui poterunt contrahere matrimonium, etiam quod sint beneficiati absque incursu alicuius pœnæ præter amissionis beneficij, c. de his 18. dist. c. 1. & c. de illo 32. dist. c.2. & c. consuluit, qui clerici, vel vouent. Abb. in c. si autem, num.2. de cohab. cler. & mulier. Anchar. in c.1.n.1. de cler. coniug. & in c. clericus, n.2. de vita, & honest. cler. Hier. Mangrar. in arbor. de consang. & affin. §.1. nu.57. in 9. to. tract. diuers. carte 162. Minad. dec.24. nu.3. Paul. Borg. in tract. de irreg. in tit. qui clerici, vel vouent. n.1. carte mihi 227. Roffred. in tract. de iud. p.3. in tit. de octauo impedimento, n.2. car. mihi 461. Azz. in summa in tit. C. de episc. & cler. nu.21. Alex. de Neuo in rub. qui clerici, vel vouen. n.2. Alfons. Aluarez in Spec. Pontif. c.81. in princ. vers. conueniunt autem Vital. in clem. mihi nu.64. & 65. de pen. Aret. in §. illud, nu.11. de nupt. Gallia super consuet. Alex. in verb. maritus q.4. nu.5. Capra reg.97. n.6.

37 Primo sublimitatur tamen hæc limitatio in monachis, ac alijs regularibus, qui licet sint in minoribus constituti, & etiam quod nullum habeant ordinem, nec primam tonsuram, non poterunt matrimonium contrahere, quia ipsi expresè continentiam vouerūt. Auth. de monachis, §. quod si fieri, & authē. qūo oporteat episcopus, §. neque autē, & authen. de nup. §. sed & si quis inter, clem.1. de consā. & affin. ibi religiosos, dum in eis nullam facit mentionem

tionem de ordinibus sacris, prout facit in clericis Azz.d.n.21. Graff.in dec.aur.p.2.lib.2.c.12.nu.4. qui dicit quod esset valde inhonestum si monachus relicto claustro contraheret matrimonium Gaet.in summula in verb.excommunicatio c.47.

38 Secundo sublimitatur in eo, qui dum fuit promotus ad ordines minores, crederet se promoueri ad ordinem sacrum, & per illum teneri ad continentiam seruanda; quia tunc non posset matrimoniũ contrahere:ex quo in his plus ponderatur animus,
39 quam effectus,c.nuper,& c.fi.de bigam. Cap. reg. 97.n.7. & 8. Et clericus in minoribus constitutus licet possit vxorem ducere,attum postquam eam duxerit, non poterit amplius viuente vxore promoueri ad sacros ordines Roffre.in tra.de iud.p.3.in tit. de Octauo impedimento nu.3. car. mihi 461. Azz. eodem n.21.

40 Limitatur 2. vbi esset per Papam dispensatum, quia circa hoc Papa dispensare poterit licet raro reperiatur quod dispensauerit Abb. in c. cum olim de cler.coniug.in c.cum venerabile nu. 21. qui filij sint legitim. vbi refert multos qui ex dispositione summi Pontificis relictis sacris ordinibus, & claustris vxorem duxerunt Fel. in c.si quando n.5.de rescript.vbi multa circa hoc scribit Io. de Silu. in tra. de benefic.in 2.p.q.1.nu.62.Borg.in tra.de irreg.p.6.in tit. qui clerici, vel vouentes nu.6. & 7.car.mihi 228.Ias. in l.fi.C.de transact. & in l. si arrogator in 3.col. ff.de adopt.Cassa.super consuet. Burgund. rub.3.§.5.n.17.car. mihi 474. vbi dicit quod Papa potest facere de monaco non monacum Menoc.in tract.de præsump. lib.4.præsump.78. nu. 45. & an talis cum quo dispensatur ad matrimonium teneatur ad horas ponit Sanch.de matr.lib.8. disput. 8.n.5.

41 Limitatur 3. in clericis Græcis siue Orientalibus qui non sunt astricti voto castitatis, cap. cum olim de cler. coniug. c. vt clericorum de vit. & honest. cler. Turrecr.in c.aliter num.1.dist.31.Hier. Mangeria in arbor.affinit. & consanguin. §.1.nu. 57. in 9. to.tract.diuers.Roffred.beneuent. in tract.de iudic p.3.tit. de octauo impedimento nu.5. car. mihi 461.Dec. in l.1.nu.4.C.vnde vir. & vxor.Bald. cõs. 23. lib. 3.Alfons.Aluarez in Specul.iur.Pontif.cap. 81. vers.est autem differentiaGallia super consuet. Alex.in verb. Maritus q.4. Henric. Bohic in c. diuersis nu. 4. & seq.de cler.coniug.Sanch.in d.tract. lib. 7. disp.28.n.3. & seq.

42 Quam sublimitationem intelligas vt possint vti matrimonio contracto antequam fuissent ordinati,nõ autem postquam fuerint ordinati possint vxorem ducere,gl.in d.c.cum olim in verb. susceperat, & in verb. ex loco, & in c.Siracusanæ in fi. 28.dist. not. in c.si quis eorũ 32.dist.d.c.diuersis n.8. Capr. reg.97.n.13. Et ita se ordinando liberatur à præ-
43 statione debiti matrimonialis, immo si nolit illud reddere,potest deponi,c.quãdo,c. Nicena 31. dist. c.si quis 30.dist.Borgas.in trac.de irregular.p.1.tit. 7.nu.26. car. mihi 19. Secundo intelligas, ut clerici
44 Græci vzorati possint ordinari dũ sunt in suis partibus,secus inter Latinos Ant.Piag.in tract.de consuetudini.q.9.n.33.& seq.vbi adducit multa similia, maest beneuerum, quod si ita vxoratus transferat se penes Latinos cum sua uxore poterit uti coniugio, & exercere sacerdotium,dummodo sit notus,& de eius uita constet,Henric.Bohic.in d.c.diuersis n.4. de cler.coniug. latè dixit Sanch.d.tract.lib. 7. disp. 28. n.3.& cum seq.

45 Quæro nunc utrum is, qui uouit, uel iurauit aliquam ducere in uxorem,ut puta unam pauperẽ, uel meretricem, possit spreto voto religionem ingredi, vel fieri clericus, & quo ad ingressum religionis nihil ei obstabit hoc iuramentum, uel uotũ, dummodo contrahat per uerba de præsenti,& postea transeat ad religionem ante consumationẽ ipsius matrimonij,quia hoc ei permittitur,c.commissum de spons. Siluest. in sum. in uerb. religio il 2.q. 5.& 9.Maiol.in tract.de irreg.lib.1.c.34.n.6.ubi dicit quod secus est si uellet fieri clericus, & quod ita est intelligendus Tabbiena in summa in uerb. dispensatio n.12.

46 Quæro secundo si is, qui uouit religionem, & castitatem contraheret matrimonium, tale matrimonium esset ualidum non obstante uoto, & dico quod sic: quia uotum non solemne non dirimit matrimonium postea contractum, c. unico de uoto in 6. Io.Andr. in c.Ioannes in 2.q.de cler.coniug.Capra reg.97.n.9.

47 Quæro tertio an filij nati ex clerico in minoribus cõstituto possint legitimari per subsequẽs matrimonium, & quid si clericus haberet beneficium, uide Cæphal.cons. 276.num.19. & 20. lib. 2. Rim.sen. cons. 728.num.9. & 10. lib. 4. Ladrech. cons. 24. n. 62.Ancher.in cap.tanta n.9. qui filij sint legitimi, sed circa hanc quæstione scribam latius infra in tit. de effect. legitimat. ideo ad ibi dicenda me remitto.

48 Et pro complemento totius huius materiæ sciendum est primo quod filij nati ex matrimonio contracto per clericum in sacris constitutum, uel regularem alicuius religionis nunquam possunt dici nati ex matrimonio putatiuo, quia nullus iustus error potest excusare patrem clericum, quia erat sciens suæ qualitatis, & conditionis, Menoc. in tract. de præsumpt.lib.4.præsumpt.78.n.52.

Sciendũ est2.quod clericus in sacris contrahens matrimonium est suspectus de hæresi, ut dixi supra
49 effect. 1.limit. 59. num.1056. & ultra ibi dicta adde Ioan. de Palat. in repe.cap. per uestes in princ. §. 18.num.27. & sequen. Diaz in pract.canon.cap. 74.Septimacen.de Cathol.instit.cap.40.nu.2. 5. & 6. Royas in tract. de hæret. p. 1. num. 550. quod modernissimè dispositum per sacrum Concilium Triden. sess. 24. de sacramen. matrimonij cap. 9. ubi non solum anatematizantur illi, qui matrimo-
50 nium contrahunt, uerum etiam illi, qui dicere, & affirmare audent, quod constituti in sacris, uel professi possint contrahere matrimonium, & quod contrahendo matrimonium esset ualidum non obstante lege ecclesiastica, uel uoto, & ideo contra prædicta in Regno solent procedere Illustris. Inquisitores hereticæ prauitatis,& illos punire prout etiam uidi paucis annis antea in personam cuiusdã diaconi aduenæ Param.in dic. tracta. de orig.S.Inquis. q.10.n.75.lib.3.

51 Tertio sciendum est, quod clericus in sacris magis peccat contrahendo matrimonium,quam committendo adulterium Abb. in c. sane, il 2. nu. 3. de

cler.

52 cler. coniug. hinc est quod clericus in sacris contrahens matrimonium potest compelli uxorem adiurare, quod secus est in concubina, Abb. in c. ex litterarum nu. 3. qui cler. uel uouent. Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 21. nu. 39.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt negotiari, nec mercaturam exercere, & de ratione nu. 2. & quid in negotiatione honesta nu. 8. 9. & 10.*
2 *Mercatura raro potest exerceri sine mendacio.*
3 *Pœna clericorum negotiantium quæ sunt num. 4. 5. 6. & 7.*
11 *Clerici an possint emere iumenta, & similia animalia, vt illa teneant ad vecturam n. 19.*
12 *Appellatione mercatorum, an veniant locatores equorum.*
13 *Statutum dictans quod vsq; ad certam summã credatur libris mercatorum, an credi debeat libris locatoribus animalium.*
14 *Clerici non possunt exercere officium proxenetæ, & qua pœna sunt puniendi n. 15.*
16 *Contractus facti per clericos circa mercaturam, & negotiationem sunt nulli.*
17 *Acquisita per clericum mercaturam sunt restituẽda, tamquam acquisita ex turpi causa.*
18 *Clericus emens animalia vt pascat in proprijs prædijs, & pinguescant, vel vt faciant partus, & vendat, non dicitur mercaturam exercere, nu. 19. 21. 26.*
20 *Mercator dici non potest ex vnico actu mercaturæ.*
22 *Clericus emens aliquam rem causa proprij vsus, si postea eam vendidit, non dicitur negotiator numero 32.*
23 *Clericus an possit negotiari per submissas personas, & quid si est pauper in aliqua necessitate, n. 24. & nu. 27.*
25 *Necessitas facit de non permisso permissum.*
28 *Clerici possunt exercere agriculturã pro victo quærendo, & recipere possessionem ad partem n. 29. 30. seu aliquo bono zelo nu. 34.*
31 *Conductor, & ingabellator prædiorum alterius nõ dicitur mercator, nec negotiator.*
33 *Clericus nõ dicitur negotiator quãdo haberet propria animalia, vel vineas, ex quibus colligeret fructus, quia ipse fructus potest vendere.*
35 *Clericus an possit exercere negotiationem, & mercaturam, & postea mutata forma eam vendere, & exercere possunt aliquam honestam artem, seu exercitium, vt honestè viuant n. 36.*
37 *Artificium differt à negotiatione, quia dicitur artificium quando emitur aliqua materia, quę reducitur ad aliquam formam: mercatura vero quando venditur non mutato forma numero 30.*
39 *Clerici tunc possunt exercere artificium, quando propriæ facultates non sufficiunt eis, & quid si per talem exercitium negligeretur officium diuinum, num. 40.*
41 *Clerici non possunt famulari, nec locare operas suas ad seruiendum lim. n. 42.*
43 *Clericus locans operas suas principaliter pro dininis per agendis an incidat in simoniam.*
44 *Clericus seruiens alicui prælato, vel alteri personæ, vt ei conferat aliquod beneficium, vel ei conferri faciat committit simoniam.*
45 *Clerici non possunt exercere artem vilem, & inhonestam n. 46. 47. 48. & 50. lim. n. 51. 52. 53 & 54.*
49 *Clerici non debent esse causa offensionis ipsius Dei. Mulieres vix absque peccato possunt ornare bellettis facies suas.*

SEXTVS EFFECTVS.

1 Extus effectus clericatus est, vt clerici non possint negotiari, neque mercaturam exercere, cap. fin. de vit. & honest. cleric. cap. 1. & cap. prædicator 16. q. 1. cap. 1. 14. q. 4. ca. negotiatorem 88. distinct. quæ iura deducuntur ex Apostolo in 1. timot. 2. dum dixit nemo militans Deo implicet se negotijs secularibus, & ex Deo Hieronym. ad Nepotianum negotiatorem, clericum, & ex inde diuitem quasi quamdam pestem fuge, quod a multis ex nostratibus iurisdoctoribus fuit etiam amplexum, vt per Bertacch. in tract. de gabell. par. 3. num. 2. in 12. tom. tract. diuers. cart. mihi 59. & iterum par. 7. num. 11. car. 64. vbi alios citat, & in suo reper. in verb. clericus negotiari nõ potest vbi mltos allegat Isidor. Moscon. in tract. de maest. militant. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. fugiant negotiari cart. mihi 409. Bero. in c. in ciuitate num. 6. de vsur. Ancher. in c. transmissæ num. 1. de elect. Gugl. Rodoan. in tract. de spolijs quæst. 2. num. 1. & 2. vbi ex Diuo Chrisostomo dicit, quod clericus mercator Deo placere non potest, & quæst. 9. num. 38. quod hoc clericis est delictum, Franc. March. dec. 161. num. 4. lib. 1. repert. Inquisit. in verb. clericus vers. quod clericis non sit: Claud. Tutius alleg. 14. nu. 4. vbi multos concordantes congerit Molin. in tra. de contract. disput. 342. nu. 1. Alex. de Neuo cons. 60. n. 3. Sim. Maiol. in tract. de irregul. lib. 5. c. 10. per tot. Maccabr. cons. 18. nu. 260. & seq. vbi ponit rationem cur clericis interdicatur mercatura, & negotiatio Menoch. cons. 14. lib. 1. Capr. reg. 95. num. 11. Petr. August. Morla in empor. vtriusq. iur. tit. 9. de contrahen. empt. q. 10. num. 2. Alfons. Aluarez in Specul. iur. Pontif. c. 67. vers. clericis autem car. mihi 334. Rosell. in summ. in verb. clericus il 2. in princ. Rol. cõs. 38. num. 24. 27. & 28. lib. 2. Natt. cons. 530. nu. 12. & 13. lib. 3. Bursat. cons. 461. num. 23. lib. 4. Port. cons. 16. num. 21. Lel. Zanchus in tract. de priu. eccl. priu. 132. nu. 3. Guliel. Duran. in tract. de modo celebran. gener. concil. p. 2. rubr. 8. nu. 4. in 13. tom. tract. diuers. car. mihi 159. Cabbeil. super constit. Egid. lib. 3. c. 10. in glo. in verb. mercatoris n. 3. cart. mihi 166. Anchar. in c. secundum nu. 1. ne
2 cler. vel monac. Et ratio cur clericis sit prohibita mercatura, & negotiatio est, quia tale exercitium vix exerceri potest absque peccato, & mendatio, vt in cap. summa 14. q. 4. cap. canonum, & c. quicumq; ea causa, & q. c. 1. & quæ ibi not. DD. de empt. & vend. Abb. in c. fin. de vsuris Bero. in c. in ciuitate num. 6. eod. tit. Pœnæ vero clerici nego-
3 tiatoris sunt multæ, quarum prima est anathematis,

tis, & excommunicationis, c. secundum ne clerici vel monac. Rodoan. in tract. de spol. q. 2. nu. 66. Molin. in tract. de contract. disp. 342. nu. 2. Burlat. cons. 461. num. 24. lib. 4. quòd tamen intelligas, vt non sit
4 latæ sententiæ, sed ferendæ. vt dicit Molin. d. num. 2. Secunda pena est suspensionis, ac depositionis c. consequens 88. dist. c. pen. 91. distin. c. sed nec ne cler. vel monac. Molin. d. nu. 2. vbi etiam dicit quod non sunt latæ, sed ferendæ sententiæ, quod colligitur ex ijsdemmet iuribus allegatis Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. nu. 23. Tertia est pœna, vt clerici pec-
5 cent mortaliter, quia prædictæ duæ penæ non imponuntur nisi pro peccato mortali Rodoa. præcit. num. 66. Conrad. de contract. q. 52. concl. 4. Io. Medin. de rest. q. 30. ad fi. art. 2. Nauar. in Manual. confess. c. 25. nu. 111. §. 35. Molin. d. disput. 342. num. 2. Siluestr. in summa in verb. clerici il 3. quæst. 3. Angel. etiam in summ. in verb. clerici il 9. num. 3. Quarta
6 est pena quod si ter ab episcopo seu ab alio qui habet iurisdictionem quasi episcopalem fuerit monitus, vt a negotiationibus desistat, & non desistit, amittat clericale priuilegium quo ad immunitatem à gabellis tantum, non autem quo ad Canonem, vel forum, c. fi. de vit. & honest. cler. c. quamquam de censib. in 6. clem. fi. & ibi DD. eo. tit. Nicol. Carbon. in pract. lib. 3. cap. 7. num. 33. Mol. d. nu. 2. vers. clericis item negotiantibus Rodoa. in tract. de spol. q. 2. num. 35. vbi dicit quod propter negotiationem ammittit priuilegium quo ad bona Bertach. in tra. de gabell. p. 3 n. 2. & 3. in 12. to. trac. diuers. car. mihi 59. vbi dicit quod solum retinet priuilegium canonis, & quod cætera omnia priuilegia ammittit, Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. num. 23. est bene ue-
7 rum quod statim quod a negotiatione desistit omnia priuilegia ammissa recuperat idem Rodoa. d. q. 2. n. 74. Molin. eod. vers. clericis item negotiantibus, quæ omnes penæ sunt etiam confirmatæ ex dispositione sacri Concil. Trid. vt habetur in c. 1. sess. 22. de reform. sed vt quis dicatur negotiator, quot actus requirantur vide Rulant. de commiss. lib. 4. c. 19. n. 15. & dicam infra in prox. limitationib.
8 Ampliatur primo, vt dictus sextus effectus procedat etiam si negotiatio esset honesta, gl. in cap. fin. de vit. & honest. cler. Rosell. in summa in verb. clericus il 2. in princ. Maccabr. cons. 18. num. 260. sed in hoc contrarium tenuit Specul. in titul. de vit. & honestat. cler. in rubr. num. 9. vbi dicit quòd clericus potest exercere honestam negotiationem quæ ta-
9 men Specul. opin. puto quod procedit tantum, vbi clericus esset inops, & pauper, quia tunc solum poterit exercere negotiationem vt dicam infra lim. 12. n. 36 at si non esset pauper procedit indistinctè ipsa ampliatio, vt colligitur ex dictis per Rosel. loco præcit. & per Ancher. in c. multa num. 4. ne clerici vel monac.
10 Ampliatur 2. vt clerici sint prohibiti omni iure negotiari. vt in decreto 88. & 91. distin. per tot. & 14. q. 4. & 21. q. 3. c. 1. & 2. & c. mollitus, & c. ij qui & in Decretali adest integer titulus ne cler. vel monac. & c. fin. de vit. & honest. cler. Rodoan. in tract. de spol. q 2. nu. 86.
11 Ampliatur 3. vt nec possint emere iumenta, ac similia solum, vt illa teneant ad vecturam, quia hæc est species negotiationis, ideo clericis est interdicta Ludo. Molin. in tract. de contract. disput. 342. nu. 14.
12 & quod equorum locatores appellatione mercatorum comprehendantur dixerunt Bart. in l. legatis ff. de leg. 3. Siracca in tract. de mercatur par. 1. in
13 princ. num. 38. cart. mihi 12. vbi ex hoc infert in multis, quod statutum dictas quòd vsque ad certam summam credatur libris mercatoris, debet vigore talis statuti credi etiã prædictis locatorib. animalium.
14 Ampliatur 4. vt non solum non possint negotiari, & mercaturam exercere, verum etiam nec officium proxenete, & si illud exercent sunt degradandi, c. clericus quilibet, & ibi gl. 91. distin. Maiol. in tract. de irregul. lib. 5. c. 10. num. 6. vbi dicit quod si clericus exercet officium proxenetæ in priuatis ne-
15 gotijs, & non in foro, aut nundinis non degradabitur, sed sola pœna arbitraria est puniendus, si tamẽ negotia essent licita, si vero essent illicita tunc à suo gradu est deponendus, allegat Rom. sing. 722. & text. in c. si quis episcopus prima q. 1. Diaz in prac. canon. c. 51.
16 Ampliatur 5. vt contractus facti per clericos circa negotiationem, & mercaturam sint nulli, vt latè defendit Port. cons. 16. num. 41. cum plurib. seq. vbi varijs rationibus & considerationibus conatur hãc opinionem roborare, quibus tamen rationibus non obstantibus puto quod contraria opinio sit verior. quia licet clerici negotiando perperam faciãt, nihilominus eorum contractus erunt validi, vt voluerunt Maccabr. d. consil. 18. num. 258. Mol. ead. disput. 342. num. 1.
17 Ampliatur 6. vt acquisita per clericum ex mercatura, & negotiatione tãquam ex turpi causa sint restituenda, vt latè ex multis comprobant Rodoan. in tract. de spol. q. 2. num. 87. cum plur. seqq. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. num. 23. vbi dicit quod quidquid lucratum est debent expendere in vsus pios, in quo tamen articulo contrarium, & melius (iudicio meo) tenuerunt Conrad. in tract. de contract. q. 7. Rebbuff in repet. c. postulastis in glo. num. 42. de cler. excomm.
18 Limitatur 1. prædictus 6. effectus clericatus vbi clericus emeret animalia, vt illa pascat in proprijs prædijs, & cum pingua facta fuerint, vel cum partus ediderint illa, & eorum partus vendat, quia hoc facere clericis non est interdictum, Molin. in tractat. de contract. disput. 342. num. 14. Rodoan. d. q. 2. nu. 14. vbi dicit quod hæc limitatio procedit, quando hoc non fieret in fraudem canonum prohibentium clericos mercari.
19 Limitatur 2. vbi clericus semel tantum emeret vel venderet Salzed. in addit. ad Bernard. Diaz in pract. c. 55. vers. & huius capitis car. 166. Petr. Cened. in collect. iur. canon. p. 1. collect. 37. num. 2 in fi.
20 & ratio est quia ex vnico contractu circa merces facto non potest quis dici mercator glos. & DD. in l. 1. §. mercis ff. de tribut. cum multis alijs quos latè adducit Stracca in tract. de mercat. par. 1. in princ. num. 6. vbi dicit quod hanc sententiam comprobant quasi omnes iuris interpretes Iulius Cæsar Imbrian. tract. de iud. Regni p. vlt. num 48. Rutger. Rulant in tract. de commissar. camer. Imperial. lib. 4. c. 19. n. 5. vbi dicit quod pluralitas negotiorum facit mercatorem, & qui multos actus mercaturæ non fecit, non potest haberi pro mercatore.

Limita-

21 Limitatur 3. vbi clericus emeret pullum vel aliam quamuis rem, vt eam melioraret, & postea carius venderet, quia hæc non erit negotiatio Rodoan. d. q. 2. nu. 15. Bonacos. in trac. de equis quæst. 434. Molin. d. disput. 342. num. 14.

22 Limitatur 4. quando clericus emeret aliquam emergente causa vel ratione eamdem rem vendiderit in pænam clerici negotiatoris, quia voluntas vendendi superueniens non facit eum censeri negotiatorem Maccabr. cons. 18. num. 293. quod procedit etiam si ex aliqua necessitate fuerit ductus ad vendendum rem emptam pro suo vsu Rodoan. d. q. 2. vbi dicit quod hæc fallentia procedit etiam si rem ipsam carius vendat quam prius emerat, vt quia prętium est mutatum secundum diuersitatem temporis, vel loci.

23 Limitatur 5. quando non per seipsum, sed per submissam personam negotiaretur, quia hoc eis facere permittitur arg. c. 1. de vit. & honest. cleric. Medin. in tract. de rest. q. 30. art. 3. Cabbell. super constit. Egid. lib. 3. c. 10. in glo. in verb. mercatoris num. 4. cart. mihi 166. Ludouic. Molin. in tractat. de contract. disput. 342. num. 10. qui dicit quòd licet clerici ita per aliam submissam personam negotiantes non peccent mortaliter, tamen putat quòd in tali negotiatione interuenit indecentia ratione status, quãdo alia circumstantia non adesset, quæ illam excusaret.

24 Limitatur 6. in clericis pauperibus ac in aliqua necessitate constitutis habito respectu ad eorum cõditionem, c. 1. ne cler. vel monac. glo. in c. clerici 14. q. 4. c. 1. de consecrat. dist. 5. Maccabr. d. cons. 18. nu. 261. Henric. Bohic in c. ex literis num. 7. & 8. de vit. & honest. cler. Ferret. in tract. de gab. num. 432. vbi alios allegat Rodoan. in tract. de spol. quæst. 2. num.

25 16. 46. & 64. & ratio est, quia necessitas facit de non permisso permissum, & non licito licitum c. consilium de obseru. ieiunij c. si quis propter, de furtis c. non minus de immu. eccl. l. cum fidei ff. de fideicom. libert. l. 1. ff. de offi. eius, cum multis similib. & licet

26 contra præsentem limitetionem tenuerit Alex. de Neuo cons. 60. nu. 5. nihilominus limitatio est vera, sed debet illam exercere modestè sine mendatio, vel periurio, & cum prætio moderato dicendo cum veritate, & realitate istam rem emi tanto prætio, & super ea volo tantum lucri facere ita dicit Capr. reg. 95. num. 12. sed quis est qui negotiatur sine menda-

27 tio? credo nemo, & aduertas quod tunc demum clericis est permissum negotiari ob inopiam, & paupertatem, quando nullam habent artem vel officium vel exercitium, ex quibus possint salua eius honestate victum quærere, quia tunc non debent negotiari, sed artem exercere, Henric. Bohic in d. cap. ex literis n. 7. de vit. & honest. cler. vbi allegat c. fornicari 88. dist. & c. clericus victum 91. dist. Hosti. in c. clerici de vit. & honest. cler.

28 Limitatur 7. vt dictus 6. clericatus effectus vbi clericus exerceret agriculturam, quia ipsa est clericis permissa pro victu quærendo, ideo poterunt affictare prædia, & in eis laborare casu, quo non possent aliter honestius viuere, c. dilecti de decimis notat. in cap. 2. ne cler. vel monac. c. placuit 21. q. 3. Abb. in c. cum secundum ne cler. vel monac. Siluestr.

29 in sum. in verb. clericus il 3. n. 2. vbi dicit quod clericus potest recipere possessionem ad culturam ad quartam, vel quintam partem, uel similem, seu illas conducere ad sustentationem sui, uel suorum, latè Rodoan. in tract. de spol. q. 2. n. 10. 11. 12. & 13. ubi

30 dicit quod huiusmodi conductio non computatur inter negotiationes ecclesiasticas illicitas, & nu. 15. dicit quod non debent conducere magna prædia, sed ea tantum, quæ sunt sufficientia ad suam. & suæ familiæ sustentationem, Goffr. in sum. tit. ne clerici uel monac. nu 7. Maccabr. d. cons. 18. nu. 309. & seq. ubi dicit quod conductio non est negotiatio quæstuaria etiam quod fructus de prędijs conductis uen-

31 dantur, quia in conductore non est uerum quod res emantur, & integra, & non mutata forma uendantur, ex quo fructus, qui uenduntur immediate non emuntur, sed mediante opera, & artificio percipiuntur, & quod conductor alienarum possessionum non sit, neq. dicatur mercator, seu negotiator, clarissimè colligitur ex traditis, per Bar. in l. legatis in princ. ff. de leg. 3. Alex. in l. diuortio, in princ. col. 9. ff. sol. matrim. Maccabr. d. cons. 18. num. 311. cum plur. seq.

32 Limitatur 8. quando clericus emeret aliquam rẽ pro suo proprio usu, & postea uenderet superfluũ, quia nec isto casu poterit dici negotiator, nec mercator. Molin. d. disput. 342. num. 11. Viuald. in Cãdelabr. aur. in explanatione bull. in Cæna Domini, cas. 5. n. 40. Pet. Cened. collect. iur. cano. p. 1. coll. 7. num. 2. in fi.

33 Limitatur 9. ubi clericus haberet propria animalia, uel uineas, uel oliuetum, uel quoduis aliud prædium, ex quo nascerentur, & colligerentur fructus, quia ipsos fructus ad suum libitum posset uendere absque eo, quod incidat in pænam clerici negotiatoris, Abb. in cons. 6. uol. 1. Anche. & Imol. in c. fi. in fi. de uit. & honest. cler. Dec. in cap. ecclesiæ S. M. n. 78. de const. Crauett. cons. 6. num. 116. & cons. 163. num. 3. uol. 1. & cons. 549. num. 9. uol. 3. Molin. d. nu. 11. Rol. à Vall. cons. 71. n. 12. uolu. 4. Natt. cons. 139. num. 2. uol. 1 Maccabr. d. cons. 18. nu. 286. Adden. ad Bertach. in repel. in uerb. uegotiatio Viuald. d. n. 40. Claud. Tutius allegat. 14. n. 2. Pet. Cened. in loco proxime citat. Bero. cons. 31. n. 6. & 8. lib. 1. Ioseph Ludu. concl. 15. uer. fallit quando car. mihi 39.

34 Limitatur 10. ubi clericus esset aliquo bono zelo ductus ad emendum, ut postea uendat, uerbi gratia, quia uidebat quod aliqua uictualia tempore abundantiæ male conseruabantur ad exteros, namque si quis emeret tempore prædictæ abundantiæ, ut tempore famis possit rem emptam alijs uendere pro pretio currenti, dummodo hoc non faciat solum causa lucri, sed ut gentes suæ patriæ, uel ciuitatis nõ paterentur aliquam penuriam, nam tunc non incideret in pœnam clerici mercatoris, Rodoa. in tract. de spolij q. 2. n 48. Moli. disp. 342. num. 12. ubi dicit quod clerici debent curare ne populi fame pereant, præsertim ubi soli laici hoc facere non essent sufficientes, & quod tempore penuriæ debent curare, ut commestibilia ex partibus externis ad patriũ deferãtur, licet alio tẽpore hoc facere eis sit interdictũ.

35 Limitatur 11. ubi negotiatio esset mixta cum artificio, ut quia non consisteret principaliter in emendo, & uendendo rei forma non mutata, nec principaliter in ipso artificio uendendi rem mutata forma, sed esset mixtum artificiũ cum ipsa negotiatione, ut si emeret rem rudem ad hoc, ut cum ea exin-

de ali-

de aliquod artificium operaretur, c. eijciēs. 98. dist. c. clericus victum 91. distin. cap. 1. 21. q. 1. cap. nũquam de consecr. dist. 1. Card. in clem. fin. in 3. not. de censib. Capr. reg. 95. nu. 13. vbi ponit exemplum in eo qui emit animal, vt vendat eius fructus Feder. de Sen. cons. 207. vbi dicit quod est permissum monacis cisterciensib. locare venam ferream, vt ex industria suorum hominum faciant ferrum, vt dixi sup. eff. 3. ampl. 15. nu. 107. Bertac. in tract. de gab. p. 3. n. 5. in 12 tom. tra. diuers. car. 59. & p. 7. car. 64. nu. 11. Henric. Bohic in c. ex litteris nu. 8. de vit. & honest. cler.

36 Limitatur 12. & vltimo, licet clericus non possit mercaturam, vel negotiationem exercere, poterit nihilominus aliquam honestam artẽ, & exercitium exercere, vt ex eo competentem victum sibi quærat, c. præsbyter, & c. clericus il 1. & 2. 91. dist. c. 1. de celebrat. missar. c. nunquam de consecrat. dist. 5. gl. in c. canonum 14. q. 4. Sanct. Thom. in 2. 2. q. 87. art. 4. ad 3. arg. Rep. Inquisit. in verb. clericus vers. quod clericus nõ sit, vbi dicit quod possunt exercere aliquod opus, vt puta emere, cartas, & scribere librũ, & facere retia, & texere confinos Goff. in sum. tit. ne cler. vel mon. nu. 2. Molin. in tract. de contract. disp. 342. n. 13. Borel. cons. 74. n. 24. Maccab. cons. 18. n. 273. & 304. Capr. reg. 95. n. 3. & 9. Specu. in rub. de vit. & hon. cler. n. 9. Port. cons. 16. nu. 32. Ancher. in c. illi vos n. 8. de pign. Rodoa. in tra. de spol. q. 2. n. 3. vbi dicit quod Apostoli victum manu quærebant, & n. 5. dicit quod clerici victum, & vestitum artificiolo sibi procurare poterũt, & iterum idem dicit n. 8. & 9. Alex. de Neuo cons. 60. n. 6. Isid. Moscon. de Maestr. militant. li. 1. p. 2. c. 2. ver. artificia autem car. mihi 411. Ferret. cons. 145. n. 3. & 5. lib. 1. Bella. cons. 46. n. 8. Bertach. in tract. de gagel. p. 3. n. 4. in 12. to. tract. diuers. car. mihi 59.

37 Et ratio huius limitationis est, quia artificium differt a negotiatione Abb. in c. fi. in fi. de vit. & hon. cler. Rodoa. in tract. de spol. q. 2. nu. 36. & 37. & 38. vbi latè ponit quando aliquis dicitur exercere ar-
38 tificium, & quando sit negotiatio, seu mercatura, qui concludit quod artificium dicitur quando emitur materia, & per artificium ipsa materia redducitur ad formam, vt si emat cartas, & faciat libros, vel emit filum, & faciat retia, & negotiatio seu mercatura dicitur quando res emitur, & non mutata forma alteri venditur c. forus verb. signif. c. eijciens 88. dist. Luc. de Penn. in rub. C. neg. ne milit. lib. 12. Ias. in l. cetera §. sed si quis col. 3. ff. de leg. 1. Claud. Tutius alleg. 14. n. 3. Maccabr. cons. 28. n. 266. Rol. cons. 71. nu. 12. lib. 4. Bursat. cons. 42. n. 9. lib. 1. Bero. cons. 268. lib. 1. vbi dicit is proprie dicitur negotiator, qui emit aliquam rem ingrossum, & eamdem vendit ad minutum.

39 Sublimitatur 1. hæc limitatio, vt tunc demum clerici possint exercere aliquod artificium, quando propriæ facultates non sunt sufficientes ad victum not. 24. q. 3. in sum. in fi. Feder. de Sen. d. cons. 207. circa fi. Rodoa. in tract. de spol. q. 2. num. 39. & 41. Maccabr. d. cons. 18. nu. 39. & 41.

Sublimitatur 2. quando per talem exercitium ne-
40 gligeretur officium diuinũ, seu diuinus cultus, tũc n. censetur etiam clericis prohibita quæ vis honesta ars, c. clerici, & quod ibi not. DD. de vit. & hon. cler. c. multa sunt, & c. 2. ne cler. vel monac. S. Ant. Flor. in sum. p. 3. tit. 15. c. 11. & 13. Spec. in rub. de cler. coniug. n. 9. Capr. reg. 95. 10. Rodo. d. q. 2. nu. 9. Molin. in trac. de contract. disp. 342. n. 13. Isidor. Moscon. de maiest. milit. eccl. li. 1. par. 2. cap. 2. ver. artificia autem car. 411.

41 Sublimitatur 3. vt licet clerici possint exercere aliquam artem pro quærendo sibi victum, & uestitũ, attamen non poterunt famulari neq; locare operas suas ad seruiendum pro famulis etiam personæ ecclesiasticæ Hippol. Bonac. in tract. de seru. & fam. q. 20. allegat Rodoan. in tract. de spol. in fi in c. incipienti in famulatu, & ultra eum idem dixerunt Lelius de Zanch. in tract. de priuil. eccl. priu. 132. n. 9. Fel. in rub. de maiorit. & obed. nu. 5. Montagn. in tract. de auth. magn. cons. 44. Cassa. in cath. gl. mundi p. 4. consider. 2. uers. sed heu quid: quã sublimitationem intelligas, ut non possint locare ope-
42 ras suas ad seruiendum circa temporalia seruitia, non autem quoad opera temporalia, quæ sapiunt spiritualitatem, dummodo intentio ad diuina non referatur ut est pro commorando uti Cappellanus uel pro celebrando missa, uel diuinis officijs, uel similib; quia tunc poterit talia opera sua locare summa Armilla n. 6. Cassador. dec. 1. in tit. de locat. Angel. in sum. in uerb. locat. nu. 6. & in uerb. simonia il 1. n. 6. Burs. cons. 204. nu. 23. Caroch. in tract. de locat. in tit. de sacerdot. n. 3. qui asserit hãc esse com. opi. Suarez in tesaur. recept. sentent. in lit. S. nu. 39. Vgol. in tract. de simon. tab. 1. c. 9. §. 1. nu. 1. ubi dicit idem esse in concionatoribus, & in clericis, qui inuitantur ad funus, & iterum c. 43. §. 4. nu. 4. car. 142. ubi loquitur in clerico ministrante sacerdoti dum celebrat, & in supradictis casibus clericus potest locare operas suas absque labe simonie, vt dicit Vgol. in locis sup. allegat. secus si operas suas locaret principaliter pro diuinis peragendis, quia
43 tunc esset simonia Cardin. in c. Iudice uers. in ea gl. 1. q. 1. Villalobs in comm. opin. lit. S. n. 62. Clar. in §. simonia uers. quæro nunquid Caroc. in d. tit. de sacerdot. num. 1.

44 Et nota quod clericus seruiens alicui Prælato, uel alteri cuiuis personæ, ut ei conferat aliquod beneficium, uel ei conferri faciat, is talis simoniam cõmittit c. cum esset, & ibi gl. in uerb. promiserat de simonia, quæ conclusio quando sit uera, & an procedat indistinctè, & quomodo intelligatur uide Couar. in lib. 1. uar. resol. c. 20. nu. 3. & per totum Nauarr. in manual. confess. c. 23. not. 5. nu. 100. Doct. in d. c. cum esset Vgol. in dicto tract. de simon. tab. 2. c. 2. nu. 7. car. mihi 214.

45 Sublimitatur 4. ut ad rem nostram reuertatur ubi ars esset uilis, & in honesta, ut puta artem macellatoriam, uel si aptaret pelles, uel esset tabernarius, uel mundaret cloacas, uel similem artem vilem, & inhonestam, quod non credo, quod tales personæ inueniantur, clem. 1. de uit. & honest. cler. & ibi gl. & Card. Vital. nu. 37. cum plur. seqq. Bertac. in tract. de gab. p. 3. n. 4. in 12. to. tract. diuers. cart. mihi 59. & in reper. in uer. clericus nõ potest esse Pet. Antibolus in tract. de muner. p. 3. nu. 115. in præd. 22. tom. car. mihi 29. Isid. Mosco d. cap. 2. uer. exercitia seu uilia car. mihi 412. Maccabr. cõs. 18. n. 274 & 275. Capr. reg. 95. n. 3. Port. cons. 16. n. 29. Molin.

lin. d.nu. 13.Ceph.cons. 611.n.17.lib. 4. Grat. in dec.aur.p.2.lib. 3.c.2.nu. 24.

46 Ampliatur Primo prædicta quarta sublimitatio vt non solum non possit exercere dictas artes viles, & inhonestas, verum etiam nec aliquas licet viles tamen honestas, vt est artem fabri, vel locare operas suas ad fodiendum aliena prædia Antibol. in tract. de muner. p.3.nu. 115. 116. in 12.to. tract. diuers. car. mihi 29. Maccabr. cons. 18. n. 275. Capr. reg.

47 95.n. 3. Est bene verum quod pro reparatione domus propriæ poterit exercere artem fabri, sic etiã poterit fodere propriam vineam Antibol. Capr. & Maccabr. locis præcitatis Spec. in rubr. de cler. coniugat. n.8. Ancher. in c. continebatur n. 2. de homic.

48 Ampliatur 2. vt nec etiam possit facere colores ad colorandum, & ornandũ mulieres Anch. in rub. ne cler. vel mon. n.3. vbi dicit quod quilibet debet esse contentus naturalis coloris a Deo sibi dati, & vix sine ipsius Dei offensa alius color super poni poterit c. ostēditur de consecr. dist.4. c. quod quidã 1.q.1. ideo clerici non debet esse causa offensionis

49 ipsius Dei; de qua materia. §. quod mulier vix absq; peccato possint colorib. ac alijs bellettis eorum facies ornare latè scribit Anth. d.nu. 3. & Fr. Serafin. Razz. in centum casib. consc. cas. 26. per tot.

50 Ampliatur 3. vt multo magis non possint prædictas artes viles exercere nomine, & vice alterius, quia tunc etiam adest horror, & vtilitas Graff. d. nu. 24. allegat in arg. tex. in c. sicut non suo 24. distinct.

51 Modo sublimitatur 1. prædicta quarta sublimitatio vbi talem artem vilem non exerceret per se, & manib. proprijs, sed per alium, vt per suum famulum, quia hoc facere poterit clem. 1. de vit. & hon. cler. ibi personaliter, vbi hoc notat gl. & Card. Bertac. in tract. de gabel. p. 3.nu.4. in 12.to. tract. diuer. car. 59. & in suo repert. in ver. clericus per se Anch. in c. significante n. 1. de appel. Capr. reg. 95. n. 8. vbi dicit quod cum hac opinione omnes resident. Vital. in clem. 1. nu. 4. & 5. de vit. & honest. cler. Rodoan. in tract. de spolijs q.2. num. 47.

52 Sublimitatur 2. quotiescunq; locaret eius domũ, vel apotecam pro talibus artibus exercendis, quia tunc non dicitur ipsam uilem, & honestam artem exercere, ideo eis hoc permittit Gem. in c. 1. de vit. & honest. cler. in 6. Imol. in c. fi. in 6. col. eod. tit. Arch. in c. non nulli 44. dist. Bertac. d.p.4.n. 5. & in reper. in uer. clericus potest locare Anch. d.num. 1. Maccabr. cons. 18.n.278. Graff. in dec. aur. p.2. lib. 3. cap.2 num.24.

53 Sublimitatur 3. dicta quarta principalis sublimitatio, ubi clericus talem artē occulte exerceret not. Paul. de Leaz. & probatur clarissimè in d. clem. 1. de uit. & hon. cler. ibi publicè, quem communiter sequuntur DD. ut dicit Capr. reg.95.n.7. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. nu. 24.

78 Et clericus, qui reperitur captus, vel carceratus pro alio delicto debet per iudicem relaxari si offert dare fideiussoriam, vel pignoratitiam cautionem Henr. Bohic in c. vt famæ nu. 6. de sent. excomn. Soc. iun. in c. peruenit n. 280. eod. tit. vbi hoc limitat quando delictum esset nimis graue, vel vbi subsisteret alia rationabilis causa, ex qua non deberet fideiussoribus relaxari, quæ omnia ego intelligo, vt procedant vbi clericus esset honæ, & integræ conditionis, & famæ, at secus esset si esset clericus titulatus (vt ita dicam) qui in effectu habitum clericalem defert, vt tali præsideo tutus laxiorem ne dicā inhonestiorem, & pessimam vitam ducat: namq; isti tales debent statim carcerari habita simplici suspitione de aliquo delicto ab eis patrato, vt per talem carcerationem aut corrigantur, aut habitum deserant, & tollantur de numero clericorum, & auferatur tale dedecus à cetu ipsorum clericorum.

79 Et pro complemento materiæ capturæ clericorū quæro nunquid episcopus possit dare licentiam laico capiendi clericos nomine suo, & dico, quod aut licentia est specialis, vt est de capiendo aliquem certum clericum in specie, & potest, aut licentia est generalis de capiendo omnes clericos, & non potest nisi quando contra constitutiones reperirentur infragranti, vt est de nocte cum armis, vel in postribulo, vel quid simili Ancher. in c. ea quæ nu. 24. de reg. iur. in 6. Abb. in c. si vero de sent. excom. quos ambos allegat Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. n. 119. DD. in c. vt famæ de sent. excom. & in c. si iudex laicus eod. tit. in 6. Diaz in sua pract. crim. c. 14. n. 2. Clar. in §. fi. q. 36. in prin. Menoc. in tra. de arbit. iud. cas. 80. n. 17. Boss. in tra. crim. in tit. de captura n. 37. Sbrozz. in tract. de vari episc. lib. 2. c. 192. n. 1. Soc. in c. peruenit nu. 252. & 273. 375. 276. & seq. vbi dicit quod ad hoc, vt laicus isto casu possit capere clericum duo requirūtur. Primum quod clericus sit subiectus Prælato mandanti. Secundum quod ad ipsum Prælatum spectet corrigere clericum criminosum.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an possit esse tabellio, & quid in causa ciuili, num. 3.*

2 *Officium tabellionis quare clericus exercere non potest.*

4 *Instrumentum publicatum per clericum de facto est validum, & quid si fuisset ei interdictum n. 5. sed prohibitio debet esse nota populis nu. 6.*

7 *Clericus exercens offitium notariatus peccat mortaliter,*

liter, licet instrumenta sint valida, & potest puniri nu. 8.

9 *Clerici in minoribus possunt esse notarij, secus si essent beneficiati n. 10. & quid in causis criminalibus n. 11. & quid in causa hæresis n. 12. & an in foro ecclesiastico, n. 14. & quid in causis spiritualibus, & matrimonialibus n. 16. & 17.*

13 *Monachi, & cæteri regulares an possũt esse notarij.*

15 *Notarius si efficitur clericus tenetur conficere, & edere in publica forma instrumenta prius celebrata.*

18 *Clericus potest exercere officium notariatus, quando non haberet aliunde vnde viueret, & quando conficeret instrumentum in fauorem ecclesiæ, nu. 19. 20. & 22.*

21 *Priuilegium piæ causæ non supplet defectum scribentis.*

23 *Clericus potest exercere officium notariatus, vbi adesset talis consuetudo, & vbi fuisset per Papã dispensatum n. 25.*

24 *Consuetudo quod clericus possit exercere officium notariatus est contra honestatem, & per consequens nulla.*

26 *Clericus constitutus notarius per summum Pontificem potest conficere instrumenta per totum mundum, & quid si esset constitutus per episcopum nu. 27.*

28 *Notarius ecclesiasticus non debet conficere instrumenta inter seculares.*

OCTAVVS EFFECTVS.



1 Octauus effectus clericatus est, vt clericus non possit esse tabellio, c. vt officium §. ad conscribendas de hæret. in 6. c. sciret, ne clerici, vel monaci vbi hoc notat Abb. n. 1. & ibi Addēt. in lit. A, clem. 1. de offic. ordin. l. placet C. de episc. & cler. Bart. in l. 1. §. huius studij n. 8. ff. de iust. & iur. & in l. vniuersos vti etiam Bald. num 2. & 4. C. de decur. lib. 10. Ias. in l. patre furioso n. 15. ff. de ijs qui sunt sui, vel alienis iuris Dec. in c. decernimus n. 144. de iud. Alex. in l. prætor §. 1. n. 2. & 4. ff. de edēdo Isiodorus Mosco. de maiest. mil. eccl. li. 1. p. 2. c. 2. ver. nec officium car. mihi 122 Monterent. super statut. Bononiens. lib. 3. in tit. de tabell. §. item dicimus in gl. 1. car. mihi 11. Nepit. super consuet. Cathaniæ tit. 56. nu. 25. & 26. Cassa super consuet. Burgun. rub. 1. §. 6. n. 31. in addit. car. mihi 252. Mut. super consuet. vrb. Panor. c. 72. n. 23. Oddo cons. 44. nu. 1. lib. 1. Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. n. 17. Albert. Galeotus in Marg. c. 20. n. 13. Io. Royas in sing. in fauorē fidei sing. 133. n. 1. Couarr. in li. pract. q. c. 19. nu. 8. in fi. Marant. cons. 3. nu. 1. Deci. cons. 31. n. 36. li. 4. Hier. Gigans cōs. 38. n. 69. Brun. à Sol. in compend. resol. propos. iur. in ver. clerici licet ab officio Portius cons. 16. n. 30. Henr. Bohic in c. clericis nu. 7. ne clerici vel monaci Iulius Cæsar. Imbr. in tract. de iudice Regni par. vltim. num. 22. Rebuff. super const. Regni Gall. in ti. de literis oblig. n. 42. Carpa super stat. Mediol. l. 1. c. 357. n. 3. & seq. Mars. cons. 133. n. 23. Cesal. cons. 520. n. 5. & 11. li. 4. & cons. 521. n. 19. lib. 3. D. Mastr. in dec. 159. n. 1.

2 vol. 2. rationes vero ex quibus clericus arcetur ab officio tabellionis ponit Abb. in d. c. sicut nu. 5. Pœna autem clerici exercentis artem tabellionatus est priuationis beneficiorum Alex. in l. prætor n. 2. & 4. ff. de eden. & vltra punitur arbitrio iudicis, vt voluerunt quasi omnes supra c. t. & præsertim Alex. in l. prætor, nu. 2. & 4 ff. de edend.

3 Ampliatur dictus effectus, vt procedat, tam si causa est ciuilis, quam criminalis, quia neutro casu poterit instrumētum conficere Goffred. in sum. tit. ne clerici monaci n. 9.

4 Limitatur Primo prædictus 8. effectus, vt licet clericus non possit de iure esse notarius, & publicare instrumenta, attamen si de facto reperiretur aliquod instrumentum fecisse, tunc tale instrumentum esset validum, Io. And. Butr. & Abb. in d. c. sicut ne clerici, uel monaci, Ias. in l. patre furioso n. 15. ff. de ijs qui sunt sui, vel alien. iur. Bald. in l. vniuersos n. 2. & 4. C. de decur. lib. 10. Dec. in c. 2. n. 77. de iud. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 10. par. 6. in verb. frailes multos allegat Bertach. in suo reper. in verb. clericus non potest esse notarius D. Mot. super consuet. huius vrb. Pan. c. 72. nu. 13. D. Mastrill. d. dec. 159. n. 9. Hier. Ceuall in Specul. pract. q. com. n. cōtra com. q. 404. n. 2. Sfort. Oddo cons. 44 n 2 & 12. Feder. de Sen. cons. 270. n. 3. vbi dicit quod licet isto casu in-

5 strumentum valeat. adhuc ipse clericus malè facit si exerceret officium notariatus Marant. cōs. 19. n. 14. Rom. cons. 409. nu. 8. vbi Mandos. in add. in lit. D, multos alios congerit Gig. cons. n. 38. num 69. Brun. a Sol. in d. compend. resol propos. iur. in verb. clerici licet ab officio, Rim. iun. cons. 403. nu. 11. li. 4. Iul. Cæsar. Imbr. in tract. de iudice Regni p. vlt. n. 22. Affl. super const. Regni rub. 79. de fide, & auth. instrum. nu. 36. car. mihi 206 Horat. Carpan. super stat. Mediol. c. 357. n. 10. p. 1. Cesal. cons. 520. nu. 6. libro 4. Io. Batt. Ferrett. cons. 213. nu. 7. lib. 1. Addent. ad Abb. in c. sicut n. 1. lit. A. ver. nono, & vl-

6 timo, ne cler. vel mon. sublimitatur tamen ista limitatio quando ei fuisset solemniter, & publice interdictū, ne instrumenta faciat, quia tunc facta post inhibitionem essent nulla Abb. in d. c. sicut nu. 9. vbi Addent. nu. 1. in lit. A, vers. limita primo, ne cler. vel monac. Beat. Io. de Capistrano in c. clerici nu. 8. de vit. & hone. cler. Graf. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. n. 17. quæ sublimitatio tamen intelligitur si prohibitio peruenerit ad notitiam populi, secus si ad eius notitiam non peruenit, quia tunc ignorantia debet excusare respectu proprij præiudicij ita Abb. d. nu. 9. vers. & dixerunt vbi ad hoc allegat in argum. c. fi. de cohabit. cler. & c. 1. & 2. de ord. ab episc. &c.

7 Et licet instrumēta facta à clerico notario sint valida, vt dixi, nihilominus ipse clericus exercens officium tabellionatus propter inobedientiam peccaret mortaliter Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. cap. 2. n. 17. qui allegat in argu. tex. in c. iudex dist. 2. &

8 in c. veritas in fi. de dolo, & contumat. Et non solū peccat mortaliter, sed potest, & debet puniri à suo iudice competenti Io. Andr. in d. c. sicut ne cler. vel monac. Bart. in l. diuersos C. de decur. lib. 10. Alex. in l. impuberem §. qui codicilli ff. de fals. Ang. in l. prætor. ait §. fi. ff. de edend. & in l. si quis decurio C. de fals. Dec. cons. 17. n. 2. Ias. in l. 1. §. huius studij n. 9. ff. de iust. & iur. Io. Royas in sing. in fauor. fidei sing. 133. n. 3. Monterent. super stat. Bonon. lib. 3 in tit.

tit. de tabell. §. item dicimus gl.1.cart.mihi 11. vbi alios allegat Oddo conf. 44 nu 2.

9 Limitatur 2. dictus octauus clericatus effectus in clericis in minoribus constituti, ex quo ipsi poterunt esse notarij ita not. omnes scrib. & præcipuè Anch.n.9.in d.c. sicut,ne clerici vel monaci Isider. Moscon.de maest.eccl.militan.lib.1. p. 2. vers. nec Officium car.mihi 112. Iac. de Graf. d. nu. 17.Albert. Galeot. in margarita iur.c.20.n.13.

10 Sublimitatur Primo hæc limitatio, vbi clerici in minoribus constituti essent beneficati,quia ipsi nō poterūt tabellionatus officium exercere, prout nec constituti in sacris Abb. in d.c.sicut num.7.Graff.in dec.aur.p.2.lib. 3.c.2.n.17. qui allegat in arg.text. in c.clerici de posthu. & si illud de facto exercent puniuntur pœna ammissionis beneficij Abb. in d.c. sicut nu. 3. & 4. ne cler. vel monac. Io. Bapt.March. in tract. de commiss p. 1.c.16. n. 19.

11 Sublimitatur 2.vt clerici in minoribus non possint esse tabelliones in causis criminalibus, Simon Maiol. in tract. de irreg. lib. 2.c. 6 nu.5.vbi dicit quod si exercet tale officium in causa criminali eo ipso ordinibus priuatur.

12 Limitatur 3.in causa hæresis,c.vt officium §. 1.ibi ad conscribendas in fi.de hæret.in 6.Addent.ad Abb. in d.c. sicut n.1.lit. A, vers. quinto fallit Io. Andr. in d.c.vt officium de hær.in 6. 5. Ant. Flor. in sum. p. 3.tit. 13.c.2.Imol. in clem. 1.de hær. Io. Nicol. de hæret. notab. 27. incip. non te lateat Director. Inquis.in 2.p.prope fi.Oddo conf. 44.n.17.Mastril. d.dec.159.n.7. Monterent. super statut. Bononien. li.3. in tit.de tabell. §.item dicimus in gl. 1.car. mi-

13 hi 11.Io.Royas in sing.in fauorem fidei sing.3.n.2. vbi dicit quod hæc limitatio habet locum etiam in monachis, ac alijs religiosis conuentualib. allegat Angel. in l. si quis decurio C. de fal. Franc. Squila cent. de fide cath. c. 37. Sept. in instit. cath. c.45. nu. 5. Ias. in l.1. §. huius studij nu. 8. de iust.& iur. Reper. Inquisit. in verb notarius vers. & nota circa notarios.

14 Limitatur 4.in foro, & magistratibus ecclesiasticis Abb. in d.c. sicut n. 6.ne cler.vel monac. vbi late examinat quibus casibus clericus potest esse notarius in foro ecclesiastico, Anch. in c. per venerabilem n. 2. qui filij sint leg. Monterent. loc. proximè citato Goffr. in sum.tit. ne clerici vel mon. n. 9.vbi dicit, quod possint esse notarij Papæ,vel episcopi, Graff.in dec.p.2.lib. 3.n.18. Afil.super const. Regni lib. 2. tit. 79. de fid. & auth. instrum.tit.36. car. mihi 206. Carpan. super stat. Mediol.p.1.cap. 257.n. 8.Addent. ad Abb. in d.c.sicut n.1.in lit. A, ver.tertio limita Mastrill d dec.159.n. 8.

15 Limitatur 5. quando quis fuisset notarius antequā efficeretur clericus, quia tenetur conficere, & edere in publica forma instrumenta prius celebrata, & eorum breuiaturas extendere. glo. in c. officium §. ad conscribendas de hæret. in 6. Bar. & Bald. in l. 1.§. si penes ff. de tab. exhibend. & in l. seruus ff. de testamen. Bald. in l. 2. in vlt.col.C.de senten, & in l.neq; patronos C. de bon. quæ liber. Specul. in titu.de statu monacor. §. 1. ver. 26. Alex. in l. prætor §. 1. de tabul. exhibend. Addent. ad Abb. in c.sicut nu. 1. in litera A, vers. octauo limita, ne cler.& monac.vbi alij enumerantur Monterent. super stat. Bonon.lib. 3. tit.de tabell. §. item dicimus in glo. fin. car.mihi 12. qui allegat in argumentum multos tex.& præcipuè in l.nam,& seruitus §.si viro ff. de negot. gest.& ita etiam vidi de facto in hac ciuitate paucis ab hinc annis, Mastrill.d. dec. 159. n. 13.vbi ponit qualiter contra eum procedatur, si falsitatem in instrumentis commiserit, & est notabilis decisio.

16 Limitatur 6. in causis spiritualibus,vt in causis decimæ, vel matrimonialibus, quia in eis clerici poterunt esse notarij, Ias. in l.1. §. huius studij n.8. ff. de iust.& iur. Addent ad Abb in d.lit. A vers. quarto limita Graff. in dec.aur.p.1.lib.3.c. 2.nu.18.Od-

17 do conf.44.n. 18.quod limitatur quando fuisset cōstitutus tabellio a laico Principe,vel officiali,Graff. eo.nu.10. quia tunc nec etiam in causis spiritualibus poterit esse notarius.

18 Limitatur 7.dictus octauus clericatus effectus,quo prohibentur notarij officium tabellionatus exercere, vt non procedat quando clericus non haberet vnde viuere posset, Hostiens.& Abb.n.8.& alij scribent. in d.c.sicut,ne clerici, vel monac.Odd.d.cōs. 44.n.19. Rodoan.in tr.de spol q.2.n.29.& 30.& q. 8.n.53. Marant.cons.3. nu. 13. Addent. ad Abb. in d.c. sicut,n.1.in lit. A, vers. secundo limita,ne clerici, vel monac.

Limitatur 8. quando sacerdos confeceret instru-

19 mentum in fauorem ecclesiæ, quia tunc legitimè poterit exercere notariatus officium, Bertach. in suo repertor.in verb.notarius de quibus quod est in ordine nu. 37. Addent.ad Abb.in d.lit. A, vbi dicit quod isto casu clericus potest facere instrumētum etiam de legato facto suæ ecclesiæ,nec per hoc in-

20 cidit in fallum, & si ecclesia sit sua, & commodus sit suus, prout incideret alius notarius, Carpan. super statut. Mediol.p. 2.c.357.nu.7. Math. not. 88. Alex. in addit. ad Bart. in l vniuersos, C. de decur.

21 lib. 10. sed in hoc contrarium tenuit Dec.cons.120 quem refert, & sequitur Marc.cons. 133.nu. 24. vbi dicit, quod priuilegium piæ causæ non supplet defectum, & inhabilitatem scribentis, & allegat etiā Bald.in l.in fraudē §.si quis ff.de testam.milit. spec. in tit. de fide instrum. §. restat vers. quid si tabellio Bar. & alios in dict. l. vniuersos, & in l.seruus ff.de

22 testamen. & quantum spectat ad ipsam limitationem non recederem ab opinione Io. Cæphalus cons. 520. numero 18. 19. & 20. lib. 4. qui dicit, & distinguit, aut ille qui facit instrumentum, seu testamentum est verè tabellio, & clericus, & tunc valebit instrumentum pro pia causa, aut non est tabellio, & tunc talis scriptura facta a clerico erit nulla, tamquam facta à persona priuata.

23 Limitatur 9. vbi adesset consuetudo, quia ea existente poterit clericus notariatus officium exercere, & instrumenta conficere,addent.ad Abb. in d. sicut n. 1. in lit. A, vers. septimo limita vbi allegat Bald. in l. 1. in 4. col.C. de sum. Trin. & fid. cath. & pro ista limitatione adducit rationē Ant. Franc. in alia add.ad eundem Abb. in loco supra cit.in ea-

24 dem lit. A, sed ipse Abbas ibi num. 18. determinat contrarium, qui dicit quod talis consuetudo esset contra honestatem ecclesiæ, & per consequens esset nulla, allegat c.cum non ab omni, & c. cum de-

corem de vit. & hone. cler. quæ vltima opinio puto quod sit verior, & honestior.

25 Limitatur 10. & vlt. vbi ad hoc esset per Papam dispensatum, quia tunc non potest exercere artem notariatus, & ratio est, quia cum hoc sit prohibitum ex dispositione iuris pontificij, vt in d. c. sicut, ne cler. vel monac. sequitur vt Sum. Pontifex etiam sine causa poterit dispensare circa ea quæ sunt iuris positiui, vt dixi pluries sup. eff. 1. & in tract. de excep. ad materiam statuti exclud. omnes excep. excep. 32. n. 113. & seq.

26 Et nota quod clericus constitutus notarius per Sum. Pontificem poterit conficere instrumenta per totũ mundum, c. quidam 5. q. 1. c. cuncta per mundum, & c. per principalem 9. q. 3. secus si esset constitutus per Episcopum, quia non posset illa cõficere nisi in sua diæcesi, c. regẽda 10. q. 1. c. episcopus, & c. præcipimus 12. q. 1. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 2. c. 2. n. 18. & 19. vbi dicit quod notarius ecclesiasticus non debet facere instrumentum in sæcularibus, vel sæcularis in ecclesiasticis, quia eorum conuersatio debet esse discreta, c. laicos 2. q. 7. & infert quod si laicus scribit nomina singulorum in electione, electio erit nulla, c. massaria de elect. & econtra clerici non possunt esse tabelliones, vel scriptores in curijs principum sæcularium.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens seu inferẽs manus violentas in clericũ est ipso iure excommunicatus, tam si fuisset masculus, quã si femina n. 2. & tã si sit clericus, quã monacus, aut regularis, n. 68.*

3 *Si quis relatiuum est generale, & apprehendit, tã masculum, quam fæmina.*

4 *Masculum concipit fæmininum.*

5 *Dispositio c. si quis suadente diabolo habet locum tam si percussus est sæcularis, quàm regularis n. 6. etiam in clericis percutientibus se ad inuicem n. 7. etiam si esset officialis, nu. 12.*

8 *Clericus percutiens alium clericum, si celebrat nõ obtenta prius absolutione, ipso iure incidit in irregularitatem.*

9 *Excommunicatus celebrans irregularis efficitur.*

10 *Papa non potest tollere clericis priuilegium dicti c. si quis suadente diabolo, lim. n. 11.*

13 *Dispositio d. c. si quis suadente habet locum, tam si percutiens esset maior, quam minor, & tam persona libera quam serua, n. 14. & tam in paupere, quam in diuite n. 15.*

16 *Dispositio d. c. si quis suadente habet locum tam in inferente manus in clericum, quam in mandante, n. 21. & tam si mandatum est datum expresse, quã tacite n. 35.*

17 *Qui per alium facit, per se ipsum facere videtur.*

18 *Mandans, consulens, & inuitans incidit in pœnam sicut ipse delinquens.*

19 *Mãdans, consulẽs, & c. fit irregularis sicut occidẽs.*

20 *Donatio reuocatur prætextu ingratitudinis quãdo donatarius impias manus iniecerit in donantem, pari modo reuocatur quando mandauerit inferri.*

21 *Mandatarius excedens fines mandati an teneatur mandans pro excessu.*

22 *Mandatum datum ad vulnerandum, si sequatur homicidium, mandans an teneatur de homicidio.*

23 *Vulnera, & percussiones non dantur ad mensuram.*

24 *Mandatum datum ad inferendum clericum iniuriã verbalem, vel realem, si mandatarius infert iniuriam personalem, an teneatur mandans de tali excessu.*

25 *Mandans ad sfrixandum tantum non tenetur de occiso.*

26 *Mandans ad verberandum cum virga, vel alapa, & mandatarius percussit cum instrumento apto ad occidendum, non tenetur de occiso 27.*

28 *Mandans vt offendatur quis certo loco, & mandatarius eum offendit alio loco, vbi ratione loci tenetur grauiori pœna tunc nõ tenetur mandans ad illam pœnam.*

29 *Mandans offendi clericum, sed mandatarius imposuit tale mandatum alteri, qui percussit clericum, est excommunicatus, tanquam si eius mãdatarius percussisset.*

30 *Mandans an sit excommunicatus si reuocauerit mãdatum per nuntium, & ipse antequam hoc dixerit mandatario mandatum fuisset executum, secus si perueniret ad eius notitiam nu. 31.*

32 *Mandans non tenetur de delicto, si mãdatarius exequitur mandatum post reuocationem.*

33 *Reuocatio mandati non habet effectum nisi intimetur mandatario.*

34 *Mandatum quibus modis reuocetur, & quomodo probatur reuocatio.*

35 *Mandatum potest dari tacite, & expresse.*

36 *Offensus dicens amicis suis quod desiderat in dictam de iniuria sibi illata incurrit in pœnam mandati.*

37 *Pœna canonis si quis suadente nõ incurritur, si mandatarius non fuit executus mandatum.*

38 *Mandans non incurrit in pœnam, si mandatarius non exequitur mandatum, vel quando mandatum esset limitatum ad tale tempus, & mandatarius illud exequeretur post tempus n. 30. & 45.*

40 *Pœna prædicta non incurritur per mandantem, si mortuus fuisset antequam mandatarius exequutus fuisset maudatum n. 42.*

41 *Mandatum extinguitur morte mandantis.*

43 *Mandans an incurrit in prædictam pœnam si mandatarius non acceptasset mandatum, sed illud postea exequutus fuisset.*

44 *Mandatum dicitur tacite reuocatum morte mandatarij, aut ex superuenienti inimicitia, inter mãdantem, & mandatarium.*

46 *Auxiliantes, & assistentes inferentibus manus violentas in clericum sunt excommunicati, sicut ipsi percutientes: secus si auxilium fuisset præstitum post percussiones, n. 48.*

47 *Auxilium præstans delinquenti punitur sicut ipse delinquens.*

49 *Statutum puniens auxiliantes, & assistentes delicto non comprænhendit eum qui fauet post delictũ nec præstantes auxilium de iure.*

50 *Auxiliantes, & assistentes tunc sunt excommunicati, si auxilium præstiterint de facto, secus si de iure. 51.*

52 *Auxilium præstans tunc excommunicatur, quando scit verberandum esse clericum, secus si nescit.*

Percu-

Disposi-

A

Dispo-

299 *Dispositio d. c. non habet locum in eo qui impias manus iniecit in clericum non baptizatum.*
300 *Ordines non suspiciuntur absque caractere baptismali.*
301 *Dispositio d. c. non habet locum in offendente clericum casu fortuito.*
302 *Casus fortuiti prauideri non possunt.*
303 *Occidens hominem casu fortuito non dicitur irregularis.*
304 *Homicidiũ casu fortuito cõmissum est impunibile.*
306 *Dispositio d. c. non habet locum in eo qui iniecit manus impias in clericum præter intentionem offendendi, vt iocose n. 307. 308. 309.*
310 *Dispositio d. c. non habet locum in muliere, quæ cũ esset a clerico requisita pro actu venereo, eum percussit, seu vim intulit.*
311 *Dispositio d. c. vt habeat locum tria copulatiuè requiruntur, primo factum, secundo manus iniectio, tertio violentia.*
312 *Percutiens clericum pluries eodem impetu dicitur semel percussisse.*
313 *Pluries blasfemans eodem impetu dicitur semel blasfemasse.*
314 *Percutiens clericum semel ipso iure est excommunicatus, & quid si iterum alium percusserit an indigeat duabus absolutionibus n. 315.*
316 *Bannitus si dum est in banno commisit aliud delictum poterit de nouo banniri.*
317 *Denuntiatio requiritur, quando quis est excommunicatus ob offensionem clerici; vt tanquam excõmunicatus ab alijs vitet 318. lim. 319. & 320.*

NONVS EFFECTVS.

1 Nonus effectus clericatus est, vt si quis violentas manus in clericum iniecerit sit ipso facto excommunicatus cap. si quis suadente diabolo 17. q. 4. Hondod. col. 103. n. 1. lib. 1. Clar. in §. fi. q. 77. n. 2. Hier. a Monte q. 15. nu. 15. Villaut dec. 34. n. 7. Menoch. in tract. de arbit. iud. cas. 498. nu. 39. vbi dicit quòd statim pœnam incurrit absq. alia monitione Germon. in tract. de sacr. immun. lib. 3. c. 33. nu. 66. Roffr. Beneuent. p. 6. rub. de immu. quam habet ecclesia n. 3. car. 509. Alfons. Aluar. in specul. Pontif. iuris c. 35. vers. ecclesia autem in fine, cart. mihi 97. Cepol. in tract. de cogn. lib. iur. canon. c. 1. nu. 25. in 1. to. tract. diuers. car. mihi 182. Aufrer. in tract. de potestat. secul. reg. 3. nu. 1. in 16. to. trac. car. mihi 282. Duen. reg. 99. in princ. Martin. Vran. Vltramon. cons. 26. n. 1. lib. 1. Baiard. in add. ad Clar. in §. fi. q. 77. n. 2. vbi dicit quod ipso iure incurrit excommunicationem, & licet de præsenti effectu satis ample locutus fuerit, ita vt nihil fere intactum reliquerit Marian. Soc. in c. peruenit per totum de sent. excomm. de quo dicit Baiard. in add. ad Clar. in §. fi. q. 77. nu. 2. quod hanc materiam non inuenit alibi ita diffuse tractatam, prout apud eũdem Soc. nihilominus ne videar effectum ita principalem prætermittere, conuentus ego dictis per eundem Soc. aliquid addere.

2 Ampliatur 1. iste effectus vt verberans clericos, & in eos impias manus inijciens sit excommunicatus, tam si est masculus, quam fœmina Soc. in d. c. peruenit nu. 13. S. Anton. Florent. in tract. de excomm. c. 1. num 1. & 5. in 14. to. tract. diuers. Viu. in com. opi. opi. 104. n. 8. lib. 1. Baiard. in add. ad Clar. §. fi. q. 77. n. 14. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. nu. 2. Nauarr. in Manual. c. 27. num. 76. & ratio est quia illud relatiuum si quis est generale, & compræhen-
3 dit tam masculinum, quam fœmininum, vt in l. 1. ff. de verb. signi. Soc. in d. c. peruenit extra de sentent. excomm. Vltra quod masculinum concipiat fœmi-
4 ninum, dixerunt etiam in materia statuti, Tesaur. in reper. in verb. masculinum per text. in l. qui duos in fi. de leg. 1. l. pronuntiatio in prin. ff. de verb. sign. in l. fi. nu. 63. C. de edict. Diui Adri. toll. Carpa. in stat. Mediol. in prælud. n. 457. Blanc. in tract. de compromiss. in 3. q. principali n. 26. Tesaur. dec. 37. num. 3. & decisio. 263. num. 8. & decis. 269. num. 4. vbi dicit quod hoc tanto facilius, & sine difficultate procedit quãdo sumus in materia fauorabili, & quod illa materia sit fauorabilis clarissimè deducitur ex traditis per Soc in d. c. peruenit num. 70. & seq. de sentent. excomm.

5 Ampliatur 2. vt dispositio dicti Canon. si quis suadente diabolo, habeat locum tam si percutiens, & verberans clericum est persona sæcularis, quàm regularis c. cum pro causa c. porro & c. monachi de sent. excomm. Abb. in c. quoniam num. 1. de vit. & honest. cler. Zaccar. in add. ad Clar. q. 77. nu. 2. in lit. A, Hieron. à Monte q. 15. nu. 5. Decian. in tract. crim. par. 2. lib. 6. c. 18. num. 3. Ferret. cons. 342. nu. 2. lib. 2. Duen. reg. 49. ampl. 7. Soc. in d. c. peruenit num. 15. Graff. in d. c. 7. num. 7. Tolet. in instit. sacerdotali, lib. 5. c. 8. nu. 2.

6 Subampliatur 1. vt hæc ampliatio procedat tam si percutiens est regularis quam secularis, c. 2. & c. cum pro causa de sent. excom. Soc. c. prædicto num. 16. vbi dicit quod hoc idem procedit in clericis exemptis, & priuilegiatis.

7 Subampliatur 2. in clericis ad inuicem percutientibus, Anch. in c. super eos nu. 1. de sentent. excom. vbi etiam Soc. n. 6. idem Soc. in d. c. peruenit n. 22. & 213. Abb. in c. 1. nu. 3. & 6. de sent. excomm. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 1. n. 15. est beneuerũ, quod clericus percutiens alium clericum non semper tenetur accedere Summum Pontificem pro absolutionem, attamen in aliquibus casibus poterit absolui à suo diœcesano, vt dicam infra loco suo.

8 Et aduertendum est, quod clericus percutiens alium clericum si celebrat non obtenta prius absolutione ipso iure incidit in irregularitatem, Abb. in c. clerici num. 2. in fi. de cler. excomm. S. Anton. in tract. de irregul. n. 5. Nic. Plou. in eod. tract. reg. 40. n. 34. Hier. à Monte q. 15. nu. 16. vbi dicit quod hæc
9 conclusio procedit etiam si non esset denuntiatus, & ratio est clara, quia cum percutiendo clericum sit excommunicatus, vt dixi in princip. sequitur illa alia conclusio, quod excommunicatus celebrans fit irregularis, de qua materia scripsit latè Simon Maiol. in tract. de irreg. lib. 3. c. 21. nu. 2. vbi dicit quod hoc procedit tàm quando celebrat scienter, quam si ignoranter, dummodo ignorantia sit crassa, & supina.

10 Ampliatur 3. vt Papa non debeat tollere hoc priuilegium clericis concessum Abb. in c. nulli de sent. excõ. vbi etiã Soc. sen. in prin. Soc. iu. in c. peruenit.

uenit n. 19.22.23.394.395.396.397.398. qui dicit, q̃ hęc est cõmunis cõclusio, ex quo decoloraretur vniuersalis status ecclesiæ, circa quod Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 15. nu. 42. dicit, quod ipsius canonis abrogatio non expediret Christianæ reipublicæ, neque conueniret illi honori, qui clericorum ordini iure optimo debetur, & quod si Papa tale priuilegium venerando cœtui clericorum concessum tolleret, non excusaretur a reatu peccati, sed ipse quoad ampliationem tenet opinionem contrariã dicens, quod Papa cum consensu Cardinalium potest tale priuilegium clericis concessum tollere, prout hoc idem tenuit Crot. consil. 204. nu. 2. & 8. lib. 2. qui mouentur ea ratione. s. quia cum hoc priuilegium sit clericis concessum, & introductum de iure positiuo, vt voluit Innoc. in cap. noueriat, de sent. excom. n. Fel. in c. si quis in primis verbis, de maior. & obed. sequitur, vt Papa possit illud ad libitum tollere, quia Papa potest tollere ea, quæ sunt de iure positiuo. Arch. in c. fi. 1. q. 9. Natt. cons. 498. nu. 1. lib. 3. Brun. a Sole in propos. suis in ver. Papa dispensare potest, & dixi in meo tract. de except. 32. nu. 113. 114 115. 118.

11 Ego autem non recederem a priori opinione, quam tamen limitarem, quando Papa illud tolleret ex aliqua iuxta causa, vt videtur sentire. Socin. dict. nu. 398. vel quando illud abrogaret quoad clericos certi ordinis, vt puta primæ tõsuræ, vel ho biariatus, vel certi loci, vt quoad clericos Panorm. t. quia hoc facere posset, prout dixi supra effectu 1. ampliat. 6. num. 19. & seq.

12 Ampliatur 4. vt dictus 9. effectus, quod imponens manus violentas in clericum sit excommunicatus non solum habet locum in persona priuata, verum etiam in persona publica, vt in officiali, c. 3. de sent. excom. c. si iudex laicus, eo. tit. in 6. Soc. in d. c. peruenit, nu. 24. tit. præd. Aluarez in Spec. iuris Pontificij, c. 35. vers. sed introducens car. mihi 97. circa fi. Boer. in tract. de seditios. nu. 7. in 1. tract. diuer. p. 1. car. mihi 90. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. nu. 7.

13 Ampliatur 5. dictus effectus, vt procedat tam in maiori, quam in minori, dummodo sit doli capax. Soc. in d. c. peruenit, n. 25. Graff. eo. n. 7. quod secus est in infantibus, qui sunt doli incapaces, namque ipsi licet percutiant clericos non incidunt in excõmunicationem. Pacificus de Nauarr. in summa Pacifica, c. 12. vers. se in tali. temp. carte mihi 188. S. Ant. in tract. de excommun. c. 1. nu. 47. in 14. to. tractat. diuers. carte mihi 363. Alphon. Aluarez, d. c. 35 vers. sed introducens in 10. casu carte mihi 97. in fi. Lelius Zecc. in tract. de priuil. eccl. priuileg. 155. nu. 8. & non solum infantes verberantes clericos non sunt excõmunicati, verum etiam nec peccant mortaliter, vt dicam in meo tractatu de effectu minoris ætatis, §. 1. & voluit Aufrer. in tract. de potest. iud. secul. super eccl. person. reg. 3. nu. 23. in 16. to. tract. diuers. caret mihi 273. & an, & quando minores inferentes manus violentas in clericos debeant absolui per Summum Pontificem, & quando sufficiat solus diœcesanus, dicam infra ampl. 51. num. 168. & seq.

14 Ampliatur 6. vt in dictam pęnam incurrant, tam personæ liberæ, quam serui, c. mulieres, & c. relatũ de sent. excom. Soc. in d. c. peruenit, nu. 26. de sent. excom. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. nu. 7. sed licet seruus incidat in excommunicationem isto casu prout laicus, nihilominus seruus potest absolui ab episcopo, quod secus est in laico, vt dicam hic inferius num. 167. ampl. 51.

15 Ampliatur 7 per Soc. dictus nonus effectus, vt procedat tam in paupere, quam in diuite, ita Soci. loco citat. nu. 27. Graff. eod. nu. 7. quod clarissimè deducitur ex tex in c. ea noscitur, de sent excom ratio est, quia ea ratio quoad personas est vniuersalis, ita Greg. Sairus lib. 3. Thes. cas. consci. c. 26. n. 2. sed circa eos est etiam differentia circa absolutionem petendam, quia pauper non tenetur accedere ad sedem Apostolicam, & ad Summum Pontificem prout diues, vt dicam infra.

16 Ampliatur 8. vt dispositio dicti canonis, si quis suadente diabolo 17. q. 4. non solum procedat in ipsomet, qui impias manus in clericum iniecit, sed etiam in mandante, instigante consulente, & solicitante, Gaet. in summula in verb. excommunic. c. 10. vers. primo quod quia, car. mihi 122. Franc. March. dec. 878. n. 1. li. 1. August. in add. ad Ang. de malefic. in verb. Sempronio Rodulf. n. 22. car. mihi 64. Zaccarius in add. ad Clarum in §. fi. q. 77. n. 2. lit. A, Carrer. in pract. § ho nicidium, l 5. n. 140. & in §. sequitur, de persuadente, n. 5. car. mihi 139. Decia. in tra. crim. p. 2. lib. 6. c. 18. nu. 5. S. Ant. in tract. de excom. c. 1. n. 14. in 14. to. tract. diuers. car. mihi 367. Pet. Caball. in resolu. crim. cas. 56. n. 111. circa fi. Aufrer. in tract. de potest. iud. secul. reg. 3. nu. 6. & 7. in 16. to. eorundem tract. car. mihi 272. Soc. in pluries citato c. peruenit, nu. 31. cum plur. seq. & nu. 51. de senten. excom. Pet. Nicol. Moz. in tr. de contract. tit. de donat. sub rub. quomodo annuletur donatio, n. 34. Et

17 ratio huius ampliationis est illa iuris vulgata regula, qui per alium facit per se ipsum facere videtur l. ita autem, § gessisse, ff. de administr. tutor. c consuetudo in fi. 16. q. 6. c. vt famę, de sen. excom. c. qui facit per alium, de reg. iur. in 6. l. D. Claud. §. item senatus, ff. ad l. Cornel. de falsis, l. nihil interest, ff. de si-

18 car. l. 1. §. deiecisse, de vi, & vi armat. quod procedit etiam quoad incurrendas pęnas temporales, in quas ita incidit mandans, consulens, procurans, inuitans, seu persuadens, sicut ipse delinquens, l. item apud labeonem, §. fecisse conuitium, ff. de iniur. & in l. non solum in prin. & in §. si mandato meo, & §. seq. & in l. sed si iniuria, §. si iussu domini, ff. eod. tit. de iniur. l. lex Cornelia, § si quis librum ibi dolo ne malo fecerit, quod quid eorum fieret, eod. tit. Bar. in l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauit, ff. de acquir. hær. & in l. si pecunia, §. si seruus, ff. de cond. ob turp. caus. & in d. l. non solum, n. 1. & in d. §. si mandato meo, & l. sed si vnus, §. seruus meus, ff. de iniur. Ang. in d. §. si mandato, & in d. l. apud labeonem, §. fecisse conuitium, Archid. in c. 2. 5. q. 1. qui dicit, quod pari pęna punitur. Bald. in l. mandatum, circa fi. C. de mand. Alex in d. §. si mandato, cum multis alijs, quos latè congerunt Menoch. de arb. in d. cas. 353. nu. 2. & per tot. & in add ad eundem casũ Bernar. Diaz reg. 453. Farin. q. 105. nu. 90. ubi loquitur in mandante iniuriam inferri, & nu. 442. vbi de mandante, & consulente fieri libellum famosum. Orasc. dec. 66. nu. 10. Honded. cons. 95. nu. 77. lib. 2. Vinc. Carach. in repet. cum quid, p. 2. §. ad tertium, nu. 2.

de

de reg. iur. in 6. carte mihi 134. & statutum loquens de delinquentibus habeat locum etiam in mandante, ita vt ipse teneatur pœna statuti. Rip. de noctur. tempor. c. 11. nu. 10. latè Farin. consil. 30. nu. 74. cum plur. seq. Decian. lib. 9. c. 32. per to. Monticel. c. 7. n. 53. & seq. Et eodem modo dicimus, quod sicut mutilans, vel occidens fit irregularis, ita etiam fit irre-
19 gularis mandans, inuitans, cohortans, vel opem ferens; sicut, & mandatarius casu, quo ex mandato sequatur homicidium, vel mutilatio Sim. Maiol. in tract. de irregul. li. 5. c. 48. §. 2. & c. 49. nu. 4. Menoc.
20 in tract. de arb. in add. ad cas. 231. n. 7. Sic etiam, & donatio reuocatur prætextu ingratitudinis, quãdo donatarius impias manus intulerit in donantem, ita pariter reuocatur si inferri mandauerit, l. 1. §. deiecisse de vi, & vi armat. c. cùm ad sedẽ, de restit. spol. Moz in tract. de contract. in tit. de don. rubr. quomodo annul. & reuocetur donatio. n. 33. car. mihi 161.
21 Subampliatur ista ampliatio, vt procedat etiam si mandatarius excesserit fines mandati, vt quia mãdans mandauit tantum verberare, & mandatarius illum vulnerauit, quia licet isto casu quodammodo videretur dicendum, quod non teneatur mandans ex quo non fuit exequutum mandatum, quod ipse mandauit, nihilominus contrarium est verius, eo quia cum vulnere iam percussit, & pro ista subampliatione bene facit, quod in simili dicimus de eo, qui fecit mandatum ad vulnerandum, qui si sequatur homicidium tenetur de occiso, c. fi. de homic.
22 in 6 l. fin. ff. de crim. expilat. hæret. Bal. in l. si quis mihi bona, §. si coram, ff. de acq. hær. Bart. in l. Diuus in fi. ff. de sicar. Bero. q. 10. nu. 8. Cepol. cons. 34. in 3. dub. Marf. cons. 4. nu. 24. Pet. Nicol Mozz. in d. tract. de contract. in tit. de mandato, rub. de diuis. mandat. n. 79. car. mihi 130 Io. Maria Monticel. in pract. c. 7. n. 51. & cum multis alijs, quos latè congerit Brun. a Sole q. 34. nu. 44. vbi testatur de magis communi sententia Carou. in c. cum quid car. 134. p. 2. §. ad tertium, nu. 11. Et ratio est, quia vulnera, &
23 percussiones non dantur ad mensuram. Caroc. in loco proximè alleg. Clar. in §. fi. q. 8[illegible]. vers. pone Eman. Suarez in Thesaur. recept. sent. in ver. mandãs, nu. 45. & 50. Baiard. in add. ad Clar. d. q. 89. nu. 15. vbi dicit, quod hoc procedit etiãsi expressè prohiberet, vt non occiderit. Menoc. de arb. cas. 352. n. 2. quod secus est si mandans mandaret, vt tantum in-
24 feratur clerico iniuria verbalis, vel realis, & mandatarius excesserit faciendo illi iniuriam personalem, quia tunc mandans non erit excõmunicatus, prout erit ipse mandatarius, & hoc ea ratione, quia mandans iussit fieri actum propter quem de sui natura nõ incurrit in pœnam excommunicationis, pro qua conclusione bene conferunt d. per Dec. cons. 622. vbi voluit, quod mandans ad sfrixandum tantũ nõ teneatur de occiso si mandatarius illum occiderit,
25 qui mouetur ea ratione, quia isto casu mandans mandauit fieri actum ex quo de sui natura non solet sequi mors, Decium refert, & sequitur Mozz. loco proximè citato, num. 81. & per Paris. cons. 161. nu. 14. & 17. lib. 3. vbi dicit, quod si quis mandauit aliquem ligno percuti in humeris, & brachijs: vnde non potest verisimiliter mors sequi, tunc si manda-
26 tarius percutiet in capite, mandans non tenebitur de occiso, sic etiam si quis mandet, vt verberet cum instrumento inhabili ad occidendum, vt puta cum virga, cum alapa, cum pugno, vel simili, & mandatarius verberaret cum instrumento apto ad occidendum, tunc mandans non tenetur de occiso, etiã si mors sequatur. Menoch. de arb. d. casu 352. nu. 3. Io. Maria Monticel. in pract. crim. reg. 7. nu. 17. Caroc. d. p. 2. §. ad tertium, nu. 11. Decia. in tract. crim.
27 p. 2. lib. 9. c. 34. num. 22. & eodem modo dicimus de eo, qui mandauit, vt in certo loco aliquem offendat, & mandatarius illum offendat in alio loco vbi ratione loci pœna est aucta, tunc mandans non tenebitur ad augmentum pœnæ, Bald. in l. non ideo minus nu. 34. C. mand. Aret. in tract. malef. in verbo Sempronium mandantem q. 18. n. 36. Mõtic. d. reg. 7. num. 63. cum alijs quos allegat Io. Bapt. Baiard. in
28 add. ad Clar. in d. §. q. 89. nu. 15. qui omnes mouentur supradicta ratione, quia s. mandans mandauit fieri actum ex quo mors sequi nõ solet, nec poterat incurri in pœnam grauiorem, quam delicti mandati.
29 Subampliatur 2. vt hoc idem procedat si quis mandauit alicui, vt verberaret, vel aliter personaliter clericum offenderet eundem clericum non offenderit manibus proprijs, sed hoc mandauit alteri, quia tunc secuta offensione erit excommunicatus, ac si suus mandatarius mandatum executus fuisset, ex quo in mandatis sufficit, vt delictum fuerit patratum nomine mandantis ad hoc, vt mandans teneatur de delicto commisso. Bal. in l. 1. §. nec autem, C. de caduc. tollen. Pet. a Plaz in epit. delict. c. 15. nu. 8. Baiar. ad Clar. d. q. 89. nu. 6.
30 Subampliatur 3. vt dicta ampliatio procedat etiã si mandans mandatum reuocauerit, & propterea miserit nuntium, vt hoc significaret mãdatario, qui nuntius iam inuenerit executum mandatum namque isto casu remaneret excommunicatus, prout si mandatum non reuocasset. Iacob. in l. 1. nu. 42. ff. de offi. procons. Cæsar. Greg. Sairus lib. 3. Thesau. cas. consci. c. 22. nu. 23. Hier. Zacc. in add. ad Clar. in §. fi. q. 77. nu. 2. in lit. A, in princ. S. Raym. in sua sum. lib. 3. tit. de sent. excom. §. 48. vers. ad secundum car.
31 mihi 428. vbi dicit, quod secus est, si reuocatio mãdati peruenerit ad aures mandatarij ante executum mandatum, quia tunc mandans non erit excõmunicatus, licet mandatum exequatur post reuocationem, quod etiam dixit c. quicunque ibi, nisi licẽtia reintegra reuocaret, de sent. excõ. Aufr. in tract. de potest. iud. secul. super eccl. person. reg. 3. num. 6. ver. primum tamen in 16. to. tract. diuers. carte mihi 292. Soc. in d. c. peruenit, nu. 49. cum plurib. seqq. Ioseph Angles in Florib. 4. senten. 1. p. de excommunicat. difficul. 3. concl. 3. Cosm. Filiar. in lib. 3. de offic. sacerd. c. 34. S. Ant. in sum. p. 3. tit. 25. c. 1. §. tertio notandum. Summ. Angel. in verbo excommunicatio, il 5. nu. 31. & 32.
32 Quæ conclusio, & distinctio procedit etiam quo ad incurrendas temporales pœnas iuris ciuilis, quo iure etiam si mandatarius fuerit executus mandatũ post reuocationem, mandans non tenebitur de delicto, d. c. quicunque, de sent. excom. Bar. in l. non solum, §. si mandato, n. 12. ff. de iniur. Ang. in ver. Semproniũ mandatorẽ, n. 15. Blãc. cau. 7. n. 2. post prac. crim. Menoc. cas. 357. nu. 7. Farin. cons. 66. n. 16. vbi vlterius dicit, ꝙ hoc procedit etiam si reuocationẽ non intimauerit, allegat Aug. ad Angel. d. num. 15.

vers.

vers. quinto prius. Corra. in titulo de mandante homicidium nu. 6. de quo vltimo valde dubito, quia si esset verum, esset in facultate mandantis se eximere à pœna delicti, quod mandauit committi Monticel. d. reg. 7. nu. 82. Hier. a Mont. q. 16. 17. & vtraque
33 mandati reuocatio efficaciam & effectum non habet, & nihil operatur nisi intimetur mandatario, c. ex mandato, & ibi gl. & DD. de procurat. l. si man-
34 dasset ff. mandat. quibus autem modis reuocetur mandatum, quomodo probetur reuocatum, ponit latè Mascard. de probat. concl. 1013.

35 Subampliatur 4. vt haec pœna excommunicationis habeat locum tam si mandatum est expressum, quam tacitum, vt si quis cum fuerit offensus ab aliquo clerico diceret coram amicis, vel familiaribus quod vult de tali iniuria vindictam sumere, nec expresse mādat vt illum offendat, si tamen talia verba protulerit animo prouocandi eos ad uerberandum, vel aliter personaliter offendendum clericum, & illi tales clericum verberassent, ipse erit excommunicatus Io. Frigbur. in add. ad Raimund. in sum. lib. 3. in tit. de sent. excom. §. 48. in lit. S, car. mihi 428. & colligitur ex summ. Astensi p. 2. lib. 7. tit. 3. art. 2. q. 13. summ. Angelica in verbo excommunicatio il 5. num. 34. Siluest. in eod. ver. il 6. nu. 5. vers. 41. summa Tabb. in d. verb. excommunicatio il 5. cas. 1. nu. 36. Addent. ad Siluest. in loco proximo cit. Nauarr. in manual. cap. 21. num. 78. Et hoc idem est sufficiens
36 ad hoc vt proferens talia, & similia verba, incurrat in pœnas temporales, ita vt si ipsi amici, vel famuli, vel consanguinei occiderent illum, qui iniuriam intulit, ipse ita tacitè mandans tenebitur de occiso, latè Mascard. dict. trac. de probat. conclus. 1012. per tot. Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 9. c. 34. num. 15. Io. Maria Monticell. d. reg. 7. num. 9. Baiard. ad Clar. d. quaest. 89. nu. 3. sed quid si mandatarius qui mandatum acceptauit, ad nullum actum etiam remotum deuenerit, & nihil attentauerit, an mandans ipse ex solo mandato inciderit in excommunicationem, & dico quod non, quia mandans nunquam tenetur de mandato, si mandatarius non deuenit ad actum, nisi in crimine assassinij a Mont. q. 16. Famianus Centolin. in add. ad Farin. cons. 4. in lit. C.

37 Limitatur 1. prædicta ampliatio, vbi mandatarius non fuisset executus mandatum, quia ex solo mandato non incurritur pœna prædicti canonis, si quis suadente diabolo, nisi sequatur manus iniectio, Io. Andr. Anto. de Butr. & Socyn. sen. in cap. 1. de sentent. excomm. Cardinal. in clemen. 1. quęst. 12. de Pen. Dec. in tract. crim. par. 1. lib. 6. c. 34. n. 34. Socyn. iun. in capit. peruenit numero 167. de sentent. excommu. Nauar. in manual. capit. 27. numero 51. vers. adde, summa Angel. in verb. excommunicatio il 5. numero 31. Siluester eod. verb. il 6. numero 5. versic. 3. Hostiens. in summa tit. de sentent.
38 excommuni. numero 9. versic. 2. Et est regulare quod non solum procedit quoad incurrendam, pœnam spiritualem, sed etiam temporalem, ex quo ex solo mandato quis non debet puniri saltem pœna ordinaria, Curt. in d. l. non solum, à Monte quaest. 16. nu. 16. Famianus Centolin. add. ad Farin. cons. 4. in lit. C, à Monte q. 16. nu. 16. Baiard. quaest. 89. nu. 7. vbi alios allegat Menoch. de arbit. d. cas. 352. nu. 9. nisi secuto delicto.

39 Secundo limitatur quando mandatum fuisset limitatum certo tempore, vt puta de tali mense, vel de tali die, & mandatarius diu distulerit, & postea executus fuerit mandatus, quia tunc mandans amplius non tenebitur Sal. in d. l. non ideo minus Menoch. in add. ad d. cap. 352. nu. 4. Montic. d. reg. 7. num. 87.

40 Limitatur 3. vbi mandans fuisset mortuus antequam mandatarius verberasset clericum, quia tunc mandans non erit excommunicatus glo. fin. in cap. mulieres de sentent. excomm. Soc. in d. c. peruenit num. 46. & 47. de sentent. excomm. & ratio est, quia mādatum extinguitur morte mandātis re integra l.
41 inter causas §. 1. ff. mand. cap. relatum, & c. licet de offic. deleg. Bart. in l. non solum §. morte numero 4. ff. de oper. nou. nuntiat. & in l. more maiorum nu. 3. ver. vltimo nota ff. de iurisd. omn. iud. Polid. Ripa de actis in art. mort. c. 5. n. 12. Gabr. in tit. de procurat. concl. 1. n. 1. Et licet contra hanc limitationem tenuerint aliqui relati ab ipsomet Soc. nu. 48. nihilominus prædicta opinio procedit absque difficultate, vbi mandans mortuus fuerit habito prius sacramento pœnitentiæ, quia tunc licet mandatum
42 non reuocaret in specie, tamen præsumitur illud reuocasse in genere, ex quo nemo præsumitur immemor salutis æternæ, & nemo mori præsumitur cum peccato Rot. Ro. innoui dec. 751. nu. 8. et dec. 813. n. 13. p. 1. §. si. instit. de iniur. Crau. cons. 158. n. 5. lib. 1. Sebast. Med. in tra. mors omnia soluit p. 3. n. 31. et 32. vbi alios alleg.

43 Limitatur 4. quando mandatarius non acceptasset mandatum, licet illud exequutus fuisset, attamen mandans nō incurreret in pœnas temporales Vulp. cons. 24. n. 7. Mōticel. in pract. c. 7. n. 16. & 94. Alex. in add. ad Bar. i. l. nō solū §. si mādato ff. de iniur. Carrer. in pra. crim. §. circa primū nu. 77. Gram. vot. 19. Vulpel. cons. 24. n. 7. Montic. d. reg. 7. num. 16. & 94.

44 Limitatur 5. vbi mandatum fuisset tacitè reuocatum, quia mandatarius mortuus fuit ante executione mandati Mascar. concl. 1013. nu. 10. aut si intercessisset inimicitia capitalis inter mandantem, & mandatarium post mandatum, sed ante executionem mandati, Alex. cons. 209. nu. 3. & cons. 210. nu. 5. lib. 7. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 36. n. 35. Monticell. reg. 7. nu. 82. à Mont. q. 16. n. 16. Menoch. cas. 352. n. 7. Mascar. concl. 1013.

45 Limitatur 6. vbi mandatum esset limitatum ad tempus, vt puta infra mensem, licet videatur nō teneri ex quo non fuit executum, vt fuit ordinatum, hoc habet locū sit diu stetit ad exequendum perditū mandatū, secus si per modicū tps stetit ad exequendum illud Decian. in tract. cri. lib. 9. c. 36. n. 10. Montic. reg. 7. n. 87. Menoc. in add. ad cas. 352. nu. 4.

46 Ampliatur 9. in auxiliantibus, fauentibus, & assistentibus, quia ipsi sunt excommunicati prout inferens manus violentas in clericos gl. fin. in c. mulieres de sent. excom. Gaet. in verb. excommunicatio c. 10. vers. per inferiorem quoque cart. mihi 123. Soc. in d. c. peruenit nu. 50. de sent. excom. qui dicit quod prędicta gl. mouetur ad ita dicēdum per tex. in c. sicut dignū de homic. & in c. fi. de iureiur. & in
47 l. 4. §. sicut seruū ff. de vi bonor. rapt. & est regulare, quod auxilium præstans delinquēti punitur prout ipse delinquens, l. si pignore §. qui ferramenta ff. de

ta ff.de pact.l.nihil ff.ad l.Corn.de Sicar. c.sicut dignu,vbi DD.extra de homic.l.is,q opera,ff.de fur. §.ope,instit.de oblig. quæ ex delict.nascun.Ferrat. Gargar.patroc.4.in prin.Marf.conf.24.n.17.Cott. in verb.opem, Afin.in verb.pęna, lib.3.f.265. idem Marf.sing.15.Burs.cons.232.n. 13.Caualc. dec.28. n.1.li.5.Corrad.Lancel.de off.prætor.in ti. de auxiliator.n.6.f.567.Villaut de extens.legũ,tit.de extẽs. leg.correct.& penal.simul n.96. latè Masc.de prob. cõcl.159.nu.18.cũ seq.vbi dicit, q puniur eadẽ pęna,& qn Claud.Battd.in prax.cri.reg.107.per tot.

48 Limitatur 1.præd.ampl.vbi quis præstaret auxilium postquam delinquens manũ iniecit in clericũ, quia is non erit excõicatus ex tali auxilio postea pręstito,sicut nec põt puniri aliqua pęna temporali de auxilio præstito post delictum, nisi præcesserit tractatus ante, quia is talis non dicitur propriè dedisse opẽ delicto.Bar.in l.in furti actione, nu.4.ff.de fur.& in d.l.non solum,§.si iuramento,ff.de iniur.& in l.si quis in graui,§.si quisquam,ff.ad senatuscons. Silan.Bal.in l.non ideo,n.27.C.de accus.Boss.in tit. de homic.n.35.Boer.dec.167.n.4.in fi. Menoch.de arb.cas.349.n.24.Cassan.cons.58.nu.21. Fran.Cur. cons.41.fi. Paris.cons.152.num.41.lib.4. Zilet.inter cons.crim.diuers.lib.1.cons.168.nu.25. & 26.Sfort. Odd.cons.15.n.15.Burs.cons.65.n.6. Masc.de pro-

49 ba.concl.159.n.23.quod procedit etiam in statuto puniente auxiliantem, fauentem,& assistentem delicto, quod nunquam comprehendit eum, qui fauet, & auxiliatur post patratum delictum, Sign. de Homod.cons.134.per tot.

50 Limitatur 2.vt dicta ampliatio procedat tantum in dantibus fauorem, vel auxilium de facto, secus autem si quis præstiterit fauorem de iure, quia neque is erit excommunicatus, prout nec posset puniri aliqua alia pœna temporali, reper.Inquisit. in verb.fautores,vers.an aduocatus.& ibi addent.car. 334. vbi hanc limitationem exemplificat in aduocato, & procuratore, & idem seruatur in statuto

51 puniente dantes fauorem, vel auxilium delinquenti,namque intelligitur de præstantibus auxilium, & fauorem de facto, & non de iure, August.ad Angel. de malefic.in verb.& Andr.num.10.versic.nam officium.Alber.de Rosat.in 4.parte statut. quæst. 32. Bart.in l.post legatum,§.his vero, ff. de his quib. vt indign.Bologn.in authen.habita num.411. C.de filij pro patr.Petr.de Anchar.in cap.cum 1. de accusat.Ludou.Carrer.in tract.crim.§.post maleficium, n.40. f.112. Iacobus Benius de priuileg. iuris Consult.priuil.46.nu.1.Nell. in tract.de bann. 3. par.2. tempor.num.26.& 27.

134 Ampliatur 40. in eo, qui violentas manus intulit in personas Religiosas, quæ viuant sub aliqua regula, licet professionem non emittant. Ant. de But. in c. 2. nu. 7. de foro compet. Boer. in tract. de statu heremit. n. 14. Clar. in §. fi. q. 77. nu. 5. vbi dicit hanc esse commun. opin. Duen. reg. 99.

135 Ampliatur 41. in offendentibus familiam, & collaterales Papæ, vel Cardinalis, c. fęlicis, de pœnis, Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c 17. n. 16. vbi dicit, quod hæc ampliatio probatur apertè in d. c. fęlicis, & quod ad hoc faciunt dicta per Foller. in sua practic. crim. in fragmen. nu. 48.

136 Ampliatur 42. dictus nonus clericatus effectus, vt procedat tam si percussio fiat manibus, quã pedibus, cubitis, dentibus, vel quouis alio corporis mẽbro, quia semper percutiens erit excommunicatus gl. in c. si quis suadente diabolo, in ver. manibus 17. q. 4. Vital in clem. multorum. n. 66. de pœnis, Dec. præd. lib. 6. c. 19. nu. 2.

137 Ampliatur 43. in eo, qui clericum torqueret not. in c. quia iusta, §. præsbyteri 5. q. 6. Decia. præd. c. 19. n. 5. de qua ampliatione latè loquutus fui sup. effectu 1. ampl. 59. n. 364. & seq. infra 14. per to. Ideo ad ibi dicta me remitto, & hæc ampliatio procedit in eo, qui ex propria volũtate clericum torqueret; Sed quid de ministris Curiæ, qui hoc faciũt de mãdato suorũ superiorum, an ipsi erunt excusati tanquam obtemperantes eis, qui possunt hoc mandare, & dico, quod sic, quia isti tales tenentur obedire suis superioribus aliquid mandantibus, c. cum homo, & c. homicidium 23. q. 5. l. 1. ff. quod vi, aut clam, l. quoniam autem, famil. ercisc. l. si pignus, ff. de euict. Marf. in l. 1. n. 25. ff. ad l. Corn. de sicar. Grãmat dec. 36. n. 80. cum seq. & 87. & 88. Ang. in l. iniuriarum actio, §. si quis eo, ff. de iniurijs. Franc. Bru. in tract. de indit. & tort. q. 7. 2. par. num. 6. Carrer. in pract. crim. vers. sequitur ex quibus, n. 8. f. 131. Dyn. in reg. quod si quis mãd. de reg. iur. vbi etiam Dec. Paris de Puteo in tract. find. in verb. manigoldus, & in verb. familiaris. Roman. in l. 1. ff. de re iud. Flor. in l. quemadmodum, §. magistratus, & in l. liber homo, ff. ad l. Aquil. Gandin. in tit. de pœn. nu. 48. Angel. de malef. in verb. & Sempronium, nu. 11. Quod secus est, quando mandatum superioris est contra legem, quia tunc officialis non tenetur obedire, imò resistere, quia superior mandat in casu illicito, vt est text. in l. quoniam, C. de appell l. omnes, C. de decurio lib. 10. Franc. Brun. in d. tract. de indit. & tort. d. q. 7. 2. p. nu. 5. Ang. de malef. vbi supra, d. nu. 11. Homod. in tract. find. num. 117. Carrer. in d. vers. sequitur ex quibus, nu. 9.

138 Ampliatur 44. vt dispositio dicti cap. si quis suadente diabolo tanto facilius, & ex maioritate rationis procedat cõtra offendentes Cardinales Episcopos, ac cæteros in dignitate ecclesiastica constitutos, cap. fœlicis, de pęnis, in 6. Clem. 1. eod. tit. de pœnis, vbi hoc not. omnes scribentes Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 17. n. 2. & 3.

139 Ampliatur 45. in eo, qui insequitur clericum, vt illum percutiat, & propterea clericus in fuga, & itinere caderet, & se percuteret, namque insequens erit excommunicatus, ac si ipsum percuteret, Ioan. Fridemburg. in additio. ad S. Raimund. in summa lib. 3. in tit. de senten. excommun. §. 46. in lit. B, carte mihi 426. Innoc. Io. Andr. & Butr. in c. nuper, de senten. excom. Marian. Soc. iun. in d. c. peruenit, n. 179. eo. tit. quidquid in contrarium tenuerit S. Anton. in tract. de excommu. c. 1. nu. 23. in 14. to. tract. diuers. car. mihi 367.

140 Ampliatur 46. vt dictus nonus effectus clericatus, quo est dispositum, vt inferens impias manus in clericos sit excõmunicatus procedat, & locum habeat etiam si illas imponat in clericum mortuum, quia priuilegium dicti c. si quis suadente diabolo durat etiam in cadauere clerici, c. quod in te, de pęnit. & remiss. Abb. & Fel. in c. a nobis, il 2. nu. 4. de sent. excom. Fel. in l. fi. ff. de quæst. Carrer. in pract. crim. in tit. de homic. §. 1. nu. 23. car. mihi 86. Duen. reg. 99. ampl. 6. Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 17. nu. 19. Baiar. in add. ad Clar. in §. fi. q. 77. nu. 16. Asin. in l. 4. §. sed tunc locus, nu. 21. ff. de relig. & sumpt. fun. Boer. dec. 316. num. 12. vers. secundus casus, Dec. in

141 hoc, de priuil. & ratio est huius ampliationis, quia etiam mortuo fit iniuria, & violentia, vt voluit Sebast. Med. in tr. præd. p. 3. nu. 61. Pet. Cened. in Col-

142 lect. iur. can. p. 1. collect. 34. n. 8. quod secus est quo ad irregularitatem incurrendã, namque si quis amputaret caput, vel aliud membrum cadaueris non propterea efficeretur irregularis. Arch. in c. si. Roman. in l. 4. n. 50. ff. de ver. oblig. Ang. in l. sepulchri, ff. de sepulchro violato, notãt oẽs in c. is qui de sẽt. excõ. in 6. Marsil. in l. fi. n. 25. ff. de quæstionib. Asin. in d. §. sed tuus locus, nu. 19. Felician. in tract. de censuris in tit. de irregul. c. de quinta specie irregularitatis vers. si vero clericus, Simon Maiol. in tract. de irreg. lib. 5. c. 50. nu. 8. vbi dicit, quod tunc non fit irregularis ex ipsa mutilatione, sed ob scãdalũ, & horribilitatem debet arceri a ministerio Altaris, Pet. Cened. d. coll. 24. nu. 9. vbi alios allegat Sebast. Medic. in præcit. tract. p. 2. concl. 56. n. 159.

143 Ampliatur 47. in percutiente illum, qui fuit ordinatus per saltum, vt quia prætermissis ordinibus minoribus fuit promotus ad ordines sacros, vel prætermisso Subdiaconatu, vel Diaconatu fuit assumptus ad Sacerdotium, quia ita ordinato imprimitur caracter prout legitimè, & ordinatè promoto. S. Ant. in tract. de excom. c. 1. n. 5. in 14. to. tract. diuers. car. mihi 366. Decian. d. lib. 6. c. 17. n. 21. Innoc. in c. si vero, num. 3. de sent. excom. & ibi etiam Felin. num. 2. Astens. in summa p. 2. lib. 7. tit. 3. art. 2. q. 6. S. Anton. in summa. p. 3. tit. 25. c. 1. sum. Ang. in ver. excommunicatio, il 5. nu. 24.

144 Ampliatur 48. prædictus nonus clericatus effectus, vt procedat etiam in eo, qui volens percutere laicum percussit clericum, si tamen illum cognoscebat. Turrecrem. in d. c. si quis suadente, num. 3. Decia. d. lib. 6. c. 19. nu. 6.

145 Ampliatur 49. in eo, qui cum esset a longe cum balista, vel archibusio clericum percussit, namque is erit excommunicatus tanquam inferens violẽtas manus in clericum. Vital. super clem. multorũ, n. 66 de pœnis. Et pro ista ampliatione benefaciunt ea,

146 quæ dixi sup. ampl. 25. n. 94. & quod alias dicimus de consequenda ecclesiastica immunitate, hoc est,

quod

quod existens extra ecclesiam, si cum balista, vel arcubusio occiderit aliquem in ecclesia dicitur deliquisse in ipsa ecclesia, Bal. in l. si quis non dicam rapere, col. 2 C. de episc. & cler. Paul. de Cast. in l. si vt proponitur, ff. de fideiuss. Mars in l. vnica, n. 133. cũ seq. C. de rapt. virg. Couar. var. resol. c. 30. n. 15. ver. vigesimoseptimo, lib. 2. Farin. q. 28. nu. 62.

147 Ampliatur 50. vt dicta excommunicatio liget & percutientes mulieres, quæ dicuntur canonicæ regulares, quando illæ tales seruiunt in aliqua ecclesia, & portant habitum religiosorum. Aufrer. in tr. de potest. iud. sæcul. reg. 3. nu. 3. in 16. tomo tract. diuers. carte mihi 292. quæ tamen in isto Regno non sunt in cognitione.

148 Ampliatur 51. & vltimo, vt prædictus nonus effectus clericatus deductus ex c. si quis suadente diabolo 17. q. 4. in tantum sit fauorabile clericis, quod ita in eos impias manus inferens, non possit absolui, nisi a Summo Pontifice, ita expressè habetur in d. c. si quis suadente diabolo, & in c. 1. non dubium, & c. ex tenore, de sentent. excom. c. religioso, eod. tit. in 6. & ex nostratibus hoc notauerunt Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 6. cap. 19. num. 25. Duen. reg. 99. in prin. latè Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. nu. 24. & 33. Iac. Sbroc. in tract. de Vicar. Episc. li. 2. q. 180. nu. 10. Lel. Zecch. in tract. de priuil. eccles. priuil. 155. nu 2. & 7. vbi dicit, quod percutiens clericum, incidit in duas pœnas, vnam scilicet excom-

149 municationis, & aliam vt debeat accedere ad Papam pro absolutione obtinenda, cui ego addo tertiam, hoc est in pœnam ordinariam impositam delicto, quod committit, quia licet Papa ita excommunicatum absoluat a sacrilegio, nihilominus poterit puniri a iudice sæculari de excessu, & iniuria clerico illata, quia absolutio obtempta in foro poli, non prodest quoad effugiendam pœnam temporalem

150 gl. & Abb. in c. de his, de accus. vbi Fel. in 5. limit. Pegn. ad director. inquis. in 2. p. comment. 25. col. 9. vers. rursus altera quæstio, Reper. inquis. in verbo absolutio, §. sed an absolutio. Calder. in tract. de hæret. c. 34. Simanc. in Catal. in d. tit. 8. nu. 18. Foller. in pract. crim. c. 35. nu. 17. Tiraq. de pœ. caus. 25. nu. 4. sicut etiam absolutus in foro ecclesiastico potest etiam conueniri in foro sæculari. Pet. de Anchar. in

151 c. ea quę de reg. iuris in 6. Abb. in c. 1. vbi Butr. Tiraquel. in d. caus. 25. n. 4. & quando duplex est inducta pęna, altera spiritualis, & altera temporalis, tũc vna non tollit alteram. Menoch. d. casu nu. 32. quia quod fit in foro ecclesiæ, non intelligitur fieri in præiuditium fori sæcularis, ita Tiraq. d. n. 4. in fine,

152 neque Papa quoad pœnas temporales regulariter, & sine legitima causa potest facere gratiam delinquenti, qui in temporalibus est subiectus iurisdictioni alterius Principis sæcularis in præiuditiũ ipsius Principis. Innoc. in c. cum te, vbi Bal. num. 4. de re iud. & ibi Abb. nu. 10. & Fel. n. 10. Bart. in l. 1. §. de qua re, vbi Alber. nu. 1. & 3. ff. de postul. Turrecr. in cano. ecclesiarum 2. q. 3. Sum. Ang. in ver. infamia, nu. 12. & 13. communem refert Sfor. Odd. de rest. in integr. q. 92. nu. 44. p. 2. licet alias Papa dicatur Dominus totius orbis. Sfor. Odd. in d. q. 92. nu. 42. & dicitur etiam supremus personatus. Bal. in c. ego, nu. 7. de iureiur. Alba. de potest. Pap. p. 2. n. 12. 23. 122. & 135. Dec. cons. 498. col. fin. nu. 28.

153 Limitatur tamen ista ampliatio per S. Ant. Flor. in tract. de excom. c. 1. n. 40. & seq. plurib. modis, & Primo vbi is, qui clericum verberauit, vel aliter in eum impias manus iniecit, reperiretur in articulo mortis, quod periculum intelligitur non solum propter infirmitatem, sed etiam si sit in quocunque periculo vicino morti, vt si timeret hostem, vel prædonem, vel crudelitatem potentis, vel si nauigaturus sit, vel per loca insidiosa transiturus, l. 3. & 4. ff. de don. causa mortis, cap. pastoralis, §. præterea, de offi. ordin. c. non dubium, c. quod de his, & c. quamuis, de sent. excom. vbi Abb. Pan. num. 3. ver. & hoc verum nisi c. in litteris, vbi gl. de raptor. c. nõ est, de sponsal. Fel. in d. §. præterea, n. 12. ver. fallit 4. in articulo mortis Io. Dilectus in tract. de arte testan. tit. 1. caut. 10. nu. 2. Innoc. in c. nuper, de sent. excom. S. Ant. in d. nu. 40. in 4. to. tract. diuers. car. mihi 367.

154 vbi dicit, quod idem est, si reperiretur obsessus, vel alium obsideret. Polid. Ripa in tract. de actis in art. mortis, c. 35. nu. 1. Nec si conualescat ita absolutus

155 de nouo est absoluendus, quia cum fuerit semel, & ritè absolutus, non erit de eadem re iterum absoluendus, sed erit in prædicto, & similibus casibus inferius enumerandis, vbi ob impedimentum, & causa necessitatis absoluitur, iniungenda pęnitẽtia, quod si periculum euaserit, accedat ad Sedem Apostolicam, vel ad eum, qui potest illũ absoluere, eiusque mandatum humiliter suscepturus, c. quamuis incidens, de sent. excom. Sylu. in sum. in verb. excommunicatio l'octauo, nu. 8. ver. octauo, an propter periculum mortis. Bartol. Fumus in sum. Armil. in ver. absolutio, n. 40. S. Ant. in precit. nu. 40. Io. Tabiena in sua summa, in verbo absolutio, il 2. nu. 8. ver. quæritur vtrum. Polid. Ripa precit. cap. 35. nu. 2.

156 Et in prædicto, & similibus casibus excommunicationis per dictum canonem, si quis suadente diabolo, nõ solum poterit absolui ab Episcopo, verum etiam si non adest Episcopus a quocunque Sacerdote etiam ab ordinario non approbato, si alius inueniri non potest, gl. in c. a nobis in §. inde quantũcũque, in verb. non potuerit, & ibi Abb. n. 10. de sẽt. excom. Innoc. in c. nuper nu. 6. in fi. eo. tit. Siluest. lo

157 co supra alleg. Ripa d. c. 35. n. 7. & quando quis dicatur in periculo mortis, ponit latè Thom. Aetius in tract. de infirmitate, p. 1. c. 16. per tot. & quando dicatur constitutus in articulo mortis, dixi in meo tract. de except. ad materiam statuti except. 29. nu. 10. idem Aetius in præd. p. 1. c. 15. per tot.

158 Limitatur 2. quando quis haberet inimicos capitales, propter quod non poterit tutè se Sedi Apostolicæ præsentari, c. de vtero, de sent. excom. S. Anto. in c. præd n. 41. Tolet. in sum. lib. 5. c. 8. n. 2. vers. quarto ista, Hier. de Monte q. 15. nu. 6. Sair. d. lib. 3. Thes. cas. consc. c. 28. nu. 16.

159 Limitatur 3. in muliere, quę non est obligata pro petenda absolutione accedere ad Sedem Apostolicam, & hoc tam si est robusta, quam debilis, & tam si iniuria est leuis, quam grauis, c. mulieres, de sent. excom. S. Anton. Flor. in tract. de excom. c. 1. nu. 45. in 14. to. tract. diuers. car. mihi 368. Hier. de Mont. d. q. 15. nu. 6. Sair. d. c. 28. nu. 18.

160 Limitatur 4. in senibus, & valetudinarijs, cap. ea noscitur, de sent. excõ. S. Ant. præd. nu. 45. & Hier. de Mont. num. superius alleg. Toletus in summa lib. 5. cap. 8.

161 5.cap.8.num.2. ver.quarto ista; & ratio est, quia senes dicunt perpetuo infirmi, & ipsa senectus dicitur esse morbus, & senes sunt debiles, de quibus omnibus habetur latè per Fabr.de Montel.in tract. de priuileg.senect.cap.5.per tot. & per Thom.Aetium in tract.de infirm.c.19.per tot. Toletus, lib.5. cap.8.num.2. vers. quarto ista, quod tamen puto, quod procedat in sene, qui iudicio boni viri periculosè iter aggrederetur, & quamuis fortis videretur, erit tamen absoluendus, quia valde periculosum est senem iter facere.

162 Limitatur 5.in eo, qui esset membris destitutus, vel attractus, ita & taliter, quod non posset accedere ad summum Pontificem pro absolutione obtinēda, c.quamuis, de sent.excom. S.Ant.d.nu.45.Hier. de Mont.eod.nu.6.

163 Limitatur 6.in infirmo, qui perpetuum habet infirmitatis impedimētum, vel etiam temporale, si de morte timetur, quod de his, de sent. excom. Franc. Marc.decis.829.per tot.in 2.p.S.Ant.eo.tit.nu. 45. Tho.Aetius in tract. d.p.2.in verb. absolutio, nu.4. & 5.Tolet.& Hier.de Mont.in locis sup. allegatis.

164 Limitatur 7.si quis esset pauper, qui si vellet accedere ad Sedem Apostolicam esset constrictus mendicare, cap. quod de his, de senten. excommunic.S.Anton.præcit. num.45. Toletus lib.5.c.8.nu. 2.ver.quarto ista. Hieron. de Mont.d.q.15.num.6. 7.8. & 9. qui dicit, quod isto casu is dicitur inops,

165 qui nihil habet patrimonij, ex quo se alere possit, etiam quod haberet aliquod exercitium, cū quo victum sibi acquirere, nec tenetur hostiatim, & cū verecundia sibi victum quærere in itinere, ad quod allegat alios DD.Siluest.in summa, in verbo absolutio 4.num.3.vers.octauus.

166 Limitatur 8.in regularibus, quia si vnus regularis percuteret alium regularem, vel clericum, non tenetur accedere ad Papam pro absolutione obtinēda, sed poterit absolui a suis Prælatis, c.Monachi de sēten.excom.c.religioso, eo.tit.in 6.Lelius Zecc.in tr. de priuil eccl.priuil.155.n.14.& cæteris melius Borgas.de irreg.p.6.tit.de absolut. excom. nu.27. carte mihi 397.Sair.d.lib.3.c.28.nu.10.

167 Limitatur 9. vbi iste imponens impias manus in clericum non esset sui iuris, sed in aliena potestate, vt si esset filiusfamilias, vel seruus, c.mulieres, de sēten.excom.S.Anton.præcit.nu 46. qui hanc limitationem intelligit procedere, quando ex tali itinere, & peregrinatione inferretur aliquod præiudicium ipsi patri, vel domino, quia si non adesset alterius præiudicium, tunc nullatenus sunt excusandi, sed sunt omnino mittendi ad Sedem Apostolicam pro absolutione consequenda, prout etiam prædicti tales ad eandem Sedem sunt mittendi non obstante præiuditio patris, vel domini, quando excessus esset grauis, & enormis, & hoc propter scandalum euitandum, c.relatum, de sent.excō.& licet ipse S.Ant. eod.n.46.dicat, quod hæc fallentia procedit in filio familias impuberi, non autem in pubefacto, quia is deberet accedere ad Papam, nihilominus ipsa fallentia procedit tam in impubere, quam in adulto, & etiam maiori, quia isto casu consideratur præiuditium tertij, non autem impotentia delinquentis, quod prǽiuditium tertij, ita consideratur in maiori, sicut in minori, imò multo magis in maiori, quā in minori, eo, quia pater ex filio maiori potest consequi maius auxilium, & subuentionem, quam ex minori, vltra quod de impuberi verberante adest alia fallentia specialis, & ad corroborationem meæ opinionis benefaciunt ea, quæ in simili dicam in tract. de effect.minoris ætat. §.1.vbi ponam, an, & quando filiusfamilias possit vouere in præiuditium patris, est bene verum, quod si is filius esset emancipatus, tunc nō posset se excusari eo prætexta, quod eius pater nolit, vt accedat ad Sedem Apostolicam, qui per emancipationem fuit exutus, & liberatus a patria potestate. Et quoad seruos intelligas de seruis, qui sunt seruilis conditionis, non autem de famulis, ac alijs, qui seruiunt propter mercedem, quia isti tales non sunt in potestate dominorum, & propterea non excusabuntur.

168 Decimo limitatur in minori quatuordecim annorum, qui potest absolui per Diœcesanum, nec tenetur ire ad Sedem Apostolicam, c.cum illorum, in fi.de sentent.excommun. Franc.Marc. dec.814. p. 2.S.Anton.in tract.de excommun. c.1.nu.47.in 14. to.tract.diuers. carte mihi 368.Lelius Zec.in tract. de priuil.ecclesiæ, priuil.155. nu.1.Tolet. lib.5 c.8. nu.2.ver. quarto ista Baiard. in add. ad Clar.in §.fi. q.77.nu.6.S.Raimund.in sum.in tit.de sent. excom. §.45.in princ.car.mihi 425. Et ratio est, quia licet minor ætas non excuset omnino a pœna delicti, nihilominus eandem pœnam minuit, vt si veniret puniendus pœna mortis ob minorem ætatem, mitigatur in aliam pęnam non corporalem, sed iudicis arbitrio, vt est in l.1.§.impubes, & in l. excipiuntur, ff. ad Sillanian. l.de minore, ff.de quæstio.c.1.& 2. de delict.puer. Mars.in pract. crim. §.quonia.n.nu. 96.& cons.39.n.59.& cons.47.nu.10.Anto.Gomez var.resol.to.3.c.1. nu.62.& 63.ver.Item adde principaliter, & vers.puberum tamen Boss. in tit.de con fess.nu.69. Clar.§.fi.q.60.nu.3.ver.aut vero est maior 14.annis.Menoch.de arbitr.casu 329.nu.2.cum seq.Farin.quæst.15. num.49. vers. limita secundo, & num.52.Petr.Caball.resol.crim.casu 134.n.1. & 8.Cesal.cons.164.nu.9. S.Raimund.in sum.in tit.de sent.excom.§.45.in prin.Maria. Soc. in c.super eo, nu.1.& 2.de sent.excom.Et ratio est, quia licet mi-

169 nor ætas non excuset omnino a pęna delicti, nihilominus eandem pęnam minuit, est textus in l.1.§. impubes, & in l.excipiuntur, ff.ad Sillan.l.de minor. ff.de quæstio.c.1.& 2.de delict.puer.Mars.in prac. crim.§.quoniam, n.96.& cons.39.& 59.& cons.47. n.14.Ant.Gomez.in 3.to.var.resol.c.1 n.62.& 63. vers. item adde principalem, & ver. puberum tamen Boss.in tract.crim.in tit.de confess.n.69. Clar. in §.fin.quæst.60.nu.3. Menoch.de arbitr. cas.329. num.2.& seq.Farin.in tract.crim.q.15.n.49. vers.limit.2.& nu.52.Pet.Cabal.in resol.crimin.casu 134.

170 nu.1.& 8.Cesal.cons.164.nu.9. cum multis alijs, quos congeram in tract.de effectib.minoris ætatis: ideo licet propter minorem ætatem non excusetur a pęna excommunicationis minorabitur tamen pęna, hoc est, vt non teneatur pro absolutione obtinēda accedere ad S.Sedem Apostolicam, nec est verū id quod aliqui asserunt .s. quod licet minor possit absolui ab ordinario tenetur tā iurare de accedēdo ad Papam pro absolutione obtinēda casu, quo erit maior, quia respondeo, ꝙ vltra ꝙ contrariū tenuerunt

runt multi ex supra relatis, & præcipuè Sanctus Raimundus, & Socinus adest ratio, scilicet, quia in pœna infligenda delictis attenditur tempus delicti, ideo si quis dum est minor delinquit, debet mitius puniri, & quod tempore punitionis sit factus maior glos. in l. eiunt, & ibi Doct. C. de leg. hæred. Fel. in c. fi. nu. 1. de sentent. excommunic. Marf. in l. de minore, num. 60. ff. de quæstio. Duen. reg. 259. in 8. ampliatio. a Plaz. in epito. delict. cap. 32. nu. 11. ver. illud etiam Cald. in repet. l. si curatorem, in ver. vel aduersarij dolo, nu. 53. in fi. ver. & intellige, C. de in integ. resti. minor. Bonac. in cō. opi. p. 1. f. 114. col. 2. ver. 2. inquit, minor non pot, Sfor. Odd. de restit. in integr. quæst. 80. num. 99. Addent. ad Bertaz. consil. 118. in littera A, ver. & idem si sit factus maior. Farin. q. 92. nu. 162. f. 229. Sed si diceremus, quod minor absolutus ab ordinario tenetur iurare de accedendo ad Sedem Apostolicam, cum maior factus fuerit veniret punitus pœna ordinaria delicti, & non mitiori, quia quod differtur non aufertur, vltra quod si aliter diceremus, sequeretur, quod minor ætas solum consideraretur vti impedimentum accedendi ad Romanam Curiam, prout infirmitas, & similia impedimenta, non autē uti causa minorandi pœnam ex imbecillitate consilij, & deliberationis delinquendi, quod nullatenus est dicendum, cum minor ætas sit vera, & efficax causa minorandi pœnam, & non impedimentum executionis ipsius pœnæ.

171 Vndecimo limitatur in clericis regularibus, qui viuunt in communi, & sub eodem tecto dormiunt, & in eadem domo vescuntur, quia isti poterunt absolui a suo superiori, cap. quoniam de vita, & honest. cleric. S. Anton. in tract. de excommunic. cap. 1. num. 45. in 14. tomo tractat. diuers. car. 368. vbi loquitur in illis, qui simul viuunt in aliquo collegio. Abb. in cap. cum illorum, num. 6. & in cap. cum pro causa, num. 3. de sentent. excommunic. & in præcitato cap. quoniam, num. 1. & 3. vbi loquitur indistinctè de omnibus clericis, quod potest exemplificari in clericis existentibus in aliquo Seminario.

172 Duodecimo limitatur in clericis, qui cum sint infra minores ordines, se adinuicem percutiunt. Lel. Zecch. in tract. de priuil. eccl. priuil. 155. nu. 3.

173 Decimotertio limitatur, quando manus iniectio esset leuis, c. peruenit, de sent. excom. S. Anto. in d. c. 1. nu. 39. & 50. in 14. to. tract. diuers. car. 367. ubi ponit, quando iniectio dicatur leuis, & quando mediocris, Gaet. in summula, in ver. excom. c. 10. vers. quartus est. Turrecrem. in c. si quis suadente diabolo 17. q. 4. Abb in d. c. peruenit, in fi. Dec. in c. peruenit, il 2. nu. 1. de appell. Clar. in §. fi. q. 77. n. 14. vbi testatur de comm. vbi Baiar. in add. nu. 17. qui remissiuè po-
174 nit, quando isto casu offensa dicatur leuis, & quando grauis, prout hoc idem latè declarat Socin. in c. peruenit, n. 159. & 160. de sen. excō. Decia in tra. cri. p. 2. li. 6. c. 34. n. 30. & quando percussio dicitur leuis, vel grauis, in materia d. canonis si quis suadētē diabolo vltra S. Ant. Baiar. & Soc. in locis allegatis ponit latè summa Armill. in ver. excomm. il 5. n. 9. Franc. Marc. dec. 823. Zaccar. ad Clar. d. nu. 14. in lit. D, Gambar. de offic. deleg. lib. 8. num. 5. cum seq. Hier. de Mont. q. 15. qui dicit, quod hoc remittitur
175 arbitrio Episcopi, prout idem arbitrio remittitur, an quis sit talis, quod possit accedere ad Sanctam Sedem Apostolicam.

176 Decimoquarto limitatur in eo, qui esset carceratus, nam dicitur habere legitimum impedimentum. Marf. in pract. §. vlterius, n. 38. f. 169. Oddo, de resti. in integ. q. 7. nu. 36. Port. cons. 3. num. 17. & 52. Bar. cons. 228. Caterina accusauit Vitam. Farin. q. 11. n. 54. ver. tertia causa, & q. 34. num. 87. Rolan. a Vale
177 cons. 87. n. 24. lib. 1. Et ideo carceratus, qui est citatus non tenetur comparere propter impedimentum. Oldr. cons. 43. n. 2. Calder. cons. 5. de dilat. Afſl. dec. 182. n 4. 5. & 6 Port. d. cons. 3. nu. 27. Bar. & Sali. in l. 2 ff. de in ius vocan. Ruin. cons. 24. num. 5. l. 4. com. Refert Farin. in tract. crim. q. 11. n. 54. vbi etiā de com. testatur. Nec mittere procuratorem, ma-
178 ximè si causa esset grauis, c. bonæ, il 1. vbi glo. de elect. c. si pro debilitate, de off. deleg. Por. d. cons. 3. n. 15. & 52. Paris. cons. 102. n. 1. lib. 4. Aret. cons. 16. col. pen. vers. secūdo respōdeo. Farin. vbi supra vers. sed parcat mihi, vbi de com. testatur Masc. in prac. tit. de procur. n. 9. f. 26. Et non solum dicitur carce-
179 ratus, qui reperitur in vinculis, sed dicitur et carceratus is, qui est sub fideiussione de non recedendo a certo loco, vel de repræsentando ad omne Cur. mādatum. Bald. in l. necnon, §. 1. ff. ex quib. caus. maio. Alber. in l. eadem, C. eodem tit. Bos. in tit. de carcerat. fideiub. n. 3. Marſ. cons. 125. nu. 48. Corrad. Lancell. de offi. Prætor. tit. de carcerat. fol. 470. n. 2. Caball. resolut. crim. cas. 8. nu. 13. Nepit. in consuet. Cathan. tit. 52. cōsuet. vnica, n. 9. & 10. Capic. dec. 154. n. 4. latè Farin. in tract. crim. q. 30. nu. 51. cum seq. vbi tractat hunc articulum. Mastr. de indultu, c. 12.
180 n. 4. 5. & 6. quas omnes supra positas limitationes sublimitabis, quando impedimentum esset procuratum, quia tunc non excusat non solum in foro conscientiæ coram Deo, qui est scrutator cordium, verum etiam nec in foro contentioso. Anton. de Carrar. in tract. de excusat. p. 2. num. 8. Sforz. Odd. in d. tract. q. 7. n. 41. Farin. q. 34. n. 81. Tusc. concl. in ver. affectio per tot. & præsertim, n. 7. q. 14. & 25. Serafi. de priu. iur. priu. 4. n. 110. vbi loquitur in appellato, qui affectauit impedimentum ne prosequi posset appellationem, & dicit, quod tale impedimentum non prodest. Farin. in d. tract. q. 34. per totam præsertim, nu. 81. & 88.

181 Et nota, quod existente aliquo ex prædictis impedimentis, non quilibet sacerdos poterit absoluere, sed opus est, quod absoluatur ab Episcopo. Abb. in cap. de cætero, num. 1. & in cap. Monaci, nu. 3. de sent. excom. Angel. in verb. absolutio, il 1. S. Anton. etiam in summa, in 3. p. tit. 11. circa fi. Fel. in c. peruenit, de senten. excom. Hier. de Mont. q. 15. 20. & 30. vbi dicit, quod inferior Episcopo non potest absoluere excōicatum pro leui iniuria illata in personam clerici, ad quod allegat multos alios, q̃ tamen temperatur duobus modis. Primo in articulo mortis, vt dixi sup. in præsenti ampl. 51. n. 135. Secundo, quando Episcopus in specie mandauerit suo Vicario, vt possit absoluere, ita excommunicatus, quia
182 Vicarius Episcopi ex speciali mādato ab Episcopo facto poterit absoluere in omnibus casibus, in quibus est commissa, & permissa absolutio ipsi Episcopo. Fel. in c. ab excōicatione, rescript. Lancell. in institu. cano. in §. in ijs autem, de sent. excom. Iacob.

Sbrot.

Sbrot.in tract.de Vicar.Episcopi,lib.2.q.180.nu.2.
183 & seq.ubi latè examinat, an, & quando Vicarius Episcopi possit absoluere ab huiusmodi excõicatione,nec Eps debet statim cognito impedimento absoluere, sed tutius est, vt de impedimento consulat cum Rom.Põt.)si hoc fieri potest) & ei narret causam impedimenti, & qualitatem percussionis, & iuxta eius determinationem postea exequatur, ita concludit S.Raimund.in sum.lib.3.in tit.de senten. excom.§.45.in fi.alleg.tex.in c.mulieres, de sen.excom.Amont.d.q.15.n.21.& 22. qui dicit,quod omnes prædictæ limitationes procedunt,tam si iniuria est leuis, quam si attrox.

184 Et intelligas præsentem ampl.vt licet quis teneatur accedere ad S.Sedem Apostol.pro impetranda absolutione,nihilominus non est necessariũ,vt ipsa absolutio poscatur ab ipso Summo Pontifice, sed sufficit, vt obtineatur ab aliquo ex Pœnitentiarijs, quia ipsi Pœnitentiarij possunt absoluere a tali excommunicatione.S.Ant.Flor.in tr.de excom.c.1.n.56.in 14.to.tract.diuers.car.mihi 368.

185 Quæro nunquid is, qui incidit in excõication e ob personalẽ iniuriam factã clerico, possit absolui per Legatum de latere,& resp.quod sic,c.ad eminẽtiam,de sen.excõ.gl.in c.authoritate,§.iubemus,de priuil.Gondisl.a Villadiego in tr.de leg.q.13.Gambar.in tr.de off.& potest.Leg.a Latere,li.8.§.3.n.1. & seq qui dicit,ꝙ hoc facere legatus,ẽt si iniuria esset atrox,& enormis, & ẽt si absoluendus esset homicida clerici;item quod potest absoluere non subditos, & extra prouinciam, quas conclusiones tandem limitat septem modis,vt ibi per eum,

186 Limitatur modo prædictus nonus effectus clericatus deductus ex canone si quis suadente diabolo 17.q.4.ita superius ampliatus pluribꝰ modis,& Primo limitatur in eo, qui verberaret clericum, quem inuenit turpiter agentem cum eius vxore,filia, matre,vel sorore,quia isto casu,non solum poterit clericum verberare, verumetiam occidere absq; labe excommunicationis. Abb. in c. cum non ab homine,nu.11.vers. & pro hoc adduco, de iud. vbi ẽt Henric Bohic nu.3. Io.Oinotomus in §.si res legata,nu.6.& 7.instit.de legat.Gaet.in summula in verbo excommunicatio,c.10.ver.in præsenti, in fi.car. 124.Flam.de Rub.in tract.de adult.c.16.n.26.vers. pena adulterij, car.104. Paris de Puteo in tract. de sind.in verbo clericus, cap.1.num.5. car. mihi 158. Hier.Zaccar.in add.ad Clar. in §.fi.q.77. n.2 in lit. A,circa medium.Ripa in l.fi.nu.67. C.de reuoc.donat.Tennin.in pract.caut.6. nu.28.29. vbi loquitur in patre,& marito, & vtrobique alios allegat Intrigl.in tract.de casib.consci.cent.1. casu 9.n.18. Tolet.lib.5.cap.8.vers.quarto cum licet,Nicol.Plou.in tract.de excom.§.1.n.25.in 14.to.tract.diuers.carte mihi 364.Bermund. Boucron. in tract.de publ.concubin.in rub.de adulter.nu.19. Henric Bohic in c.si vero nu.5. & seq. de sent.excom. Marsil.de bannit. in verbo capti,nu.40.& in verbo iudice,n.220.& in l.vnica,nu.116.de raptu virg. Decian.in tract.cri.p. 2.lib.6.c.24.n.5.S.Ant.in tract.de excom.c.1.n.34. in 14.to.tract.diuers.car.mihi 367. Sanch.de matr. lib.1.disp.1.nu.6. qui loquitur in sponsa de præsenti Alfons. Aluarez in special. iuris Pontif.c.35.vers. sed introducens in 6.fallent.carte mihi 97. Aufrer. in tract.de potest.iud.laici, reg.3.num.20.in 16.to. tract.diuers.carte mihi 293. Aret in §.in potestate, nu.9.de ijs,qui sunt sui,vel alieni iuris Clar.in §. homicidium,nu.39.Baiar.ad Clar.in d.§.homicidium, n.174.vbi testatur de communi op n. Grass.in dec. aur.p.2.lib.3.c.5.n.20. vbi hanc limitationem sublimitat vndecim modis.Marian.Soc.iun.in c.peruenit,nu.344. & multis seq.de sent.excom. qui cæteris melius, ac latius huius limitationis materiã examinat, illam ampliando, & sublimitando diuersis modis,& ne videar alterius scripta transcribere,ad eum me remitto. Aucinar.in c.si vero,il 1.num.7.de

187 sent.excommu. Et non solum verberans,vel occidens clericum in casibus istius fallentiæ erit tutus a pœna excommunicationis, vt est dictum, verum etiam a pœna temporali, ita vt occidens non possit puniri pro tali homicidio, l.Graccus, & l.patri, ff.de adulter. Clar.in §.homicidium,nu.39. Carrar. in pract.crimin.§.homicidium 6.num.234.cum seq. Bar.in l.Imperator,la secunda,num.2.ff.de stat.homin.Baiard.ad Clar.in d.§.homicidium,n.167. Decian.in tract.crim.to.2.lib.9.c.15.nu.14. Intrigl.de casib. consc.casu 9. nu.2. & quid in patre occidente filio inuento cum nouerca. Caball.resol.crim. casu

188 15.nu.7.Sed an sit etiam iste talis tutus a peccato mortali, quod incurrit propter homicidiũ, ex quo iste contrauenit Diuino præcepto (Non mœchaberis)?el. in c.quæ in ecclesiarum,col.3.& 4.de cõstit.Couar. lib.4.decret.c.7.§.2.nu.8. Bos.in tit. de coit.damnat.& punibili,nu.52.Intrig.de casib. consc.1.casu 9.nu.41.& 46. Parit.cons. 154.nu.12. lib.4. Cefal.cons.305.per tot. Baiard.ad Clar.d.§. homicidium,nu.173. prædicta omnia intelligas, quando percussio fit in ipso actu inuentionis absque interuallo temporis, alias si fieret ex interuallo percutiens incurreret in excommunicationẽ Cosm. Philiar.in l.3.de offi sacerd.c.33.nu.3.casu 14.

189 Limitatur 2. vbi quis ignoranter,& per errorem clericum percussisset, vt quia percussit clericum de nocte,vel illum quem non cognouerat esse clericũ, vt,quia deambulabat sine habitu,& tõsura, & prius illum non cognoscebat. Paul.de Castr. in l.si ignorans,nu.2.ff.locat. Camill.Gallin. in tract. de verb. signific.lib.1.c.31.nu.6.Gaet.in summula,in verb. excommunicatio,c.10.vers.quintus est casus,car. mihi 126.Bal.in tract.de stat., in verbo clericus,n. 1. Turrec.in c.si quis suadente,n.1.17 q.4.Iac. Rebuff.in l.pen n.4. C.de acqu.ed.lib.11. vbi addentes in lit.B,Muscatel.in pract ciuil.p.2.in verb. intimato,n.30.car.mihi 24.Menoc.in tr.de præsump. li.6. præsum.76.n.12.Tolet.li.5.c.8.n.2. ver.tertio cum ignorabatur.Fusc.in sing.in lit.C, nu. 109. S.Ant.in tr.de excom.n.24. in 14.to.tr.diuers.car.mihi 367. Nicol. Plou.in eod.tract.de excom. §.1. num.24.in præd.to.trã.car. mihi 364. Aluar.in Spec.iur.Pont. cap. 35. vers.sed introducens,in 7.fallen.carte mihi 97. Aufrer.in tract.de potest.iud. sæcular. super eccles.pers.reg.3.nu.21.in 16.to.præd.tract.carte mihi 292 Bursat. cons.443. num.1. lib.4. addentes ad Aret.in §.in potestate,num.9.in lit.C,institu.de ijs, qui sunt sui,vel alieni iuris. Roland.a Valle cons. 4. n.28.vol.1.Menoch. cons.898.n.25. lib.9.Bombin. cons.31.nu.6. Io.Frigburg.in adnot.ad summam S. Raimund.lib.3. tit.de sent.excom.§.48. carte mihi 427.Clar.

427. Clar. in §. fi. q. 77. nu. 6. & 7. vbi alios allegat, & testatur de commun. opi. Carrer. in pract. in tit. de homic. in §. seu sect. incip. vndecimo excusat, car. mihi 162. latè Soc. iun. in c. peruenit, num. 221. & seq. de sent. excom. Fel. cons. 15. n. 3. Baiar. in add. ad Clar. q. 77 n. 15. Bero. cons. 187. n. 6. li. 3. & ratio istius li-
190 mitationis est, quia ignorantia excusat a pœna, l. si quis ignorans, ff. locat. l. item apud labeonem, §. si quis, ff. de iniur. l. si qua per calumniam, C. de episc. & cler. c. ne no 11. q. 3. Couarr. in c. alma mater, in 1. p. §. 10. nu. 7. de sent. excom. Vital. in tract. de malefic. in tit. de te. lib. & qui repel. n. 83. car. mihi 411 post Angel. in tract. de malef. Bursat. d. cons. 443. n. 2. & seq. Blanc. in pract. crim. c. ignorantia, fol. 91. Gabr. concl. 6. de reg. iur. Cepol. cons. Vic. 18. nu. 5. Boss. in tit. de defens. reor. num. 39. Port. Imol. cons. 53. nu. 11. Clar. in §. fi. q. 60. nu. 11. vbi Baiard. num. 44. in add. Arnon. dialog. 56. Alexan. in l. quod, ff. si cer. pet. Simon. de Pret. cons. 81. num. 11. Dec. cons. 163. nu. 3. Pancirol. cons. 2. nu. 30.

191 Hinc est, quod cognoscens monialem incedentē in habitu laicali, nō punitur tanquam stuprans monialem, glo. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. vbi etiam Bal. addent. ad Bart. in d. l. apud labeonem, §. si quis virginem, de iniur. Bombin. cons. 31. nu. 7.

Hinc est ēt, quod licet emens rem furto subtractam teneatur vti fur. Baiar. ad Clar. in §. furtum, n. 117. Paris. cons. 60. n. 3. Passet. cons. 186. Natt. cons. 436. n. 1. Granut. Theorem. 42. n. 2. Ioseph. Ludo. dec. Perus. 42. n. 1. Rol. a Valle cons. 44. n. 3. li. 1. Abb. Mandel. cons. 84. secus si ignoranter per supradicta.

192 Sublimitatur modo ista limit. quando ignorantia esset crassa, & supina, & culpabilis, vt quia debuit, & potuit scire illum talem esse clericum, & nō curauit, nec voluit. Gaet. in sum. in verb. excōicatione, c. 10. vers. quintus est casus, car. mihi 126. Io. Frig-
193 burgus loco supracitato. Et ratio præsentis sublimitationis est, quia ignorantia culpabilis, & crassa non excusat a pęna gl. in c. excōmunicatio, in ver. de facto suo, de rescript. Scac. in tract. de iud. p. 2. c. 7. nu. 631. Fel. in c. fi. nu. 3. & seq. de test. vbi ad hoc adducit multa similia. Tuscus in ver. affectio n. 237

194 Sublimitatur 2. vt licet verberans clericum ignoranter illum esse clericum, excusetur ab excōicatione, non tamen excusabitur a pœna, quæ venit imponēda ex natura, & ratione delicti, ut si illum occiderit, pro homicidio, si illum vulnerauit pro vulnere, l. si quæritur, C. de episc. & cler. Bar. in l. si ex lege, ff. ad leg. Iul. de adult. Fuluius Patian. in tract. cui incumbat onus probandi negat. li. 2. c. 19. n. 67.
195 Fel. cons. 15. n. 3. sed si percutiens esset in dubio, an ille talis sit clericus, uel laicus, tunc si percussus verè est clericus, incidit in excommunicationem, quia in dubio euitare tenetur periculum. Io. Frigdeburg. in add. ad S. Raimun. in summ. lib. 3. in tit. de senten. excom. §. 48. in littera L, car. mihi 427.

196 Limitatur 3. prædictus nonus effectus clericatus deductus ex textu c. si quis suadente diabolo 17. q. 4. quotiescunque quis inijceret impias manus in clericum pro defensione, vel recuperatione rerum, si aliter non posset vim vi repellere, & hoc faciat cū moderamine inculpatæ tutelæ. Ias. in l. vt vim, nu. 26. ff. de iusti. & iure. Gaet. in sum. in uer. excommunicatio, c. 10. uers. secundus est casus, car. mihi 125. Fel. in c. si vero, il 1. nu. 1. de sent. excommun. Abb. in c. olim il 1. nu. 5. 19. & 20. de restit. spol. & in cap. cum non ab homine, num. 18 de iudic. S. Ant. in tr. de excomm. c. 1. nu. 33. in 14. to. tract. diuers. car. mihi 367. Alfons. Aluarez in Spec. iur. Pont. c. 35. vers. sed aduerte car. mihi 99. Henric Bohic in c. si vero, num. 3. de sent. excom. not. Soc. in c. tua nos, n. 5. de sent. excom. Gra[?]in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. nu. 27. &
197 ratio est, quia defensio rei æquiparatur defensioni vitæ, quia res, & vita æquiualent, gl. in l. aduocati verb. vitam, C. de aduoc. diuers. iud. ideo sicut est permissum pro defensione vitæ clericum verberare, vt dicam infra limit. 25. nu. 238. & ita pari modo erit permissum pro defensione rei, imo pro defensione rerum suarum licitum est hominē interficere, si aliter illas recuperare non posset. Abb. in c. si vero, il 1. nu. 11. de sent. excom. Dec. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & ibi etiam Ias. nu. 25. Intrig. cons. 15. nu. 23. & 24. qui duo vltimi præsentes conclusiones limitant, quando res esset parua, quia pro defensione, & recuperatione talis rei non esset permissum hominem interficere.

198 Ampliatur ista limitatio, vt is talis verberans clericum pro defensione rerum suarum, non solum est excusatus quoad pęnas spirituales, vt excommunicationem, verumetiam quoad pœnam temporalē, quia licitum est alium vulnerare, percutere, & occidere pro defensione rerum suarum, l. furem, ad l. Cornel. de sicar. Bart. num. 7. & Bal. in l. 1. C. vnde vi Marsil. latè cons. 4. nu. 8. Doctores in l. 1. C. vnde vi, & in l. vt vim, ff. de iust. & iure. Canonist. in c. 2. & 3. de homicid. Bombin. cons. 19. num. 29.

199 Limitatur 4. vbi clericus esset bigamus, vt quia duas duxit vxores, vel vnam non virginem, quamuis crediderit illam esse virginem. Soc. in c. peruenit, nu. 97. & 98. & seq. de sent. excom. vbi ponit etiam quomodo contrahatur bigamia. Anch. in c. contingit, n. 10. de sen. excom. sum. Ang. in ver. excōmunicatio, il 5. nu. 22. Colin. Philiar. de offi. Sacer. c. 33. vol. 3. casu 6. Sair. in d. tract. lib. 3. c. 27. n. 31. Gaet. in summula, in verb. excommunicatio, c. 10. ver. nota septimo, carte mihi 127. Graff. in decisio. aur. par. 2. lib. 3. c. 5. nu. 26. vers. tamen fallit, Decian. in trac. crim. p. 2. lib. 6. c. 34. nu. 7. & 16.

200 Sublimitatur primo prædicta limitatio, vbi matrimonium esset ex aliquo capite nullum, vt quia esset contractum de facto, & non de iure, verbi gratia, si clericus in sacris matrimonium contraxisset, vel esset contractum inter consanguineus in gradu a iure prohibito. Graff. loco citato. Soc. in d. c. peruenit, nu. 102. & seq.

201 Secundo sublimitatur, vbi esset per Papam dispensatum, vt non obstāte bigamia possit bigamus promoueri ad clericatum, quia tunc illum verberans erit excommunicatus, tanquam si non fuisset bigamus. Cardin. Tusch. in littera B, conclus. 91. nu. 6. Pet. de Amat. cons. 123. Henric Bohic in cap. 1.
201 num. 19. de bigam. Et ratio est, quia cum bigamia sit introducta de iure positiuo, cap. 2. de bigam. Burgas. de irregularit. parte 5. tit. de bigam. & corrupt. num. 7. versic ego dicerem. Abb. in d. cap. 2. de bigam. num. 6. Siluester in summa, in verbo bigamiam, num. 7. Brun. a Sole quæst. 32. num. 20. Petrus Cenedus, in collect. iur. canon. collect. 138. num. 3.

Ideo

203 Ideo Papa poterit super ea dispensare etiam sine causa, quia Papa etiam sine causa potest tollere ea, quæ sunt iuris positiui, vt dixi supra effectu 1. limit. 60. & voluerunt Abb. in cap. fraternitatis de scismat. Innocen. in c. cum ad monasterium circa medium, de statu monac. Gambar. de offic. & potestat. leg. lib. 10. num. 560. fol. 318. Borgas. loco prædicto in fi. Henric Bohic in c. proposuit, nu. 4. de conces. præben. Brun. a Sole q. 38. nu. 21.

204 Limitatur 5. prædictus nonus effectus in clerico in minoribus, qui dimisso habitu, & tonsura duxerit vxorem, iste namque post dimissionem habitus non gaudebit amplius priuilegio dicti c. si quis suadente diabolo, cap. vnico a contrario sensu de vita, & honest. cler. in 6. & dixi latè supra effectu 5. nu. 2. cum seq. dum ibi posui, quod clericus coniugatus potitur hoc priuilegio si tamen defert habitum, & tonsuram; alias secus, Marian. Socin. iun. in c. peruenit, nu. 105. & 106. & seq. de sent. excom. vbi ponit quid si vestis extrinseca sit clericalis, & intrinseca laicalis, & quod non sufficit deferre vestes sine tonsura, vel è contra tonsuram sine vestibus, & quod tale priuilegium non perdit perpetuo, sed ad tempus; ideo reassumens habitum reassumit etiam priuilegium.

205 Limitatur 6. in eo, qui impias manus intulit in clericum, vel monachum apostatam, & hoc tam si est apostata a religione, quam ab ordinibus. Gaet. in sum. in ver. excommunicatio, c. 10. ver. nota septimo car. mihi 127. Soc. in d. c. peruenit, num. 111. & ratio est, quia clericus, siue religiosus apostatando amittit omnia priuilegia clericalia, vt dixi supra effectu 1. fallen. 60. nu. 1040. cum seq.

206 Limitatur 7. in offendente clericum in minorib. ordinibus constitutum deferentem armam postquã fuerit ter monitus, vt ab ipsorum delatione desistat. Innocen. in c. Ioannes, de clericis coniugatis. Mars. in tract. de bann. in ver. ab offensis, num. 13. S. Anto. Florent. in tract. de excommun. c. 1. num. 26. in 14. to. tract. diuers. car. mihi 367. Nicol. Plou. in eo. tra. §. 1. n. 24. to. prædicto, car. mihi 364. Soc. in d. c. peruenit, nu. 112. & seq. secus si nulla interuenit monitio, quia tunc injiciens impias manus in clericum deferentem arma esset excommunicatus, & incideret in prædictum canonem si quis suadente diabolo 17. q. 4. c. in audientia, vbi Abb. & Fel. de sentent. excomm Zaccar. in add. ad Clarum in §. fi. q. 77. nu. 2. in lit. A, circa principium, & quando & quo ordine sit facienda ista monitio dixi latè supra effectu 1. limit. 18. nu. 803. & seq.

207 Limitatur 8. dictus nonus clericus effectus desumptus ex dispositione dicti c. si quis suadẽte diabolo 17. q. 4. in eo, qui verberaret, vel aliter personaliter offenderet clericum minoribus cõstitutum omnino viuentem vti laicum inhonestè, si post quã fuerit tertio monitus, vitam non correxerit. Socin. sen. in c. in audientiam, de sent. excom. Socin. iun. in d. c. peruenit, num. 114. eod. tit.

208 Limitatur 9. in offendentibus clericos istriones, ioculatores, mimos, buffones, vel guliarcos, qui per annum talem infamem artem publicè exercuerint, vel infra annum, si ter moniti ab illa non se abstinuerint, c. de vita, & honest. cler. in 6. Nicol. Plou. in tract. de excom. §. 11. num. 24. in 14. to. tract. diuers. carte mihi 164. Alfons. Aluarez in Spec. iur. Pontif. c. 35. vers. sed aduerte, carte mihi 99. in princ. Mandos. in tract. de annal. cassions, nu. 97. Soc. iun. in pluries citato c. peruenit num. 116. & seq. Abb. in cap. contingit, num. 12. de sent. excom.

209 Ampliatur hæc fallentia secundum aliquos, vt locum habeat tam si clericus, qui prædictas artes exercet est constitutus in maioribus, quam in minoribus ordinibus ita eam ampliat. Soc. in d. c. peruenit, nu. 117.

210 Limitatur 10. in percutiente clericum in minoribus, qui dimisit habitum clericalem, & assumpsit habitum militarem, & passus est militiæ se ascribi, quia militia spiritualis, & secularis videntur diuersæ, c. diuersis, de cler. coniug. c. fin. de voto, cap. ex multa 50. dist. c. quidam de apost. Mars. in tract. de bann. t. in ver. iudice, nu. 218. Turrecr. in d. c. si quis suadente diabolo. Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 34. nu. 7. Io. de Lign. in tract. de censur. eccl. §. 4. nu. 29. Bernard. Laurent. in tract. quib. casib. iudex sæcular. &c. n. 10. Io. Franc. a Ponte, cons. 24. nu. 7. sed in ista fallentia contrarium tenuit Soc. in c. præcit. c. peruenit, nu. 121. & seq. qui testatur de com. opin.

211 & alios allegat, quæ opiniones concordantur, vt prima s. procedat si præcesserit monitio; secunda vero si non præcesserit, ita colligitur ex traditis per Inn. in c. in audientiam, de sent. excomm. & per Hier. de Laurent. loco prox. cit.

212 Limitatur 11. in injiciente impias manus in clericum, sæuis enormitatibus vacantem, & se immiscentem. Gaet. in sum. in ver. excõicatio, c. 10. ver. nota septimo, car. mihi 127. Abb. in c. 1. n. 5. de apost. & in c. contingit, nu. 12. de sent. excom. & in c. cum non ab homine, nu. 6. de iud. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. nu. 28. vbi hanc fallentiam exemplificat in clerico faciente seditionem in populo, vel bello vacante. Hiero. Zaccar. in add. ad Clar. in §. fi. q. 77. nu. 2. in lit. A, circa med. Clar. in ead. q. nu. 6. Soc. in c. perpendimus, nu. 15. 19. & 26. & in c. peruenit, nu. 123. de sent. excom. Alfon. Aluar. in Spec. iur. Põt. c. 35. circa prin. ver. & enormia delicta, car. mihi 95. Mars. cons. 67. n. 61. Anchar. in c. cum non ab homine, nu. 3. de iud. Crot. cons. 204. nu. 6. lib. 2. Gra. voto 33. n. 14. Cepir. cons. 11. n. 44. in cri. Capr. reg. 94. n. 17. vbi loquitur de eo, qui deroborabat in strata. Brun. a Sole in compend. resol. propos. iur. in ver. clericus licet in habitu. Matth. Brun. cons. 64. n. 8. Alex. de Neuo cons. 59. nu. 11. & 12. Rol. a Valle cons. 4. n. 28. & 29. lib. 1. Decia. in tract. crim. p. 2. li. 6. c. 34. nu. 4. vbi multos, & multos alios allegat, qui ferè omnes dicunt, quod isto casu facilius amittitur priuilegium canonis, quam priuilegium fori, quia ad amittendum priuilegium fori requiritur trina monitio, & priuilegium canonis sine ea amittitur, quidquid in contrarium circa hoc vltimum dixerint Lign. in tract. de censur. eccl. §. 4. nu. 27. & Dec. lib. præd. c. 17. nu. 23.

213 Limitatur 12. in eo, qui verberaret clericum, vel alium religiosum degradatum. Gaetan. in sum. in ver. excõicatio, c. 10. ver. & nota septimo car. mihi 127. Abb. in c. contingit, nu. 12. de senten. excom. Mars. in l. eiusdem n. 7. ff. ad l. Corn. de sicar. gl. in c. dictum 81. dist. S. Ant. in tract. de excom. c. 1. nu. 38. in 14. to. tract. diuers. car. mihi 367. Nicol. Plou. in tract.

tract. de sent excom. §. 1. n. 26. in prædicto to. tract. car. mihi 364. Io. de Liga. in tract. de censur. eccl. §.
214 nu. 2. in ipso met to. car. 311. & ratio est, quia per degradationem clericus exuitur omni priuilegio clericali, latè Soc. in c. peruenit, nu. 126. de sent. excom. Paul. Burg. de irreg. p. 6. tit de cler. percuss. nu. 23. f. 299. vbi ponit etiã quid si esset verbaliter tantum depositus, & licet in ista conclusione contrarium videantur tenere gl. in c. ad abolẽdam in ver. prærogatiua, de hæret. & in c. degradatio, in fi. eod. tit. in 6. & in c. accedens 50. dist. & in c. 2. in ver. ceciderit 54. dist. & in c. dictum in gl. fi. 81. distin. & in c. eos 29. q. 3. & multi relati per Dec. in d. tract. cri. p. 2. lib. 6. c. 17. nu. 18. Tiraq. in tract. cessante causa lim. 15. nu. 4. Bal. in c. sedes Apostolica, nu. 4. de rescrip. Duen. reg. 99. ampl. 4. Tap. in repet. l. fi. c. 4. n. 41. de const. Princ. Pet. a Plaz in epit. delict. c. 6. n. 6. Marsi. sing. 179. S. Anto. in 2. p. 3. p. tit. 25. c. 1. nihilo-
215 minus prædictorum sententia est intelligenda de clericis verbaliter tantũ degradatis, qui aliter domino depositi, namque iniiciẽs manus in prædictos non euitabit sententiam excommunicationis, quod in specie dixerunt Io. de Lign. in sup. cit. n. 12. S. Anto. in d. c. 1. n. 4. vbi multos alios allegat Clar. in §. fi. q. 77. n. 16. Soc. in d. c. peruenit, nu. 138. seq. Borg. d.
216 n. 23. Sed si iste talis ita verbaliter degradatus, siue magis propriè depositus post dispositionem esset incorrigibilis, & vt talis declaratus ab Episcopo & nollet viuere sub regula clericali, tunc etiã amitteret priuilegium d. can. si quis suadẽte diabolo 17. q. 4. ita vt ipsum verberans nõ incideret excõicationis pęnam not. in c. contingit, il 1. de sent. excom. & præcipuè Abb. n. 12. & Anch. n. 10. Ploui. in tract. de excom. in suprad. n. 26. Soc. loc. præd. nu. 143. quod
217 procedit etiam si esset traditus curiæ sæculari, & absque vlla difficultate procedit dicta limitatio tam si degradatio fieret actualis, quam verbalis data supradicta incorrigibilitate, c. cum non ab homine, vbi hoc not. omnes scrib. de iud. & in c. deinceps 17. q. 4. Decian. d. lib. 6. c. 34. nu. 11.
218 Limitatur 13. dictus 9. clericatus effectus quo disponit, vt inferentes iniuriam personalem clericis sint excommunicati, vt non liget illum, qui talẽ iniuriam intulit clerico hæretico. Innoc. & Io. Andr. in c. si vero de sent. excom. scribentes communiter in cap. contingit, il 1. eod. tit. Gul. de Monte. Laud. in cle. ne Romani. de elect. Gaet. in summa, in ver. excommunicatio, c. 10. vers. nota septimo, carte mihi 127. Et licet ipse dicat, quod hæc opinio procedit secundum aliquos, attamen opinio ipsa est vera, & eã vltra prædictos sequuntur Abb. in c. contingit, n. 12. de sẽt. exc. Card. in cl. 2. §. cęterum de elec. gl. in c. si quis deinceps 17. q. 4. Bertac. in reper. in ver. clericus hæreticus Cassa. super consuet. Burg. rub. 1. §. 5. n. 56. in add. vbi dicit, ꝙ ex quo delinquũt in legẽ ecclesiæ, non debent lege ecclesiæ iuuari. Iacob. de Graf. in dec. aur. p. 2. li. 3. c. 5. n. 25. in fi. Deci. in trac.
219 cri. p. 2. lib. 6. c. 34. n. 10. Plou. in trac. de excõ. §. 1. nu. 27. in 14. to. tract. diuers. car. mihi 364. Vital. in clem. multorum, n. 77. de pęnis, Rui. cons. 4. n. 15. li. 5. Baiar. in add. ad Clar. in §. fi. q. 77. nu. 12.
220 Limit. 14. in eo, qui percuteret, aut interficeret clericum antipapam, si esset incorrigibilis, & declaratus hæreticus, ita Soc. in c. peruenit, n. 149. de cõ. vbi dicit, quod is non solum non incideret in canonem, sed meret apud dominum, quia antipapa incidit in hæresim si est incorrigibilis.
266 Limitatur 24. in furioso, ac cæteris non habentibus integram rationem clem. furiosus, de homic. Aluarez in Spec. iur. Pontif. c. 35. vers. sed introducens in 10. casu, car. mihi 97. quia prædictus canon. si quis suadente diabolo solum comprehendit eos, qui habenti iudicium ad committendum peccatum mortale, & non aliter, prout sunt furiosi. Sebastia. Medic. in summa, de peccat. in 1. q. tit. 9. p. 8. Greg. Sairus in thesau. cas. consc. lib. 3. c. 26. num. 2.
267 vbi asserit istam esse communẽ opi. Et furor non solum excusat a pœna excõicationis, sed etiam à pœna temporali, latè Tiraq. in tract. de pęn. temperan. caus. 2. n. 1. cum seq. Farin. in tract. crim. li. 3. q. 54. nu. 1. & est tex. in l. infans, ff. ad l. Corn. de sicar. l. illud, §. sanę, ff. de iniur. l. diuus Marcus, vbi gl. 1. & 2. ff. de offi. Præsid. Bal. cons. 347. n. 1 li. 1. Cagn. in l. furiosi, nu. 13. ff. de reg. iur. Soc. in c. ad audientiam, n. 37. cum seq. de homic. Damod. in pract. crimin. c. 48. Cott. in suis memorialib. ver. homicidium, col. 2. vers. sed quid in furioso. Gram. cons. 16. nu. 18. Clar. in §. fi. q. 60. nu. 4. Menoch. de arb. casu 325. Baiard. ad Clar. d. q. 60. n. 29. cum seq. latè Tiraq. in tract. de pę. temp. caus. 2. n. 1. & seq. Farin. li. 3. q. 41. nu. 1. Et
268 ratio est nam actus a furioso, vel iudicio orbato factus, omnino inuoluntarius est, ideo non venit considerandus. Tiraq. in d. tract. causa 3. Menoch. cons. 82. nu. 200. Eug. cons. 79. nu. 14. li. 1. Amescua in d. tract. de potest. in seipsum, lib. 1. c. 22. nu. 14.
269 Limitatur 25. dictus nonus clericatus effectus, vt non procedat in verberante tertiarios alicuius religionis extra claustra viuentes, & habentes vxores, quia isti tales non sunt, neque domini religiosi. Gaeta. in summula in verb. excommunicatio, c. 10. vers. nota septimo, carte mihi 127. Calder. cons. 4. in tit. de regular. Crauet. cons. 303. n. 10. lib. 2. Paris. cons. 40. vol. 3. Io. Bapt. Baiard. in add. ad Clar. §. fi. q. 77. n. 4. Pet. Ferrar. in pract. Papien. in form. respon. rei in gl. in ver. tanquam publicè excommunicatus, n. 3. pro qua limitatione bene faciunt ea, quę latè scripsi supra effectu 1. ampl. 11. nu. 92.
270 Limitatur 26. quando quis percuteret clericum inuadentem suum proximum. Innoc. in c. si vero, il 1. de sent. excom. quis sit iste proximus, ab eodẽ explicatur, vt habetur apud Sayr. de censuris, lib. 3. c. 27. sub nu. 17. & seq. vbi etiam Fely. n. 2. vers. vtrum pro defensione, & Henric Bohic nu. 2. & cæteri scribentes communiter. S. Ant. in tract. de excom. c. 1. n. 32. in 14. to. trac. diuer. car. mihi 367. Vital. in clem. si furiosus, nu. 39. de homic. Curt. sen. cons. 20. n. 50. Rim. iun. in l. vt vim, n. 388. ff. de iust. & iure, vbi multos alios allegat Marian. Soc. iun. in c. peruenit, nu. 215. 216. 217. de sent. excom. vbi nu. 22. addócit ra-
271 tionem istius limitationis, hoc est, quia quilibet tenetur, & debet subuenire proximo suo, & illum deligere sicut seipsum, c. Charitas, §. item, de pęn. d. 2. ideo in eo non potest considerari diabolica persuasio, c. olim causa, de rescrip. Et non solum offendens clericum pro defensione sui proximi non incidit in pœnam excommunicationis, verum etiam nec poterit puniri pęna temporali. Bart. in l. vt vim, nu. 6. ff. de iustit. & iure, & in l. si quis in seruitute, n. 3. ff. de furt. Dec. in d. l. vt vim, num. 32. circa mediũ, qui asserit hanc esse communem opinio. & ibidem Claud. Seisel. nu. 33. Abb. in c. si vero, il 1. num. 11. de sent. excom. scribentes omnes in c. 1. de offi. deleg. Bernard. Bombi. cons. 19. nu. 31. & ibi additio in lit. F, Intrigl. cons. 15. num. 18.
272 Limitatur 27. vt dictus nonus effectus non habeat locum secundum aliquos in eum, qui percutit clericum pro defensione rerum sui proximi, quia is erit tutus ab excommunicatione. Fel. in c. si vero l, il 1. nu. 2. vers. vtrum pro defensione, de sent. excom. Et ratio adduci potest, quia non fit suadente diabolo, & etiam quia non requiritur manus violenta, vel iniuriosa.
273 Ampliatur ab eis limitatio, vt non solum hoc sit permissum laicis, verum etiam clericis, qui poterũt percutere alium clericum absque metu excommunicationis pro defensione rerum sui proximi. Abb. in c. olim, il 1. nu. 22. de restit. spol.

274 Limitatur 28. in tonsore, seu cirurgo, qui absque metu excommunicationis poterit clericum flobotomare, vel aliter eius corpus vulnerare, vel abscindere, ex quo tunc nec imponit impias manus, nec istud facit suadente diabolo, & pro hoc bene facit, quod dicimus de statuto puniente effundentem san-
275 guinem, quia non comprehenditur barbitonsor, qui aliquem flobotomaret Flor. de S. Petr. in l. ad exibendum.n.12.ff.ad exibend.

276 Limitatur 29. vt dictus nonus effectus clericatus quo disponitur, vt verberans, vel aliter personaliter offendens clerium sit excommunicatus, non habeat locum in eo, qui credens, & volens percutere clericum percussit laicum, quia ex tali percussione non incidit in sententiam excommunicationis, ex quo dictum c.si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. requirit actum manus iniectionis, & non animum, & hanc opinionem tenuerunt Sim. Maiol.in tract.de irregul.lib.3.cap.2. num.15. S.Raim. in summ. lib. 3. in tit. de sent. excomm.§.48. circa prin.cart.mihi 427. qui dicit, quod licet animus distinguat delicta, nihilominus quia canon requirit actum in clericum illatum, iste talis non erit excōmunicatus Soc.iun.in c.peruenit nu.242. & seq.de sent. excomm. qui dicit quòd hæc opinio est verior S.Ant.in tract.de excom.c.1. nu.25.in 14.to.tra.diuers.car.mihi 367. Mascard.concl.848.nu.6.Vital.
277 in clem.nos qui, num.54.de consang.& affinit.Et licet is talis, credens verberare clericum, verberauit laicum, non teneatur actione iniuriarum illi, quem verberare intendebat, tenebitur tamen illi, qui vere fuit verberatus, l. cum quis §. si iniuria, ff. de iniur.
278 Et hoc idem dicimus in incurrenda pœna temporali, quod si aliquis credens occidere vnum, occidit alium, adhuc tenetur pœna homicidij, quia dabat operam rei illicitæ est text. in l. cum quærebatur in fi.C.vnde vi, Plaz.in epit.delict.lib.1.c.27.nu.1.Mandel.Alb.cons.30. num.1. & 2. Gramm.cons. 5.Boss.in tit.de homic.n.73.Clar.in §.homicidium, num.4.ver.dicunt etiam Carrer.in pract.crim.in tit. de homicidio, §.6.nu.179.Baiard.ad Clar.in d.§.homicidium, nu.12. vbi refert quod fuit maxima controuersia in tali facto contra opinionem Bartol.ita tenentem Couar.in 1.p.relation.§.10.num.4. Bert. cons.223. nu.12.Gomez.de delict.c.3.de homicid. 34.vers.item principaliter quæro Petr.Cabal.resol. crim.cas.31. num.7. & in tali casu quis non potest promoueri ad ordines, nisi habeat dispensationem Alber. de Ros.in rubr.C.ad l.Cornel.de Sicar. Bart.Brixiens.q.86. quæ incipit aliquis repellendus Affl.in const.terminum vitæ nu.23. Sed an dicatur
279 homicidium appostatum, siue appensatum, quando quis appostaret suum inimicum, & credens eum interficere, interficit alium Pet.Cabal.resol.cri.cas. 31.n.15.cum seq. Alb.Mandel.cons.30.n.2.Bertaz. cons.223.n.12.Et hæc vltima conclusio poterit inseruire in Regno pro consequutione indulti generalis, à quo exceptuatur homicidium appensatum, quod in Regno dicimus appostatum, & pro puniendo homicidam pœna ordinaria.

280 Limitatur 30. in eo, qui iusto dolore commotus clericum percussit, quia nec is erit excommunicatus Abb.in c.3.de sent.excomm.Carrer.in prac.in tit.de homicid.§.sexto igitur excusat, in vltimis verbis, car.mihi 160. Curt.sen.cons.20. nu.24.Et sicut
281 iustus dolor excusat a pœna spirituali, ita etiam excusat à pœna temporali, quia si quis iusto dolore commotus hominem occideret, non esset puniendus pœna ordinaria homicidij Bombi. latè cons. 19. num. 9. cum plur. seqq. & est text. in l.si adulterium cū incestu §. Imperatoris, ff. de adulter. l.Graccus, ff.cod.Bald.in c.1.in ver.vitam suā defendendo de pac.tenen.Spec.in tit.de accus.in §.1.ver. quid si me vocasti latronem Ang. de Male.in verb. verba contumeliosa ver.qui si aliquo dictu, vel facto Alex. in l.fi. col. vlt.ver.vlt.nota, tū quod quisq; iur. Fel.in c.dilecti filij, n.12. & 13. de except.Abb.in c. 1. n.2. de iniur.Dec.in l.quidquid n.8.ff.de reg.iur. Petr.à Plaz.epito.delict.lib.1. c.2.nu.19.Boss.in tit. de homic.n 60.in fin.Marsil.cons.25.n.25.& cons.
282 119.num.7.Farin.de Pœn.temporal.q.91.nu.5.Et ratio istorum esset potest, quia inconsultus calor vitio calumniæ caret, l.1.ad Senatuscons.Turpill.Bōbi.d.cons.19. nu.11.qui in casu suo considerat esse iustum dolorem, si quis recepisset maxillatam, & hoc ex eo quod ex receptione talis iniuriæ, vel similis, quis deuenerit tanquam furiosus, cum reperiantur multi homines ita iracundi, & sensitiui, qui ex receptione cuiusuis iniuriæ eueniunt peiores quam dementes Bal.in cap.1. §.1. in fi.de pace iur. firm.Mars.cons.21. num.40.Et quando dolor dicat
283 istius ponit Menoch.in tra.de arbit.iud.Marsil.in pract.crim.§.quoniam, n.66. Baiard.ad Cla..in §.fi. q.60.n.72.Surd.cons.40.n.11.Sim.de Præt.cōl.189. n.12.vltra quod ait Odd.de rest.in integr.q.11.n.10.
284 difficile esse ita iustum dolorem tēperare, l. quidquid calore, ff.de reg.iur.Surd.cons.d.40.nu.21.Portius cons.19.n.13.Affl.in const.terminum vitæ, n.17.

285 Limitatur 31.prædictus effectus clericatus in eo, qui offendit clericum turbantem in actu diuina officia, quia is non erit excommunicatus c. veniens de senten. excomm. Turrecrem.in c.quis suadente diabolo 17. quæst.4. Marian.Soc.iun in c.peruenit, num.338. de senten.excomm vbi dicit quod is talis non facit hoc suadente diabolo Decian.in tract.cri. p.1.lib.6.c.36.nu.6.Nicol.Ploui.in tract.de excom. §.1.n.25.in 14.to.tract.diuer.car.mihi 364.Alfons. Aluar.in Spec.iur.Pontif.c.35. ver.sed introducens in 7. fall.car.mihi 97. Marant.in tra.de remed.possess.n.83.Abb.in c.veniens, n.1.de sent.excom.

286 Limitatur 32.supradictus nonus effectus clericatus in eo, qui detineret clericum, ne aliquod delictum committeret, cum viderit eum paratum ad illud committendum Henric. Bohic. in cap.nuper, nume.1. & 2.de sentent.excom.Duen.reg.99.limit. 2. Decian.in tractat.crim.p.2. lib.8.cap.34.num.8. cum multis alijs quos allegaui sup.effec.1.ampl.81. num.546.

287 Limitatur 33. secundum aliquos in inijciente impias manus in clericum in minoribus constitutum exercentem negotia secularia Nicol.Ploui.in tract. de excommunic. parte 1. numero 24. in 14. tomo tract. diuers. cart. mihi 364. ad quod allegat capit. sacerdotibus, ne clerici, vel monachi. Quam tamen limitationem dico non esse veram, nisi negotia, quæ exercet essent talia, quæ essent omnino
288 clericis interdicta, vt si exercet artem macellarij post trinam monitionem, vel annum,

vel

quia clericus exercens talem, vel similem artem vilem non est dubium, quod amittit priuilegium dicti canonis si quis suadente diabolo 17. quaestio. 4. glos. in clement. 1. in verbo publicè, & in verb. matrimonium de vita, & honestate cleric. Decian. in tract. crimin. parte 2. lib. 6. cap. 34. nu. 14. vbi dicit, quod isto casu sufficit generalis monitio, neque est necessaria aliqua particularis, & hoc per extrauagantem Leonis Decimi, & Clementis Septimi, & allegat Boer. dec. 69. n. 36. Duen. reg. 99. in 3. limit. Io. Ant. de Nigr. in d. extrauag. clem. 7.

289 Limitatur 34. dictus nonus effectus clericatus desumptus ex praedicto canone, Si quis suadente diabolo, vt non vendicet sibi locum in eo, qui personaliter offenderet clericum in actu seditiosum, is namque absque labe excommunicationis poterit per vim a seditione arceri. Boer. in tractat. de seditiosis, numero 7. in 11. tomo tractat. diuers. par. 1. carte mihi 90. Alfonsus Aluarez in Specul. iur. Pontif. cap. 35. vers. & notabis, quod carte mihi 99. in princ.

290 Limitatur 35. in Iudaeis, ac caeteris infidelibus, qui ex quo sunt extra gremium ecclesiae non possunt excommunicari, & per consequens non incidunt in canonem, si quis suadente diabolo. Vital. in clem. multorum, nu. 82. & 83. de poen. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. n. 7. in fi. Marquar. de Susan. in tractat. de Iudaeis, p. 2. c. 5. nu. 3. Marian. Soc. iun. in c.

291 peruenit, nu. 28. & seq. de sent. excom. vbi adducit aliam rationem .s. quia Iudaei, & alij infideles non arctantur omnibus constitutionibus ecclesiasticis, allegat c. gaudemus, de diuort. & alia iura, est bene verum, quod pro tali delicto ab eis commisso possent, & debent puniri poena temporali. Vitalin. in clem. praedicta num. 87.

292 Limitatur 36. ab aliquibus in verberante, & offendente clericum promotum contra eius voluntatem. Decian. in tract. crim. p. 2. li. 6. c. 34. n. 29. qui ad hoc allegat gl. in c. maiores, de baptis. Io. de Ligna. in tract. de censur. eccl. §. 5. nu. 13. in fi. & n. 14. in 14. tom. tract. diuers. car. mihi 311.

293 Limitatur 37. dictus nonus effectus clericatus in haeremitis, qui nisi sint tonsurati, & se suae ecclesiae dicauerint, non gaudent priuilegio dicti canonis. Boer. in tract. de vit. haeremit. n. 14. circa fin. de quibus haeremitis, quando gaudeant priuilegijs clericalibus latè locutus fui supra effectu 1. ampliat. 14. nu. 102. cum pluribus seqq.

294 Limitatur 38. dictus nonus effectus, vt non comprehendat eum, qui conatur clericum personaliter offendere, & non offendit, ut quia fuit insequutus, vel extendit manus, vel gladium euaginauit, vel astam, vel lapidē vibrauit, vel quia clericus aufugit & illum non percussit, isq; namq; non erit excōicatus, gl. 3. in c. in audientia, de sēt. excom. in c. si vero, il 2. eo. tit. S. Raimun. in sum. li. 3. in ti. de sent. excō. §. 47. car. mihi 427. Graff. in dec. aur. p. 2. li. 3. c. 5. n. 8. qui dicit, quod licet is talis non sit excōicatus, attamen grauiter peccat. Arob. in c. si quis suadente diabolo 17. q. 4. Io. Andr. in c. perpetuo, de elect. in 6. & in c. in audientiam, de sent. excom. Io. de Lign. in tr. de cēsur. eccl. §. 5. n. 20. vbi dicit, quod animus offendendi non sufficit, nisi sequatur effectus. S. Anto. in tract. de excom. c. 1. n. 14. in 14. to. tract. diuers. carte mihi 367. Mars. cons. 126. nu. 24. & in l. is qui cum telo, n. 29. C. ad l. Corn. de sicar. Sot. in c. peruenit, n. 163. & seq. de sen. excom. Duen. reg. 99. limit. 1. Soc. in c. peruenit, n. 166. de sent. excom. Decia. in tract. crim. p. 2. lib. 6. c. 34. nu. 31. & 33. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de contract. in tit. de dona. rubr. qūo annulletur donatio, car. mihi 161. Henric Bohic in

295 c. non dubiū, n. 5. de sen. excom. & ratio huius limitationis est, quia licet alias conatus puniatur vbi deuentum est ad actum proximum, & si delictū nō fuerit sequutum, l. si quis cum telo, ff. ad l. Corn. de sic. l. quisquis, C. ad l. Iul. maiest. Fel. in tract. de conatu, Menoc. in tr. de arb. casu 360. n. 20. Graff. d. n. 8. Bal. in l. non ideo minus, C. de accus. Gram. cons. 36. n. 19. Clar. in §. fi. q. 92. n. 3. vers. sciatur ēt, Nau. in c. si quis pulsatus, nu. 2. de pęnit. d. 1. f. 252. Felin. in c. 1. n. 10. de praesump. Soc. reg. 31. lim. 2. Attamē hoc

296 fallit in excōicatione, ac alijs cēsuris incurrendis, quia ad eas incurrendas requiritur actus perfectus. Card. in c. praeterea requisitis, in fi. de appel. vbi ēt Fel. in 6. Fall. Graff. eo. n. 8. Meno. casu praed. n. 89. Nauar. de pęnit. d. 1. c. si quis pulsatus, nu. 7. f. 252. in 1. Fel. in c. 1. nu. 10. de praesumpt. Soc. reg. 31. fall. 7.

297 Et huius rationis ratio est, quia licet conatus puniatur, vt dixi, attamen nunquam punitur pęna ordinaria delicti, praeter in quibusdam delictis attrocibus exceptuatis. Ang. cons. 14. nu. 4. Alex. cons. 15 nu. 2. lib. 1. & cons. 140. num. 2. lib. 2. Boer. decis. 316 num. 3. Bertrand. cons. 159. n. 1. lib. 3. Fulgos. cons. 149. nu. 4. vers. superest de tertio. Catald. de sindic. q. 198. Gram. dec. 2. nu. 8. & vot. 19. num. 4. Marsil. cons. 51. num. 14 & cons. 105. num. 1. Igneus in l. 1. §. si dominus, nu. 9. ff. ad Sillan. Menoch. d. casu 360. nu. 92. cum seq. Ludou. decis. Lucens. 15. nu. 26. cum seq. Farin. qui de communi testatur q. 17. nu. 49. & q. 30. num. 31. & si quis per simplicem conatum incideret in pęnam excommunicationis, vel in alias censuras puniretur poena ordinaria delicti, ideo cōsequenter dicendum est, quod quis non incidat in excommunicationem per solum conatum, quantumuis actui proximum, licet grauiter peccet, vt dixi supra ex Graffio.

298 Limitatur 39. secundum aliquos in eo, qui dum a suis hostibus insequitur eijcit clericum ęquitantem, vt super eo aequitaret, & celerius, ac tutius fugere possit. Vitalin. in clement. multorum, n. 69. de poenis, vbi adducit rationem, quia isto casu necessitas excusat, & quia hoc non fuit factum suadente diabolo, nec vllo malo animo, & num. 71. dicit idem esse dicendum de eo, qui tempore frigoris aufert pallium clerico, vt se cooperat, vel si tempore famis auferat panem quem clericus portabat in manibus, nihilominus in praesenti limitatione contrarium tenuit S. Anton. Florent. in tract. de excom. c. 1. num. 21. in 14. tomo tract. diuers. carte mihi 367. vbi dicit, quod haec opinio est tutior, & ponit argumenta pro vtraque opinione Decian. vero d. lib. 6. cap. 34. num. 6. dicit, quod neutra praedictarum opinionum est, ita indistinctè tenenda, sed isto casu standum est arbitrio iudicis, seu boni viri, qui isto casu considerabit necessitatem fugae, & qualitatem offensae factae in deturbando clericum, & eo ab equo eijciendo, quod ante eum dixit Ioann. de Ligna. in tract. de censur. eccles. §. 5. num. 19. & ad-

ducit rationem, quia non solum requiritur factum, sed etiam animus iniuriandi ad hoc, vt habeat locũ dispositio d.cap. si quis suadente diabolo, de quibus tamen dicam paulo inferius.

299 Limitatur 40. dictus nonus clericatus effectus, per quod imponitur pœna excommunicationis cõtra iniicientes impias manus in clericum, vt non procedat in eo, qui ipsas impias manus iniiceret in clericum non baptizatum. S.Anton. in tract. de excommunic.cap.1.num.8. in 14.to.tract.diuers.carte mihi 366. Siluester in summa, in verb.excomm. il 6.num.4. Tabiena in summa in verb.eod. in 5.casu, nu.30.§.septimus, Sair.d.lib.3.c.26.nu.10. vbi alios allegat; pro qua limitatione faciunt ea, quæ scripsi supra effectu 1.lim.vlt. nu.1256. quæ tamen limitatio puto, quod non possit succedere in mundo cum hodie nemo promoueatur, nisi constet de eius legitimitate, & de alijs, de quibus habetur in Sacro Concilio Trident. de reformat.sess.23.c.5. & ratio
300 limitationis esse potest quoniam ordinis character non suscipitur absque charactere baptismatis, cum baptismus sit sacramentorum ianua. Paramus de origine Sanctæ Inquisitionis, lib.3.q.5. tit.de edict. fidei, num.103. & sequen. & dixi supra effectu 1. num.1256.

301 Limitatur 41. dictus nonus effectus in eo, qui percuteret in clericum casu fortuito, cap.3. de sent. excom. Alfons. Aluarez in Spec.iur.Pontif. cap.35. vers.& introducens in 8.fall.carte mihi 97. Alexan. Raudens.cons.17.n.27. lib.2.Soc.in c. peruenit, nu.
302 201.& seq.de sent.excomm.vbi adducit rationem quia casus fortuiti præuideri non possunt, c.Ioãnes, & c.fi.de homic. & per consequens tunc nulla violentia, & temeritas potest considerari, pro qua fal-
303 lentia facit, & alij dixerunt in simili de eo, qui hominem occidit casu fortuito, quia nec is dicitur irregularis. Petrus de Greg. Tolosan.in partition.iur. cano.lib.4.tit.13.nu.2. vbi in scholijs allega. tex. in c.ij, qui arborem, c.clerico, & seq. & c.eum q ui 50. dist.quibus adde clem. primam, de homic. volunt. Sebast. Medic.de casib.fortuit, p.1.q.16.nu.28. Sit
304 etiam homicidium casu commissum est impunibile dicta clem.1. Abb.in c.Ioannes, nu.1.de homicid.Couar.in d.clem.1.in 2.p. n.2. & seq. Medic.in tract.predicto p.2. q.1.num.24. & hanc fallentiam Aluarez, & Raudens.in locis sup. allegatis exemplificant in officiali, qui arcẽdo turbam, clericum percussit, sed circa istud exemplum. S. Ant.in tract. de excom.c.1.n.42.in 14.to.tract.diuers.car.mihi 386 dicit, quod est excommunicatus, sed quod pro obtinenda absolutione non debet accedere ad Sedem Apostolicam, quod puto verum si is arcens fuit in aliqua culpa; in cæteris vero casibus fortuitis limitatio procedit sine aliqua difficultate.

305 Limitatur 42. secundum aliquos in offendente clericum, quem Episcopus declarauit rebellem Decian.in tract.crim.p.2.lib.6.c.34.n.9. vbi dicit, quod potest offendi etiam si esset rebellis occultus, & etiam potest impunè occidi (quam opinionem teneo esse falsam) allegat in argum.text. in l.proditores, ff.de re mil.& tradita per Car. in extrauag. qui sint rebelles in verb.Rebellando, & in verb.de pœna vero, nu.13. Cuman.cons.153.

306 Limitatur 43. in eo, qui impias manus in clericũ iniecit præter intentionem iniuriandi, vel offendendi. Pacincus de Nauarra in sua summa, c.12.ver. si in tali tempi, car.mihi 188.& not.omnes scrib.& in c.si quis suadente diabolo 17.q.4. ibi suadente dia-
307 bolo; ideo si aliquis iocosè in clericum impias manus intulerit non erit excommunicatus, quia is talis eas infert præter intentionem iniuriandi. Tho, Tolet.lib.5.c.8.nu.2.vers.primo cum fit, Menoch. cons.62.num.7.inter cons.matrim. diuers.S. Ant.in tract.de excom.c.1.n.28.in 14.to.tract. diuers.car. mihi 367. Alfons.Aluarez in Spec. iur. Pontif.c.95. ver.sed introducens in 8.fallent.car.mihi 97. Lelius Zecch.in tractat. de priuil.eccl.priuil.155. num. 1, Decia.in tract.crim.p.2.lib.6.c.34.nu.36.

308 Sublimitatur primo hæc limitatio, vbi percussio iocosè facta esset aliquantulũ grauis, & præter grauitatem fuisset excessum è finibus ludi. Calder.cõs. 7.in tit.de sentent. excommun. vbi loquitur in eo, qui ludendo, clericum in terram proiecit, ex qua præcipitatione fuit aliquantulum vulneratus, & exiuit sanguis.

309 Sublimitatur 2. in eo, qui in ludo clericum percussit animo se vindicandi ob aliam percussionem etiam in ludo habitam, quia nec is euitabit sententiã excõicationis. Decian.in tract. crim.p.2. lib.6.in c. 18.nu.9. dummodo tamen quod sit grauis.

310 Limitatur 44. in muliere, quæ cum esset a clerico requisita de re venerea eundem clericum percutit, si modo clericus vim inferat corporalem, seu eam apprehendat, & ipsa cum moderamine inculpatæ tutelæ, & zelo castitatis, & iuxta indignatione mota ipsum percusserit. Marian.Socin.iun.in cap.peruenit, nu.375.& sequen.de sentent.excom.Grass. in dec.aur.p.1.lib.2.c.65.num 21. qui dicit, quod hoc procedit, quando non poterat saluo honore aliter euadere fugiendo, vel vociferando, allegat S.Anto. in sum.in 2.p.tit.7.cap.8.§.2.col.6. & in lib Apum, prout est relatum in lib. exemplarum diuersorum, in tit. de castit. & virginit. quod cum casus de facto successisset in Barbaria in quodam castello nominato Bruellen.e, ipse Author prædicti lib. Apum determinauit talem mulierem non peccasse, & si ex alapa in facie data exiuisset copia sãguinis, & hoc ex ea ratione, quia quælibet mulier quocunque modo suam castitatem defendere debet, quod tamen intelligitur, vt procedat, quando clericus mulierem tangeret, & per vim illam compellere vellet ad peccandum, secus si simpliciter verbis eam requireret, vt tale peccatum committeret, quia tunc non licet absque labe excommunicationis verberare. Summa Confessorum, lib.3.tit.33.p.35.

311 Nec puto esse permittendum, sed omnino dicendum, quod ad hoc, vt habeat locum dispositio dicti canonis si quis suadente diabolo 17. quæstio. 4. tria copulatiuè requiruntur. Primo requiritur factum dum in eodem canone dicitur, manus iniecerit. Secundo requiritur animus iniuriandi, dum ibidem dicitur, suadente diabolo. Tertio requiritur violentia, dum dicitur, violentas manus, ita Abb. in c.1.n.4.de sen.excom. Vgo, & Archid.in d.c.si quis suadente diabolo. Vital.in clem.multorũ, nu.66.de pœnis, Anchar.in c.super eo.n.5.de sent.excom. Io. Bapt.Baiard.in add.ad Clar.q.77.nu.10.S.Anton.in tract.de excomm.c.1 num.13.in 14.to.tract.diuers.

carte

cart. mihi 367. Lelius Zecch. in tract. de priuileg. ecclesiast. priuil. 155. n. 9.

312 Item non ommittẽdum quod percutiens pluries clericum eodem impetu dicitur semel percussisse, & sic vnica tantum indigeat absolutione, ex quo in vnicam incidit excommunicationem Couarr. in li. 2. variar. resol. c. 10. nu. 8. vers. quartum, Io. Bap. Baiar. in add. ad Clar. in §. fi. q. 77. n. 19. vbi testatur de comm. opin. Petr. a Plaz. in epit. delicti, c. 1. nu. 19. Clar. in §. fi. q. 84. n. 2. qui etiam asserit istã esse com. opin. & ego alias dixi in meo tract. de excep. ad materiam statuti excludent, &c. except. 14. nu.

313 65. vbi à nu. 60. vsque ad 63. adduxi varia media, & similia præsenti conclusioni, & præcipuè illud quod blasphemans pluries eodem impetu, & calore, ita, dicitur semel tantum blasphemasse, ita ha-

314 betur ibi nu. 64. vbi multos allegaui, sed si quis percusserit clericum semel, & ob id ipso iure fuit excommunicatus, & iterum alium clericum ex in-

315 teruallo percusserit, iterum erit excommunicatus, & isto casu duobus indiget absolutionibus, quia semel excõicatus põt iterũ excõicari, c. quantũlibet in fin. 47. dist. c. cũ pro causa, & c. officij de sent. excom. & vtrobiq; glos. Nell. de bannit. in 1. p. 1. tempor. n. 3. vers. sed DD. cõiter Baiar. loco citato, nu.

316 16. & 20. & ita in simili dicimus in bannito, qui si dum est in banno cõmittit aliud delictũ, poterit pro nouo delicto iterũ banniti, & cũ se præsentat debet bina purgare bãna Specul. in tit. de accusat. §. sequitur videre nu. 23. vbi Io. And. in add. Nell. in trac. de bann. in 1. p. 1. tẽporis, n. 3. Alber. in rubr. ff. de his, q notat infam. n. 8. Boss. in ti. de ban. nullit. n. 9. Fol. in pract. crim. in ver. vel eos verbal. cit. fuer. n. 32.

317 Item licet inferens violentas manus in clericum sit statim, & ipso iure excõicatus, requiritur tamen publicatio, seu denuntiatio ad hoc, vt tanquã excõmunicatus ab alijs vitetur, secundum Io. Bap. Baiar. in add. ad Clar. §. fi. q. 77. n. 7. & 8. Franch. March. dec. 810. p. 2. Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 5. num. 31. qui ad hoc allegat c. parrochianos de sent. excom. & dicit, quod iudex hoc facere debet non

318 solum ad petitionem partis, verum etiam nemine petente, & instante, quia non debet esse contentus simplici excommunicatione, sed ad maiorem effectum, & aliorũ terrorẽ procedere debet ad publicationem Marian. Soc. in d. c. parrochianos, sed Pet. Duen. regg. 99. in 1. ampl. dicit quod non est necessaria aliqua denũtiatio allegat S. Ant. Flor. in tr. de excom. nu. 16. & in sum. in 3. p. tit. 26. c. vlt. Fel. in c. Rodul. nu. 39. de rescript. Angel. in sum. in ver. excõmunicatio, l octauo, Dec. in c. à nobis, n. 20. de ex

319 cept. & ibi et Paul. Paris. n. 13. Ego vero non recederẽ a priori opinione, nisi factũ esset satis notoriũ, & excessũ grauis, prout videntur sentire Addent. ad Dec. in c. peruenit, n. 10. in lit. B. de appell. Et quando factũ nõ est notoriũ antequã quis publicetur excõicatus debet citari ad hoc, vt iura sua deducat gl. in clem. fin. in verb. constiterit de sent. excom. & ibi etiam Abb. idem Abb. in d. c. peruenit de appell. vbi Dec. n. 10. alios allegat, & Addẽtes ibi dicũt in lit.

320 B, p ideo est citatus, quia posset sibi aliqua defensio cõpetere, ex quo aliquo casu licet clericum percutere Graff. d. nu. 31. qui dicit, quod antequam denũtietur debet esse confessus, vel conuictus, allegat Io. Andr. in c. statuimus de sent. excom. in 6. Felder. de Sen. cõs. 116 tex. & Bar. ibi in l. eius, qui delatorẽ, ff. de iur. fisci, ex quibus concludendo, dico quod ad hoc, vt percussor clerici sit vitandus debet esse publicatus. & denuntiatus, nisi excessus, & manus iniectio sit satis notoria, & grauis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus nõ potest testificari coram iudice sæculari absq; licentia sui episcopi, & multo magis in monaco, & alijs regularibus, n. 2. & non potest compelli, nisi in subsidium, n. 4. 5. 6.*

3 *Clericus non potest testificari coram alio iudice ecclesiastico, sine licentia.*

7 *Clericus testificans de facto, sine licentia sui superioris coram iudice sæculari valet depositio, num. 8.*

9 *Testis non citatus offerens se ad testificandum dicitur suspectus.*

10 *Clerici possunt esse testes in testamentis abs(q. licentia, & quid in alijs contractibus, nu. 11. & quid tempore pestis, nu. 12. quod intellige in causa ciuili, secus in causa criminali, nu. 13. & coram iudice laico, nu. 14. & tam in ordinibus maioribus, quam minoribus, nu. 15.*

16 *Clericandus, seu qui noinerit clericatum potest compelli testificari coram iudice laico in causa criminali.*

17 *Depositio clerici de facto deponentis non facit inditium ad torturam, nec cum licentia superioris, num. 18.*

19 *Clericus non potest testificari in causa criminali si esset pœna sanguinis, etiam cum protestatione canonica.*

20 *Clericus non solum non potest esse testis in causa criminali, verum etiam non potest scribere depositiones aliorum testium.*

21 *Scribens dicta testium in causa criminali efficitur irregularis.*

22 *Clericus an possit testificari in crimine lasæ maiestatis, & an possit cogi, & quid si non veniret pœna sanguinis, n. 23. 24. 25.*

26 *Testes deponentes contra aliquem in causa criminali efficiuntur inimici.*

27 *Clericus an teneatur, & poterit cogi ad testificandum in causa criminali coram iudice ecclesiastico & quid vbi aliter veritas haberi non potest, numero 28. & 29.*

30 *Clericus non potest esse testis contra laicum immediate, sed mediate sic, sed quid ad defendendum, n. 31. & quid in instrumentis, n. 32.*

33 *Clericus potest esse testis in criminalibus, quando ageretur ciuiliter de crimine, vel pro crimine ecclesiastico, num. 34. & de probando matrimonio clandestino, num. 35. & ad memoriam damnandam, nu. 36. & quando fuisset facta iniuria clerico, num. 37.*

38 *Testes clerici præferuntur laicis, & eis magis creditur, & quando n. 40. 43. 45.*

39 *Clerici minores 20. annis dicuntur idonei stante dignitate.*

41 *Clerici, vel monachi, quando possint esse testes pro sua ecclesia, vel monasterio, n. 42.*

44 *Testibus deponentibus pro reo magis creditur, quã deponentibus pro actore.*
46 *Depositio clericorum, vt sit valida debet capi in ecclesia, vel saltem in ea iurare debent.*
47 *clericus non potest reuelare id quod in confessione fuit ei dictum, nec ad id potest compelli, & talis confessio non facit indicium, & n. 48.*
49 *Laicus non potest esse testis contra clericum.*

DECIMVS EFFECTVS.

1 Decimus effectus clericatus est, vt clericus non possit ferre testimonium coram iudice sæculari absque licentia sui Episcopi, c. quamquam 14. q. 2. c. testimonium 11. q. 1. Innoc. Abb. & cæteri in c. si testium, & in c. cum nuntius, de testib. Abb. in c. 1. de iurament. calum. Camil. Gallin. in tract. de verb. signif. li. 10. c. 27. n. 47. in fi. Aufrer. in tract. de testib. n. 18. in tra. de testib. diuers. in 4. car. mihi 254. Lanfran. de Orian. in tract. de testib. n. 87. in eodem volu. car. 435. Crot. in eod. tract. de test. p. 4. nu. 178. eo. to. car. mihi 621. Alber. de Maletis in tract. pręd. c. 6. n. 34. car. 419. & c. 5. n. 30. & 31. car. mihi 411. vbi dicit, quod sũt examinandi a iudice ecclesiastico non autem a sæculari. Rutgerius Rulant. in tract. de commissarijs, & cõmissionibus Cameræ Imperialis, lib. 6. c. 4. nu. 3. vbi multos, ac multos allegat Carouit. super R. M. C. V. Ritu 144. n. 2. Corrad. Lancell. in tract. de offi. Prætor. in tit. de personas testium aggrediendo, nu. 77. car. mihi 181. vbi dicit, quod clericus examinatur per Episcopum, qui transmisit depositionem laico, vel dat licentiam sæculari, vt eum examinet. Guid. Pap. dec. 65. in prin. Campeg. in tract. de test. reg. 1. in princ. & reg. 296. etiam in prin. & reg. 197. Tho. Actius in tract. de infirmit. p. 2. in verb. clericus, nu. 7. Marta de iurisdict. casu 128 num. 1. cent. 2. par. 4. Brun. a Sole in compend. resolut. propos. iur. in ver. clericus non est. Mascar. in tract. de probatio. conclus. 1358. n. 61. multos allegat Farin. in tract. crim. p. 2. q. 61. nu. 62. & 83. Gail. in lib. 1. pract. obseru. obseru. 100. nu. 16. qui asserit, quod debent ferre testimonium coram suo iudice ecclesiastico. Laurent. Tennin. in pract. cauthel. cau. 279. n. 1. 2 & 3. vbi dicit, quod ista licentia debet inseri in actis. Ortens. Caualc. in pract. de testib. p. 3. nu. 54. vbi dicit, quod debent iurare in manibus sui Prælati. Henric Bohic in c. de cætero, num. 3. de testib. Carpan. super stat. Mediol. p. 1. c. 90. nu. 100. Iacobi. in l. quæsitum, nu. 2. ff. de test. Mars. cons. 45. nu. 5. & cons. 123. num. 6. Franc. dec. 777. num. 1. & 2.

2 Ampliatur 1. vt multo magis iste effectus procedat in monachis, cæterisque regularibus. Specul. in tit. de test. §. 1. vers. sed si monacus, & vers. quid de monaco. Abb. in c. inhærentes, nu. 17. de iuram. calum. Alber. in Authen. si dicatur, C. de test. Lanfrãc. in tract. de test. n. 87. Crot. in eo. tract. de test. p. 4. n. 178. Rot. Rom. in nouiss. par. 2. decis. 77. nu. 12. vbi testatur de communi.

3 Ampliatur 2. vt nec etiam clericus possit deponere coram alio iudice ecclesiastico non suo sine licentia. Bal. in c. 1. in 2. col. de iuram. calu. vbi hoc not. ex illo test. ibi Prælato suo. Arnon. coment. 94.

4 Ampliatur 3. & multo magis iste clericatus effectus, vt licet aliquib. casibus admittatur clericus ad testificandum, nihilominus nunquam poterit ad id compelli, nisi in subsidium, & vbi testes laici deficiunt, cap. quamquam 17. q. 2. Alber. de Malet. in tract. de testib. c. 6. n. 33. Corrad. Lancell. in tract. de Prætor. in tit. personas testium aggrediendo, n. 177. carte mihi 181. Campeg. reg. prædicta in 2. fallen.

5 Guid. Pap. dec. 65. nu. 2. in fi. vbi dicit, quod in subsidium possunt compelli per qualem qualem coertionem, dummodo non sit grauis (cui non assentio) Rutger. Rulant. in tract. de commiss. lib. 6. c. 4. nu. 3. & 9. Laurent. Tennin. caut. 279. n. 6. Thom. Triuis. dec. 30. num. 5. lib. 2. Farin. q. 61. nu. 88. 89. 90. & 91. Gail. in lib. 1. pract. obseru. obseru. 10. nu. 16. vbi po-

6 nit etiam cui incumbat probare, quod alij testes nõ adsunt. Quæ ampliatio limitat, vbi veritas alias sciri non posset, quia tũc in ciuilibus poterit per suum iudicem compelli ad testificandum Alber. Malet. in tract. de test. in par. 2. in 8. & 9. colum. prout eum allegat Campeg. in tract. de testib. reg. 97. in 1. fallentia.

7 Limitatur 1. prædictus decimus effectus clericatus, vt licet clericus non possit testimonium ferre sine licentia sui superioris, attamen si de facto deponeret sine tali licentia coram iudice sæculari, vel alio non suo, valebit depositio, ex quo nullibi reperitur dispositum, vt annulletur attestatio. Aufrer. in tractat. de testibus, num. 18. in 4. tomo tract. diuers. car. mihi 141. Crot. in eodem tract. p. 4. num. 178. & 179. Guid. Pap. dec. 65. nu. 1. vbi dicit, quod tanta fides eorum depositioni adhibetur, tanquam si deposuisset habita licentia a suo superiore, de quare dicam paulo inferius. Fusc. in sing. lit. C, num. 99. Anna. sing. 128. & ibi Fab. in addit. nouissimus, qui

8 ambo multos alios allegant Campeg. reg. 297. in 2. & 3. fallent. vbi dicit, quod idem est in monachis, ac alijs regularibus. Farinac. in tractat. crimin. q. 61. num. 76. & 84. Ruy. cons. 35. num. 5. lib. 4. qui dicit, quod ista licentia requiritur de consilio, non autem de præcepto. Foller. super constit. Regni. in tit. de Episc. & cler. cap. item quod clerici, num. 1. car. mihi 82. qui etiam asserit, quod de iure canonico hoc non reperitur expressè prohibitum. Ortens. Caualcan. in pract. de testib. p. 4. num. 33. vbi alios allegat Abb. in c. inhærentes, num. 21. de iuram. calum. & licet Guid. Pap. (vt supra est relatum) dixerit, quod ita creditur testimonio clerici deponentis cum licentia, quam sine, nihilominus hoc non est verum, namque clericis ita deponentibus sine licentia non est ita credendum, prout deponentibus cum licentia, quia tunc videntur quodammodo se obtulisse ad testificandum, cum alias ad hoc cogi non potuissent sine licentia, ita tenuerunt Crauet. cons. 2. num. 5. lib. 1. Iul. Scarlatin. cons. 106. nu. 20. in 2. lib. cons. crim. diuers. Rimin. iun. cons. 360. nu. 15. lib. 4. Rot. Rom. d. dec. 77. num. 12. p. 2. & quod testis non

9 citatus, sed ingerens se, & vltro se offerens ad testificandum sit suspectus, & ideo ei nõ creditur, dixerunt multi relati per Mascard. in tract. de probat. concl. 1318. nu. 63. & 64. vbi dicit, quod tales testes sunt torquendi.

10 Limitatur 2. in testamentis, in quibus clerici possunt esse testes absque licentia sui Prælati, cap. relatum, & c. cum esset, de testam. Alber. de Maletis in tract.

n tract. de testib. c. 6. n 34. cũ multis alijs quos congerit Farin. q. 61. nu. 79. q secus est in conficiendis
11 alijs instrumentis præter vltimas voluntates, quia in eis non debent testes clerici apponi, c. super prudentia, §. pōt, ibi in conficiendis aut instrum sæcularium negotiorũ presbyteri nõ vocẽtur ad testimoniũ & ibi gl. in ver. pōt 14 q. 2. c. quamquam ibi, aut in conficiendis instr. &c. & ibi gl. ead. causa, & qõ cum alijs quos allegat Farin. d. q. 61. n. 63. & 64. qui dicit, quod proxima conclusio procedit potius de honestate, & quod de consuetudine hoc non seruatur.
12 Limitatur 3. quando esset tempore pestis, & clericus esset eo morbo infectus, vel existeret in loco infecto, quia isto casu absque aliqua veniæ impetratione poterit testimonium dicere coram iudice laico Ang. in l. cum ij, §. transactiones, de transact. Rip. in tract. de peste, tit. de priuil. iud. causa pestis, n. 45. Lancell. Corrad. in tract. de Prætor. tit. personas testium aggrediendo, nu. 77. in fi. car. mihi 181. Camill. Gallin. in tract. de verb. sign. lib. 10. c. 27. nu. 47. Rolan. Cauagn. super decr. Montisfer. li. 1. decr. 17. cas. 39. Thom. Actius in tract. de infirm. p. 2. in verb. clericus, nu. 7. & 8. Farin. q. 61. nu. 85.
13 Quæ omnia prædicta procedunt vbi testimoniũ est ferendum in causa ciuili, & in causa criminali, ex alia ratione clerici prohibentur ne testimonium ferant, quia .s. si testimonium dicerent in tali causa criminali, & postea forte mors, uel membri mutilatio sequeretur incurrerent in irregularitatem, arg. tex. in c. sententiam ne cler. vel mon. Spec. in tit. dispensat. §. iusta, ver. item litigiosus, & ver. facto autem si quis Tho. Maiol. in tract. de irreg. lib. 2. c. 8. n. 1. & per tot. vbi alios allegat, & latè examinat materiam irregularitatis testium. Clar. in §. fi. q. 24 n. 8. Brun. a Sole in compen. resolu. propos iur. in verbo clericus non est circa fi. Laurent. Tennin. caut. 279. nu. 4. Rim. iun. cons. 360. num. 12. lib. 4.
14 Et quod clerici non admittũtur ad testimonium ferendum in causa criminali coram iudice sæculari contra laicum, est tex. in c. nullus ij. q. 1. vt dixerunt Speculator in tit. de testib. §. 1. ver. item quod est clericus, & ibi Io. And. in add. ad Guid. Pap. dec. 65. nu. 1. Aufrer. in tra. de testib. n. 18. in fi. ver. clericus non admittitur Crot. in eodem tract. de test. p. 3. nu. 69. Lancell. Corrad. in tract. de Prætor. tit. personas testium aggrediendo, n. 77. car. mihi 181. vbi alios allegat Tennin. caut. 274. n. 4 Natt. cons. 394. n. 1. Crauet. cons. 2. n. 1. lib. 1. qui dicit, quod isto casu clericus non est testis idoneus. Rim. iun. con. 360. nu. 9. lib. 4. vbi etiam alios citat Henric Bohic in c. clericis, n. 7. ne cler. vel monac. Fider. Scotus cons. 12. n. 24. to. 1. lib. 4. Mars. cons. 45. n. 4. & cons. 123. Brun. a Sole in compend. resol. propos iur. in verb. clericus non est. Mascar. in tract. de probat. concl. 1358 nu. 62. Abb. in c. de cætero, n. 1. de testib. cum multis alijs quos copiosè congerit Farin. in trac. crim. q. 61. n. 57. vbi hanc conclusionem ponit pro regula, vbi nu. 58. dicit, quod prædicta conclusio sine difficultate procedit, vbi pro delicto veniret imponenda pœna sanguinis.
15 Ampliatur 1. dicta conclusio, ut habeat locum, tam si clericus est in minoribus, quam in maioribus constitutus, quia vterque repellitur ab huiusmodi dispositione. Farin. d. q. 61. nu. 59. quę conclusio corroboratur ex ijs, quæ dixi supra effectu 1. ampl. 8. num. 77. & seq.
16 Ampliatur 2. in eo, qui est clericandus, vt quia clericatum vouerit, is namque ne per talem depositionem fiat irregularis, non potest compelli dicere testimonium in causa criminali, in qua venit irroganda pœna sanguinis. Butr. in c. dilecto, de testib. Alber. de Malet. in tract. de testib. c. 6. n. 39. Addent. ad Guid. Pap. decis. 65. in lit. A.
17 Ampliatur 3. vt si de facto reperirentur examinati adhuc non solum non probant, verum etiam nec faciunt inditium ad torturam, multos allegat Farinac. d. q. 61. nu. 61.
18 Ampliatur 4. vt nec etiam de licentia sui superioris possint testimonium ferre in causa criminali Goffred. in summa in tit. de test. cogend. Innoc. in c. dilectorum, eod. tit. Addent. ad Guid. Pap. dec. 65. in lit. A, Crauet. cons. 2. nu. 5. lib. 1.
19 Ampliatur 5. vt nec possit ferre testimonium in causa sanguinis, etiam si protestetur, quod non intendit testimoniũ dicere ad hoc, vt Reus pęna sanguinis afficiatur, iuxta tex. in c. 2. de homic. in 6. nãque si deponeret cum tali protestatione ea non obstante non euitabit irregularitatem, si Reus, contra quem deposuit, fuit affectus pœna mortis, vel mutilationis membri. Fel. in c. de cætero, nu. 1. de testib. Franc. Becc. qui multos congerit cons. 34. num. 25. Clar. in §. fi. q. 24. n. 9. vbi testatur de com. opi. Marta de iurisd. cas. 136. nu. 9. cent. 2. p. 4. Laur. Tennin. caut. 279. Ortens. Caualc. in pract. de test. p. 4. nu. 33. vbi dicit, quod si is intenditur deponere in causa in qua non venit imponenda pęna sanguinis, quia hoc ignorat, non efficitur irregularis.
20 Ampliatur 6. prædicta conclusio, quod clericus non possit esse testis in causa criminali, vt non solum non possit esse testis, verum etiam nec scribere attestationes testium in causa prædicta. Abb. & alij in c. sententiam ne clerici, vel monachi. Natt. cons. 394. nu. 2. lib. 2. Anchar. in d. c. sententiam, nu. 3. ne cler. vel monac. Portius cons. 7. nu. 25. Gosfr. in sum. tit. ne clerici, vel monachi, nu. 9. Henric Bohic in c. clericis, n. 8. ne cler. vel monac. Simon Maiol. in tra-
21 ctat. de irregul. lib. 2. c. 6. nu. 4. vbi dicit, quod scribens dicta testium in causa criminali, fit irregularis, etiam quod postea nullum iudicium sanguinis prolatum fuerit.
22 Limitatur 1. præd. concl. pluribus modis, & primo limitatur ab aliquibus in criminibus exceptuatis, vt est in crimine læsæ maiestatis, ita eandẽ conclusionem limitauerunt aliqui relati a Farin. d. q. 61. n. 65. licet ipse, nu. 66. & 67. & seq. & nu. 92. contrarium tenuerit, cui opinioni potius quam contrariæ inhæreo, ex quo Principes in nullo delicto sunt magis proni ad effundendum sanguinem, quam in isto, ideo in isto crimine magis, quam in alio militat ratio irregularitatis.
23 Limitatur 2. vbi in causa criminali non veniret inferenda pœna sanguinis, quia tunc in subsidium, & in defectu aliorum testium, & de licentia sui prælati admittuntur ad testificandum, tam si delictum est seculare, quam ecclesiasticum. Farin. q. præd. nu. 68. & vltra ibi allegat Addas c. quandoque 14. q. 2. Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap. 6. nu. 37.
24 Rim. iun. cons. 360. num. 11. lib. 4. vbi multos alleg.

Quæ

Quæ limitatio ampliatur, vt isto casu clericus possit cogi ad ferendum testimonium. Crot.in tract.de test.p.3. num. 69. Sed contra præsentem limitatio-
25 nem tenuerunt multi relati per Farin. quæst.præd. num.69. cui ultimæ opinioni inhærendum esse puto ea ratione, quod ex tali depositione inimicitias contrahant, ac propterea a cultu Diuino subtrahantur, prout hoc considerat Triuisan. decis. 30.n.
26 5.lib. 2. Et quod testes, qui deponunt contra aliquem in causa criminali fiant inimici dixerunt Abbas in c. cum P. Manconell. de accusatio. Crauet.consil.31.num.3. Monald.cons.102. lib.1.vltra quod DD. allegati in ipsa principali conclusione loquuntur indistinctè, nec considerant an veniat imponenda pœna corporalis, vel pecuniaria, ideo eorum dicto est inhærendum tanquam regulæ, quia regula semper est inhærendum, vt per Maccabr. cons. 55. num.25. & per Alban. consil. 609. num. 8.lib.4.

27 Limitatur 3.vbi causa criminalis ventilaretur coram iudice ecclesiastico, & super crimine ecclesiastico, quia isto casu clerici amittuntur ad ferendum testimonium contra laicum. Farin. d.q.461. nu.70. & vltra ibi per eum congesti, idem dixit Alber. de Malet.in tract.de test.c.6.n.40.

28 Limitatur 4. vbi veritas aliter haberi non possit. Farinac.q.præd.num.71.Rim.iun. cons.360.nu.11. lib.4. qui ambo multos alios allegat, & quando dicatur, quod veritas aliter haberi non possit, ponũt Farin.ibidem num.72.& cæteris latius, & copiosius Patianus lib.1.c.9.n.30. & in add.in lit.D. vbi prope infinitos allegat, & si verteret quæstio inter testem,& partem,vt quia pars, quę intendit produce-
29 re, dicat se aliter probare non posse veritatem, nisi per ipsum clericum testem, & ipse clericus dicat, quod hoc facere potest per alium, tunc incumbit ipsi testi deneganti deponere, hoc probare Capeg. in tract.de test.reg.97.in 4.limit. vbi ad hoc allegat Abb.in c.super eo de test.

30 Limitatur 5.vt dicta conclusio, quod clericus nõ possit esse testis contra laicum non procedat, quando non deponeret immediatè super delicto, sed mediatè,ita dicunt aliqui relati per Farin.d. q.61.n. 73.cui opinioni ipse contradicit,& bene, motus ea ratione, quod probato vno censetur etiam probatum omne aliud per quod peruenitur ad illud vnũ, l.oratio,ff.de sponsal.

31 Limitatur 6. vt licet clericus in causa criminali non possit esse testis contra laicum, poterit nihilominus ad eius defensionem testimonium ferre, si non veniret imponenda pœna tallionis accusatori. Farinac. quæst.præd.num.74. & 75. & vltra ibi allegatos idem dixerunt Felyn. in cap. cum nuntius, num.3. & 8. de testib. Grammat. cons.1. num.9.in crim.Paul.Fusc.in sing.lit.C, num.95. Foller. super const.Regni in tit.de episc. & cler.c.item quod clerici,nu.2.& 3.carte mihi 82.vbi tenet, quod admittũtur, etiam si ex eius depositione orietur infamia testibus reprobandis,& nu.4.dicit,quod si ex depositione clericorũ ad repulsam detegeretur aliquod crimen testibus prius examinatis, non propterea pro tali crimine poterunt puniri.

32 Limitatur 7.in testibus instrumentarijs,qñ agitur de illud probando, quia tali casu etiam quod criminaliter agatur testes in ipso instrum.descripti poterunt testimoniũ ferre Ferrant.Garga. cons.126.nu. 36.& seq.inter cons.crim.diuer.li.1.Fari.q.61.n.76.

33 Limitatur 8. vbi de crimine ageretur ciuiliter, quia tunc clerici admittuntur ad ferendum testimonium in causa criminali contra laicum Farin. loco cit.n.77. & vltra ibi adducta de hoc est tex. in c.super his,& c.peruenit,il 2.de test. cogen. Alber. de Malet.in tract.de test.c.6. nu.36. Turrecrem. in cap.testimonium 11.q.1.Baiard. in add. ad Clar. q. 24.n.48.Lancellot.in tract.de prætore tit.personas testium aggrediendo, nu.77.ver.item si in iuditio, carte mihi 181.

34 Limitatur 9. vbi laicus accusaretur pro crimine ecclesiastico coram iudice ecclesiastico. Abb. in c. de cætero in 1.not.& ibi etiam Fel.nu.11.ver.fa lit dupliciter, & n.2.vers. item quantum de test. Lancel.Corrad.in tract.de Prætor. tit.personas testium aggrediendo,n.77.ver.lim.tamen car.mihi 181.Heric Bohic in c.de cætero,nu.3.de test.

35 Limitatur 10. vbi tractatur de probando matrimonium clandestinè contractum, quia tunc testis clericus admittitur, licet ageretur criminaliter. Abb.in c.de cætero de test.prout eum allegat Crotus cons.245.nu.40.lib.2.

36 Limit.11. vbi agitur ad memoriam damnandam propter tabellionem, ex quo in tali causa clerici poterunt dicere testimonium contra laicum, quia in tali iudicio non agitur de irrogaada pęna sãguinis, sed tantum de infamia, & publicatione bonorum. Gigans in tract.de crimin.læsæ maiest. tit.per quos probetur crimen læsæ maiest.quæs.14.num. 8. Tiber.Deci.in tract.crim.p.2.lib.7.c.48.nu.12.

37 Limit.12. & vlt. quando per laicum fuisset facta aliqua iniuria clerico, quia tunc clericus posset dicere testimonium in tali causa contra laicum. Abb. in c.peruenit, il 2. de cler. cogend. Io.Campeg. in tract.de testib.reg.97.in 6.allent.

38 Et scias,ꝙ clerici in omni causa, in qua testimonium fuerunt,semper præferuntur laicis, & eis magis creditur, ex quo in iure reputantur omni exceptione maiores,ita,& taliter, quod multi dixerunt, quod plus est credendum quatuor testibus clericis, quam sex laicis,ita(inquam) tenuerunt multi relati per Farin.q.61.n.80. prout etiam multos alios allegant Claud.Tutius allegat.5.n.13. Decia.cons. 59. nu.3.lib.3.& consil.31.nu.30. lib.1.Achil.Padroch. cons.17.num.71.75.76.77. & 78.lib.1. Cefal. cons. 721.n.20.& 21.lib.5.Port.cons.29.nu.38.vbi dicit, quod testimonium clericorum est maximi ponderis.Curt in tract.de testib.concl.10.n.23.Alba.in lucubrat.ad Bart.in l.testium,n.5.ff.de testib.Menoc. in tract.de arbitr.casu 98.nu.5.& cons.311.n.16.& cons.491.nu.14. Mascar.in tract.de probat.conclu. 1357.n.56.Borell.cons.6.n.30.& 31.vbi dicit,quod vnus testis clericus valet pro duobus laicis Honde. cons.77.nu.38.lib.1.idem Menoch.in d.tract. de arbit.cent. 6. cas.526.nu.26.Suarez alleg.1. num. 13. Port.concl.28.lib.2.Io.Paul.Lancell.cons.47.n.15 inter cons.vlt.volunt.diuer. libro 2.Purp. latè cons. 133.n.24.li.1.Bursat.cons.343.n.68. lib.4. & cons. 434.nu.26.Alex.cons.43.num.4.lib.7.Crauet.cons. 169.n.3.& cons.272.n.16.vers.tertio probatur lib.
39 2.Hortens.Caual.in pract.de test.p.1.nu.43. vbi dicit,

cit,quod clerici ratione annexæ dignitatis etiā minores 20. annis erunt testes idonei . Et ideo licet alias frater non possit ferre testimonium pro fratre l. parentes,C. de test. hoc tamen fallit in fratre clerico, qui admittitur ad testificandum pro fratre Io. de Imol. & And.Barbat.in c.cum R.Canonicus de offi. deleg.Marsi.in repet.rub.ff.de fideiuss.num. 146. Burel.in repet.pragmat.odia litium,§.1. gl.3.
40 nu.248.de compromiss.quæ cōclusio,quod clerici testes præferunt laicis , limitatur vbi testes clerici deponerent pro sua ecclesia,quia tali casu non plus creditur clericis, quam laicis, imo concursu,& paritate numeri minus creditur clericis Farin. d.q.61. n.81. Mascard.in tra.de probat.concl.1357.nu.56. vbi dicit quod aliquando etiam clericorum oculi propria passione obcecantur Io. Iac. de Leonard. inter cons.Brun.cons.114.n.117.Ruy.cons.177.nu.
41 13.lib.5.Port.concl.28.lim.vlt.lib.2.Et quibus casib. clericus,vel monacus possint esse testes pro sua ecclesia , vel monasterio ponunt Curt. in tract. de test.n.15.& 57.Nell.in eo.tract.nu.22.Alber.de Malet.in d.tract.de test.c.2. nu.59.& c.4.nu.70.Campan.de Arian. num.64. Iac. Egid.in d.tract.de test. n.3.& 12.Io Maria Mont.in repert.de test.in verb.
42 clericus,f.15. & in ver.monacus f.5. & cæteris latius Felyn.d.q.61. nu.125.& seq.Et quid in Prælato pro sua ecclesia vide eund.Farin.q.60. n.544.Montic.in verb.Prælatum.

43 Secudo fallit quando clerici deponerent contra reum, & laici pro reo,& sic clerici deponerent ad inducendum delictum,& laici ad illud excludendum, quia tunc magis creditur testibus laicis quam clericis; ideo si duo testes clerici deponerent,quod Titius commisit adulterium tali die , & duo laici quod Titius in illa die semper fuit cum eis , magis creditur laicis , quam clericis gl. in clerici 82. dist. Roland.a Valle cons.93. n.3. lib.4.Mars.in l.frater tuus,n.68. C.ad l.Cornel.de Sicar.Menoc.in tra.de arbit.cas.98.n.5.Farina.d.q.61.n.82.vbi alios allegat Maria.Soc.iun.in c.cum P.Manconell.n.31. de accusat.Port.Imolens.d.concl.18.lim.1.lib.2.& est
44 regulare quod testibus deponentib. pro reo magis creditur,quā deponentibus pro actore Maria.Soc. d.n.31. Borg.d.37.n.4.Mascard.conclus.17.nu.10. Mazzol.cons.89.n.77. Bursat.cons.166.nu.32.Triuis.dec.62. num. 35. lib.2.etiam si essent pauciores Port.concl.25.lib.2.Passett.cons.18.nu.19 Et licet
45 clerici sint testes digniores quam laici , adhuc eis non creditur absque iuramento Hostiens. Io.Andr. & Abb. in pen. col. in c. testimonium de testib. Io. Crot.in tract.de testib.p.7. in 2.Nec sufficit iurare tacto pectore,sed opus est,vt iurēt tactis Euāgelijs, siue scripturis, prout iurant laici,c. nuper de testib. Guid.Pap.dec.65. nu.2.vbi dicit,quod contrarium seruatur de consuetudine,& iterum decis.515.Fran. Marc.dec.777. nu.3.lib.1.Abb.in c.inherentes nu. 21.de iuram.calum.vbi dicit quod istud fallit quando causa esset leuis.

46 Et ad hoc vt testimonium clerici sit validū debet examinari in ecclesia,vel saltem in ea iurare,vt not. in c. 1. de iuram.calum.Alber.de Malet.in suo tract.de test.in 1. p.c.7. num.30. Campegg.in eod. tract. de test. reg. 91. in 4.fallent.Vergin.Bocat.in tract.de liter.remissor.c.9.n.56.

47 Nec est ommittendum quod clericus , cui fuit aliquid reuelatum in confessione non poterit circa illud testimonium ferre , nec ad id modo aliquo compelli, vltra quod talis confessio nihil operetur, neque iudicium ad torturam faciat Gomez.in 3.to. variar.resolut.c.13.nu.9.Param. de orig. S.Inquisitionis q.8. nu.102.lib.3.quia non potest confessionem reuelare, c. dilectus de excessibus prelat.Campeg.in tract.de test.reg.92.in vlt.fall.vbi dicit,quod hoc habet locum quando tanquam ministro Dei , & in Sacramento penitentiæ fuerit ei aliquid reuelatum , secus si aliter , tunc enim non tenet locum Dei,& per consequens reuelare poterit Abb. in ca.
48 intimauit,col.3. de testib.circa quod sigillum confessionis,vide quæ latissime scribunt Artific.in sum. in vltim.verbis Naua.in manual.c.8.Graff.p.1.lib.1. c.22. Magister Nicol.Aurifi.in summa Aurifi.titul. 5.de sigil.confess.per tot.Param.dicta q.8.num.96. & seq.

49 Vltimo loco non ommittam dicere quod sicut clericus non potest esse testis contra laicum,ita pari modo,nec laicus contra clericum , sed quia de hoc latè scripsit Farin.in tract.crim.q.61.à n.98.vsque ad n.122.Ideo ad ibi dicta me remitto,& ad dicta per Franc.Marc.dec.776.nu.11.Mascard.in tra. de probat.concl.962.per totam,Ant.Scappa in tra. de iure non scripto,lib.1. c.9. nu.14.& seq.& c.10. nu.13.Monald.cons.108.nu.12.13.& 14.& cons.10. nu.2. 3.4.5.& 6.cons.2.nu.14.17.& 18.cons.70.nu. 24. & cons.75. nu.8.9.& 10.& cons.121.num.8.& cons.137. n.10.11.& 14.& cons.162.num.20.lib.2. Baiard.in add.ad Clar.q.24.num.49.& seq.Lancellot. in tract. de Prætor. tit. personastestium aggrediendo,num.76. vers.item amplia,& n.78.car.mihi 181.Hier.Ceuallos in Spec.com.opin.contra com. q.280. nu.24.Figans in tract.de crim.læsæ maiest. in tit.quomodo,& per quos crim.læsæ maiest.prob. q.15. nu.1.& seq.car.mihi 144. Campegg.in tract. de test.reg.98. Clar.in §.fi.q.24.n.8.Crot.in eo.tra. de test.p.3.nu.54.& seq.& n.60.63.& 64.& n.139. Bero.in c.at si clerici n.125.de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest esse procurator in iudicijs pro laicis,n.2.& de pœna.n.3.sed non ammittit priuilegium,nu.4. & quid in monacis,num.5.lim.n.7. 8.9.& 11.& quid in causis,& iudicijs ecclesiasticis,nu. 14.& quid in causa necessitatis,num.15.*

6 *Monaci , & alij regulares in iudicijs nomine proprio non possunt comparere.*

10 *Clericus non potest esse procurator generalis ad lites pro laico,lim.in vno negotio ciuili n.12.et 13.*

16 *Clericus an possit procurare de licentia Episcopi, & in causis miserabilium personarum,nu. 17. & quid in Curia Romana,n.18.& quid in causis amicorum,n.19. & quid in causis ecclesiæ n.21.quid in coniunctis,& alijs personis,nu.22.& 23.*

20 *Clerici in minoribus, qui non sunt beneficiales,an possint esse procuratores.*

24 *Gesta per procuratorem clericum an sint valida.*

VNDE-

VNDECIMVS EFFECTVS.

1 VNdecimus effectus clericatus est, vt clericus non possit esse procurator iudicialis laici, cap. denique 14.q.5.cap. prolatum 88.d.c.1. & c.fi.de postulan. l.placet, C. de episc. & cler.glo.in c. fi.5.q.3 cap.vbi hoc not. Abb.in 5.not.ne cler.vel monac.Bal.in l.1.§.secundo loco, nu.1.ff.postul. Rodriq. in summa casuum conscientiæ, p.1.c.1.nu.1. Hier. Cæuallos in Spec. pract.q.com.contra com.q.404.n.1. Isidor. Mosco. in trac.de maiest.mil.eccl.li.1.p.2.c.2. ver.negotia sæcularia, car.mihi 410. Bal.in l.placet, num.5.C.de episc.& cler.& ibi ēt Alber.nu.1.idem Alber.in l.1. eo.tit.Fel.in c.2.n.2. de iud.Anch. in c. sacerdotib. nu.1.ne cler. vel monac.Turrecr.in c.quod autem, n.1.21.q.3.Carpan.super stat.Mediol.p.1.cap.65. Capra reg.95.n.1.Zecch.in tract.de priuil.eccl.priuil.115.nu.2.Fusc.in sing.in lit.C,nu.91.Albert. Galeot.in Margarita iuris,c.1.nu.6.& 24.Rom.singul. 277.Marian.Soc.iun.in c.cum esset, n.2.de simon. Petr.Nicol.Mozz.in tract.de contract.tit.de locat. & conduct.rub.de ijs,qui possunt locare, & conducere,nu.6.car.mihi 90.Cæpol.cons.21.n.1. lib.1.in ciuil. Aretin.in §.præterea,n.8. instit. de except. vbi ēt Faber.n.2. Alban.in lucubrat.ad Bart.in l.placet, n.1.C.de episc.& cler. Maiol.in tract.de irregul.li.
2 2.c.5.n.14. Et ratio esse potest, quia esset dedecus, & opprobrium clericalis dignitatis, si clerici se ingererent disceptationibus forensibus, iuxta not. in l.repetita,C.de episc.& cler. Fuscus d.n.91.Portius
3 cons.16.nu.35. Pœna autem clerici recipientis procurationes generales ad iudicia est, vt possit deponi, vel excommunicari. Lelius Zecc. in tract.de priuil.eccl.priuil.132.n.10.Abb.in c.sed nec,nu.1.2.5 & 6.ne cler.vel monac. & ibi etiā Anch.n.1. & etiā peccaret generaliter, ex quo agit id quod est sibi interdictum.Zecch.in tract.præd. priuil.115.nu.3.
4 Et licet clericus procurator generalis possit deponi, vel excommunicari, non tamen amittit priuilegium fori ecclesiastici, nisi fuerit ter monitus, vt a talibus desistat, vel semel in Synodo generali diœcesano, idem Anch.in d. cap.sacerdotibus, nu.4. ne cleric.vel monac. Abb.in c. sicut te,nu.3.eod.tit.vbi dicit, quod nec isto casu poterit priuari beneficijs ecclesiasticis.

5 Ampl.1.pręsens iste effectus, vt multo magis hoc sit interdictū monachis, ac cæteris regularibus, quia dicūtur mortui mundo. Alb. Galeot.in Margar.iur. li.1.c.1.n.25.Iac.de S.Georg. in l.seruus,nu.3. C.de
6 iud. qui monachi, ac regulares non solum vti alterius procuratores, verum etiam nec nomine proprio poterunt stare in iudicio sine licentia sui superioris.Anch.in c.Nicolao,n.1.de appel.Turrecr. in c.nullus,n.1.2.q.6. Iacob.in loc.cit. & n.6. & ibi addent.in lit.A, cum alijs, quos adducit Nepos de Montealb.in libel.de excep.tit.5.vers.itē monacus.

7 Primo limitatur hæc ampliatio in causa monasterij, quia in ea monacus poterit esse procurator de mandato sui Abbatis c. insuper de test. c.monachi,il 2.16.q.1.Io.Faber.in §. præterea, nu.2. & ibi etiam Aret.nu.8.instit.de except.

8 Secundo limitatur in Abbatibus, prioribus, ac alijs superiorē religiosum non habentibus Hostien. in c.sopita de censib.Bohic in c.cum pro causa, de procur.Iacob.in l.seruus,nu.3.C.de iudic.

9 Tertio limitatur, quando is pro quo procurationem suscepit esset valde amicus monasterij, & monasterium ex tali procuratione desumit, ita dixi in tract.de eff.amicit.eff.116.per tot. Cæpol. cons. 21.nu.7.lib.1.in ciuil.

10 Ampl. 2. vt nec etiam possint esse procuratores generales ad lites alicuius magni viri, vel alicuius ciuitatis, vel vniuersitatis, not. omnes, & præcipuè Io.Andr.in c.sed nec,ne cler.vel monac. Tho.Maiol.de irreg.lib.2.c.5.nu.14.circa medium.

11 Limit.1.prædictus vndecimus effectus clericatus in causis proprijs, in quibus clerici non prohibētur esse procuratores, c.1.de postul.prael.c.omnibus,4. q.6.c.1.ne cler.vel monac. Capra,reg.95.n.2.Fusc. in sing.in lit.C,nu.91.Cæpol.cons.21.nu.1.lib.1.in ciuil.Isidor.Moscou.de maiest.milit.eccl.lib.1.p.2. c.2.vers.negotia sæcularia, car.mihi 410.

12 Limitatur 2.vt licet clericus non possit esse procurator generalis iuditiarius, attamen non prohibetur esse in vno negotio tantum in causis ciuilibus.Felin.in c.cum I,& A,nu.1. de re iud. & in c.21. nu.2.de iud.Capel.Tholos.decis.131.vbi Aufrer. in add.Abb.in c.nostra, num.1.de procurat. & in c.1. nu.4.de fideiuss.Alber.de Rosat.in l.1.& in l.placet num.2.C.de episcop.& cler.Fider.de Sen.cons.270 nu.1.Alexan.de Neuo in c.constitutis, nu.5. de appell.vbi etiam Dec.nu.2.Io.de Anan.in c.cum centum,nu.1.de simo.& ibi Soc.nu.2. Dec.in cap.cum accessissent,nu.54.de constitu.& in c. decernimus, nu.33.& 67.de iud.Io.Bapt. de S.Blasio cons.76.n. 10.inter consil.Io.Bapt.Marian.Claud. Tortius allega.19.num.2.Cæpol.consil.21.num.6. in ciuil.li.1. qui dicit, hoc procedere tam si negotium spectat ad clericum, quam ad laicum.Maccabrun.cons.18. num.256.& 257.vbi asserit, quod iura, quæ prohibent, vt clericus non possit esse procurator intelliguntur de procuratore generali. Io.Faber. num. 2. & Aret.num.8.in §.præterea institu. de except. Alba.in lucubrat.ad Bart.in l.placet,num.1.C.de episcop.& cler.& in l.filius familias, §.veterani, nu. 2.
13 de procurat.Et intelligas, vt possit esse procurator in vno negotio successiuè, hoc est, quod expedito vno non prohibetur procurare in alio, dummodo non vigeat eodem tempore.Dec.in d.c.constitutis, il 1. nu. 3. de appell. Sed si negotium esset ita intricatum, & inuolutum, vt de facili posset detrahere, prout si essent multa, tunc nec illud vnicum procurare poterit.Philip.Franch.in cap.1.num.4.de iud. Sim.Maiol.in tract.de irregul.lib.2.c.5.nu.14. vers. at si illud vnum.

14 Limitatur 3.in causis, ac iudicijs ecclesiasticis, & spiritualibus, quia in talibus clericus poterit esse procurator generalis. Abb. & Alex. de Neuo in c. per venerabilem, n.4. qui filij sint legit.idem Abb. in c.in nostra, nu.1.de procurat. & in c.cum essent, nu.1.de simon.ubi etiam Io.de Anan.nu.1. & Marian.Soc.iun.num.2.Fuscus in sing.lit.C,nu.91.Cæpol.cons.21.nu.5.in ciuil.lib.1. Fider. de Sen. cons. 270.nu.1.Io.Faber nu.2.& Aret.nu.8.in d.§.præterea instit.de except. Anch.in d.c. Sacerdotibus, nu. 2.ne cler.vel monac.

15 Limitatur 4. quando esset procurator causa necessitatis,

cessitatis, vel charitatis quia prædictus 11. effectus habet tantum locum quando procurationem suscipere pro lucranda pecunia, & causa auaritiæ, Cæpoll. d. cons. 21. num. 4. qui allegat Hostiens. & Zabbar. in c. 1. de postul. qui dicit, quod in dubio nō præsumitur, quod id faciat causa necessitatis, vel charitatis, cui ego non assentio; ex quo in dubio semper est capienda interpretatio, per quam delictum excluditur iuxta text. in l. marito, ff. pro socio, prout etiam in simili dicimus de venatione, quæ in dubio præsumitur facta causa recreationis, vt dicam inf. eff. 34. num. 17.

16 Limitatur 5. quando procurasset de licentia Episcopi; ex quo Episcopus potest super hoc dispensare Turrecrem. in c. peruenit, num. 2. 86. dist. Innoc. in cap. 1. de obligat. ad ratiocin. Marian. Soc. iun. in c. cum essent, n. 4. de simon.

17 Limitatur 6. in causis miserabilium personarum, vt orfanorum, & viduarum, c. 1. de postul. prælat. c. omnibus 4. q. 6. cap. 1. ne cler. vel monac. vbi Anch. latè nu. 1. Capr. reg. 95. num. 2. Fusc. in sing. lit. C, nu. 1. Alber. Galcott. in Marg. iur. c. 1. n. 6. Cæpoll. cons. 21. num. 1. lib. 1. in ciuil. Io. Faber. nu. 2. & Aretin. n. 8. in d. §. præterea instit. de except. Maiol. in tract. de irregul. lib. 2. c. 5. num. 14. in fin. Isidor. Moscon. de maiest. militant. eccles. lib. 1. p. 2. c. 2. ver. negotia secularia cart. mihi 410.

18 Limitatur 7. in Curia Romana, in qua ex tolerantia Summi Pontificis omnes clerici exercent officium procurationis in ciuilibus tantum, Octau. Vester. in pract. lib. 3. c. 4. Abb. n. 2. & Anan. n. 1. in c. cū essent de simonia vbi etiam Soc. iun. num. 2. Nauar. cons. 4. num. 4. in tit. de pecul. cler. in 1. to. cart. mihi 449. Marchesa. in tract. de commiss. par. 2. c. 2. quarti capituli principalis, nu. 15. cart. mihi 475.

19 Limitatur 8. in causis amicorum stricta amicitia coniunctorum Innoc. in c. cum I, & A, de re iud. Rom. sing. 278. Hostiens. Io. Andr. & Io. Ant. de Butr. in c. fi. de postul. Cæpoll. cons. 21. num. 7. libro 1. in ciuil. vbi dicit, quod idem procedit in monaco, qui potest esse procurator pro amico monasterij, cum multis alijs quos latè congessi in tit. de effect. amicitiæ. effect. 116. per totum.

20 Limitatur 9. in clericis in minoribus constitutis, qui non sunt beneficiales, quia tales possunt esse procuratores generales in iudiciarijs: & hoc tam in foro seculari, quam ecclesiastico Henr. Bohic in c. cum pro causa, num. 5. & 6. de procurat. Paul. de Cast. in l. militem, num. 1. C. de procur. Aret. in §. præterea, num. 8. instit. de except. Flamin. Paris. in tract. de confiden. benef. q. 9. n. 31.

21 Limitatur 10. in causis ecclesiarum, vel cuiusuis loci pij Abb. in c. in nostra, num. 1. de procura, Capra reg. 95. num. 2. Fusc. in sing. in lit. C, numero 91. Albert. Galeott. in Margar. iuris c. 1. num. 6. Cepoll. cons. 21. nu. 1. lib. 1. in ciuil. Io. Faber. nu. 2. & Aret. num. 8. in d. §. præterea instit. de exceptio. Maiol. in tract. de irregul. lib. 3. c. 5. nu. 14. in fin.

22 Limitatur 11. in personis coniunctis, c. fin. in princip. de postulan. vbi Innoc. Hostiens. Ancher. Albert. Galeott. in Margar. iur. c. 1. num. 6. Cœpoll. d. cons. 21. num. 3. Io. Faber. nu. 2. & Aret. in n. 8. in eod. §. præterea instit. de except.

23 Limitatur 12. & vlt. in omnibus illis personis, quæ enumerantur in l. 1. §. fi. cum quinque legibus sequent. ff. de postulan. ita Innoc. in c. fi. de post. vbi hoc etiam tenet Zabbarell. in 16. q. Cœpoll. d. cons. 21. n. 3. vers. quinto fallit lib. 1. in ciuil.

24 Et licet clericus non possit esse procurator, si tamen reperitur de facto esse procuratorem, gesta per eum vti talem essent valida, si de hoc non opponatur Abb. in c. sacerdotibus, num. 3. ne cler. vel monac. Dec. in c. ad hæc num. 12. de postul. Hiero. Ceuall. in Specul. pract. quæstio. com. contra com. q. 404. qui allegat gl. in l. filiusfamilias, §. veteran. ff. de procurat. & dicit talem glossam esse communiter approbata Iacob. in l. seruus, num. 5. C. de iud. vbi dicit, quod clerici malefaciunt acceptando similes procurationes, &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest accusare laicum de aliquo delicto vbi veniret imponenda pœna sanguinis, lim. n. 3. 4. 5. 6. & 7. & cum protestatione non incurrit irregularitatem, & n. 8. & 9.*

2 *Accusatio dicitur genus illaudabile.*

10 *Protestatio contraria facto non releuat.*

11 *Protestatio releuat tantum quando clericus prosequitur suam iniuriam, secus suorum.*

12 *Clericus accusans cū protestatione habens animū protestationi contrarium, an incidat in irregularitatem, n. 13.*

14 *Clericus potest prosequi causam criminalem ciuiliter intentatam, & quid per viam exceptionis, num. 15.*

16 *Clericus potest accusare laicum de crimine ecclesiastico coram iudice ecclesiastico.*

17 *Iudex ex officio an possit reum accusatum à clerico cum protestatione punire quacumque pœna, & quid si sine protestatione, n. 18. & 19.*

20 *Clericus an possit alium clericum accusare, & quo casu incidit irregularitatem, n. 21.*

22 *Laici non possunt accusare clericos etiam primæ tonsuræ, num. 23. lim. n. 24. 25. 26. & quid in criminibus exceptuatis, nu. 27. & an oporteat, vt clericus sit de crimine diffamatus, vt possit accusari, nu. 28. 29. & talis exceptio debet opponi ante litis contestationem, n. 30. & 33.*

31 *Exceptio quæ opponitur contra personam agentis dicitur dilatoria.*

32 *Exceptio dilatoria debet opponi ante contestationem litis.*

DVODECIMVS EFFECTVS.

1 Duodecimus effectus clericatus est, quod clericus non potest accusare laicum de aliquo delicto, & præcipuè vbi pro delicto veniret imponenda pœna sanguinis, c. nullus clericus 11. q. 1. c. sacerdotes 2. q. 7. Henric. Bohic in c. clericis, n. 4. ne cler. vel monac. Abb. in c. cum P. Manconella, n. 8. & 10. de accusat. Turrecrem. in c. sicut sacerdotes, num. 1. & 2. 2. q. 6. & in c. 1. n. 1. 6. q. 2. Innoc. & Soc. nu. 18. in d. c. cum P. Manconell. D. Ioseph. Cumia in tract. de synd. c. 23. num. 27. vbi dicit, quod accusatio erit nulla si pars accusata de hoc se opponat, Decian. in tract. crim.

par. 1.

p.r.1.lib.3.cap.16.nu.5.& cap.10. Eugen.cons.75. nu.n.177.Frecc.in tract.de praesent. initu. p.1.q. 1 nu.8.multos, & multos congerit Petr. Cened. in collect.iuris canon.p.2.collect.12.nu.1.Lelius Zec-
2 ch.in tract.de priuil.eccl.priuil.112. nu.8. & priuil. 138.nu.5. & sequent. Et ad hunc effectum etiam adducunt rationem, quia accusatio dicitur genus illaudabilis intentionis,c.si quis episcopus 2.q.7.ideo clericus debet abstinere,c.cum ab omni spe, de vit. & honest.cleric.Marian.Soc.iun.d.nu.18. Pet.Foller.super constit. Regni in tit.de episc.& cler. cap. item quod nullus,nu.2.carte mihi 83. Marc.Anto. Eugen.cons.76 nu.177.& sequent. Lelius Zecch.d. priuil.138.num.9.
3 Limitatur primo praedictus 12. effectus clericatus, vt non procedat, quando clericus accusando prosequeretur propriam, vel suae ecclesiae iniuriã, dummodo ex tali accusatione accusato non veniret irroganda pena sanguinis, tali namque casu clericus admittitur ad accusandum laicum, c. cum sit generale,de foro compet.c. praelatis, de homic. in 6.c.olim,de iniurijs,c.grauis,de restit.spol.Turrecr. in c.sicut Sacerdotes, num.4.2.q.7.Foller. loc.sup. cit.num.2.Lelius de Zecch.eod.priuil.112.n.18. & priuil.138. nu.11. Soc.eod.nu.18.Decian.in tract.
4 crim.p.2.li.6.c.12. nu.3. Secus si veniret imponenda poena sanguinis, quia tunc nec etiam praedictis casibus clericus poterit accusare. Arch. in c. experientiae,& in c.clericorum 11.q.1. gl.in c.laicos, in
5 ver.laicos,11.q.7.Eugen.d.cons.76 n.178. Ideo qũ prosequitur propriam iniuriam,vel suę ecclesiae poterit laicum accusare, vbi pro crimine veniret imponenda poena perpetui carceris, vel fustigationis, vel seruitutis,cuius loco hodie est poena remigandi super triremibus, c.si res 14.q.6. c.grauis depos. c. cum m ilitae 15.q.5.not.Gotfred.in sum.in tit.de homic.n.1.13.cum plur.sequent.Anch.in c.postulasti, num.3 eod.tit. Foller.super constit.Regni, in tit.de episc.& cler.cap.item quod nullus nu.1. carte mihi
6 83.Clar.in §.fi.q.14.num.3. si clericus accusaret ad publicam vindictam,quia tunc non admittitur etiã, quod non veniret imponenda poena mortis, sed alia, ex supra proximè dictis. Fel.in c.cum P. Manconel.nu.1.ver.quartus casus,de accusat. vbi etiam Abb.num.8.& 10.Anch.in c.2.num.1. de homic.in 6.Turrecrem.in cap.sicut Sacerdotes, num.3. & 5. 2.q.6.Bolognet.in l.non solum, §.morte,nu.122. ff. de oper.noui nuntiat.Soc.in d.c.cum P. Manconella,nu.18.Foll.eod.num.1. Lelius Zecch.in tract. de priuil.eccl.priuil.138.nu.7.
7 Limitatur 2. vbi clericus accusaret laicum cum protestatione canonica, hoc est,quod non intendit accusare ad hoc, vt poena sanguinis imponatur, iuxta tex.in cap.praelatis,de homic.in 6. tunc enim clericus admittitur ad accusandum laicum pro propria, vel suorum iniuria etiam quod veniret imponenda pęna sanguinis ex natura delicti, de quo accusat Lelius Zecch.in tract. de priuil.eccles. priuil. 138.nu.12.Foller.super const. Regni in tit.de episc. & cler.c.item quod nullus,n.2.car.mihi 83.Marian. Soc.iun.in c.cum P. Manconel. n.18. de accus. vbi dicit, quod potest accusare cũ protestatione, quod non intendit accusare ad vindictam, vel ad pęnam sanguinis, sed solum pro suo iure conseruando, & commendatione rerum suarum,& dicit,quod isto casu
8 melius est, vt clericus cum agere intendit,dicat cõqueror de tali,quam accuso talem, & quod si accusat cum tali protestatione non incurreret irregularitatem, si ex tali accusatione accusatus puniretur poena sanguinis,idem Soc.in c.ad audientiam,num. 256.de homicid.Fider. Scot.cons.16.n.1. lib.6.20. 1.Cunia tract.de sind.c.23.n.26.Intrigl.in tract.,de casib.conscien.casu 10.nu. 28. vbi alios allegat Eugen.cons.76.n.180.Clar.in §.fi.q.14.n.3. vbi dicit, quod hanc cautelam vidit saepissimè obseruatam Dec.in tract.cri.p.1.lib.3.c.10. nu.3. Henric Bohic in c.postulasti,nu.2.de homic.Bellam.cons 14.nu.5. vbi dicit,quod tunc demum tenetur talem protestationem emittere,quando credit, vel credere debet, quod delinquens non potest verisimiliter cõdemnatione sanguinis effusione,at si contrarium crederet, vt quia ita consuetum erat obseruari, non tenetur aliquam protestationem praemittere.
9 Sublimitatur primo haec limitatio,vbi accusatio tenderet, & concluderet ad poenam mutilationis, vel mortis, vt quia dixerit, quod vult, vt accusatus puniatur poena ordinaria delicti, tali namque casu licet sibi quocunque modo protestatus fuerit non euitabit irregularitatem Henric Bohic in c. postu-
10 lasti,nu.1.de homic. Et ratio est, quia tunc protestatio esset contraria facto, quae non releuat protestantem. Bologn.in l.vinum, num.2.vers. & idem videtur,si cer.pet.
11 Sublimitatur 2. vt dicta protestatio non operetur, nisi vbi clericus prosequitur suam iniuriam, secus si suorum. Franc.in c.2. in princ. de homic. in 7.Eugen.d.cons.76.nu.184.
12 Quaero iuxta praesentem limitationem, quod si clericus accusans cum tali protestatione habuerit animum protestationi contrarium,an si tunc accusatus puniretur poena mortis,vel mutilationis membri,ipse accusans incidat in irregularitatem,& dico aut quaeris in foro fori, aut in foro poli, quia si in foro fori, & in eo non erit irregularis. Couarr. in clement.si furiosus,p.2. §.4. num.3.de homic. Fel. in c. postulasti eod. tit. Intrigl. in tract. de casibus
13 conscient.cent.1.casu 10.n.29. Aut loquitur in foro poli, & in eo erit irregularis quoad Deum Salzed.in add.ad Bero.Diaz in pract.c.98.n.15. Vital. in Candelabr.aur.in tit.de irregul.ex homic. volun. nu.242.Nauar.in Manual. confessorum, c.27.226. Maur.Ant. Birarduct. in summa Corona confessorum,lib.2.tit.1.q.46.Sim.Maiol. in tract. de irregular. lib.5. c.48.§.6.n.4.Pet.Cened.in collect.iur.canon.p.2.coll.12.n.2.vbi testatur, quod haec est magis recepta Doctorum sententia. Eugen.d.cons.76. nu.183. qui dicit, quod huiusmodi protestatio non sufficit in foro conscientiae.
14 Limitatur 3. in causa criminali ciuiliter intentata,quia tunc cessat ratio poenae sanguinis, nam clericus potest suũ interesse prosequi ciuiliter. Archi. in c.clericũ,il 2.11.q.1.c.olim, & ibi Abb.in 3.not. de iniur.D.Cunia.in tract.de sind.c.23.n.26.Marc. Eugen.cons.76.n.179.Henric Bohic in c.postulasti, n.3.de homic.Gotfred.in summa, in tit. de homic. n.11.Decian.in tract.crim.1.li.3.c.10.n.4.A b.Mãdel.cons.617.n.2.li.3.vbi nu.1.ponit formã quomodo sit concipienda petitio pro consequendo interesse

resse,& ibi Annibal. in lit. A, dicit, quod quælibet iniuria est pretio extimabilis.

15 Limitatur 4. nisi per viam exceptionis clericus crimen opponeret, quia hoc facere potest etiam si pro crimine opposito veniret imponenda pœna sanguinis not. omnes in c. super his de accusat. & voluit Io.de Anan.in cap.cum P.Manconell.in fin. eod.tit.Decian.d.c.10.n.5.

16 Limitatur 5.vbi clericus accusaret laicum de crimine ecclesiastico coram iudice ecclesiastico, vt puta de sacrilegio Abb.in c.de cætero in 1. not.vbi etiam Fel.nu.1. ver.fallit dupliciter,& num.2. vers. item in quantum de testib.Turrecrem.in c.sacerdotes n.2.2.q.6.& in c.1.n.9.11.q.1.

17 Et licet clericus accuset laicum cum prædicta protestatione,vel agat ciuiliter ad damnum,nihilominus iudex ex officio poterit si delictum sit tale, reum punire quacunque pœna etiam mortis Alb. d.cons.617. num.16.& tunc clerico accusanti nihil est imputandum,nec in irregularitatem incidit Goffred. in sum. in tit. de homicid. num. 12. Decian.in

18 tract.crim p.1. lib.3.c.10.num.4.sed si accusaret in casibus sibi permissis ommissa prædicta protestatione, & ex tali accusatione postea sequeretur homicidium, vel membri mutilatio,vt quia iudex condemnaret talem accusatum ad mortem, tunc clericus efficeretur irregularis Anch.in c.2. num.1.de homic.in 6.Couar.in clem.si furiosus,p.2.§.4.n.1.de homic.Intrigl.in tract.de casib.consc.cas.10.nu.27. Clar.in §.fi.q.14. nu.3.Lelius Zecch.in tract.de priuil.eccl.priuil.112. nu.18.Petr.Cened.in collect.iu-

19 ris can.collect.12.nu.1.vbi ad materiam multos,ac multos congerit; quam conclusionem intelligas procedere vbi ex natura delicti veniret imponenda pœna sanguinis,secus si fuisset talis pœna de facto imposita per iudicem per imperitiam, vel seuitiam, quia tunc accusans non fit irregularis,ita Anch. loco iam dicto vbi allegat tex in l.super imperitiā,ff.de euict.& in l.q cū maior,§.fi.de bon.libert.

20 Quæro an clericus possit clericum accusare, & distinguendum esse puto hoc modo, aut vult clericum accusare de delicto,pro quo etiam clericus punitur pœna vltimi supplicitij,vt est de assassinio,vel falsificatione literarum Summi Pontificis, & tunc puto quod non,quia si sequeretur condemnatio efficeretur irregularis,aut de alio delicto,& tunc (secundum Lelium Zecch. in tra. de priuil.eccl.priuil. 138.n.13) iterum est distinguendum,aut sunt bonæ famæ, & tunc admittuntur ad accusandum etiam eorum superiores, c. ex parte de accus. si vero sunt malæ famæ,non admittuntur,c. cum delicta,eo.tit. de accusat.quam distintionem posuit ante eum Anch.in c.cum P.Mancone.de accusat.nu.8.Roffred. in tra.de iud.p.6.rub.de laicis,qui repelluntur ab accusat.cler.nu.3.cart.mihi 547.Sed Decian.in tract. crim.p.1. lib.3. c.10. nu.17.ponit simpliciter regulam affirmatiuam,pro qua allegat tex. in c. ex parte,& in c.licet & in c.veniens,& totum tit.de accusat. & eandem limitat duobus modis. Primo in omnibus casibus,in quibus quis de iure ciuili repellitur ab accusatione,c.de accusationib.3.q.5.

Secundo nisi minor clericus vellet accusare maiorem; ita habetur ibi n.19.& 20.vbi latè examinat istas limitationes, ideo ad ibi dicta me remitto.

21 Vnum tamen non puto ommittendum scilicet quod in delictis exceptuatis quilibet clericus admittitur ad accusandum alium clericum,ideo in eis minor poterit accusare maiorem, & etiam malæ famæ,non diffamatus Lelius Zecc.d.priuil.138.num. 13.Decian.d.c.10.num.18.

22 Et sicut clerici non possunt accusare laicos,ita è contra laici non poterunt accusare clericos,cap. 2. 3. & 4. 2.q.7.c.Beatus 6 q.1.c.2.11.q.1.c.de cetero de test.c.cu P.Manconell.de accusat.c.laicos 2.q.7. Cæs.Lambert in tract.de iur.patron.lib.3.art.2.secunda q.princ.Monal.cons.2.n.13. & 14.& cōs.70.nu. 21.& cons.162.nu.1.lib.2. Roffred in tract.de iud. p.7.rub.de laicis,qui repel.ab accusatione clericorū n.1.car.mihi 547.Spec.in tit.de accusat.§.3.num.2. & 3. Abb.in c.ex parte n.5.de testib.& in c.nulli in fi.de accusat.Decian.in tra.crim.p.1.lib.3.c.10.n.6. vbi adducit decem rationes pro isto effectu, Mandos.cons.58.num.6.

23 Ampliatur ista conclusio,vt habeat etiam locum in clericis primæ tonsuræ,qui nec ipsi poterunt à laicis accusari,Fel.in c.de cætero n.1.& 10.de test. Corsett.in suis sing.in verb.accusatio per tot.Gram. voto 33.n.5.

24 Limitatur 1. prædicta conclusio, si laicus suam, vel suorum prosequitur iniuriam, quia tunc clericum accusare poterit Spec. d.§.3. num.3. Roffred. præcit.n.1.c.de cętero,vbi oēs scribēt.de test.Card. Alex.in c.de accusatione,nu.146. & seq.2. q.8.gl.in c. cum P.Māconell.in ver.laicus vbi Abb.num.5. & 6.de accusa.& ibi ēt Butr.nu.8.Hostiens.n.1. & seq. Anch.nu.8. Io.Andr.n.3.& Innocent.n.4.Henrich. Bohic in d.c.de cætero,n.8.& Imol.n 1.& 2.de test. Monald.cons.2.n.2.& cons.75.n.6.& cons.137.n.9. lib.2.Decia.d.c.10.n.7.Foller.latè in pract.crim.cano.c.4.de accus.porrecta nu.43.& seq car.mihi 47.

25 Primo ampliatur ista limitatio, vt isto casu non solum possit illum accusare,verum etiam querelare Fel.in l.ea quidem, n.7. de accus.Bart.in l.Diuus,n. 7.ff.de custod.reorum,vbi ait quod is,qui pōt accusare,pōt etiam denūtiare Monald cons.2.n.4 lib.2.

26 Secundo ampliatur vt non solum possint in isto caso clericum ciuiliter accusare, verum etiam criminaliter Præpo sit.i nc.laicos 2. q.7. Maria.Soc.in d.c.cum P.Manconell.n.5. de accusat.Decia.d.n.7. quidquid alij tenuerint in contrarium.

27 Limitatur 2. in criminibus exceptuatis, in quibus permittitur laicis accusare clericos, dummodo ad accusandum ex bono zelo fuerint moti, & non ex odio,& sint bonæ opinionis,& famæ,si clericus de crimine non fuerit prius diffamatus, sed si accusans isto casu esset malæ opinionis tunc non admittitur, nec auditur, nisi clericus accusatus sit etiam malæ opinionis, & famæ, Abb. in c. cum P. Manconel.nu.5. & 6. de accus.vbi etiam gl.in ver. laicis Ant.de Butr.n.8.Hostiens.n.1.& seq. Io.And. n.3.Innoc.n.4.& Ancher.nu.8.gl.in Summ.in verb. quod vero 2.q.7.Henrich.Bohic in c.de cætero,nu. 8. & Imol. nu. 1. & seq.de test.Foller.loco proximè citato Fel.in d.c.de cætero n.9.ver.limita 6.Decia. cons.6.nu.2.lib.1.& in tract.crim.p.1.lib.3.cap.10. n.8. Roffre.in rub.supra citata,n.1. Hartim.Hartamar.in lib.2. pract.Forensi.tit.1.obseru.14.nu.8. Cirillus in summ. crim. in tit. de ijs, qui accusare, vel accusari

accusari non poss. §.4.n.2. Fran. Monal. cons. 28. n. 21. lib. 1. & cons. 70. n. 21. & cons. 75. nu. 7. & cons. 161. n. 2. li. 2. Hier. Ceual. in Specul. pract. q. comm.
28 contra communem quæst. 649. vbi dicit, quod semper est necessarium, vt clericus sit de crimine diffamatus, ad hoc, vt laicus possit illum de eo accusare. Crimina autem exceptuata, in quibus laicus potest accusare clericum, sunt hæresis, vt in c. sacerdotes, 2. q. 7. & not. in c. oues eadem causa, & quæst. Simonia, cap. tanta, vbi hoc not. scribent. de simonia crimen læsæ maiest. c. fine 28. q. 3. Sacrilegium, c. qui autem 17. q. 4. Dilapidatio bonorum ecclesiæ, c. non licet 12. q. 2.
29 Limitatur 3. vbi crimen esset notorium, ita videtur tenere, gl. in c. ex parte de testibus, Ant. de But. nu. 13. ver. ad primum, dicit, quod laicus, tunc poterit accusare clericum de crimine notorio, quando de eo crimine fuit prius infamatus, de qua limitatione latè scribit Decia. d. c. 10. n. 11. 12. & 13. ad cuius dicta me remitto.
30 Et pro complemento præsentis materiæ, nec omittam dicere, quod cum hæc exceptio, quod laici non admittuntur ad accusandum clericos, debet opponi ante litis contestationem, & si postea opponeretur non redderet iudicium nullum. glo. & omnes scribentes in c. ex parte, de test. & in c. super ijs de accusa. Marian. Socin. in c. cum P. Mancon. n. 6.
31 in fi. eo. tit. Decia. d. c. 10. n. 16. & ratio est, quia omnis exceptio, quę opponitur contra personã agentis dicitur dilatoria. Proces. iud. ti. 15. n. 29. Scaglio. super Ritu M. C. V. post Ritu 305. in ver. dilatoriæ car. mihi 236. Cauagn. Decr. 2. §. 7. nu. 6. Bellon. cõs. 26. nu. 8. Marant. p. 6. mem. 19. nu. 1. & 3. Doct. aduoc. lib. 3. c. 16. num. 18. Villalobus in lit. E, nu. 103. Muscat. pract. ciuil. car. 158. nu. 9. & 17.
32 Ideo tanquam exceptio dilatoria opus est, vt opponatur ante litis contestationem, l. exceptionem, & ibi Doct. C. de probat. l. Pomponius, §. rathi, de procur. l. ita demum, vbi scribẽtes, C. de procur. Marant. in 4. mem. 9. p. nu. 8. Rebuff. de excep. n. 9. vers. & istas quis debet Io. de Deo. in doctrina aduoc. li. 3. c. 16. n. 18. Villalob. in lit. E, com. opi. n. 103. Muscat. in prac. ciuil. p. 3. in gl. in verb. dilatorias, n. 9. & 17. fol. 158. Cumia super Ritu, cap. 25. num. 37. cap. 2. num. 17.
33 Item non puto omittendum, quod in casibus, in quibus laicus admittitur ad accusandum clericum, ipse laicus accusans debet esse talis, qui saltem actu possit ascendere ad illum ordinem, in quo reperitur constitutus accusandus. cap. ipsi Apostoli, in fine 2. quæst. 6. de qua conclusione vide omnino Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 3. cap. 10. num. 15. vbi pulchrè.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt esse officiales inter laicos, nec iustitiam administrare, n. 3. 4. 5. & 6.*
2 *Clerici debent versari circa vitam contemplatiuam, & non habere curam de rebus mundanis.*
7 *Clerici possunt esse consiliarij Principum secularium, sed non assessores, num. 8. & an Delegati, num. 9. & 10.*
11 *Clericus an possit esse arbiter inter laicos.*

DECIMVSTERTIVS EFFECTVS.

1 Decimustertius effectus clericatus est, vt clerici non possint esse officiales, neque iudices inter laicos, cap. sacerdotibus, & c. sed nec, ne cler. vel monac. Zecch. in tract. de priuil. eccl. priuil. 132. nu. 10. Ias. in rubr. ff. de offic. eius, cui manda. est de iurisd. nu. 6. Rebuff. in concordan. Gall. in rub. de collat. §. 1. in gl. in verb. Metropolitana, ver. nullus Episcopus Cabell. super const. Egid. lib. 3. c. 20. gl. vnica, nu. 4. car. mihi 175. Capan super c. Regni Neapol. c. 19. in addit. nu. 14. carte mihi 80. Matullus in addit. ad Capic. dec. 66. nu. 2. Paris. in tract. de confident. q. 9. nu. 35. Brun. cons. 97. nu. 4 Imbri. in trac. de iudice Regni in præfat. num. 34. quod nouissimè est dispositum per Concil. Trid. sess. 6. cap. 1. vers. ac nihilominus. Et huic effectui multas adducunt rationes, quarum Prima est, quia non conuenit officio sacerdotis, vt in palatijs, magis certet, quam in
2 ecclesia. cap. conuenior, §. vtinam 22. q. 8. Secunda, quia clerici debent versari circa vitam contemplatiuam, & non habere curam de rebus mundanis, nisi quatenus necessaria sunt ad corporalem vitam cap. si quis obiecerit 1. quæst. 1. Paris. d. cap. 9. n. 36. Tertia, quia nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus, cap. 2. & cap. sed nec ne cler. vel monach. Imbria. in præfat. prædicta, nu. 35. vbi dicit, quod militantes in militia cælesti non debent alijs vinculis alligari, vnde a diuinis retrahantur, cum ipsis non liceat militare Deo, & mundo. Molin. de iustitia, & iure, tract. 2. disput. 108. vers. an vero interesse, carte mihi 394. qui etiam dicit, quod sæculares milites sæculari militiæ student, & milites Christi vacant orationibus, quæ omnia ipse desumit ex cap. reprehensibile, & ex cap. quod casu 23. quęst. 8. Quartam, & vltimam adducunt rationem, quia non possent per superiores puniri, si in tali officio deliquerint, ut latè probaui supra effectu 1. limit. 7. nu. 848. & voluit Imbri. in tract. de iudice Regni in præfat. nu. 37.
3 Ampliatur 1. prædictus 13. effectus, & in tantum dico esse verum, vt nullum genus iustitiæ publicæ pro sæcularibus administrare possint. Abb. in c. clericis, §. 1. ne cler. vel monac. & in c. sed nec. n. 1. 2. 5. 6. & 14. eo. tit. Diaz in pract. canon. c. 56. Simon Maiol. in tract. de irregular. lib. 2. c. 5. nu. 15. in fi. l. colonos, la 2. vbi hoc notat Rebuff. n. 2. de agric. & censit. lib. 10. Rodoan. de spol. q. 2. nu. 28. Marc. Solon. Paz in ll. Taur. in l. 2. nu. 77.
4 Ampliatur 2. vt hic effectus habeat etiam locum in minoribus tantum constitutis est tex. & ibi hoc not. Abb. in c. clerici in 2. not. de vita, & honest. cle. Matth. Brun. cons. 97. nu. 4.
5 Ampliatur 3. in militibus Hierosolimitanis, quia ex quo ipsi sunt veræ personæ ecclesiasticæ, vt latè ex multis deduxi supra effectu 1. ampliat. 16. num. 109. sequitur, vt nec ipsi possint esse officiales temporales. Iul. Cæsar. Imbri. in d. tract. de iud. Regn. in præf. nu. 42.
6 Ampliatur 4. & vltimo, vt nec possit esse Viceregens, vel Locumtenentes alicuius Principis sæcularis, nec sub sua cura habere aliquam ciuitatem, cap. sæpè Principes 23. quęst. 8. Abb. in c. sed nec, & in c.

in c.clericis,§.1.ne cler.vel monac.Corset.in tract. de potest.Regia in 5.p.q.93.Diaz in prac.canon.c. 56.Foller.super cõstit.Regni in tit.de episc.& cler. c.clerici quoq.n.11.car.mihi 51.Alba.in lucubrat. ad Bar.in l.filius familias §.veterani,n. 1.ff.de procurat.Paris.in tract.de confiden.benefic.q.9.nu.37. Cened.in collect.iur.canon.p.2. collect.61.n.4.vbi propè infinitos adducit,& cæteris melius Sim.Maiol. in tract. de irregul. lib. 2. c.5. nu.15. vbi dicit, quod clerici fugentes vice Principis, vel habentes administrationem alicuius Ciuitatis vix poterunt euitare irregularitatem ob vindictam sanguinis, quam vel ipsi forsan exercebunt, aut exerceri approbabunt, & multa alia circa hoc scribit.

7 Limitatur 1. prædictus 13. effectus, vt licet clerici non possint esse iudices, vel officiales Principis laici ordinarij, poterunt tamen esse consiliarij Principum, & hoc habet locum, tàm in clericis simplicibus, quam in beneficiatis etiam si sint Episcopi,& Cardinales,prout in isto Regno in quo omnes Archiepiscopi, & Episcopi dicuntur consiliarij Faber.de Ann.cons.122.n.30.li.2.qui loquitur in Regni Neapol. idem esse Abb. in c. clerici ne cler. vel monac.in c.sed nec eod.tit.Bertach.in reper.in ver.clericus potest,Rodoan.in trac.de spol. eccl.q.2. n.28. Menoch.de arbit.cas.537.n.10.Cabell.super const.Egid.lib.3.c.20.gl.vnica,nu.4.car. mihi 175. Iul.Cæsar.Imbria.in tract.de iudice Regni,p.vlt.n.30.Foller.in d.c. clerici quoque nu.17. Sim. Maiol.eod.c.5. n.16. vbi dicit,quod licet hoc sit laudabile, nihilominus est intelligendum circa prudens Reipublice regimen, & populorum in officio continendorum prouidentiam allegat Bal. in Auth.habita,C.ne fil.pro patre,& Abb.Io.Andr.in

8 d. c. clericis,& Diaz. in pract. c.56. Et licet clerici possint esse Consiliarij Principum (vt dictum est) nihilominus non poterunt esse assessores iudicis laici Spec. in tit. de offi.assess.§.debet ver.sed nunquid Ias. & Purpur.nu.69. in rub.ff.de offi.assess.Dec.in repet. decernimus,n.140.de iud.quod tamen intelligas quando assessor generalis in omnibus causis, secus si esset assessor particularis in vna causa tantum, vel pro ciuilibus tantum ita Spec. Purpur. & Dec.in locis supra proxime citatis.

9 Limitatur 2. vt licet clericus non possit esse iudex,vel officialis Principis laici inter laicos ordinarius, poterit tamen esse delegatus ad vnã causam, vel ad certas causas Abb. in d. c. sed nec nu.5. per tex. in c.Archiepiscopatu de raptor.Alex.cons.77. n.6.ver.non obstat etiam,vol.2.Vant.in tra.de nulli. in rub. de null.sent.ex defectu iurisd.deleg.n.68. Cald.cons.6. in tit.de off.deleg.Dec.in c.2. nu.7.de iud.vbi etiam Rip.n.46. & 47.idem Dec.in c.constitutus,in princ. de appel. Rodoa.in tract.de spol. eccl.q.2.n.28. Clar.in §.fi.q.41.n.8. vbi testatur de com.opin.& dicit,quod hęc limitatio procedit, et in causa criminali, sed quod patitur multas restri-

10 ctiones Claud.Tutius allegat. 19. nu.3.sed quo ad causam criminalem intelligas, vt in ea possit esse delegatus quando non veniret infligenda pœna sanguinis; quia si ipsa esset imponenda,clericus in tali causa non possit esse delegatus; ex quo efficeretur irregularis,c.clerici,de vit.& honest.cler.c.clericus vbi hoc not. Abb. & cæteri omnes ne cler.vel monac.Euge.cons.26.n.63.Moscon.in trac.de maiest. milit. eccl.lib.1. part.2. c.2. vers.iudicare in causa sanguinis car.mihi 411.Port.cons.7.n.27.sed quia de ista limitatione, immo de toto isto effectu dixi latè sup. eff.1. ampl.73. num.504. ideo nec iterum repetam,sed ad ibi dicta me remitto.

11 Sed an clericus possit esse arbiter inter laicos, vide quæ latè scribunt Blanc.in tractat.de compromiss.quæst.2.num.3.Horat.Carpa.in statu.Medioi. p.1. c.15.n.128.& 157.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt torqueri pro quouis delicto, nisi fuerint valde diffamati,n.2.& quid si fuerint accusati de crimine læsæ maiestatis,nu.3. & 4.& contraria consuetudo non valet,n.5. lim.nu.6.& 9. sed per suum superiorem tantum,n.16.absque metu irregularitatis,n.17.*

7 *Fama seu diffamatio debet concludenter probari, vt clericus possit torqueri,c.8.*

10 *Fama sola non facit inditium ad torturam.*

11 *Indicia vrgentia, & maiora requiruntur ad torturam clerici.*


2 *Clericus quando dicatur diffamatus de delicto, vt possit torqueri.*

13 *Clericus quando torquetur non potest interrogari,nisi de delicto,pro quo est diffamatus, & adsunt indicia.*

14 *Tortura debet irrogari clericis leuiter,non sicut laicis,n.15.*

18 *Clericus pro testimonio ferendo non potest torqueri etiam si sit ab alijs vocatus.*

DECIMVSQVARTVS EFFECTVS.

1 Ecimus quartus effectus clericatus est, vt clerici non possint pro quouis delicto torqueri, nisi de tali delicto fuerint valde diffamati Abb. in cap. cum in contemplatione de reg. iur. Alex. in l.fi. ff.de quæstio. Mars. sing.55.Paz.in pract.p.5.to.1.c.3.§. 12.num. 43. vbi testatur de comm.opin.Simanc.de Cathol. instit.tit.52.nu.23.Neuiz.cons.59.num.11.Didac. Perez in l.1. tit.3.lib.1.ordinam.Gigans,cons.107. nu.8. Diaz in pract.c.135. in princ.vbi etiam asserit hanc esse comm. opin.Ruy.cons.7. nu.7. lib 5. Cassan.super consuet.Burgund.rub.1.§.5.n.6. Paisett.cons.180. nu.12.Gargias reg.226.n.61.Ant.de Padil.in l.1. nu.9. C.de iur.& fact.ignor.Cancer.in quo.crim.q.11.nu.1.in fi.vbi dicit,quod ab ista opinione non est recedendum,tum in consulendo,tum etiã in iudicando Salzed. in add. ad Diaz d. c.135. in litt. A,vbi alios allegat, & dicit Hier.de Ceuall. in Spec. pract.quæstio.com.contra comm.q.619. nu.2.qui alios congerit,& testatur de comm.opin. Mars. in pract. cri.§.nunc videndum,nu.51. qui dicit, quod nunquam debet torqueri,nisi aliàs sit infamis,& alios allegat,& in repet.rub.ff.de fideiuss. n.148.Monald.cons.137. nu.15.& 16.lib.2.multos alios allegat,& iterum cons.72.n.51.vbi dicit,quod hęc conclusio cõmuniter approbatur,& cons.102.

n.17.& cons.1.n.77.lib.1.Borell.super pragm.odia litium,§.1.gl.3.n.240. Alciat.cons.16.n.11.lib.7. to.2.Brun.a Sol.in compend.resolut.proposit.iur. in verb.clericus,Scapp.in tract.de iur.non script.li. 1.c.8.n.1.& c.9.num.1.2.& 3.vbi dicit,quod clerici circa torturam habent infinita priuilegia Mascard.concl.497.n.8.Celsus Vgo cons 61.n.10.Fusc.in sing.in lit.C,n.97.Granut.Teorem.18.n.1.vbi multos allegat,& testatur de com.opi.Paris de Put. in tra.de syndicatu,in verb.tortus,c.3.n.8.car.mihi 341. Clar. in §.fin.64.n.23. vbi pluries testatur de com.opi.& ibi Zaccar.in add.in lit.E,

2 Ampliatur 1. iste effectus, vt procedat, tam in clericis constitutis in sacris, quã minoribus, & etiã in prima tonsura Celsus Vgo consil. 82. num. 10. Paul.Granut.Teorema.18.n.2.

3 Ampliatur 2. etiam si clericus esset accusatus, vel inquisitus de crimine læsæ maiestatis Card. in c.cum in contemplatione,col.4.circa princ.de reg. iur. Gigans in tract.de crim.læs.maiest.tit.quomodo,& per quos q.28.n.4 Boer.dec.163.n.6.

4 Ampliatur 3. vt iste effectus procedat,& locum sibi vendicet etiam si contra clericum non diffamatum adessent etiam mille inditia, quæ alias essent sufficientia ad torturam,nam propterea non poterit subijci torturæ, nisi adsit etiam diffamatio Abb. Antiq.in c.grauis de deposit.Abb.in d.c.cum in cõtemplatione,col.2.vers.ex hoc de reg.iur.Io.Andr. in c.1.col.8.de cler.percuss.Fel.in c.veniens,il 1.n. 4. ver.vltimo nota de test.Mars.in pract.§.nunc videndum,n.51.& in repet.rub.ff de fideiuss.nu.148. Monald.cons.150.num.72.& cons.1.nu.77.lib.1.& cons.173.n.15.lib.2.qui dicit,quod licet mille inditia extarent, adhuc clericus non poterit torqueri, & n.16.quod nullum genus inditiorum est sufficiẽs ad torturam, & vtrobique multos alios allegat Borel.in repet.prag.odia litium,§.1.gl.3.n.241.Grã, voto 11.num.15.Mascard.in tract.de probat.concl. 352.n.5.& concl.350.n.14.Boer.dec.163.n.6.Et licet contra hanc ampliationem tenuerit Granutius,& alij per eum relati Teorem.18.n.5.& 6.nihilominus ab ipsa ampliatione credo quod non sit recedendum, nisi clericus esset tam malæ opinionis, & famæ, & ita solitus delinquere,vt de eo omne malum argui posset,quia esset magna pietas cũ talib.vti rigorositate, & aliquando excedere.

5 Ampliatur 4. & vltimo vt nec etiam valet contraria consuetudo permittens, clericos posse torqueri non præcedente diffamatione,l.omnes iudices vbi Bart. C. de decur. lib.10. Mars.in l.editum, n.3.& seq.ff.de quæstio.Simo.de Pret.cons.36.n.8. Monald.cons.162.n.13.& 14.lib.2.& cons.1.nu.78. & 80. lib. 1. & vtrobique multos alios allegat, & recenset multa loca, in quibus adest talis consuetudo, pruot multa etiam recenset Granut. d.Teorem.18.n.4.

6 Limitatur modo dictus 14. effectus, vt non procedat in crimine assassinij, quia contra clericum prosequutum de assassinio potest procedi ad torturam ex legitimis inditijs etiam quòd nondum sit diffamatus Zaccar.in addit.ad Clar.quæst 64.num. 24. in litt. G, & hoc faciunt dicta per Decian. in tract.crim.lib.vlt.c.30.n.36.

7 Et quia fundamentum principale, ex quo clericis tortura inferri potest, est fama, seu diffamatio delicti, ideo ipsa concludenter, & ante omnia est probanda Cabel.milleloq.356.nu.4.Compost.in c. 1. n.22.de translat.episc.Monald.cons.102.nu.18. lib.1. Gran.d.Teorem.18. n.2.circa med.vbi alios

8 allegat. Quæ infamia, seu diffamatio delicti quomodo sit probanda ad hoc, vt sit vera diffamatio, operetur proprium effectum famæ,ponunt Clar.in §.fi.q.6. per tot.& ibi tenet Baiard.in addit.per totum,Pet.Cabal.in resolut.crim.cent.2. cas.200, nu, 131. & seq.Mascard.de probat.concl.748.nu.8.&

9 seq. cætera melius, ac latius Farin.in tract.crim. q. 47. in 3. & 4.inspect.Et dicam latius in meo tract, de effectibus famæ in prælud.Et licet(vt dixi)clericus non possit torqueri,nisi sit prius de delicto diffamatus, attamen aduertendum est, quod ex sola diffamatione non poterit torturæ subijci, sed debent etiam conuertere alia inditia Crot. conf. 33.

10 n.4. lib.1.& ratio est,quia fama seu diffamatio sola regulariter non facit inditium ad torturam not. in c.1. de appel.& in c.veniens,de test.Alciat.in c. pernitiosam,num.45. de offi.ordin.Fulu.Patian.in tract.cui incumbit onus probandi,lib.1. c.50.n.99. Caball.d.cas.200.nu.134.Baiard.in d.add.ad Clar. q.21.n.1. Farin.d.q.47.n.3.cum multis seq.& dicã

11 etiam in d. tract. de eff. famæ;Immo contra clericum requiruntur multo maiora, & vrgentiora inditia ad inferendam torturam, quam contra laicũ; quia sacerdotalis, siue clericalis dignitas non parũ excluditur præsumptionem delicti Farin. in tract. crim.quæst.41. n.9. Granut.d.teorem.18.n.5.& 6. Monald.cons.1.n.78.lib.1.Franc.Caton.in trac.de

12 tormen.c.11.n.7.& seq.Et clericus tunc dicitur diffamatus de delicto ad hoc,vt possit torqueri,quando contra eum concurrit aliqua probatio,quod talis similia delicta patrauerat Cassan. super consuet. Burg.rub.1.§.5.nu.7.car.mihi 156.Et casu quo po-

13 test torqueri, non potest interrogari, nisi de delicto principali,de quo est prosequutus,& de quo extant inditia,& est diffamatus Coueron. in tract. de publ. concubi.in verb.aut confessionem in iure factam nu.10. & seq.tract.to.11. p.1. cart.mihi 176. Locat.in iud.Inq.in ver.confess n.25. cart.mihi 56. Monald.cons.2.n.44.lib.2.quidquid in contrarium dixerit Zabarell.cons.45.n.2.

14 Nec clerici (casu quo possunt torqueri) sunt ita seuere,& grauiter torquendi,sicut laici,& hoc,tam propter periculum excommunicationis,in quam incurreret excedens modum torquendi, tum etiam propter reuerentiam debitam tantæ,& tali dignitati Archid.Præpos.& alij in c.illi,qui 5.q.5 Siluest.in sum.in ver.inquisitio,il 2.§.9.Sotus in lib.5.de iust. & q.7. art.2.Sbrozz.in tract.de vicar.Episc.lib.2.c. 153. n.8. Gigans in tract.de crim.læs.maiest.in tit. quomodo,& per quos crimen lęsę maiestatis,q.28.

15 n.5.car.mihi 267.ubi dicit,quòd tortura in clerico debet esse moderata, ne potius transeat in pęnam, quam in degradationem veritatis,Viu.in com.opi. in uer. clerici non possunt, Scapp. in tract. de iur. non script.lib.1.c.8. num.3. Iacob.Simancas contra hereses tit.52. n.25.Harman.Harman.in lib.2. pract.Forens.c.2. obseru.5.nu.1.Granut.d.Teorm. 18. num. 7. qui dicit, quod illud non admitteret in

16 enormioribus, in quibus contra clericos acrius est pro-

est procedendum. Et eo casu clericus potest torqueri per suum superiorem, & non per iudicem laicum, quia laicus nullam habet iurisdictionem in clericos, vt dixi sup. eff. 1. per tot. & in terminis voluit Rolan. conf. 4. nu. 38. lib. 1. Sbrozz. d. c. 153. nu. 3. 4. 7. & 11. vbi dicit, quod tunc tortura infertur absq; metu irregularitatis, nec tunc poterit torqueri per laicos etiam de mandato sui superioris glos. in c. 1. in fi. 23. q. 5 & in c. fi. 35. dist. & in c. ille qui 5. q. 5. & in c. quia iuxta, §. presbyteri; il 1. 5. q. 6 Gigans in tractat. de crim. læs. maiest. in tit. quomodo, & per quos &c. q. 26. car. mihi 267. Carrer. in pract. in §. seu sect. incip. circa tertiū, nu. 29. car. mihi 73. Sbrozz. in tract. de Viuar. Episc. lib. 2. c. 153. Hieron. Ceuall. in Spec. prac. quæst. comm. contra com. q. 619. n. 3. Marian. Soc. iun. in c. peruenit, n. 259. de sent. excomm. Clar. in §. fi. q. 64. nu. 24
17 vbi alios allegat, & testatur de comm. opi. & dicit quod licet de iure hæc opinio sit communis, nihilominus de cōsuetudine seruatur cōtrariū, & quod isto casu, tam Episcopus, qui permittit, seu mandat, vt clericus torqueatur per ministros laicos, quam ipsi ministri torquentes sint excommunicati, dixerunt Bart. Anch. & Abb. nu. 6. in c. vniuersitatis de sent. excomm. Rip. in c. decernimus, nu. 99. de iud. vbi asserit hanc esse com. opi. Syluest. in sum. in verb. excommunicatio, il 6. §. 11. Sbrozz. eod. nu. 9. Simancas de cathol. instit. c. 65. num 49. Cæuall. & Carrer. in loc. proximè allegatis Zacc. in add. ad Clar. in §. fin. q. 64. nu. 24. in lit. G, Tho. Zerol. in praxi episc. in verb. excōmunicatio causa efficiēs, §. 8. qui dicit, quod ex quo hodie non reperiuntur clerici apti, & habiles ad exercendum tale ministerium, consuetudo introduxit, vt laici ad illud admitttantu,; sed quia de materia loquutus sum sup. ef. 1. in ampl. 59. num. 364. & seq. ideo ad ibi dicta me remitto.

Et pro complemēto præsentis 14. ef. dico, quod
18 clericus pro testimonio ferendo nunquam debet torqueri etiam quod sit ab alijs vocatus, vel vacillet, Bart. in l. ex libero homine, ff. de quæst. Boss. in tra. crim. in tit. de torturæ testium nu. 5. Masuil. in add. ad Capic. dec. 142. n. 4. Scapp. in tra. de iur. nō script. lib. 1. c. 9. nu. 5. Carrer. in pract. crim. in §. seu sect. incip. circa testium, nu. 27. car. mihi 73

SUMMARIUM.

1 *Beneficium ecclesiasticū a nemine obtineri potest, nisi sit clericus etiam si conferatur à laico, nu. 6.*
2 *Beneficium est quid spirituale.*
3 *Laici sunt penitus incapaces spiritualium, num. 4. 5. & 9.*
7 *Laici an possunt habere pensionem super beneficio.*
8 *Pensio largo modo venit appellatione beneficij.*
10 *Beneficium si sit obtentum à laico, qui statim postea fecit se clericum talis collatio est nulla num. 39. & si fuißet reputatus clericus, n. 18. & 31. lim. nu. 43*
11 *Consensus, & habilitas superueniens post perfectū actum, nullum, nihil operatur, lim. nu. 14*
12 *Testamentum factum ab impubere quod est a principio nullum, non validatur superueniente pubertate.*
13 *Gesta a tanquam procuratore, qui nō erat, aut ignorabat procuratorium si superuenit procuratoriū, aut scientia procuratorij non validantur.*
15 *Ius superueniens an conualidet processum nulliter retrofactum.*
16 *Iurisdictio superueniens non conualidat processum antea factum.*
17 *Alienatio facta in forensem contra formam statuti prohibentis fieri alienationem in forensem non validatur, si ille forensis efficitur ciuis per ductionem vxoris.*
19 *Clericus coniugatus non potest obtinere beneficiū ecclesiasticum, lim. n. 21. 22. 23. & quid in pensione, n. 24*
20 *Consuetudo permittens quod clericus coniugatus obtineat beneficium ecclesiasticum non valet.*
25 *Beneficium ecclesiasticum non solum a laico non potest obtinere, verum etiam a clerico suspenso.*
29 *Spoliatus ante omnia est restituendus, sed prædicta regula fallit, quando laicus fuisset spoliatus beneficio ecclesiastico, & quid si perceptione decimarum spolietur, nū. 27*
28 *Beneficium ecclesiasticum non potest obtineri a clerico ordinato ab alieno Episcopo, absq; literis dimissorialibus, sic etiam ab Episcopo hæretico, nu. 29. aut scismatico, nu. 30. 32. & quid si esset priuatus priuilegio clericali, nu. 33. & quid in ordinato per saltum, n. 34*
35 *Papa si conferat beneficium laico tanquam clerico ita eum nominans, talis nominatio non prodest; num. 36*
37 *Beneficium ecclesiasticum obtinere non possunt clerici ordinati extra tempora, vel ante legitimam ætatem, nu. 38*
40 *Papa si mandat, vt prouideatur scolari cupienti clericatum, de aliquo beneficio, non potest illi conferri, nisi sit clericus, limit. nu. 48. & quando potest, n. 52*
41 *Laici possunt habere beneficium ex dispensatione Papæ.*
42 *Impossibile fit possibile per dispensationem.*
44 *Actus quando debet fieri cum aliqua essentia, quæ debet præcedere, aut sequi si inuenitur factus eodem die præsumitur quod talis, essentia præcessit, num. 45*
46 *In dubio est capienda præsumptio, vt actus valeat.*
47 *Beneficium ecclesiasticum obtentum a laico, qui incederet in habitu, & tonsura, an possit obtineri ab eo legitime.*
49 *Hospitalia, quæ dantur in regimine, & administratione non veniunt appellatione beneficiorum, secus si darentur in titulum, n. 50*
51 *Collatio hospitalis facta in laicum, qui narrauit esse clericum, est nulla.*
53 *Incapax hæreditatis potest institui hæres cum cōditione, quàm primum fuerit capax, & legitimatus, & n. 54*
55 *Laicus detinens beneficium ecclesiasticum tanquam clericus per longum tempus, ex quo præsumitur clericus, an possit illud detinere.*

DECIMUSQUINTUS EFFECTUS.

1 QVintusdecimus effectus clericatus est, vt quis non possit beneficium aliquod ecclesiasticũ obtinere, nisi sit clericus, not. omnes, & præcipuè Abb. & Dec. nu. 3. in c. cum à Deo, de rescrip. vbi Fel. n. 4. c. ex litteris, de transl. vbi Abb n. 3. c. 2. de instit. Arch. & Præpos. in c. si quis hoc gesserit 1. q. 3. Abb. in c. maiores, de præben. Arch. Gemin. & Præpos. in c. placuit, dist. 32. Gemi. cons. 91. n. 2. Gigans de pensio. q. 22. n. 12 Io. Selua in tract. de benef. p. 2. q. 23. n. 14. Lambert. in tract. de iur. patron. li. 2. in 1. p. q. 7. ar. 7. n. 2. Pet. de Greg. Tholos. in comment. decret. in explic. de elect. c. 10. nu. 4. Oddus in tract. de incompet. benef. p. 1. c. fi. nu. 71. vbi alios allegat Rebuff. in tract. de pacifica possess. nu. 324. Bern. in d. c. super litteris, nu. 72. de rescrip. Menoc. in tract. de arbitr. cas. 201. nu. 33. Nauar. cons. 1. de præben. Capra, reg. 97. nu. 39. quos omnes recenset Paris. in tract. de confiden. benef. q. 17. n. 7. & q. 9. n. 63. & q. 34 n. 43. & q. 8. nu. 11. & in tract. de resign. benef. lib. 4. q. 2. nu. 2. qui li-
2 cet per totam illam quæstionem hanc materiã latè, & doctè examinet, ita vt ferè nihil intactum remaneat, nihilominus, vt commodius in hoc opere inueniantur, eius dicta hic inserere decreui, aliquid solum addendo, & huius opinionis ratio esse potest, quia cum beneficium sit quid spirituale, vt in c. dilecto, de præben. vbi omnes Card. in clem. si iuxta in 2. q. de præbend. & cons. 131. in fi. Paris. d. q. 2.
3 Vital. in clem. multorum, num. 2. de pœnis, & laici sunt spiritualium penitus incapaces, & beneficiorum ecclesiasticorum. Anastas. Germon in tract. de indult. in §. in quibuscunque nu. 26. car. mihi 91. Anch. in c. cum de corpore, nu. 1. de cler. coniug. Crau. cons. 134 nu. 40. lib. 1. & cons. 1. & cons. 104. nu. 4. eod. lib Ferret. cons. 386. num. 7. lib. 2. & huius effectus ratio esse potest, quia cum beneficium ecclesiasticum sit quid spirituale, vt in c. dilecto, de præben. vbi omnes scribentes Card. in clem. si iuxta, in 2. q. de præben. & cons. 131. in fi. Paris. d. q. 2. n. 3. & laici sint penitus spiritualium incapaces, vt in cap. si quis deinceps 16. q. 7. cap. Messana, in c. sacros. de elect. c. causam quæ, de præscript. & dixi latè supra effectu 1. num. 502. sequitur, vt non possint habere
4 beneficia ecclesiastica, prout in simili dicimus de decimis, quæ cum sint quid spirituale clem. dispendiosam in iud. c. literas de iur. calum. Monet. de decim. c. 8. n. 1. Marc. Ant. Macerat. var. resol. lib. 1. resolut. 48. n. 11. Graff. in suis dec. aur. dec. 27. in tit. de decim. p. 2. Th. Zerol. in suis prax. Episc. in verb. de-
5 cimæ, vers. ad sextum dico, laicis non permittuntur c. causa, de præscrip. Felin. in c. cuiuscunque, col. 1. de script. Brun. in trac. super constit. in verb. decima soluitur Balb. de præscript. 2. p. prin. prima particula, q. 7. nu. 21. cum seq. Ferd. Vasq. controuers. Illustr. c. 82. n. 3. Bur. cõs. 50. n. 6. Graf. dec. 27. n. 27. Carpan. in statut. Mediol. c. 389. n. 1. p. 2 Feder. de Sen. cons. 245. in fi. Natt cons. 561. n. 3. Foller. in const. Regni quanto de decim in princ.
6 Ampliatur 1. prædictus effectus, vt habeat locũ, tam si beneficium conferatur laico ex collatione, quam ex resignatione, vel ex repræsentatione; quia nullo casu poterit illud obtinere. Nauar. cons. 2. de præbend. Paris. d. q. 2. nu. 1. & 5. Lambert. in tract. de iure patron. in vlt. p. 2. lib. q. 2. art. 3.
7 Ampliatur 2. vt laicus non solum non possit habere beneficium ecclesiasticum, verumetiam nec pensionem. Paris. in d. tract. de resign. lib. 4. q. 2. n. 7. vbi dicit, quod ita est ab omnibus communiter receptum, & obseruatum, & ratio esse potest, quia pẽsio est beneficium, & venit appellatione beneficij
8 largo modo. Gigans in tract. de pensio. q. 28. Ioann. Franc. a Ponte, cons. 24. n. 20. 32. & 33. Tusc. in lit. B, concl. 56. num. 5. qui dicit, quod hæc conclusio procedit etiam si Papa reseruaret talem pẽsionem motu proprio cum alijs, quos adduxi supra effectu 1. limit. 62. num. 1199.
9 Ampliatur 3. vt nec etiam per momentum temporis possit illud penes se habere vti laicus. Io. de Selua in tract. de benef. q. 23. p. 2. Bero. in c. super literis, nu. 72. de rescrip. Paris. d. q. 2. n. 13. Ideo si quis
10 dum est laicus obtinet beneficium, licet statim postea clericatum assumat, nihilominus illa collatio semper erit nulla Anchar. in c. si eo tempore, nu. 2. vers. item nota post glos. in verbo effectum, de rescrip. in 6. Fider. de Sen. consil. 290. nu. 8. Felin. in c. cum adeo, num. 4. & seq. de rescript. Tusc. in d. concl. 56. n. 2. & 4. Paris. d. q. 2. n. 8. 15. 16. 17. & 18. Et ra-
11 tio esse potest, quia habilitas, & consensus, superueniens post perfectum actum nullum ex defectu existente tempore actus, nihil operatur, not. in c. 1. de reg. iur. in 6. glo. in l. fi. §. necessitate, C. de bonis, quæ liber. Paulus de Castro in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, ff. solut. matr. Alex. in l. 1. §. quæsitum, col. 3. ff. ad Treb. Dyn. cons. 38. quod contra, Cappel. Tolos. dec. 127. item fuit quæsitum. Virgi. Boccac. in const. March. gl. 3. n. 27. f. 38. Neuiz. cõs. 18. n. 7. Marc. Ant. Macerat. var. resol. resolut. 21. n. 20. lib. 1. Surd. dec. 53. n. 17. Sic in simili dicimus de
12 testamẽto facto ab impubere, quod est a principio nullum, nam non validatur pubertate postea superueniente, l. si filius, qui in potestate, de liber. & posthu. Sim. de Pret. de vlt. vol. lib. 2. interpret. 1. solut. 4. n. 57. fol. 85. Surd. d. dec. 278. n. 30. nec per approbationem simpliciter factam. Alex. cons. 123. nu. 5. cum seq. lib. 1. Soc. iun. cons. 3. n. 5. & 7. li. 4. Surd. d. dec. 53. nu. 13. Soc. cons. 79. nu. 39. cum seq. lib. 4. &
13 idem est etiam in eo, qui aliquid gessit tanquã procurator, quod tempore actus gesti non erat procurator constitutus, vel erat constitutus, & ipse hoc ignorabat, namque si postea procurator constituatur, vel ad eum peruenerit scientia, quod fuit constitutus, non conualidatur actus prius nulliter factus, gl. ordin. in clem. 1. in ver. receptis, de procur. Boer. dec. 134. in prin. Marant. in pract. p. 4. dist. 16. n. 25.
14 car. 223. quod intelligas procedere, quando tempore superuenientis mandati res, & actus erat ex toto consumatus. Alex. cons. 146. n. 13. & seq. lib. 5. Io. Bat a Costa in tract. de retrotract. c. 8. casu 28. n.
15 1. 5. & seq. vbi more suo latè hanc conclusionem exagerat, & eodem modo dicimus, quod ius superueniens non spectatur ad conualidandum processum nulliter retrofactum casu, quo actus substantia præcedere debuisset. Alex. cons. 150. nu. 24. cum sequent. lib. 5. Capic. dec. 16. Bero. q. 102. Menoch. cons. 24. lib. 1. prout eum allegat a Costa in d. tract.
16 de retrotractatio. casu 2. cap. 8. num. 7. & 14. vbi optimè

16 optimè declarat quomodo hoc procedat, idem est in cõtractu in quo requiritur decretum iudicis, vel authoritas curatoris, nã si esset factus fine decreto, licet postea interueniat, non conualidatur amplius l. obligari, §. fi. ff. de author. tutor. §. tutor. instit. eod. Bald. in l. quęcunque C. de seru. Reipubl. manumiss. Bologn. cons. 59. col. 3. vers. sed hæc ratio Simoneel. de decret. in præfat. n. 36. cum seq. ideo si delegatus à principio non habebat iusditionem, sed eam nactus sit pendente processo, processus erit nullus, nec conualidabitur ex iurisditione superaueniente Bal. in l. 1. C. de pedan. iudic. Rom. cons. 160. n. 1. Alex. cons. 171. lib. 2. à Cost. d. tract. c. 9. cas. 7. n. 21. Blanc. de compromiss. q. 9. n. 2. vbi
17 loquitur in prorogatione compromissi, & dicit q non valet sententia interim lata; idem quod dicimus in alienatione, quæ fit in forensem stante statuto prohibente, & annullante alienationem fieri in forẽses, nam si is, in quem fuerit facta alienatio, tempore alienationis erat forensis, non conualidabitur alienatio, si is per ductionem vxoris, per priuilegium, vel per alium modum fieret ciuis, ita à Costa in d. tr. de retrotract. c. 9. cas. 14. nu. 4. & seq. cum multis alijs similibus, quæ possint adduci ad corroborantionem prædictæ conclusionis. Et idẽ est in cõtractu, in quo requiritur decretum iudicis, vel authoritas curatoris, nã si esset factus fine decreto, licet postea interueniat, non conualidabitur amplius, l. obligari, §. fi. ff. de author. tutor. §. tutor. instit. eo. tit. Et eodem modo exequutio, seu iudiciũ tentatum, ab eo, qui tempore incepti iudicij nullã habebat actionem, non conualidabitur per superuenientiam actionis Bero. q. 102. nu. 5. Affl. in vsib. feudorũ in c. 1. qui success. feud. n. 108. Paffet. cons. 81. n. 6. & ratio est, qa quando aliqd certo tpe fieri dẽt nisi eo tẽpore fiat, nihil valet, l. in delictis §. si extraneus ff. de noxalibus, & qñ aliqui qualitas requiritur à principio, nõ sufficit post factũ supuenire gl in clem. 1. verb. sciẽter de cõsang & affin. Fel. in c. examinata, n. 5. de iud. Io. Pet. Bim. cõs. 16. n. 3.

18 Ampliatur 4. vt ad nostra materia reuertamur, vt dictus 15. effectus clericatus, per quem solis clericis est permissum obtinere, & habere beneficia ecclesiastica, vt procedat etiam si is talis, quam beneficium obtinuit ab omnibus reputabatur clericus, quia incedebat in habitu, & tonsura Paris. in d. tract. de resign. benefic. lib. 4. q. 2. n. 19. cum multis alijs, quos latè allegaui sup. in prælud. n. 227.

19 Ampliatur 5. in clerico coniugato, qui nec ipse poterit habere beneficium ecclesiasticum, c. sanè, & c. quod à te de cler. coniug. Hostiens. in sum. tit. de cler. coniug. n. 1. ver. vtrum possit habere Anch. in c. Ioãnes, n. 5. de cler. coniug. & in d. c. quod à te, n. 4. Turrecrem. in c. si quis n. 2. & seq. dist. 32. Leli. Zecch. in trac. de priu. eccl. priuil. 76. n. 3. Rosel. in sum. in verb. clericus, il 4. n. 16. Capr. reg. 67. nu. 33. & seq. Alfons. Hoied. in tract. de copat. benef. p. 1. c. fi. n. 76. Libert. in tract. de iur. patron. lib. 2. p. 1. q. 7. art. 3. per tot. vbi scribit de hac ampliatione Paris. d. q. 2. num. 28. & 29. vbi testatur de com. opin. & nu. 99. & 100. vbi alios allegat. In tantum quòd si ei de facto conferretur absque dispensatione, tunc ab eo auferreretur per superiorẽ cõferẽtis, & eius cui cõfertur Abb. in c. diuersis, n. 1. de cler. cõiug. Et rõ est, qa clericus cõiugatus in omnibus reputatur laicus præter quã in priuilegio fori, & canonis. Paris. d. n. 100. vbi multos alios congerit.

20 Subampliatur hæc ampliatio, vt nec valeat consuetudo permittens quod clericus coniugatus possit habere beneficium ecclesiasticum, quia talis consuetudo esset irrationalis Anchar. in c. cum decorem, n. 2. de cler. coniug.

21 Primo limitatur ista ampliatio, quandocunque esset per papam dispensatum, tunc nu. ex dispensatione Summi Pontificis poterit beneficium obtinere Anan. in c. Ioannes, nu. 4. Anch. ibidem n. 5. de cler. cõiug. Turrec. in c. si qs n. 7. & 8. 32. dist. Sũma Rosel. in ver. clericus, il 4. n. 16. Henr. Bohic in c. diuersis, n. 3. de cler. coniug. q secus est in Episcopo, qui nõ poterit dispensare eum clerico coniugato, vt obtineat beneficiũ ecclesiasticum Io. de Silu. in tract. de benef. p. 1. q. 7. nu. 17. & 18. Capr. reg. 97.
22 n. 47. Paris. d. q. 2. n. 29. qui duo vltimi testantur de mag. com. opin. Et isto casu si Papa scit clericum esse coniugatum; & nihilominus ei confert beneficium, censetur cum eo dispensare, per ea, quæ latè dixi sup. eff. 4. fall. 23. n. 282. cum plurib. seq. & per ea, quæ copiosè congerit Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 20. n. 7. & seq.

23 Secundo limitatur in clerico, qui vna cum eius vxore vouit castitatẽ perpetuam, & habuit vnicã, & virginem vxorem, is namq: poterit beneficiũ obtinere Hẽr. Bohic in c. diuersis, n. 1. de cler. coniug.

24 Tertio limitatur in pẽsione, q̃ clericus coniugatus legitime habere, & possidere poterit Bohic in c. pred. n. 2. & dixi sup. eff. 1. limit. 62. n. 1215.

25 Ampliatur 6. vt nou solum laicus, verum etiam nec clericus suspensus poterit obtinere beneficiũ, & collatio ei facta erit nulla DD. in c. q translationem de elect. Gemin. cons. 133. DD. communiter in c. fi. 9. q. 2. Gabriel. cons. 161. n. 8. gl in c. ei cui de præben. in 6. Rebuff. in trac. de pacific. poss. nu. 191. & in tract. de nomiuat. q. 14. n. 42. Paris. iu tra. de resign. benefic. lib. 4. q. 2. n. 60.

26 Ampliatur 7. vt licet regulariter spoliatus sit ante omnia restituendus, vt est vulgaris regula, hoc tñ non habet locũ, vbi laicus esset spoliatus beneficio, Abb. in c. ex parte in fi. de restit. spol. Ripa in l. naturaliter, §. nihil cõc, n. 81. ff. acq. poss. March. in tr. de cõmis. q. 2. c. 3. secundi c. princ. n. 92. cart. mihi 412. vbi n. 93. dicit quod hoc non procedit, nisi quando esset notorium, vel concludenter probatũ, q spoliatus erat laicus Tusc. d. cõcl. 56. nu. 9. in lit. B, Menoc. de recup. poss. in prohe. n. 2. qui ad-
27 ducit rationem scilicet quia non est restituendus, qui possidere non potuit, & dicit idem esse in clerico, qui ageret ad restitutionem vxoris, qui constito de clericatu, nullatenus est restituendus, & codẽ modo dicimus in simili, quod laicus spoliatus perceptione decimarũ, nõ est ante omnia restituẽdus Fernãd. in lib. 2. controuer. Illustr. c. 89. n. 4. Couar. in lib. 1. variar. resolut. c. 17. n. 6. in princ. Gabriel. in suis concl. in tit. de rest. spoliat. cõcl. 1. n. 82. & seq. Alex. Monet. in tra. de decim. c. 5. n. 82. qui tamen dicit quod hoc non procedit vbi pro spoliatio extaret aliqua præsumptio contra spoliantem.

Ampliatur 8. in clerico ordinato ab alieno Episcopo absque literis dimissorialibus; quia licet

28 is sit verè clericus, ex quo per talem ordinationem fuit impressus caracter, vt dixi supr. eff. 1. ampl. 92. nu. 634. nihilominus non poterit obtinere beneficium: quia non hēt executionem ordinum, & quo ad se est suspensus Gabr. cons. 181. n. 6. & cons. 189. per tot. lib. 2. Rebuff. in tract. de pacifi. poss. n. 127. Gemin. cons. 133. DD. in c. fin. 9. q. 2. Gemin. cons. 132. Paris. in tract. de resign. benef. lib. 4. q. 2. nu. 58. & seq. & nu. 82. & 64. vbi dicit, quod paria sunt nō habere caracterem ad effectum beneficij obtinendi, & habere tali modo, vt careat exequutione, quia tunc est tanquam si non haberet, allegat Cardin. in clem. vt ij, qui num. 21. de ætate, & qual. ord. & clem. fin. nu. 3. eod. tit.

Ampliatur 9. in clerico ordinato ab Episcopo
29 hæretico, si hoc sciebat ordinatus Siluest. in sum. in ver. irregularitas, q. 7. Maiolus in trac. de irregul. lib. 4. c. 22. Paris. d. q. 2. nu. 96

Ampliatur 10. in clerico ordinato ab Episcopo
30 scismatico Paris. in d. q. præd. nu. 99. Maiol. lib. 4. c. 23. Ampliatur 11. vt dictus 15. effectus prohibēs
31 ne clerici possint obtinere beneficia ecclesiastica procedat ēt in eo, qui esset destinatus ad clericatū; vt si seruiret in aliquo seminario Dec. in c. cū adeo col. 2. de rescript. Crauet. cons. 134. n. 40. lib. 1.

32 Ampliatur 12. in clerico scienter ordinato ab Episcopo excōicato, vel suspenso Maiol. in tract. de irregul. lib. 4. c. 24. & 25. Paris. in tract. de resign. benefic. lib. 4. q. 2. n. 98. vbi dicit idem esse in ordinato Episcopo non baptizato.

Ampliatur 13. in clerico priuato priuilegio clericali; quia is non poterit obtinere beneficium, ac si esset laicus, quia vbi deficit fundamentum, superædificari non potest, c. cum Paulus 1. q. 1. Petr. de Greg. Tolos. ad cōment. Decreta in explic. de elec. cap. 10. num. 5. vbi ponit exemplum in clerico, qui per annum exercuit ministerium istrionatus, vel si antea ter monitus ab eo non desisteret, vel si clericus existens in minoribus vxorem duxerit, vel si negotiationi vacauerit, & ter monitus ab ea non desisterit, vel si artem vilem operatus est, vel similis factus esset.

Ampliatur 14. in clerico ordinato per saltum
34 quia talis prout laicus nō poterit habere bñficium Rebuff. in tra. de pacifi. poss. n. 230. Paris. d. q. 2. nu. 102. vbi dicit, quod hoc facit: tot. tit. de cler. p salt. promot. & præposit. in c. sollicitudo, col. 2. dist. 52.

35 Ampliatur 15. ēt si Papa conferret beneficium laico tanquam clerico, & illum nominaret clericu; ex quo talis nominatio nihil prodesset, neq; aliquod ius conferret Io. And. in reg. nō licet actor. de reg. iur. in 6. Boer. dec. 171. n. 12. Crauett. cons. 104. n. 4. lib. 1. Tusc. in lit. B, concl. 56. nu. 8.

36 Ampliatur 16. vt dictus 15. effectus non solum procedat in laicis, verum etiam in clericis sine dispensatione ordinatis extra tempora, Rebuff. in tra. d pacifica poss. nu. 231. Paris. d. q. 2. nu. 103

37 Ampliatur 17. in clericis bigamis, qui & ipsi sicut laici non possunt promoueri ad beneficia ecclesiastica late Pet. de Greg. in commēt. Decret. in tit. de elect. c. 10. in princ.

38 Ampliatur 18. in eo, qui est ordinatus ante legitimam ætatem (nisi adsit dispensatio per Summū Pontificem) quia tales sunt perpetuo suspensi per quandam Bullam Pij II. incipientem, cum ex sacrorum ordine, quem refert Paris. d. q. 2. num. 104. cum plur. seq.

39 Ampliatur 19. vt procedat in eo, qui dum est laicus impetrat literas expectatiuas ad beneficium, namque si postea efficiatur clericus, etiam si tempore impetrationis ipsius expectatiuæ incederet in habitu clericali, non posset ipsum beneficium obtinere Fider. de Sen. d. 4. cons. 290. nu. 8. Tusc. in lit. B, concl. 56. nu. 3

40 Ampliatur 20. vt procedat etiam si Papa mandaret prouideri, scolari cupienti se clericali caractere insigniri; quia non potest illi conferri beneficium, nisi postquam fuerit factus clericus Abb. in c. ex literis nu. 3. de transact. Boer. d. dec. 171. nu. 5. Tusc. d. concl. nu. 7

41 Limitatur primo prædictus 15. eff. vbi laicus esset dispensatus per Summum Pontificem; quia ex dispensatione summi Pontificis laicus poterit habere beneficium Capr. reg. 97. n. 34. Rotell. in sum. in verb. clericus, il 4. nu. 16. Paris. in d. tract. de resig. benefic. lib. 4. q. 2. nu. 32. & 33. & vbi adducit rationem; quia scilicet per dispensationem impossibile fit possibile, glos. in c. gratia in ver. non potest de rescrip. in 6. Abb. in c. quod Dei, col. 2. de stat. mon.

43 Limitatur 2. vbi eadem die fuisset quis promotus ad beneficium, & ordinatus; quia tunc esset valida collatio Paris. d. q. 2. n. 35. & 36. qui affert optimam rationem; quia vbi ad essentiam substātialem actus, & aliquid debet præcedere, & aliud sequi, si vtrumq; reperiatur factum eodem die, in dubio præsumitur præcessisse id, quod debebat præcedere ad validitatem, Fel. in c. pastoralis, nu. 5. vers. ad identitatis, de rescrip. Rot. dec. 1 in tit. de præsumpt. in antiquis Menoc. latè in tractat. de præsumpt. Cefal. cons. 316. nu. 67. lib. 3. Et idem est si eodē die mors, & collatio reperiuntur, nā præsumitur quod mors præcesserit collationem Paris. ibi. nu. 37

Et horum omnium ratio est; quia in dubio capienda est præsumptio: vt actus valeat, l. quoties, ff. de reg. iur. l. quoties, ff. de reb. dubijs DD. in l. 1. ff. solut. matr. Dec. in c. constitutus, nu. 6. de rescript. & in c. cum super num. 34. de offic. deleg. Alex. in l. centurio, col. 2. ff. de vulg. Fel. in c. cum inter de except. Dec. in cons. 77. nu. 5. Gozad. cons. 82. num. 6. Grat. cons. 81. nu. 13. lib. 1. Pedam. dec. 163. num. 2. Ruy. cons. 108. nu. 8. lib. 5. Cepoll. cons. 34. num. 4. in ciuil. Roland. à Vall. cons. 65. nu. 16. lib. 1. Mascard. concl. 39. nu. 2. Cefal. cons. 216. n. 24. Soc. iun. cons. 35. num. 15. lib. 4. Mars. in tract. de bannit. in verb. sententia, §. 3. nu. 18. & 411

Limitatur 3. vbi laicus incederet in habitu, & tonsura, & beneficium impetraret sub nomine clerici, quia tunc (secundum aliquos) esset valida impetratio; ex quo is talis potest dici clericus animi destinatione Compostell. in c. cum adeo de rescrip. sed in hoc contraria opinio est com. recepta per scribent. in d. c. cum adeo, prout de com. testatur Ioan. de Anan. ibidem in fin. & dixi in præsenti eff. nu. 18. nisi primam opinionem intelligamus quādo is talis, qui beneficium impetrat haberet tantum primam tōsuram, quia is talis comprehenditur appellatione clericorum, vt dixi in prælud. nu. 300. & ideo poterit beneficium obtinere.

Limi-

48 Limitatur 4. in collatione Hospitalis, quae potest fieri in fauorem simplicis laici, cui potest dari in administrationem clem. quia contingit, de relig. domib. & ibi com. DD. Paris. in tract. de resign. benef. lib. 4. q. 2. num. 41. & ratio est, quia hospitalia, quae dantur in regimen, & administrationem, non ve-
49 niunt appellatione beneficiorum, clem. per litteras, de praebend. Sarnent. ad reg. de annal. q. 3. nu. 2. Anastas. Germon. in tract. de indult. in §. regularia, nu. 40. car. mihi 100.

50 Sublimitatur tamen haec limitatio, quando hospitale daretur in titulum, quia tunc non posset cōferri laico, ex quo tali casu venit appellatione beneficiorum. Sarnen. d. q. 3. n. 7. Milleus in suo reper. in verb. beneficij appellatione. Rebuf. de reg. de infirm. gl. 5. & de nominat. q. 15. nu. 14. Germon. loc. cit. n. 40. 41. & 42. vbi quomodo cognoscatur, quādo hospitale est collatum in titulum, & quando in administrationem.

51 Sublimitatur 2. quando collatio hospitalis esset facta in laicum, qui narrauit se esse clericum, quia isto casu collatio esset nulla. Paris. d. q. 2. nu. 4.

52 Limitatur 5. quando in cōfessione beneficij fuisset apposita clausula (quam primum ad clericatum fuerit assumptus) quia potest conferri beneficium laico, si collatio habet istam clausulam, & si non sit clericus, sed tantum saecularis, quamprimum clericali caractere fuerit insignitus, quia tunc esset valida collatio, quamuis esset laicus tempore datae. Gabriel consil. 186. num. 3. & seq. lib. 1. latè Paris. in tractat. de resignat. benefic. lib. 4. quaest. 2. num. 46. & sequent. sic etiam in simili dicimus, quod incapax potest institui haeres cum clausula (cum fuerit ca-
53 pax, vel legitimatus) l. in tempus, ff. de haered. institu. Bald. in l. Gallus, §. instituens, num. 2. ff. de liber. & posthum. vbi Alexan. Socin. & Iason. Paul. de Castro in d. l. Gallus, §. quid si his, qui Paris. cons. 23. num. 24. in fine, lib. 3. Socin. iun. consil. 121. num. 25. lib. 2. Io. Crot. cons. 425. nu. 48. communiter refert
54 Curt. iun. cons. 84. nu. 3. vbi etiam potest institui filius captus ad hostib. sub conditione (si reuertatur) ex quo sufficit, quod capax sit tempore acquisitionis, & de communi testatur, & ratio est, quia sufficit vt sit capax tempore acquisitionis. Dec. cons. 40. Pau. de Castro cons. 301. praedicta dubia vers. ad primum respondetur lib. 2. Simon de Pret. de interpr. vlt. volunt. lib. 2. interpr. 2. solut. 1. nu. 38.

55 Limitatur 6. quando per longum tempus tenuit beneficium tanquam clericus, quia tunc praesumitur clericus. Boer. d. dec. 171. n. 8. Tusc. d. concl. 56. nu. 18. qui tamen num. 20. videtur contrarium concludere, allegat Gram. dec. 18. nu. 15.

SVMMARIVM.

1 Clericus non potest dari tutor in testamento, nec per curiam, & quid eo volente, num. 3. & 19. & quid quando pupilli sunt pauperes, & miserabiles. nu. 17. quod limit. quando alius non inuenitur num. 18. quid in monacis, num. 20.

2 Clericus tutor potest reijci a limine iudicij stante nullitate tutelae.

4 Legatum si sit factum clerico, vt suscipiat tutelam filiorum testatoris, potest quidem illud habere, & tutelam recusare, sic etiam miles, num. 5.

6 Episcopi, & caeteri dignitate constituti non possunt esse tutores.

7 Clerici non solum excusantur a tutela, quando sūt clerici, sed etiam ab ea, quam incipiunt administrare.

8 Tutor excusatur a tutela, quando superuenit infirmitas, etiam quod inceperit administrare.

9 Tutor excusatur a tutela ex militia superueniēte.

10 Priuilegium superueniens non solum excusat a muneribus praesentibus, sed a futuris.

11 Dignitas superueniens soluit vinculum obligationis praecedentis.

12 Tutor an excusetur propter impedimentum, si fuisset procuratum tale impedimentum, & nu. 13.

14 Clericus suscipiens clericatum, vt excusetur a tutela, remanet tantum excusatus donec permanserit in clericatu.

15 Clericus fruitur immunitate dum est clericus tātū.

16 Clericus non potest admitti ad clericatum, quando reperitur tutor, nisi deposita tutela.

21 Clerici vnam tantum tutelam suscipere possunt, & debent esse coniuncti, nu. 22. & proximiores pupillo, nu. 23. 24.

25 Clericus, qui noluit acceptare tutelam, priuatur successione pupilli.

26 Clericus, non petens tutorem pupillo cui erat successurus priuatur eius successione.

27 Tutor an excusetur propter numerum filiorum in quo adsunt clerici.

28 Filij naturales, & filij religiosi prosunt parentibus ad obtinendum immunitatem concedendam ob duodecim filios.

DECIMVSSEXTVS EFFECTVS.

1 
Extusdecimus effectus clericatus est, vt clericus non possit dari tutor in testamento, neque per Curiam, & dans peccaret, c. Cyprianus, & ibi glo. 21. q. 3. c. peruenit, vbi etiam glos. 86. dist. l. generaliter, iuncta authent. sed hodie, C. de episcop. & cleric. vbi DD. §. Deo amabilis, vbi Bartol. num. 1. in authent. de sanctiss. Episcop. Specul. in tit. de tutor. §. generaliter, num. 10. glos. & communiter DD. in §. idem, & in milite instit. de excus. tutor. Franc. Aret. cons. 26. nu. 3. vers. circa secundum dubium. Abb. in c. non eo minus. n. 15. de immu. eccl. Io. Oinot. in §. idem in milite, nu. 3. institu. de excus. tut. Addent. ad Bald. in l. & post, nu. 12. ff. de transact. Moli. de iusti. & iur. tract. 2. dispu. 121. vers. religiosus tutor, car. mihi 889. & vers. clerici in sacris eadem carta. Viui. dec. 151. n. 7. Caualc. dec. 19. n. 15. lib. 3. Foller. in add. ad Marant. in pract. p. 4. dist. 11. nu. 65. car. mihi 203. Caroc. decis. 17. n. 20. Simon Maiol. in tract. de irreg. lib. 3. c. 25. nu. 2. Io. Pels in process. iud. tit. 5. nu. 9. Io. de Deo in doctr. aduoc. lib. 3. c. 10. n. 11. Caualc. in tract. de tutor. & curat. n. 188. Thomat. in tract. de muner. in §. seu sect. si quispiam, num. 10. carte mihi 276. Alciat. in tract. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 18. Bertrand. cons. 116. p. 2. lib. 2. Anton. Piag. in tract. de tutor. & curat. q. 3. nu. 1. 2. & 3. Scrader. in tract. de

 feud.

feud.p.10.sect.20.nu.27.Nicol.de Neap. in l. sedet miles,in fi.prin.ff.de excus.tur.Maccabr.conf.37.n. 81.Monta.in tract.de tutel c.35.reg.1.nu.195. vbi ponit rationem ne scilicet clerici, qui sunt ministerijs ecclesiasticis ascripti, & in eis semper debent vacare occupentur alijs negotijs prosanis,quam rationem ad hoc propositum adduxerunt etiam Cuiac.Nouell.123.& in tit.de prescrip.c.16.in fi.Germon.in tract.de sacror.immun.lib.2.c.15.nu.13.

2 Ampliatur 1.iste effectus 16. vt in tantum sit verus,quod clericus agens vti tutor datiuus,vel testamentarius potest ei opponi de nullitate tutelæ, & propterea reijci a limine iudicij. Io.de Deo.in doctr.aduoc.lib.3.c.10.n.11.Caualc.dec.19.n.15.li.3.

3 Ampliatur 2. vt nec et volentes possunt suscipere tutelam testamẽtariam,vel datiuam. Auth.præsbyteros,& ibi DD.C.de episc. & cler. c.fi.d.86.c. Cyprianus 21.q.3.glo.in l.generaliter, in verb. ipso iure,vbi etiam Sal.& ceteri scribentes,C.de sacrosf. eccl.gl.in c.peruenit, dist.86. Spec. in tit. de tut.§. generaliter,n.10.Bar.cõs.143.li.1. Franc. Aret.cõs. 26.nu.3.Stef.Bertran.cons.116.lib.2.p.2. Alciat. in tract.de præsumpt.reg.3.præsumpt.18. Caualc. in tract.de tut.& curat.nu.288. Piag.in eod.tract.q.3. nu.1.quos etiam refert,& sequitur Scrader. in trac. de feud.p.10.sect.20.nu.27.ver.quinimo clericis.

4 Ampliatur 3. vt hic effectus procedat etiã si clerico sit aliquid legatum cum ista conditione,vt suscipiat tutelam filiorum testatoris, quia ea non obstante poterit legatum consequi,& a tutela se excusare.Alber.in Auth.præsbyteros,nu.2. C.de epis.&
5 cler.Caroc.dec.17.num.18.& 19.dicit idem esse in milite terrestris militiæ,l.ab administratione, C.de leg. Bal conf.356.in prin.lib.4. Ang.conf.166.post prin.Grat.conf.84.in fi.lib.2.

6 Ampliatur 4. vt hoc idem procedat in Episcopis, ac cæteris in dignitate constitutis, qui nec poterunt esse tutores, nisi miserabilium personarum, quarum bona perirent, nisi sint ab eis subleuati. Molin.in tract.de iust. & iur.tract.2. disp.221.vers. Episcopus etiam tutor,car.mihi 889.

7 Ampliatur 4. vt clerici non solum excusentur a tutela, quæ eis defertur tempore quo sunt clerici, verumetiam ab illa, quam iam inceperunt administrare,namque si volunt clericari, vel monacari possunt ab ea se excusare,c.1.iuncta gl.de oblig. ad ratiocin.Io.Pelf.in tract.process.iudiciar.tit.de tut. & curat.tit.5.n.9.f.85.Vinc.Mancin.de tutel.q.7.princip.n.28.f.58.Borgin.dec.19.n.15.Caroc.d.dec.17 n.20.Burg.de tutor.nu.288. Spec.in tit. de tutel.§. generaliter,n.11.Mõtan.de tutel.c.35.n.199.f.168 & ratio videtur esse, quia dignitas superueniens soluit vinculum obligationis præcedentis etiam volũtariæ contractæ,l.interdum,ff.de oper. liber. Mar-
8 sil.de fideius.n.137.quod corroboratur ex eo,quod in simili dicimus de tutore, cui superuenit infirmitas, quia & is propter infirmitatem superuenientem excusatur a tutela, quam prius administrare inceperat,l.& non tantum, & l. post susceptam, ff.de tutel.l.2.§.his illud, C. quando mulier tutelæ mun. fungi possit,l.non solum,§.fin. ff.de excus. tutor. & tot.tit.C.qui morbo se excus. Magon. in Rot.Flor. dec.43.n.6.Aetius de infirm.p.2.in verb. tutela,n.2 Monta.in tract.de tutel.c.35. reg.1.nu.152. Siluest. in §.item propter,nu.1.instit. de excus.tut. & idem
9 dicimus de eo cui superuenit militia, quia propter militiam superuenientem excusatur a tutela, l.milites,vbi DD. C.qui dari tutores possunt. Ang. in §. item maior.n.5.instit.de excus.tut.nec admittuntur Monta.de tut.c.35.n.184.Caroc.d.dec.n.18. & tamen clerici habent omnia priuilegia concessa militibus armatæ militiæ,vt dicã inf.eff.19.n.1. & voluerunt gl.Bar.& Ang.in l.milites,ff.de iud.Euer.in loco a milite armatæ militiæ,Caroc.d.dec.17.n.19

10 Et prædictorum omnium ratio est, quia priuilegium superueniens non solum excusat a muneribus futuris,sed etiam a præsentibus,l.Spadonem,§.si ante quis,& l.iurisperiti in prin.ff.de excus.tut. Mars. in repet.rubr.ff.de fideiuss.nu.136. Velasc. dec.58.
11 nu.10.& dignitas superueniens soluit vinculũ obligationis præcedentis etiam voluntariè contractæ, l.interdum,ff.de oper.lib.Mars.d.rub.nu.137.

12 Nec obstat,quod dici fortasse posset, quod scilicet,ex quo hoc impedimentum est procuratum,& peruenerat facto ipsius tutoris, ideo excusari non debet,l.2.§.simili modo, ff.si quis cautio, vbi Bart. Siluest.in §.item tria onera,n.9.13.& seq.de excusat.tut.clem.2.§.illis,& ibi glo.de pen. vbi Cardin. Bertach.in ver.impedimentum,vers.9. & 19.Surd. dec.189.nu.28.& dec.203.nu.15.& in tract. de aliment.tit.7.q.36.n.8.Io.Bapt.a Costa in tract.de iur. & fact.ignor.inspect.20.nu. 3.f.42.idem Surd.cons. 371.n.96.Serafin.de priuil.iuram. priuil.4. nu.102. cum plur.seq.vbi hoc multis medijs corroborat,&
13 in terminis affectati impedimenti, vt quis se excuset a tutela,quod affectanti non prosit, latè Syluest. in d.§.item tria onera,nu.9.cum multis sequent. instit.de excus.tut.quia respondeo,quod prædicta nõ procedunt in hoc impedimento, quod licet perueniat ex facto ipsius excusand., nihilominus non est præsumẽdum,quod illud affectauerit malo animo, & vt omnino se excusaret a tutela, sed vt a Deo se dicaret,& transiret in famulatum domini,quia qualia sunt principia, talia præsumuntur principiata, vt dixi sup.eff.1.lim.61.n.108. vbi examinaui materiam de eo, qui se facit clericum post patratum delictum, quæ omnia ibi dicta multo magis militãt in casu præsenti, & ne eadem repetam, ad ibi scri-
14 pta me remitto. Est bene verum,quod si quis fecerit se clericum & propterea fuit excusatus a tutela, non remanebit perpetuo excusatus, sed donec, & quousque clericus permanserit. §.item qui Reipublicæ,instit.de excus.tut.l.omnem rem, ff.de tut. & cur. datis ab ijs. Et pro hoc facit,quod dixi sup.
15 eff.3.lim.15.nu.292. vbi dixi, quod clericus fruitur immunitate dum est clericus,& statim quod desinit esse clericus, deficit immunitas, sic etiam dicimus de eo,qui est absens causa Reipublicæ, qui postquã reuertitur potest cogi recipere onus tutelæ, l. non solum in princ.de excus.tut.Siluest.in §.item ij, qui num.9.instit.eod.tit.

16 Et non solum clericus non potest esse tutor, vt dixi principio huius effect. & excusatur a tutela, quam de præsenti regit,vt dixi in hac ampliatione, verum etiam si reperitur esse de presenti,vel fuisset de præterito tutor, non potest admitti ad clericatum, nisi deposita tutela, & reddita ratione præteritæ administrationis,c.vnico.de oblig.ad ratiocin.

vbi

vbi omnes scribentes Paul. Montan. in tract. de tut. c.31. reg. 1. num. 199.

17 Limitatur modo prædicta conclusio, siue effectus, vt non habeat locum, quando pupilli sunt pauperes, vel miserabiles personæ, tunc. n. clerici, accedente authoritate superioris, non tantum possunt, sed etiam coguntur tutelam suscipere, & agnoscere, c. 1. d 88. c. peruenit 86. dist. l. & orfanotropos, C. de episc. & cler. gl. fi. in c. fi. d. 86. c. 1. ne cler. vel mon. Isidor. Moscon. de maiest. militan. eccl. li. 1. p. 2. c. 2. vers. tutelas autem car. mihi 411. Oinotom. in §. idem, & in milite, n. 3. instit. de excus. Molin. de iusti. & iur. tract. disp. 221. vers. religiosus tutor. & ver. clerici in sacris car. mihi 889. Faber, in auth. præsbyteros, C. de episcop. & cler. Rebuff. super const. Galliæ in tit. de sent. prouis. ar. 3. gl. vlt. nu. 24. vbi dicit, quod ad hoc possunt compelli. Foller. in add. ad pract. Maran. p. 4. dist. 11. n. 65. car. mihi 203. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. nu. 12. Fusc. in sing. lit. C, nu. 113. qui dicit, quod isto casu potest dari etiã monacus. Specul. in tit. de tutor. §. generaliter, num. 17. Piagg. in d. tract. de tutor. & curat. q. 3. n. 4. 5. 6. & 7. Aret. in §. item maior, nu. 6. instit. de excus. tut. Mõta. in tract. de tutel. c. 35. reg. 1. n. 197. Scrader. in tractat. de feud. p. 10. sect. 20. nu. 23. ver. præterea. Quę
18 limitatio sublimitantur, vt tantum procedat, quando alius tutor non posset inueniri ita aptus, vt possit bona pupilli gubernare, & sic in subsidium Io. Faber in auth. præsbyteros, C. de episc. & cler. & in §. minores instit. de excu. tut. Aret. in §. item maior, nu. 3. circa fi. instit. eod. tit. Mont. & Schrader in locis proximè allegatis.

19 Limitatur 2. vt licet clericus non possit dari tutor per testatorem, neque per iudicem compelli ad suscipiendum tutelam, nihilominus si vult poterit legitimam tutelam subire, l. generaliter, & auth. præsbyteros ibi posita, C. de episc. & cler. & ibidem gl. & Pau de Castro. Bar. cons. 143. lib. 1. & in §. Deo amabilis, nu. 1. in authen. de sanctiss. episc. & in l. legitimas, §. si legitimus, nu. 1. ff. de legit. tut. glo. in c. peruenit 86. dist. & in l. generaliter, in ver. ipso iure, & ibi Sal. & Io. Faber, C. de sacrosf. eccl. gl. in §. idem & in milite in ver. nec volens, & ibi Ang. Aret. Io. Faber, & Siluest. Aldobr. instit. de excus. tut. Bal in l. generaliter, nu. 13. & 14. C. de episc. & cler. & cons. 45. nu. 1. vol. 2. Spec. in tit. de tutor, §. generaliter, n. 10. Ant. de Nig. in clem. vnica, n. 92. de vita, & hon. cler. Bertrand. cons. 116. nu. 1. lib. 2. p. 2. Aret. in §. item maiore, nu. 3. & 6. insti. de excus. tut. & in §. sed hoc iure, nu. 3. & 6. de Atilian. tut. Abb. in cap. non minus, n. 15. de immun. eccles. Franc. Aret. cons. 76. nu. 3. Caualc. in tract. de tut. & cur. n. 288. Viu. dec. 151. n. 7. Foller. in addit. ad pract. Marant. p. 4. d. 11. n. 65. car. mihi 203. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. nu. 13. Nicas. in §. & qui nu. 20. instit. de excus. Io. de Deo in doctr. aduoc. lib. 3. c. 10. nu. 11. Hartman. in lib. 2. pract. Forens. in miscellan. c. 2. obseru. 8, num. 8. Caroc. d. dec. 17. n. 20. Ant. Piagg. in tract. de tut. & curat. q. 3. nu. 1. 2. & 3. Molin. de iusti. & iur. disp. 221. ver. clerici in sacris car. mihi 889. Schrader. in tract. de feud. p. 10. sect. 20. nu. 27. vers. legitimã vero Thomat. in tract. de muner. in §. seu sectio. incip. si quispiam, nu. 10. car. mihi 276. vbi dicit, quod ad hoc suadentur ratione charitatis, & quod ad Christianum, ac religiosum spectat suis sanguine coniunctis opem ferre, & vlterius addit, quod vt possit suscipere huiusmodi tutelam requiritur licentia Superiorum, ex quo tutela est officium distrahens a diuinis, quod dixerunt etiam Alciat. in tractat. de præsumptio. regula 3. præsumptio. 18. num. 2.
20 Caroc. & Caualc. in locis proximè allegatis. Primo intelligas hanc limitationem, vt procedat tantum in clericis sæcularibus, secus in monachis, ac cæteris regularibus, & Episcopis, qui ad nullam tutelam admittuntur etiam legitimam. Specul. in tit. de tutor. §. generaliter, nu. 10. Io. Paris. in process. iud. tit. 5. n. 9. Maccabr. cons. 37. nu. 82. Molin. de iustit. & iur. tract. 2. disp. 221. ver. religiosus tutor, car. mi-
21 hi 889. Secundo intelligas, vt clerici sæculares vnã tantum, & non plures possint suscipere legitimam tutelam. Monta. in tract. de tutel. c. 35. reg. 1.

22 Tertio intelligas, ut admittantur ad tutelam cõiunctorum vsque ad quartum gradum tantum, & non vltra. Manci. in tract. de tutel. in 7. quæst. princ. c. 2. n. 28. Maccabr. cons. 37. nu. 83. 84. & 85. vbi respondet Io. de Plat. & Ang. & Aret. tenentibus contrariam opinionem, & adducunt rationem .s. quia cum tutela regulетur a successione, & hæreditate, l. 1. in princ. ff. de legit. tut l. fi. C. eod. tit. auth. sicut hæreditas, C. eo. tit. dicendum est, quod sicut hodie clerici admittuntur ad succedendum vsque ad quartum gradum. §. interdicimus in auth. de ecclesia. titu. collat. 9. ita debent admitti ad tutelam, l. 1. §. 1.
23 ff. de legit. tutor. Thom. d. nu. 10. vbi dicit, quod tũc admittitur, quando est proximior pupillo, & eidem ab intestato successurus. Quarto intelligas, vt licet admittatur ad prædictam legitimam tutelã si vult, nihilominus non potest cogi ad eam subeundam, & acceptandam. Viu. dec. 151. nu. 7. qui dicit, quod neque a iudice laico, neque ab ecclesiastico potest ad hoc compelli. Bald. in l. præsbyteros, nu. 1. C. de episc. & cler. multos allegat Bertach. in ver. clericus etiam in minoribus. Monta. in tract. de tutel. c. 35. reg. 1. n. 196. quidquid in contrarium tenuerit Foller. in add. ad Marant. in pract. p. 4. dist. 11. num. 65. carte mihi 203.

24 Limitatur 2. & vltimo, vbi clericus daretur tutor pupillo, cuius tutela legitima testamento non facto ad istos clericos delata fuisset Thomat. in trac. de muner. in §. seu sect. si quispiam, nu. 10. carte mihi 276. Scrader in tract. de feud. p. 10. sect. 20. n. 27. vers. & illud quod.

25 Quæro 1. an clericus tutor legitimus, qui nolit suscipere tutelam, priuetur successione pupilli, iuxta tex. in l. sicut hæreditas, C. de legit. tutor. & dico quod non, quia clericus potest succedere pupillo etiã quod noluerit subire tale onus, c. peruenit 86. dist. Graff. in dec. aur. p. 2 lib. 3. c. 2. nu. 13. in fi.

26 Quæro 2. an clericus ob non petitum tutorem pupillo cui ab intestato erat successurus amittat ipsius pupilli successionem, & dico, quod non, prout de hac quæstione fui latè loquutus sup. eff. 2. limit. 31. nu. 241. & 242.

27 Quæro 3. an filij religiosi prosint patri ad se excusandum ab onere tutelæ propter numerum filiorum, & dico, quod sic. Monta. in tract. de tutel. c. 35 reg. 1. nu. 68. sicut in simili dicimus, quod tales filij religiosi etiam naturales parentibus prosint ad obtinen-

tinendam immunitatem ob numerum duodecim filiorum, & numerum faciunt, ita Apont. consi. 16. n. 21. vbi testatur de com. Gaspar. Thesaur. in aureis addit. ad dec. sui patris, dec. 267. ver. ampl. nono.

SVMMARIVM.

1 *Clerici tenentur quotidie recitare horas canonicas, iuxta Rit, S. Romanæ Ecclesiæ alias peccant mortaliter, & afficiuntur varijs pœnis n. 2. 3. 4. 5. & 6. & an propter studium, num. 15. & 16. & quid in religiosis, qui non sunt in sacris, & monacis, num. 18. & 19. limit. in clericis in minoribus, num. 33*

7 *Clericus beneficiatus ommittens dicere totum officium tenetur restituere ratam illius diei, & si matutinum, perdit dimidium ratæ.*

8 *Extrauagantes super recitatione officij procedunt in beneficijs simplicibus, & quid sub in beneficijs habentibus seruitium annexum.*

9 *Fructus in beneficijs computantur pro toto anno, & non pro vna die, qua forsan non percipiuntur fructus.*

10 *Restitutio fienda ex fructibus beneficij ob non recitationem officij, cui sit facienda.*

11 *Pauper an possit sibi applicare eleemosinam si est distributurus eleemosinam inter pauperes.*

12 *Clericus beneficiatus priuatur beneficio, si ter monitus per duos dies infra terminum quindecim dierum prætermiserit totum officium.*

13 *Clericus potest facere compositionem cum Papa, vel Episcopo, vt aliqua pars fructuum beneficij applicetur, fabricæ Ecclesiæ, quando non recitauerit officium, lim. n. 14*

17 *Milites Hierosolimitani tenentur recitare horas canonicas, prout alij religiosi.*

20 *Conuersi alicuius monasterij non tenentur dicere horas canonicas, sed certas orationes.*

21 *Clerici excommunicati, degradati, suspensi, & interdicti non excusantur a recitatione officij, sed non publice, nu. 22*

23 *Monialis quæ scit legere tenetur recitare officium.*

24 *Clerici itinerarius, & peregrinus an teneatur recitare officium, & quid in eo, qui est impeditus pro administrandis bonis temporalibus ecclesiæ, n. 25. & quid propter litem, n. 28*

26 *Consuetudo quod impeditus non teneatur recitare officium non valet, secus si consuetudo esset circa modum recitandi, n. 27*

29 *Papa an possit statuere, quod clerici in sacris constituti non sint obligati quotidie recitare horas canonicas, lim, n. 30. & 32*

31 *Clerici de iure diuino tenentur ad septem horas canonica.*

34 *Clerici in minoribus, licet non teneantur recitare officium magnum, tenentur tamen recitare officium B. Mariæ, secus quando sunt beneficiati, quia tenentur ad officium magnum, n. 35*

36 *Clericus in minoribus, qui habet pensionem, tenetur recitare officium, quotidie, sicut sacerdos.*

37 *Clericus beneficiatus, si fructus beneficij sunt per Papam alteri reseruati, tenetur recitare officium, etiam si seruiret per substitutum in beneficio, numero 38. etiam si beneficium esset parui momenti, numero 39. & 40*

38 *Beneficiatus tenetur recitare officium etiam si seruiret per substitutum, aut esset parui momenti, nu. 39. & 40*

41 *Clericus beneficiatus an teneatur recitare officium si non possidet beneficium, licet fuerit ad illud promotus, & alius reperiatur intrusus.*

42 *Clericus resignans beneficiũ statim quod illud transtulit in alium est liberatus.*

43 *Clericus in minoribus, qui ratione beneficij tenetur recitare officium, si illud non recitat tenetur restituere ratam fructuum, & peccat mortaliter, & num. 44*

45 *Infirmitas grauis excusat clericum à recitatione officij, & num. 46. nec etiam tenetur audire illud, nu. 47. 48*

49 *Clericus qui propter infirmitatem non tenetur recitare officium non cogitur aliquid dicere eius loco, nec post reconualescentiam recitare, nu. 58*

50 *Iustum impedimentum, quod euitari nõ potest sine scandalo, excusat à recitatione officij.*

51 *Clericus qui ob paupertatem non habet breuiariũ an excusetur a recitatione officij.*

52 *Clericus non satisfacit recitando officium cum labijs, sed requiritur attentio.*

53 *Horæ canonicæ debent recitari continuè quantum fieri potest, & non sunt interrumpendæ.*

54 *Ommittens per errorem, vel aliam causam dicere vnam horam, & dixit sequentem non tenetur ambas iterum recitare; sed ommissam tantũm, in salmis, num. 55*

56 *Clericus obligatus recitare officium tenetur illud recitare secundum consuetudinem diæcesis in qua est beneficiatus.*

47 *Clericus existens in peccato mortali recitando officium non meretur.*

59 *Clericus habens plura beneficia non tenetur pluries recitare officium, & quid si beneficia essent in diuersis diæcesibus differentibus, nu. 60*

61 *Clericus secularis potest recitare officium in quacumque hora diei.*

62 *Matutinum cũ laudibus potest dici de sero pro die sequenti.*

63 *Religiosus assumptus ad Episcopatum, vel ad aliã curam ecclesiæ secularis nõ tenetur dicere officiũ secundum ordinem religionis.*

64 *Recitans officium diglutiendo versus salmorum smozando verba non satisfacit præcepto recitandi officium.*

65 *Recitans officium priuate non tenetur stare genuflexu, nec capite denudato.*

DECIMVS SEPTIMVS EFFECTVS.

1 Decimus septimus effect. clericatus est, vt clerici teneantur quotidie recitare horas canonicas iuxta determinationem, & Ritum S. Romanæ Ecclesiæ præter aliquos religiosos, qui habent officiũ propriũ, alias illud non recitando peccat mortaliter, & & licet de materia prẹsẽtis effectus integros tractatus fecerint Nauarr. in com. de oratione, & haris canonicis; & Marcell. Francol. in tra. de tẽpore horarum

rum Canonicarum, nihilominus circa eum breuiori methodo procedendo ea solum referam, quæ mihi videntur magis vtilia,& vsu frequentia; dico ergo, quod clerici tenentur recitare psalteriū quotidie, vt dixi, ita habetur in c. dolentes, de celebrat. Missarum, glo. in c. fi. 91. dist. Abb. in c. 1. n. 4. de celebr. Miss. & in c. tuis, n. 7. de præben. Turrecr. in c. præsbyter, n. 8. 91. dist. Nauar. in Manual. confess. c. 25. n. 97 & 98. Iacobus de Carolis in geminato Pauone, colore 6. n. 28. & 32. vers. hinc legitur in Exodo, carte mihi 273. Lancell. Corrad. in templ. iud. li. 1. c. 1. de Pontifice Maximo, nu. 20. car. mihi 167. Cabel. super constit. Egid. lib. 3. c. 18. gl. vnica, carte mihi 174. Nauar. de horis canonicis, c. 6. n. 1. & 2. summa Rosel. in ver. horæ canonicę, in prin. Rimin. iun. cons. 672. num. 63. lib. 6. in tantum quod clerici
2 non recitantes diuinum officium singulo die, varijs pœnis afficiuntur, quarum prima est, quod peccant mortaliter, & hoc, tam si dimittunt totum officium quam si aliquam partem notabilem ipsius, quia semper committunt vnum peccatum, licet dimittant totum officium, sic etiam si dimittunt tres, vel duas horas vnum tātū cōmittunt, quia habetur ratio ad vnum officium, & non ad plura. Henric. de Ganda. quolibet. 29. q. 30. Ang. in summa, in ver. horam, §. 10. Palud. in 4. d. 15. q. 5. Turrecre. in c. Eleuterius, n. 1. & 5. dist. 91. Flam. Paris. in tract. de confiden. q. 9. n. 49. Zerol. in prax. episc. in verbo horæ canonicæ, §. 9. Nauar. in d. enchir. de horis canon. c. 25. n. 97. c. 7. n. 5. 6. & 9. vbi dicit, quod idem est in proponente, & deliberante non recitare per illam diem, vel illam horam, quia si pœnitentia ductus horas recitauerit, non propterea euitabit peccatum mortale, quod iam commiserat per illam deliberationē.
3 Secunda est pęna suspensionis, ut not. omnes, & præcipuè Anch. in 6. not. n. 6. in c. volentes, de celebr. Miss. quam pęnam incurrunt postquam fuerint
4 ter moniti, vt ibi habetur. Tertia pœna est, vt possint puniri arbitrio sui iudicis Scribent. super consuet. Paris. tit. 1. §. 30. nu. 35. Diaz in pract. canon. c. 49. Ripa in repet. l. si. q. 66. C. de reuocan. dona. Fel. in c. postulasti, de rescript. n. 7. Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 428. n. 3. Gaspar Cabel. super constit. Egid. lib. 3. c. 18. gl. 1. nu. 6. car. mihi 174.
5 Quarta, & vltima (quæ multis videtur ceteris grauior, & durior) pœna est, vt teneantur restituere ratam fructuum beneficij (si quod habent) illius diei, vel horæ, quam prætermittunt Calder. in c. 1. de celebr. Missar. Gemin. in c. 1. dist. 42. & in c. fi. col. 1. de rescript. in 6. c. si canonici, §. scripturi, vbi omnes scribentes de offi. ordin. in 6. Nauar. in enchirid. de orat. & hor. canon. c. 7. nu. 32. Fel. in c. postulasti, nu. 6. vers. & scias quod, de rescrip. Abb. in c. 1. nu. 8. de celebr. Miss. & in c. diuersis, num. 2. de cler. coniug. Anch. in c. & si Christus, nu. 16. de iureiur. Flam. Paris. in tract. de confid. q. 9. nu. 50. Bru. a Sole, q. 40. n. 13. Soto de iusti. & iure, lib. 10. q. 5. art. 6. Couar. in lib. 3. variar. resolut. c. 13. nu. 10. Dec. in c. cum omnes in 2. lect. nu. 2. de const. Gambar. in tract. de off. leg. lib. 6. nu. 328. Marquat. in tract. de celebrat. p. 1. c. 3. n. 6. Alba. in lucubr. ad Bar. in l. sacrosanctæ, nu. 13. C. de episc. & cler. Fernan. Vasq. in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22. lim. 17. n. 56. vbi alios allegat Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 429. n. 4. vbi dicit, quod hæc pęna est introducta per quandam constitutionem editam in Concil. Later. sub Leone X. in sess. 9. §. item statuimus prout eādem constitutionē refert Nau. d. n. 32. vbi ēt simul cum Menoc. in add. ad cas. præd. n. 1. recēset quandam extrau. Pij Papæ V. per quam disponitur, & datur modus restitutionis .s. quod si dimittit totum officium tenetur restituere ratam illius diei, in quo officium non recitauit, si vero dimisit matutinum tantum, perdit dimidium ratæ illius diei, si vero cæteras horas, pērdit ēt dimidium, & si prætermittit vnam horam, vt puta cōpletoriū, vel primam, perdit tantum sextam partem prouentus illius diei, ex qua constit. Concil. Lateran. & extrau. Pij V. abrogatur opinio illorū, qui dixerunt, ꝙ non amittit fructus, sed tātū peccat mortaliter clericus beneficiatus non recitās horas canonicas, quos referunt Menoch. Nau. & Vasq. in
6 locis sup. allegatis, sed si clericus, tam ex errore, quā ex negligentia prætermiserit aliquam particulā, vel aliquos versus, vel malè recitauerit, & pronuntiauerit, non propterea tenebitur ad restitutionē. Sotus d. ar. 6. col. 4. vers. subtexitur nihilominus quarta conclusio. Menoch. d. casu 429. nu. 5. Card. Tolet. lib. 2. instruct. sacerd. c. 12. n. 5. & 6.
7 Modus autem restitutionis faciendæ ex dispositione prædictarum extrauagantium Leonis X. & Pij V. est, quod si clericus beneficiatus dimittit totum officium tenetur restituere ratam illius diei, in quo officium non recitauit, si vero dimisit matutinum tantum, perdit dimidium ratæ illius diei, si vero cæteras horas perdit etiam dimidium, at si prætermittit vnam horam tantum, vtputa completorium, vel primam, perdit solum sextam partem prouentus illius diei, quæ tamē extrauagātes procedūt
8 in beneficijs simplicibus, & non habētibus aliquod seruitium annexu, at si haberet seruitiū, tunc puto, quod restitutio debet fieri per modū, vt sup. deducto tamen id ꝙ beneficiatus meretur rōne seruitij præstiti, vt si in beneficio tenetur quotidie dicere Missā, nāq; si eo die, quo recitauit Missā dimisit officiū, tenetur restituere id, quod superest deducta parte, quā meretur promissa, & fructus debent cōputari pro toto anno, & non pro vna die, & præsertim,
9 vbi ꝓuētus sūt incerti, ex quo si vna die perueniūt decem, & in alia duo, & in alia nihil & dimittit officium illa die, qua nihil percepit non pōt dicere, ꝙ nihil tenetur restituere, ex quo illa die nihil percepit, nec si die, quo non dicit officium, recipit decē, tenetur restituere illa decem, sed tantum pro ratha iuxta prouētus totius anni, ad tradita per DD. in c. 1. in tit. hic finitur tex. in vsib. feud. & Beer. cōs. 23. & per Thes. dec. 56. Ioseph. Ludou. Perus. dec. 79. Caroc. de locat. in tit. de vsufr. q. 23. n. 3. & seq. & q. 24. Viui. dec. 8. Sur. de alim. tit. 1. q. 33. nu. 25. Alba. cōs. 639. li. 4. Anc. iun. q. 13. n. 11. li. 1. qui oēs ponūt quo ordine, & qūo sunt diuidendi fructus, & dicūt,
10 ꝙ considerantur prouentus totius anni, & sic sunt diuidēdi. Et prædicta restitutio non est opus, vt fiat fabricæ ecclesiæ, in qua est constitutū beneficium, sed satis est, vt distribuatur inter pauperes, ideò si is, qui restituere tenetur esset pauper, poterit illud sibi applicare de consilio confessarij, quia qui tenetur aliquid distribuere pauperibus, potest illud sibi
11 addiscere, ita Nauar. in enchir. de orat. & hor. can. c. 7.

c.7.n.33.34.& quod possit quis sibi applicare, q tenetur distribuere inter pauperes, si ipse est pauper, dixerunt Paul. Alilazar. in clem. vnica, de testa.& ibi Card.q.22. Ripa in tract. de remed. ad conser. vber. n.164. Soc.cons.11.n.6.li.1. Paris.cons.29.n.22.li.4. Mant. interpr. vlt. vol. lib.8.tit.5.n.9. Sur. de alim. tit. 1.q.94.n.4. sicut et electus ad distribuendum inter pauperes potest eligere, & distribuere in cōsanguineos pauperes, quam in extraneos, c. cæterum 86. dist. c. peruenit. 1.q.3. Abb. in c. vt sup. col. fi. de reb. eccl. non alien. & in c. peruenit, nu.1. de arbitr. Affl. dec.200. quidam, nu.10. Bar. & Ang. & Imol. in l. illa institutio. ff. de hæred. instit. Alex. in l. dictus, nu. 5. ff. ad l. Falc. Benincas. de paupert. tit. de iud. q.7. in 5. special. num.23.f.86. Tiraq. in tract. piæ causæ in præfation. colum.7. vers. & facit pro prima parte, fol.2. Fideric. de Sen. cons.33.nu.3. vers. item pone. Surd. de alim. tit.1.q.93.nu.5.

12 Et clericus beneficiatus monitus ter, si monitionibus non obstantibus per duas vices, vel dies prætermiserit totum officium infra spatium 15. dierū, poterit beneficio priuari. Diaz in pract. in verb. officium, prout eum allegat Corrad. in templ. iud. lib. 1.c.1.§.4.nu.21.car. mihi 167. Menoch. in tract. de arbit. in add. ad cas.429.nu.2. & 4. vbi ex Soto di-
13 cit, quod clericus potest facere cōpositionem cum Sūmo Pontifice, vel Epo, vt aliqua fructuum quantitas pro eius voluntate, & arbitrio, fabricæ ecclesiæ applicetur, & quod dum alias dixit, q clericus committens recitare officium, debeat puniri pœna arbitrio iudici debet intelligi de hac pœna, vt componat se cum superiore, q dixit et Mars. colum. de
14 reddit. rub. p.3.c.33.num.10. vbi alios allegat, at si quis sub hac spe se componendi non fuerit ita sollicitus recitare officiū, & illud dimiserit, ei nullatenus proderit cōpositio huiusmodi, nisi id explanauerit Pontifici, vel Episcopo cōpetenti, per ea, quæ latè scripsi in meo tra. de excep. excep.17.n.40. vbi dixi, q peccans sub spe indulgentiæ ad hoc, vt legitimè sit absolutus, debet hanc qualitatē exprimere.

15 Ampl.1. prędictus 17. eff. clericatus, vt nec ꝑpter studiū clericus excusetur a recitatione officij, quia occupatio studij, vel lectionis non excusat ab isto præcepto. Archid. in c. Eleuterius 91. distin. vbi etiā Turrecr. nu.7. gl. in c. licet, 8.q.1. Cardin. in clem.1 in fi. prin. de magist. Bertac. in reper. in ver. clericus studens, & in ver. clericus non excusatur. S. Raimū. in sum. in tit. de offi. cler. Plou. in tract. de horis canonicis, p.1.q.6. Rosel. in sum. in ver. horæ canonicæ, n.4. Albert. Ferrar. in tract. de horis canon. n.22. Trot. in tract. de perfecto clerico, c.42. Horat. Laicus in tra. de priuil. sæcularium, priuil.100. Menoc. in tract. de arbit. in add. ad cas.429.n.20. ver. verum a prædictis, vbi num. seq. respondet iuribus adductis pro contraria opin. Nauar. in præd. Encherid. de
16 orat. & horis can. c.11.n.32. vbi dicit, quod melius est orare, quam studere, vel legere, & quod maledictum est studium, propter quod relinquitur diuinū officium, quæ ampliatio limitatur, vbi studium esset omnino necessarium, vt pro liberando aliquem a morte, vel pro fide defendenda, vel pro ea prædicanda, & propaganda. Turrecr. d. nu.7.

17 Ampl.2. in militibus Hierosolimitanis, qui, & ipsi teneatur recitare horas canonicas, prout alij religiosi. Alc. cons.29.n.6. Menoc. cons.54.nu.17.lib.1.

18 Ampl.3. in monacis, ac cæteris religiosis, qui tenentur dicere quotidie officium, iuxta ordinem suæ religionis. Turrecr. in c.1.n.13. 91. dist.

19 Subampliatur hęc ampliatio etiamsi religiosi nō essent in sacris constituti. Turrecr. in loco proximè cit. nu.14. Rosell. in sum. in ver. horæ canon. circa prin. vbi dicit, quod hæc conclusio procedit etiāsi ita professus non habet aliquem ordinem, nec etiā primam tonsuram, quia sufficit, vt si professus.

20 Limitatur tamen præsens ampliatio in religiosis conuersis alicuius monasterij, qui non tenentur dicere horas canonicas, prout in Psalterio, sed tantū dicere certas orationes secundum modum sibi taxatum, iuxta statuta, & constitutiones sui ordinis. Turrecr. & Rosell. in loco sup. alleg.

21 Ampliatur 4. in clericis excommunicatis, degradatis, suspensis, vel interdictis, qui propter talē pœnam non excusantur a recitatione officij. Archid. Card. Alexandr. & Turrecr. n.4. & cōiter scribentes in c. præsbyterum 28. dist. idem Turrecr. in c.1.nu. 11.& 12.91. dist. Vital. in clem. graui, nu.18. de celebr. Miss. Rosel. in sum. in ver. horæ canonicæ, n.21. & 22. Brun. a Sole, q.40.nu.4. Sur. in tract. de alimē. tit.1.q.82.n.17. Nauar. in comment. de horis can. c.7.n.17.& 18. Marian. Soc. iun. in c. sacris, n.134.& seq. de sent. excomm. vbi adducit diuersas rationes
22 pro ista ampliatione. Et licet clericus excommunicatus suspensus, interdictus, vel degradatus teneatur recitare officium, & non propterea poterit illud recitare publicè, & cū aliis in Choro, sed debet illud priuatim, & separatim recitare. Turrecr. Vital. & Soc. in locis proximè allegatis. S. Raimundus in sum. li.3. in tit. de pręcep. diffin. excom. §.42. ver. ad quartum, car. mihi 422. vbi Io. Frigbur. in add. in lit. Z, Maiol. in tract. de irregul. li.3.c.21.nu.10.

23 Ampliatur 5. in monialibus, quæ sciunt legere. Turrecr. in c.1.n.15. 91. dist. vbi dicit, quod de istis est dicendum, prout de religiosis. Nauar. in d. comment. de orat. & hor. can. c.21.nu.19. qui dicit, quod debent esse professæ tantum. Tolet. lib.2. Instr. Sacerd. c.12.nu.7.

24 Ampliatur 6. in clerico itinerante, uel peregrinante. Card. in clem.1.§.1. not.5. in 4.q. de celebrat. missar. Bertach. in reper. in verb. clericus itinerans. Nauar. in comment. præd. c.11.nu.33. vbi loquitur de clerico peregrinante ad Vrbem.

25 Ampliatur 7. in eo, qui est impeditus pro administrandis bonis temporalibus ecclesiæ, quia tale impedimentum non probat iustam causam excusandi clericum a recitatione horarum, licet excuset, vt illas non teneatur recitare in Choro, sed possit satisfacere in quocunque loco, vt in domo in itinere, equitando, vel peditando. Anch. in c. præsbyter, nu. 17. de celebr. miss. Vital. in clem. graui, n.70. eo. tit.

26 Ampl.8. vt nec valeat consuetudo in contrariū; quia talis diceretur potius corruptela, quam cōsuetudo, ideo ea non obstante clericus semper tenetur recitare officium, alias committit peccatū mortale & tenetur ad restitutionem fructuum beneficij, si q habet Bertac. in reper. in ver. clericus nō excusatur. Est bene verum, quod si consuetudo esset circa modum recitandi officium, vt quia permitteret, & esset obseruatum, vt statim post meridiem possit dici matu-

matutinum pro die sequenti, vel quod de sero possit dici prima, vel aliæ horæ pro die sequenti, talis consuetudo fortasse posset sustineri per ea, quæ dixi supra effectu primo, ampliat. 62. limit. 1. num. 388. prout puto, quod sit valida consuetudo, quod sacerdos possit celebrare antequam recitauerit matutinum cum laudibus, licet in contrarium sint omnes ferè antiqui DD. tamen, vt recentiores dicunt, non peccant mortaliter sacerdotes celebrantes ante dictum matutinum, at hoc non sine saltem aliqua causa faciendum est, ita Tolet. d. lib. 2. instructio. sacerd. c. 1. nu. 7. quod communiter ab omnibus modo est recepta opinio modernorum, quod sine labe peccati potest sacerdos celebrare Missam, antequam matutinum recitauerit.

28 Ampliatur 9. vt nec etiam propter litem clericus excusetur a recitatione officij. Bertach. in d. verbo clericus non excusatur.

29 Ampliatur 10. secundum aliquos, vt nec Papa posset statuere, quod clerici in sacris constituti non essent obligati quotidie recitare horas canonicas, quia esset disponere, & statuere contra ius diuinum, vt in Psalmo 118. septies in die laudem dixi tibi, quod est relatum in c. 1. celebr. Missarum. & voluit Burgas. de irregul. p. 3. concl. 1. n. 12. carte mihi 44. qui dicit, quod licet Papa non posset generali-
30 ter statuendo hoc facere, poterit tamen dispensare cum vno clerico, si non super toto, saltem super tanto, & hoc ex causa. Io. de Lign. & Vital. in clem. 1. de celebr. Miss. Turrecr. in c. Eleuterius, n. 8. 91. dist. Albert. Ferrar. in tract. de horis can. nu. 9. Cardin. in d. clem. 1. in 6. not. de celebr. Missar. Abb. in c. fi. in 3. col. eod. tit. Fely. in c. fi. nu. 8. de maiorit. & obed. Nauar. in comment. prędicto, c. 11. n. 24. Corrad. in templ. iud. lib. 1. c. 1. de Pontif. Max. §. 4. nu. 22. f. 167. Param. in d. tract. lib. 3. q. 1. nu. 44. Menoch. d. add. n. 17. Rosel. in summa, in verbo horæ ca-
31 nonicæ, qui dicit, quod de iure diuino clerici tenētur ad septem horas canonicas, sed quoad determinationem non est de iure diuino, ita vt dicto iure sit determinatum tale officium, quia talis determinatio est de iure positiuo, ex quo sequitur, quod Papa potest dispensare circa modum, & sic vt dicatur vnum officium pro alio, quod clericus dixit. Alfon. Aluarez in Spec. iur. Pontif. c. 31. in princ. Corrad.
32 num. 22. Et licet hæc dispensatio possit fieri per Summum Pontificem, non tamen poterit per Episcopum Nauar. eod. nu. 24. Turrecr. & Archid. in d. c. Eleuterius, Menoc. in d. add. ad cas. 429. nu. 18. Sed contraria opinio est verior. quod Papa potest dispensare, quod clerici in sacris non teneantur recitare officium, seu horas canonicas. Siluest. in sū. in verb. hora q. 8. nec ratio primæ opinionis est vera, nam non omnia, quæ leguntur in scriptura, sunt de iure diuino, alioquin teneremur pugnare cū Golia, & bestijs, vt fecit Dauid, sunt. n. de iure diuino, quæ præcepto morali præcipiuntur in Scriptura, non autem ea, quę cęremoniali, vel legali, de qua re vide D. Th. 1. 2. q. 103. potest igitur Papa dispensare, quod clerici in sacris non teneantur ad recitandum horas canonicas, sed non potest facere quin teneantur ad regratiandum Deo per aliquid indeterminatum, & voluntarium.

33 Limitatur Primo prædictus 17. effectus in clericis in minoribus constitutis. Abb. in clem graui, nu. 1. de celebr. Missarum, & ibi etiam Vital. num. 14. Turrecr. in c. 1. nu. 4. dist. 91. Rosell. in sum. in verbo horæ canonicæ, nu. 2. in fi. Corrad. in templ. iud. lib. 1. c. 1. de Pontifice Maximo, §. 4. n. 20. car. mihi 167. vbi dicit, quod hoc est introductum de consuetudine, quod secus est de mente iuris diuini, quo iure et constituti in minoribus videntur teneri ad recitationem officij. Nauar. in commen. de horis canon. c. 7. nu. 12. & vltra prædictos idem quasi sentiunt omnes allegati in ipso effectu.

34 Sublimitatur primo hęc limitatio secundum aliquos, vt licet clerici in minoribus non teneantur recitare officium diuinum magnum, siue Salteriū, prout in sacris constituti, tenentur nihilominus dicere, & recitare officium B. Virginis Mariæ. Abb. in d. cap. 1. num. 6. de celebr. Miss. vbi num. 7. dicit, quod ex quo hodie consuetudo hoc non obseruat, ideo illud non recitantes excusantur ab omni peccato, quod dixerunt etiam Turrecre. in c. 1. num 5. 91. dist. & latius. Nauar. d. cap. 7. num. 13. & 14. vbi dicit, quod si extat consuetudo, vt insigniti tantum minoribus ordinibus recitent prædictum officium Beatæ Virginis, vel aliud, vel aliquem Psalmum tunc tenentur illud recitare, prout constituti in ordinibus sacris.

35 Sublimitatur 2. quando clericus in minorib. constitutus esset beneficiatus, quia is tenetur officium quotidie dicere, prout constituti in sacris. Abb. in c. 1. nu. 3. & 4. de celebr. Missarum. Turrecr. in c. 1. nu. 14. dist. 91. Corrad. in templ. iud. lib. 1. c. 1. §. 4. n. 20. carte mihi 167. Vital. in clem. graui, nu. 12. de celebr. Mis. Paris. in tract. de confid. q. 9. n. 49. Bal. in l. Nesennius, n. 3. & in l. si duas, nu. 8. de excu. Marq. in trac. de celebr. p. 1. c. 3. n. 5. Brun. a Sole q. 40. n. 9.

36 Primo ampliatur hæc sublimitatio secundum aliquos, vt non solum procedat in beneficiato, verumetiam in eo, qui habet aliquam pensionem. Gābar. in tract. de offic. legat. lib. 6. nu. 326. cum plur. seq. vbi ad hoc adducit multas rationes. Nauar. in comment. de horis, can. c. 21. n. 10. vbi dicit, quod hoc est expeditum per Bullam Pij V. quę obligat pensionarios ad recitandum quotidie officium B. Mariæ, & cons. 22. nu. 2. in tit. de celebr. Miss. in 1. to. carte mihi 763. a Sole d. q. 40. num. 12.

37 Secundo ampliatur, vt hoc idem procedat in clerico beneficiato, cuius beneficij fructus sunt per Papam alteri reseruati. Nauar. in comment. de horis can. c. 21. n. 12. qui adducit rationem, quia Papa nō reseruat fructus sine consensu beneficiarij, & per consequens per eum stat, quo minus fructus consequatur, & quia obligatio recitandi, principalius ex titulo beneficij, quā ex pręceptione fructuum peruenit, & respondet etiam argumentis allegatis per tenentes opinionem contrariam.

38 Tertio ampliatur etiam si is clericus beneficiatus seruiret per substitutum in beneficio. Abb. in c. 1. num. 3. de celebr. Missarum, in sum. in verb. horæ canonicæ, n. 1. & 2. Nauar. in comment. præd. c. 11. nu. 32. in fi. vbi dicit, quod licet disputando possit defendi contraria opinio, non est tamen hoc consulendum, eo quod ei repugnat communis teorica, & praxis quidquid in contrarium tenuerit Turrecr. c. Eleuterius, nu. 11. dist. 91.

Quarto

39 Quarto ampliatur etiam si beneficium esset tenuè, & parui prouentus, glo. fi. in c. 1. de celebr. Missar. & in c. clericus victum 91. dist. & ibi communiter scribentes. Card. in c. clem. 1. de celebr. Miss. Alber. de Ferrarijs in tract. de horis canonicis, q. 8. Nauar. in repet. c. quando, dist. 1. not. 7. n. 27. & cons. 3. nu. 1. in fi. in tit. ne cler. vel mon. in 1. to. car. mihi 780. Turrecr. in c. 1. nu. 8. 91. dist. Couar. in lib. 3. variar. resolut. c. 9. n. 8. Siluester in sum. in verb. hora, §. 2. ver. secundum. Marquat. in tract. de celebr. p. 1. c. 3. nu. 7. Brun. a Sole q. 40. nu. 10. & 11. qui dicit, quod hęc ampliatio habet locum etiam si beneficium sit, 40 ita exiguum, vt inde non percipiat necessaria alimenta. Zerol. in praxi Episco. in ver. beneficia, §. 4. ver. quartum dubium, & vers. sextum dubium, vbi dicit idem procedere si beneficium esset penitus sine redditibus, sed solum haberet titulum, & in ver. horæ canon. §. 2.

41 Sublimitatur tamen hæc secunda sublimitatio, ita superius ampliata, vt non procedat, quando clericus ad huc re ipsa non possidet beneficium, licet ad illum fuerit promotus, vt quia alius reperitur intrusus in eo beneficio, & litigatur de illius illegitima institutione, & possessione, quia dum pendet talis lis non tenetur dicere officium. Nauar. cons. 14. in tit. de celebr. Miss. lib. 3. Menoch. in tract. de arbitr. iud. in add. ad casum 429. nu. 14. Zerol. in verb. beneficia. §. 4. ver. quartum dubium, & ver. octauum dubium, vbi certo modo distinguit.

42 Sublimitatur 2. quando iam resignauisset beneficium, quia statim, quod illud in alium transtulit, si alio respectu, vt ordinis, vel voti, nō tenebatur, erit liberatus ab obligatione recitandi. Nauar. in commentar. de hor. can. c. 7. & 19. & 30. & in repet. c. accepta opposit. 5. num 21. de restit. spol. Paris. in tract. de resign. benef. lib. 1. q. 9. nu. 1. & seq. vbi adducit rationem pro ista sublimitatione.

43 Et nota, quod clericus in minoribus, qui ratione beneficij tenet recitare officium, si illud non recitat, non solum debet restituere fructus pro ratha per modum, vt supra, verumetiam peccat mortaliter, sicut constitutus in sacris. Nauar. de horis can. c. 5. n. 18. Tho. Zerola in praxi Episc. in verb. beneficia, §. 4. vers. secundum dubium, car. mihi 32. & in vers. 3. dubium, & in ver. 5. dubium, dicit, quod cleri-44 cus in minoribus, tenetur dicere officiū a die collationis, non possessionis, quando ab illo die incipiunt currere fructus promoto, si vero incipiunt currere a die possessionis, etiam ab illo die tenetur dicere officium, ad quod alios allegat, quod tamen intelligo procedere, vt a tali die incipiant currere sex menses, non autem vt statim teneatur recitare officium, iuxta ea, quæ dixit ipsemet Zerol. in ver. octauum dubium, an autem clericus omittens recitationem officij debitam ratione ordinis, & beneficij, peccet duplici malitia, vide Sanchez in tract. de matri. lib. 9. disp. 15. nu. 5. 6. & to. 3.

45 Limitatur 2. quando clericus esset aliqua graui infirmitate oppressus. quia propter eam excusabitur a recitatione officij, c. ad audientiam de cleric. non residens. c. clericus victum 91. dist. Turrecr. in c. 1. nu. 2. & in c. Eleuterius etiam nu. 2. d. dist. 91. Vital. in clem. graui, n. 74. de celebr. Miss. Cabel. super constit. Egid. li. 3. c. 18. gl. vnica, n. 4. car. mihi 174. Zerola in praxi Episc. in verbo horæ canonicæ, §. 7. Brun. a Sole d. q. 40. n. 17. vbi dicit, quod clericus tunc excusatur a recitatione officij propter infir-46 mitatem, quando ex ipsa recitatione ipsi infirmo posset succedere graue damnum. Nauar. in repet. c. si quando, de conscer. dist. 1. not. 12. n. 1. & in Man. confess. c. 25. nu. 100. Rosel. in summ. in verb. horæ canonicæ, nu. 5. Menoch. in add. ad prædictum cas. 419. nu. 8. & 9. qui dicit, quod hæc limitatio procedit, quando infirmitas est grauis, non autem leuis, quæ excusare non solet eum, qui tenetur aliquid facere, Io. Lup. in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor. §. 65. nu. 47. carte mihi 158.

47 Ampliatur ista limitatio, vt ita infirmus non solum non teneatur recitare, verum nec audire officium. Roscit. in d. verb. horæ canonicæ, n. 6. Menoc. in add. præd. n. 12. Actius de infirm. p. 2. in verb. horæ canonicę, n. 6. qui omnes concludunt, quod licet hoc nō sit necessariū, est tamen pium, & laudabile.

48 Ampliatur 2. vt nō solum hoc procedat in febricitante, vel aliter corpore infirmo, sed etiam in eo, qui laborat aliquo graui morbo in oculis. Nauar. in comment. de horis can. c. 21. n. 14. qui tamen hanc ampliationem non intelligit ita simpliciter, sed tantum, quando non posset illas recitare etiam cum socio, casu quo socium amicitia, vel pretio posset inuenire, & habere; item propter cæcitatem, vel infirmitatem oculorum non excusatur, is qui totū officium, vel eius maiorem partem memorialiter scit, quia tunc tenetur illud, quod memoriæ scit, recitare, ita Nauar. ibidem in fi. & c. 19. nu. 81. vbi dicit, quod non excusatur quin teneatur ire ad Chorū cū alijs de Capitulo, & ibi recitare illam partem, quā potest, & num. 80. ponit quid in surdo, & nu. 82. cōcludit, quod neque cæcitas, neque surditas est infirmitas sufficiens, vt quis excusetur ire ad Chorum, sed quod isti debent ad Chorum accedere, vt consequantur quotidianas distributiones. Alex. Monet. in tract. de distrib. quotid.

49 Tertio ampliatur, vt nec cogatur infirmus, qui non potest horas recitare, eius loco aliquid dicere, nec mente Deum præcari. Nauar. in Manual. confess. c. 25. nu. 100. Actius in d. verb. horæ canonicæ, num. 7. & licet ad hoc non teneatur sub pęna peccati, & restitutionis, tenetur tamen vt ita orando consequatur sanitatem mentis, & corporis, & esset impium in necessitatibus non recurrere ad diuinum auxilium.

50 Limitatur 3. quando superuenit aliquod iustum impedimentum, quod euitari non potest sine scandalo, & peccato mortali, vt si populus moueretur ad arma, vel ad aliud scandalum, quibus esset occurrendum, vel si clericus esset solemnis, vel insignis Prædicator, qui non posset desistere a prædicatione sine aliquo scandalo. Syluest. in sum. in verbo hora, in fi. Nauar. in d. comment. de hor. can. c. 11. nu. 34. vbi alios allegat Menoch. in tract. de arbitr. in add. ad cas. 419. n. 16. Zerola in praxi episc. in verb. horæ canonicæ, §. 12. quia Papa ex causa potest dispensare cum vno clerico.

51 Limitatur 4. in clerico, qui propter paupertatem caret breuiario, nec potest habere commoditatem aliquam, nec sociare se cum alio habente illud, nec potest officium memoriæ commendare. Turrecr. in d.

in d.c. Eleuterius, nu.4.91.dist. ubi dicit, quod nihilominus tenetur illud recompensare cum alijs orationibus. Nauar.d.c.1.n.39.& c.23.n.13. Rosell. in d.uerbo horæ canonicę, n.13. Menoch in ead.add. nu.19. Zerola in praxi Episc. in uerbo horæ canonicæ, §.12. qui omnes alios allegat.

52 Et circa præsentem materiam sciendum est. Primo, quod non sufficit labijs tantum recitare officiū ad hoc, ut quis satisfaciat, sed requiritur omnino attentio orandi. Naui.latè in commen.de oratio. & hor.c.13.n.1.18.20.&47.& c.16.n.1. Anch.in c.dolentes, n.8.de celebr.Miss. ubi dicit, quod dū clericus recitat diuinum officium non debet alibi cogitare, sed omnino debet esse intentus officio, quod recitat Tho.Zerol.in praxi episc.in uer.horæ canonicæ, §.4.ubi dicit, quod nō est opus, ut habeat attentionem ad litteram, uel ad sensum, sed ad finē, qđ est diuinam Maiestatem exorare, & illi placere.

53 Secundo sciendum est, quod horæ dum recitantur non sunt interrumpendæ, sed continuo dicendę quantum fieri potest. Nauar.in comment. præd. c. 10.nu.1.& 70.

54 Tertio sciendum est, quod clericus, qui per errorem, uel aliam causam omisit dicere unam horam, & dixit sequentem, ut quia omisit primam, & dixit tertiam non tenebitur ambas iterum recitare, sed sufficit dicere illam, quam omisit, & sic ordinē postergando non committit aliquod peccatum, quod succedere potest in eo, qui uenit ad Chorum post primam, & sequitur cum alijs cæteras horas, uel per errorem dixit unam horam pro alia, uel qui memoriæ habens unam horam, & aliam non opportunitate ductus dicit illam, quam memoriæ habet. Turrecr.in c.præsbyter.n.7. dist.91.S. Anto. in sum.in 3.p.tit.13.c.4.§.4. Sūma Ang.in uer.hora, §.18. Summa Siluest.in eod.uerb.q.9.uers.3. Zerola in praxi episc.in uer. horæ canonicæ, §.6. Summ.Rosel.in uerb.horæ canonicæ, nu.20. Nauar. in comment.de horis can.c.21.n.30. & c.3.n.65.cum plur.

55 seqq. qui dicit, quod hæc conclusio procedat etiam si per negligentiam, aut iniuriam, aut scienter id faceret non peccaret, nisi uenialiter, nec esset obligatus horas iterum recitare. Et quod dictum est de postergatione horæ, habet locum etiam in postergatione alicuius Psalmi. ita Turrecr.d.n.7. Anch.in c. dolentes, nu.10.de celebr.Miss. qui dicit, quod si clericus in recitatione diuini officij omisit aliquē versum, non peccat mortaliter, sed tantum venialiter, nec tenetur totum Psalmum iterum dicere, sed solum illum rursum. Nauar.in d.comment.c.16.nu.6. qui propterea dicit, quod si ex aliqua causa discedit a Choro, & interim alij recitant si postea reuertitur poterit cum alijs dicere, & canere restans, & inde priuatim dicere id, quod omisit.

56 Quarto sciendum est, quod clericus, qui est obligatus recitare officium tenetur illud recitare secūdum morem, & consuetudinem diœcesis, in qua est beneficiatus, aut prouinciæ, in qua residet, aut religionis, in qua est professus, & non excusatur dicendo illud, iuxta consuetudinem Curiæ Romanæ, & iuxta Breuiarium Romanum. Turrecr.in c.1.n.17. 91.distinct.

57 Quinto sciendum est, quod clericus existens cum peccato mortali recitando diuinum officium non meretur quoad consequendam vitam æternā, quia debet esse in statu gratiæ is, qui vult consequi vitā æternam propter bonas operas, sed bene meretur quoad euitandam pęnam, inquam, si non diceret officium incurreret. Abb.in c. quod quidam, n.3.de Pęnit.& remiss. vbi dicit idem esse in omnibus alijs præceptis affirmatiuis, & ibi Addent.latè in lit. A, Vital.in clem.graui, nu.17.de celebr.Miss. Cabel.super const.Egid.lib.3.c.18.glo.vnica, nu.7.car.mihi 174. Soc.iun. in d.c.quod quidam, nu.10.de pœnit. & remiss. & clericus existens in peccato mortali debet recitare officium ad instar laicorum, hoc est sine (Dominus vobiscum) Bertac. in reper. in verbo clericus etiam existens.

58 Sexto sciendum est, quod clericus, qui ob infirmitatem, vel alium iustum impedimentum omisit recitare officium, non tenetur post conualescentiā illud iterum dicere, quod procedit etiam in eo, qui ob negligentiam, & sic cum peccato mortali illud omisit, quia non est illi iniungenda pœnitentia, vt iterum illud recitet pro tempore omisso, sed est iniungenda alia pœnitentia ad arbitrium confessarij. Turrecrem.in cap.præsbyter, nu.5. & in c.Eleuterius, n.3.91.dist. Innoc.& Anch.in c.1.n.19.de celebr.Miss. Abb.in cap.ex parte, de obseru.ieiun. Rosell.in summa in verbo horæ canonicæ, num. 7. 9. Maurus Ant.Berarduc. in summ.corona confess.in tit.de recitatione officij, num.34.circa fi. Nauar.in comment.prædicto c.10.nu.54. Menoc.in tract.de arbit.iud.in add.ad cas.419.n.13. vbi dicit idem esse in eo, qui omisit ieiunare, cui non est imponenda pœnitentia, vt iterum ieiunet.

59 Septimo sciendum est, quod clericus, qui habet plura beneficia, non tenetur singulo die pluries recitare officium, quia semel recitando satisfacit pro omnibus beneficijs. Turrecr.in c.1.n.18.91.dist. vbi dicit, quod ita seruatur de consuetudine. Nauar.latè in lib.de orat.& hor.can.c.22.n.52.54.58.61. & quasi per tot. Rosel.in sum.in verbo horæ canoni-

60 cæ, n.12. qui dicit, quod si alia beneficia sint posita in diuersis diœcesibus, in quibus obseruatur diuersum officium, tunc tenetur dicere officium, iuxta morem illius diœcesis, in qua habet gradum, licet in alia pinguiorem consequatur præbendam.

61 Octauo sciendum est, quod clericus sæcularis potest recitare officium in quacunque hora diei, licet sit melius illas recitare in horis congruis, cap.1. vbi gl.de celebr.Miss. Turrecr.in c.præsbyter, n.2.dist. 91. vbi latè examinat hunc articulum, & ponit aliquas distinctiones. Aluar.in Spec.iur. Pont.c.33. in prin.car.mihi 82. qui dicit, quod pro maiori parte omnes Prælati solent recitare illud de mane propter occupationes, quæ sibi superueniunt, & quod prima hora diei est aptior ad illud recitandum, & quod melius est præuenire, quam postponere. Rosel.in sum.in ver.horæ canonicæ, n.17. Marcel.Frācol.in tract. de hor.canon.p.1.c.25.nu.1. vbi testatur de com.opin.& num.7. & c.26. nu.1. vbi dicit, quod si anticipat, vel postponit sine aliqua causa non euitabit peccatum veniale, quod secus est in religiosis, qui nisi fuerint verè occupati non poterunt dicere officium, nisi in hora conuenienti, & in Choro. Maur.Ant. Berarduc. in sum. corona confess.in tit.de recit.off.nu.34.circa finem.

Nono

62 Nono sciendum est, quod clericus de sero poterit dicere matutinum cum laudibus pro die sequenti. Turrecrem in cap. praesbyter, num. 4. 91. distinctio. Nauar. in comment. de oratio. & horis canon. c. 3. n. 60. & c. 10. nu. 50. Rosel. in sum. in ver. horae canonicae, n. 14. Maurus Anton. Berarduc. in summa corona confessorum, in tit. de recitatio. officij, num. 34. circa finem, qui dicit, quod hoc potest fieri de sero post horam completorij variando horas, prout variatur tempus, & sic tempore aestatis poterit illud recitare in vigesimasecunda hora, & tempore hyemis in vigesimasecunda, & non antea, & de consuetudine in istis partibus obseruatur, vt vtroque tempore dicatur post vigesimamprimam horam.

63 Decimo sciendum est, quod religiosus assumptus ad Episcopatum, vel aliter ad curam alicuius ecclesiae saecularis non tenetur amplius dicere officium secundum ordinem suae religionis, sed secundum morem, & consuetudinem ecclesiae ad quam est assumptus Turrecrem. in cap. 1. num. 22. & 23. 91. distinct. Rosell. in summa, in verbo horae canonicae, num. 8.

64 Vndecimo sciendum est, quod non satis facit praecepto recitandi horas is, qui dum recitat omittit tantam partem versuum Psalmorum diglutiendo, corrumpendo, & sincopando verba, & sillabas, vel litteras, ita vt ex ita omissis, vel corruptis fieret notabilis pars horae, quia qui tali modo recitat, omittit notabilem partem horarum, & consequenter non recitat eas integras. Nauar. in comment. de hor. canon. c. 10. num. 9.

65 Duodecimo sciẽdum est, quod dum quis recitat officium diuinum priuatè non tenetur ad genuflessionem, & alia huiusmodi, nec ad alios gestus, nec capitis denudationem, nec ad inclinationem in aliquo loco, quia praedicta, & similia solum sunt de necessitate facienda in Choro. Nauar. in d. comment. de hor. canon. cap. 4. num. 4. & 16. Zerola in praxi episcop. in verbo horae canonicae, §. 4. vers. 3. dum quis.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi solum clericus esse potest, & non laicus, quod procedit etiam in clerico coniugato, nu. 2. & 3. etiam si laicus esset magnae authoritatis, num. 4.*

5 *Sententia lata per Vicarium laicum est nulla tanquam lata a non iudice.*

6 *Bigamus admissus ad ordines sacros non potest esse Vicarius Episcopi.*

7 *Episcopus, qui sibi constituit Vicarium laicum potest puniri.*

8 *Vicarius esse potest ille, qui habet tantum primam tonsuram.*

9 *Laicus potest constitui ab Episcopo, ut deseruiat pro assessore.*

10 *Laicus potest constitui Vicarius in temporalibus tantum, quando Episcopus habet iurisdictionem temporalem.*

11 *Laicus potest constitui Vicarius, quando esset dispensatum per Papam.*

DECIMVSOCTAVVS EFFECTVS.

1 Decimusoctauus effectus clericatus est, vt solum clerici, & non laici possint esse Vicarij Episcopi, c. decernimus, vbi Abb. nu. 12. Fely. nu. 6. Dec. nu. 15. Ripa, nu. 56. & caeteri omnes de iud. Franc. in c. 1. in fi. vers. 4. de offi. Vicar. in 6. Alber. indictio. in verb. Vicarius Sbroz. de Vicar. Epis. lib. 1. q. 8. nu. 2. & c. 37. nu. 4. Mile. in repet. in verb. laicus. Lancell. in instit. canon. in tit. de offi. Vicar. §. 1. Bertach in trac. de Episcopo tit. de Vicar. Episcopi, num. 14. Io. de Silua in tract. de benef. p. 2. q. 23. n. 13. Franc. Marc. dec. 101. p. 1. Ant. de Pret. in tract. de iurisdict. Episcopi, c. 6. nu. 43. Foller. super constit. reg. in tit. de episc. & cler. c. non exegit agendo, nu. 15. Couar. in relect. c. alma mater, §. 11. nu. 3. de sent. excom. Rebuff. in pract. benefic. in tit. de vicar. Episc. num. 35. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 11. nu. 11. Io. Segur. Dauilos in direct. iud. eccl. p. 1. c. 12. n. 1. & 2. Reper. Inquis. in verb. laicus circa medium. Morla in empor. vtriusque iur. p. 1. tit. 2. de iurisd. omnium iud. q. 22. nu. 10. Anastas. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 14. nu. 15.

2 Ampliatur 1. iste effectus, vt procedat ẽt in clerico coniugato, quia nec ipse potest esse Vicarius Episcopi. Sbroz. de vicar. epis. li. 1. q. 31. n. 5. Io. Andr. in c. vnico, de cler. coniug. in 6. Aufr. in tract. de potest. iud. saecul. super perso. eccl. reg. 4. n. 26. in 16. to. tr. diuers. car. mihi 296. Anch. in c. 1. n. 3. de off. Vicar. Dec. in c. decernimus, nu. 123. de iud. Bertac. in reper. in ver. clericus coniugatus non põt, Lapus in c. 1. n. 2. de off. Vic. in 6. Laber. in tr. de iure patr. lib. 2. p. 1. q. 7. ar. 4. nu. 3. car. mihi 60. Nat. cons. 356 n. 3. li. 2. Capr. reg. 97. n. 26. & seq. Et ratio est, quia clericus coniugatus, praeterquam in priuilegio fori, & canonis, reputatur, vt laicus, ita Sbroz. d. c. 31. nu. 6. & Lambert. eo. num. 3. vbi dicit, quod clericus coniugatus dicitur clericus secundum quid.

3 Subampliatur haec ampliatio, vt procedat etiam si clericus coniugatus contraxisset cum vnica, & Virgine, & deferret habitum, & tonsuram; ita concludũt ferè omnes allegati in ipsa ampliatione, & praecipuè Sbroz. eod. c. 31. nu. 8. & 9.

4 Ampliatur 2. etiamsi laicus esset vir magnae sanctimoniae, & vitae integerrime, quia nec ipse poterit esse Vicarius Episcopi, Ripa, nu. 56. & Dec. n. 15. in c. decernimus, de iud. Sbroz. in d. c. 31. nu. 4.

5 Ampl. 3. vt sententia lata per laicum Vicarium Epi sit nulla, tanquam lata a non iudice, sed a priuata persona. Capr. reg. 97. n. 27. quod ego tamẽ nõ admitterem ita simpliciter, sed cum aliqua distinctione .s. aut is pro quo fuit lata sñia sciebat hunc defectum, aut non sciebat, primo casu procedit ipsa ampliatio; secundo vero casu, non; quia iustus error semper excusat. Bal. in l. ea, quae in prima quaestione, C. de cond. & demonst. Bertac. in ver. error excludit cõsensum, vers. 18. & dicitur iustus, qñ quis inducitur ad aliquid credendum. Bal. in l. Cels. n. 4. ff. de vsucap. Ias. in l. error, num. 19. C. de iur. & fact. igno. Matth. Cunon. de pact. lib. 1. c. 23. nu. 17. idem Bar. in l. si non fatetur de cõsuet. Bal. in l. super lõgi, C. de prescrip. lõg. temp. sicut credens homini fide digno excusatur Ias. in l. 1. col. pen. ff. de eo per quẽ factum

factū erit, Crauet. cons. 319. n. 14. a Costa, de iur. & fact. ignor. in quodam eius resp. nu. 52. post inspect. 98. f. 144. Vrsil. ad Affl. dec. 343. nu. 6. Bar. cons. 421. nu. 8. Bim. cons. 143. nu. 7.

6 Ampliatur 4. vt nec etiam bigamus admissus ad ordines ecclesiasticos possit esse Vicarius Episcopi. Corrad. in tit. de consti. Episc. n. 6. Cucc. in instit. iur. can. in tit. de Vic. Episc. num. 55. lib. 2. Sbroz. in tract. de Vic. Episc. lib. 1. cap. 31. num 5. vbi hanc ampliationem intelligit, nisi solutus fuerit a bigamia, & sic est intelligenda hæc ampliatio, & non aliter; sed, & ratio cur bigamus non potest esse Vicarius Episcopi, puto quod sit, quia bigamus non potitur priuilegijs clericalibus, vt dixi supra effectu 1. limit. 44. nu. 991.

7 Ampliatur quinto, & vltimo, vt puniri possit Episcopus, qui sibi constituit Vicarium laicum. Turrecrem. in cap. in noua, nu. 1. & 2. 16. quæst. 7. Sbroz. d. cap. 3. num. 2.

8 Limitatur modo prædictus effectus, vt non sit opus, quod sit in sacris constitutus, sed sufficit, vt sit in minoribus, imo vt solum habeat primam tonsuram. Abb. num. 11. Dec. num. 15. & Ripa nu. 116. in cap. decernimus de iud. Petr. Aug. in empor. vtriusque iur. tit. 2. de iurisd. omn. iud. q. 22. num. 10.

9 Limitatur secundo, vt licet non possit laicus constitui Vicarius Episcopi, poterit tamen constitui eius Assessor, & Consultor, etiam in causis criminalibus contra clericos. Archid. in cap. plures 16. q. 1. Abb. num. 23. Fel. & alij in d. c. decernimus, de iud. & ibi Addent. ad Fel. in nu. 6. qui de communi testatur Rom. in l. 2. num. 3. ff. de offic. assess. Abb. in c. cum causa in fi. de iud. Cagnol. in l. diem functo, num. 15. ff. de offi. assess. Borel. super pragm. 5. c. gl. 1. nu. 85. Sbroz. d. c. 31. nu. 10. & 12. Cucc. in instit. maior. in tit. de Vicar. Episc. nu. 49. reper. inquisit. in ver. laicus circa med. vbi Quint. Mandos. in add. in lit. B, Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 4. c. 9. nu. 73. vbi test. de com. opi. & Segur. Dauil. in direct. iud. eccl. p. 2. c. 11. nu. 2. Rom. in l. liberti, nu. 3. ff. de off. assess. & dixi sup. effectu 1. lim. 12. nu. 868.

10 Limitatur tertio, quando laicus esset constitutus Vicarius Episcopi tantum in temporalibus, vt si Episcopus haberet tantum iurisdictionem temporalem in aliquibus locis, quia in eis poterit deputare Vicarium laicum. Archidiac. & Turrecr. num. 1. & 2. in c. in noua 16. q. 7. Fel. nu. 6. & alij in d. c. decernimus de iud. Zaccar. in add. ad Abb. in c. quoniam, nu. 3. de off. ordin. Ant. de Pret. in tract. de iurisd. Episcopi, c. 6. nu. 43. Pauin. in tract. de potest. & offic. Capit. sede vacante in 2. p. prin. q. 10. num. 15. cum alijs quos allegat Sbroz. d. c. 31. n. 11. Reper. inquisi. in verb. laicus circa medium. Aufrer. in tract. de potest. iud. laici super person. eccl. reg. 4. nu. 36. in 16. to. tract. diuers. carte mihi 296.

11 Limit. 4. & vlt. vbi esset dispensatum per Sūmum Pontificē, c. Adrianus 63 dist. Gemin. in c. 2. de præben. in 6. Ant. Franc. in apostill. ad Abb. in c. quoniā, num. 3. de offi. ord. Bertach. in tract. de Episc. lib. 4. p. 6. in tit. de Vicar. Episcopi, num. 14. Ripa in d. c. decernimus, nu. 56. de iud. Gaball. super const. Egidian. lib. 2. c. 17. nu. 3. Sbroz. eod. c. 31. nu. 13. Et ad complementum huius effectus, vide, quæ scripsit Suarez lib. 2. de religione.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici potiuntur priuilegijs concessis militibus, et num. 2. & quando num. 3. & 13.*

4 *Clerici in iure milites appellantur, & dicuntur militare, n. 5. & æquiparantur militibus, n. 6. & 7.*

8 *Argumentum de milite armatæ militiæ ad sacris initiatum valet.*

9 *Dispositio, l. centurio, ff. de vulg. & pupil. loquens de militibus, procedit etiam in clericis.*

10 *Miles post latam sententiam potest opponere exceptionem peremptoriam, ita etiam clericus, sed contra, nu. 11. 12. & 13.*

14 *Clerici in testando possunt vti priuilegijs concessis militibus.*

15 *Milites non possunt conueniri vltra quam facere possunt, ita etiam clerici.*

16 *Testamentum militis prætereuntis, vel exhæredãtis filios, vel parentes, non annullatur, & ita etiã testamentum clerici, nu. 17. sed contra, nu. 18.*

19 *Clericus nec miles possunt donare, seu legare suæ concubinæ, nu. 20. etiam si tale legatum, vel donatio fieret coniunctæ personæ ipsius concubinæ, n. 21. etiam causa alimentorum, nu. 32. 33. & 34. & an possit acceptare legatum ab ea factum, nu. 35. lim. 36. 37. 38. 39. & 40.*

22 *Iocalia præsentata in sponsalibus per consanguineos, vel amicos viri acquiruntur ipsi viro; secus si per consanguineos sponsæ.*

23 *Confessio debiti facta per clericum suæ concubinæ, non valet.*

24 *Confessio mariti dicentis habuisse mille nomine dotis ab eius vxore præsumitur in fraudem.*

25 *Emptio facta per clericum nomine suæ concubinæ, etiam si dixit de pecunijs suæ concubinæ, non valet.*

26 *Liberatio facta per clericum suæ concubinæ non valet, etiam si adesset iuramentum, n. 27. & quid si extarent coniecturæ, nu. 28.*

29 *Maritus emens nomine vxoris fundum, dicens habuisse pretium a sua vxore, creditur, si extant coniecturæ.*

30 *Pater asserens habuisse pecuniam a filio pro emendo prædium, si adsunt coniecturæ, creditur.*

31 *Clericus si vendat aliquam rem suæ concubinæ, & confessus est pretium habuisse, non valet talis venditio.*

41 *Donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed debiti solutio.*

42 *Donare prohibitus nõ obstante prohibitione potest donare ob benemerita, sed debet aliter cõstare de meritis, nu. 43. lim. nu. 46. 47. 48. 49. & 50.*

44 *Prohibitio alicuius rei, quando reperitur facta, & permissa in certo casu, tunc ille casus est probandus aliter quam per contractum.*

45 *Actus si potest fieri a partibus, & esset licitus, qui alias esset illicitus, tunc non statur assertioni contrahentium.*

49 *Benemerita qualia esse debent ad hoc, vt sint digna remuneratione.*

50 *Donatio facta inter personas prohibitas ob benemerita, quando sit meritis æquiualens.*

51 *Donatio ob benemerita an annulletur in totum, si*

 bene-

benemerita, non sint correspondentia donationi.

52 *Bona minoris possunt vendi ex causa necessaria, quatenus causa sit correspondens necessitati, & non vltra.*

53 *Donatio an annulletur in totum, si excedit summã, ob quam debet insinuari, vel an valeat per illa summa, quæ non requirit insinuationem.*

54 *Prohibitus donare vsque ad certam summam, si donat plus, an sustineatur donatio, saltem vsque ad summam permissam.*

55 *Merita quando dicantur æquiualentia donationi.*

56 *Concubina clerici an possit aliquid habere ratione salarij.*

57 *Legatum, seu donatio facta concubinæ ob benemerita, quæ non debentur, cui applicetur, an hæredibus clerici, an vero venientibus ab intestato, nu. 58. & seq.*

60 *Concubina propriè, quæ dicatur.*

61 *Clerici an debeant peculium castrense, vel quasi sicut milites, & eis pater consequatur vsufructum num. 62.*

63 *Clericus filius potest testari de bonis suis castrensibus, vel quasi ad eius libitum, etiam inuito patre & num. 64. & quid in acquisitis a clerico in minoribus, nu. 65. & 68.*

66 *Bona acquisita extra clericatum, vel eius contemplatione an dicatur castrensia, vel quasi, & quid in bonis quæsitis ante clericatum, num. 67.*

DECIMVSNONVS EFFECTVS.

1 Decimusnonus effectus clericatur est, vt clerici potiantur priuilegijs concessis militibus, glo. & DD. & præcipuè Ias. num. 11. Zasi. num. 9. & Alexand. nu. 3. in l. miles, ff. de re iudi. Bertac. in suo repert. in ver. clericus gaudet, Abb. in cap. 1. num. 5. de cleric. ægrotan. Alexan. in l. centurio, num. 15. ff. de vulgar. & pupill. vbi testatur de communi opinione, & ibi etiam Galial. num. 51. Carrer. in pract. crim. p. 2. in §. seu sectio. incipien. circa tertium, num. 26. car. mihi 73. Sicard. in rubr. C. de testam. milit. num. 5. Cosim. Nepita super consuet. Cathaniæ, tit. 20. nu. 46. Alfer. cons. 70. num. 7. Anchar. in cap. 1. num. 4. de clerico ægrot. Euerard. in Topica iur. in loco a milite armatæ militiæ ad militem cœlestis militiæ, n. 1. & per totum. Iodoc. Damoder. in enchirid. parium, aut simil. iur. in ver. miles Marches. in pract. de commis. p. 2. c. 8. n. 43. Odd. in tract. de compen. substit. p. 5. præmiss. 4. n. 2. qui licet in fi. d. n. 2. videatur
2 contrariam opinionem sectari, & prout alios allegat, nihilominus effectus ipse est verissimus quoad priuilegia militaria, quæ sunt clericis adaptabilia, & proportionabilia, propter identitatem rationis, quia ea quæ eis non possunt adaptari non tribuuntur, prout videtur sentire idem Odd. d. nu. 2. ver. sed dic quod, & vltra eum dixit etiã Camil. Gal. in tract.
3 de ver. sign. li. 7. c. 8. nu. 7. quod potest exemplificari in delatione armorum, quæ est clericis interdicta, vt dixi infra eff. 20. per totum, quæ nihilominus est militib. permissa, l. iubemus, la 1. C. de propos. sacri cubicul. lib. 12. Bald. in cap. 1. num. 50. quid sit inuestitur. Duen. reg. 55. amn. 5. limit. Affl. in cap. 1. §. si quis rusticus, nu. 39. cum seq. de pace tenen. in vsib. feud. Menoch. de arbit. casu 365. nu. 67. Decian. in tract. crim. li. 8. c. 3. nu. 39. Bertach. cons. 192. num. 13. & ibi Addent. a Plaz. epit. delict. lib. 1. c. 8. nu. 14. Paris de Puteo de syndic. in verb. notorium iudici, nu. 8. f. 243. Iac. Ben. de priuil. iurisconsul. priu. 45. n.
4 1. Farin. q. 108. num. 26. Et ratio præsentis effectus est, quia ipsi clerici in iure milites appellantur, vt in c. reprehensibile 23. q. 8. & in c. Episcopus, de præben. & habetur in Sacro Concilio Trident. sess. 25. c. 14. de reformat. ibi, summoque clericalis militiæ dedecore DD. in l. miles in princ. ff. de re iud. Et di-
5 cuntur militare, cap. 1. de cler. ægrot. Io. Lup. in repet. rub. de don. inter vir. & vxo. in §. seu sect. incip. idem est dicendum, nu. 2. car. mihi 80. Alex. in l. miles in prin. ff. de re iud. Dec. in c. Nicol. n. 3. de appel la. Bened. Capra, reg. 103. n. 107. vbi dicit, quod non mi-
6 nus quã milites in castris dicuntur militare, & militib. æquiparatur. Anch. presbyteros, la 1. C. de epis. & cler. Bertac. in reper. in ver. clericus æquiparatur Fel. in c. cum ex offici j, col. 1. de præscr. vbi ponit, quib. casib. æquiparantur militibus. Anch. iun. in q. famil. lib. 2. q. 12. nu. 12. Alba in lucubr. ad Bar. in l. filiusfamilias, §. veterani, nu. 3. ff. de procur. & quod
7 clericus dicitur miles militiæ, & illis æquiparatur, habetur in c. si officia 59. d. in c. degradatio, §. actualis de pœnis, in 6. c. 1. ibi, militaret ecclesiæ, de cler. ægr. gl. in d. l. miles in ver. faceret, vbi Bar. & cæteri scrib. de re iud. gl. 2. in l. milites, C. locat. Alex. & omnes in d. l. centurio, ff. de vulg. & pup. Euerar. in loco sup. cit. Franc. Cald. in repet. l. si curatorem habẽs, in ver. læsis, nu. 103. C. de in integr. resti. Turrecr. in c. Christianus, nu. 1. 11, q. 1. Bertac. in repe. in ver. clericus, il 9. Alfer. cons. 70. n. 7. Dec. in c. Nicol. n. 3. de appell. Anch. in c. 1. nu. 4. de cler. ægrot. Vital. in clem. graui, nu. 43. de celebr. miss. Fider. Prugin. Vltr. cons. 50. n. 571. Crot. cons. 421. nu. 21. Capra reg.
8 103. n. 101. & ideo validum est argumentum de milite armatæ militiæ ad sacris initiatum, gl. in l. 1. §. si parens, in ver. militare cœperit, ver. sed certè, ff. si a parente quis manumissus fuerit, glos. in l. milites, in verb procuratores, ver. & idem de milite, C. locat. & conduct. gl. in l. miles, in ver. facere potest, ver. itẽ quid de milite, ff. de re iud. vbi etiam omnes scrib. in l. centurio, nu. 15. ff. de vulg. & pupil. vbi testatur de com. opin. Guliel. de Bened. in rep. c. Raynutius, in ver. testamentum, il 1. nu. 49. in fi. & seq. de test. Camil. Gal. in tract. de verb. sign. li. 7. c. 8. n. 8. Ant. de Padil. in l. 1, n. 7. de iuris, & fact. ign. Abb. in c. 1. n. 8. de cler. ægrot. Ioseph. Gonzal. in lib. var. q. 5. q. nu. 7.
9 Ex quo effectu 19. infertur primo, quod dispositio, l. centurio, ff. de vulg. & pup. l. loquens in militibus armatæ militiæ, vt scilicet ipsi possint directo substituere, pari modo procedit in clericis, ita concludunt ibi Alex. n. 3. Zasius, nu. 9. & Galian. nu. 51. & communiter scribentes gl. & Ias. n. 11. in l. miles, ff. de re iud. Fulg. in l. quamuis, C. de iuris, & fact. ign. Abb. in c. 1. nu. 5. de cler. ægro. Constan. Roger. in tract. substit. in materia compend. q. 3. nu. 53. 54. & 55. Gugliel. de Bened. in repet. c. Rayn. p. 2. in tit. de compend. substit. n. 30, in fi. de testam. Iutrigl. de substit. cent. 2. q. 97. nu. 3. quidquid in contrarium dixerunt ibidem Soc. iun. nu. 74. & 75. & Paris. n. 11. & alij allegati per Intrigl. loco præd. num. 1.
10 Secundo infertur, quod sicut miles post sententiam

tiam latam potest opponere exceptionem peremptoriam, ita quoque facere poterit clericus Io. Faber. in l. 1. col. 1. & Fulgos. col. 2. de iure, & fact. ign. Alex. in d. l. centurio, nu. 4. & 15. Fel. in c. quoniam, num. 6. de simon. vbi testatur de communi opinio-
11 ne. Sed circa hanc illationem contrarium tenuit Bar. in d. l. 1. nu. 15. & ante eum Azzo & Oddofred. quos refert Alber. in d. l. 1. col. 1. & Cyn. in 5. q. & Ias. col 3. Ant. de Padil. nu. 7. qui testatur istam esse com. opin. Matthes. sing. 61. Alex. in l. miles in prin. nu. vlt. ff. de re iudic. Imol. in l. si vero, §. de viro, nu. 23. ff. solut. matr. Aret. in §. appellatur, col. 4. instit. de except. Fely. in c. cum ex officij, nu. 2. de praescr.
12 Et ratio huius secundę opinionis est, quia hoc priuilegium concessum est militibus propter praesumptam ignorantiam, quae non praesumitur in clericis, c. si in laicis 38. distin. Bart. in d. l. fin. & Ias. nu. 8. C. de iur. & fact. ignor. Ripa in d. l. centurio, nu. 19. Io. Sicard. cons. 1. n. 24. in tit. de testam. Magdalen. Capiferr. in tract. de numero testium, c. 18. n. 21. qui
13 dicit, quod clerici potiuntur priuilegijs militaribus praeter ea, quae sunt militibus concessa propter imperitiam, & ignorantiam iuris, quod etiam dixerunt quasi omnes Scribentes in d. l. centurio, ff. de vulg. & pupill.
14 Tertio infertur, quod clerici in testando vtuntur pari priuilegio, sicut & milites. Abb. in c. in praesentia de probatio. & c. quia nos de testam. vbi dicit, quod clerici possunt testari sine solemnitatibus iuris ciuilis. Dec. in d. c. in praesentia, n. 60. Gugliel. de Bened. in repet. c. Raynu. in verb. testamentum, il 1. nu. 51. de testam. Ferdnand. Vasq. in tract. de successi. creat. lib. 3. §. 22. lim. 17. nu. 37. & 84. vbi multos allegat Cro. cons. 421. nu. 21. lib. 3. qui propterea infert, quod clericus potest validè testari coram duobus testibus, sed in hoc vltimo contrarium tenuit Io. Sicard. cons. 1. nu. 24. in tit. de testam. & haec vltima opinione vtuntur in regno isto, in quo clerici non solent testamenta condere cum minori numero, quam septem testium.
15 Quarto infertur, quod sicut miles non potest conueniri vltra quam facere potest, ita nec etiam clericus glos. communiter approbata in d. l. miles, ff. de re iud. not. Abb. in c. 1. de cler. aegrot. vbi etiam Anch. num. 4. Dec. in c. episcopus, nu. 3. de praeben. cum alijs multis, quos latè congessi sup. effectu 7. num. 2. Damoder. in Enchirid. partium iuris, in ver. miles, verb. quo circa sicut.
16 Quinto infertur, quod sicut testamentum militis praetereuntis, aut sine causa exhaeredantis filios, vel parentes, non annullatur, nec subiaceat querelae inofficiosi testamenti, vt not. Imol. in l. filio praeterito, num. 35. ff. de iniust. rupt. testam. Roman. & Ias. col. penul. l. sicut, de testam. milit. Vigelius in §. sed si instit. de exhaeredat. liber. Couar. in cap. quia nos, nu. 7. de testam. nec testamentum clerici annullari potest propter praeteritionem, vel exhaereda-
17 tionem sine causa. Abb. in d. c. quia nos, de testa. gl. in Auth. praesbyteros, C. de episc. & cler. Ias. in l. si filiā, nu. 8. C. de inoff. test. Gugliel. de Bened. in ver. in eodem testamento, il 1. nu. 134. Ang. in auth. ex causa, C. de h. praeter. vbi etiam Corn. cons. 33. n. 46. qui asserit, quod haec est com. opin. Rodriq. Suarez in repet. l. quoniā in prioribus, f. 3. col. 4. C. de inoff. testam. Butrig. & Bal. in d. auth. praesbyteros. Ang. Castr. & Iacobi. in l. 1. col. 2. ff. de inoff. testa. Bal. in l. sacrosan. C. de epis. & cler. Gonzal. in lib. variar. q. c. 12. nu. 19. vbi latè de praesenti materia discurrit in ver. succedit dubium, & ver. contrarium tamen,
18 & num. 31. Vasq. d. limit. 17. nu. 37. vbi dicit, quod in contrariam opinionem inclinauit: Et quod teneantur relinquere legitimam, tam ascendentibus, quam descendentibus tenuit Ioan. Aloys. de Leo in Auth. praesbyteros, nu. 3. C. de sacros. eccl. & nu. 18. Couar. in d. c. quia nos, in fi. de testam. & quod haec opinio est periculosa, quia hoc, & similia priuilegia conceduntur militibus propter nimiam ipsorum imperitiam, quae non praesumitur in clericis, de qua re dixi supra in 2. illatio. Sed quidquid dixerit, tam Vasquez loco citato, quam alij ab eo relati, & a Surd. cons. 59. num. 10. & Ioan. Aloys. de Leo in d. auth. praesbyteros, nu. 3. & 18. non est recedendum a priori opinione, quam vltra citatos tenuerūt etiā Surd. d. nu. 10. vbi dicit hanc esse communem opin. & Gonzal. in lib. variar. resolut. c. 12. nu. 19. vbi caeteris latius hanc materiam examinat, qui duo vltimi ponunt etiā quibus remedijs succurratur filijs, ac parentibus ita praeteritis, & qua actione habeant agere ad consequendam legitimam.
19 Sexto infertur, quod sicut miles non potest donare, seu legare suae concubinae, & donando donatio esset nulla, l. 2. C. de donatio. inter virum, & vxorem, gl. & DD. in l. miles ita haeredem, §. mulier, ff. de testam. milit. Lancellot. Gall. in constit. Alex. in verbo maritus q. 5. num. 9. f. 84. Dec. cons. 132. nu. 1. Roman. cons. 43. nu. 5. vers. miles. Cardin. Tusc. in lit D, concl. 709. nu. 18. & in lit. C, conc. 568. nu. 11. Natt. cons. 559. num. 1. cum seq. & alcia. de iuram. p. 4. effectu 220. vbi quamplurimos allegat, ita
20 pariter, neque erit valida donatio facta per clericum. Bart. num. 1. & Ang. in l. actionis, ff. de donat. Cyn. idem Bal. in l. miles, §. mulier, num 2. ff. de testam. milit. & Salan d. l. 2. Io. Andr. in c. de ijs, de sepul. Alex. in d. l. miles, ff. de re iudic. & in l. centurio, ff. de vulg. & pupil. Imol. Abb. & caeteri Scribentes in d. c. 1. de clerico aegrot. Ant. de Padill. in rubr. C. de fideicom. nu. 8. Didac. Perez in let. tit. 3. lib. 1. ordinament. Vin. in communi opinione, opp. 205. nu. 7. Serafin. de priuil. iur. priuil. 71. nu. 11. Vinc. Manci. de iuram. p. 4. effectu 220. nu. 1. & seq. Param. in respons. pro iurisdict. Sancti officij huius Regni, nu. 71. vbi testatur de comm. opi. Tiraq in l. si vnquam in verb. donatione largitus, nu. 23. C. de reuocand. donat. Gutier. in tract. de iurament. confirmator. c. 6. num. 5. Roland. cons. 98. num. 1. & seq. volum. 1. Hieron Cenall. in Specul. pract. quaest. comm. contra com. nu. quaest. 388. nu. 34. & q. 273. n. 6 Io. Gutier. in tract. de contract. iuram. p. 1. c. 6. nu. 3. Tusc. d. concl. 706. nu. 23. & 30. Ripa in l. miles, nu. 12. ff. de re iud. & d. concl. 568. n. 22. Natt. d. cons. 559. nu. 1. & 4. cum seq. Mozz. in tract. de contract. tit. de don. rub. de personis inter quos cadere possit donatio, vel non, n. 23. car. mihi 148. Crauet. cōs. 229. nu. 6. Hippol. Bonacoss. in tract. de seruis, q. 21. Lancel. Gallia super constit. Alexand. in verb. maritus, c. 4. n. 10. qui multos alios alleg. & dicit, quod maiori ratione hoc prohibetur clericis, quam militib. quia clerici debent esse honestiores, Gonzal. in lib. var.

q.c.5.nu.9. Crauet.in tract.de antiq.temp.in sec io. ... 9.incip.presuppositum nostrorum,num.65.car. mihi 64.Peregr.Iannin.in tract.de cir.reali, lib.2.c. 6.num.130.Peregr.in tract.de fisc.lib.2.tit.9.nu.4. Fusc.in suis singul.in lit.C,num.93. vbi dicit, quod non potest donare, nec causa mortis, nec inter viuos Damoder.in enchir. parium, aut similium, in verb.miles, vers. item vt concubinæ, Io.Bapt. Ferret.cons.266.nu.26.lib.2.Anto.de Gama dec. 106. nu.1.Port.cons.21.nu.2. Decian.cons.83. num.38. lib.5.& cons.27.num.24.lib.3.Bal.in l.miles,§.mulier,n 4.ff.de testam.milit. Ceph.cons.523.nu.135. lib.4.Anna sing.134.vbi Fabb.in add.antiq. & modern. qui ambo multos alios concordantes congerunt Euerard. in Topica iuris in loco a milite armatæ militiæ,num.9.& 10.carte mihi 335. Odd.in tract.de compend.substit. p.5. promiss.4. nu.2.ver. mouentur tertio, Anch.iun.in q.famil. lib.2. q.12. num.4.Lupus in repet.rubr.de donat. inter virum, & vxorem in §. seu sect. incip. idem est dicendum, nu.1.& 6.car.mihi 80. Marc.Aquilan.in repet.d.l. centurio,p.1.nu.44.ff.de vulg.pup.

21 Ampliatur primo,vt iste effectus non solum procedat in donatione facta ipsi concubinæ; verum etiam si fiat alicui coniunctæ personæ ipsius concubinæ,vt puta patri, vel matri, vel sorori, vel fratri, vel filio, quia tunc censetur donatum contemplatione ipsius cõcubinæ,& in fraudem prædictis personis.Bal.in l.cum oportet, nu.4. C.de bon. quæ liber.Menoc.cons.161.nu.31. & de præsump. lib.3. præsumpt.28.nu.1.& 9.cum seq. Alex.cons.8.num. 10.lib.3.Rim.iun.cons.31. num.110. Imol.in l.si filiusfamilias,la 2.n.2.ff.de donat.caus.mor.Valaut.

22 dec.41.nu.18.pro quo facit,quod in simili dicimus de præsentatis,& oblatis sponte per amicos, & cõsanguineos viri in sponsalibus, & nuptijs, nam si sunt data a consanguineis, & amicis sponsi acquiruntur ipsi sponso, quia censetur donata eius contemplatione,l.perfectitia,& ibi gl.de iure dot. Lup. in rubr.de donat.inter virum,& vxorem, §.45.in fi. Ias.in l.sed si plures,§.in arrogato, nu.6. ff.de vulg. pupil.Butr.cons.38.nu.4. Menoch.de præsumpt.li. 3.præsumpt.46.n.3. & 13. Clar.in §.donat.q.10.n. 2. vbi de magis comm. testatur Menoch. cons. 40. nu.20.& cons.81.num.44. latè Card.Tusc.in lit. D, concl.298. nu.3.& 67. Rol.a Valle cons.10. nu.8. cum seq.li.1.Ant.Aceru.in tract.de partitione bon. com.inter vir.& vxo.c.8.nu.19.

23 Ampl. 2. vt nec etiam valeat confessio debiti facta per clericum in fauorem concubinæ, quia talis confessio censetur facta in fraudem, & vti emanata inter personas suspectas,non probaret debitum. Peregr.in tract.de iure fisci,li.2.tit.9.nu.3. vbi allegat Anchar.cons.247. & not.in l. si forte, ff.de castrens.pecul.& in l.si donatione, C.de collat. & vltra idem dixit Decian. cons.83. nu.44.lib.5. & pro hac ampliatione bene facit, & quod dixit Bar. in l. cum quis decedens,§.3.ff.de legat.2.prout eum refert Menoch.in tract.de præsump.lib.3.præsumpt.

24 29.num.26.qui dixit,quod si maritus confessus est habuisse mille nomine dotis ab eius vxore, eius assertioni non creditur, quia hoc præsumitur factum in fraudem legis prohibentis plus relinqui vxori, quam vni filiorum.

25 Ampliatur 3.in clerico emente nomine suæ concubinæ, & confitente de illius pecunijs emisse, & emere,quia nec tunc valeret confessio,& præsumeretur etiam facta in fraudem iuris prohibentis clericum legare,aut donare posse suæ concubinæ.Peregr.d.tit.9.nu.6.allegat Ripam in l.miles.num.11. ff.de re iudic.& Dec.cons.132.

26 Ampliatur 4. in liberatione gratuita facta per clericum suæ concubinæ,quia nec ipsa erit valida, latè Tiraq. in l. si vnquam in verb. donatione largius,nu.171.cum plur.seq.& num.189. etiam cum seq.Tusc.in lit.D,concl.646.nu.30.35.& 44.

27 Quæ tres proximæ ampliationes subampliantur, vt procedat etiam si in talibus confessionibus interueniat iuramentum Bart.& Alex.in l.in his,§. si duos,de solut. idem Alex.cons.18. vol.3.& cons. 45.vol.1.quos allegat Decia. cons.83. nu.46. lib.5.

28 Et limitatur,quando extarent aliquæ coniecturæ, quibus possit argui,quod debitum est verum,prout in simili dixit Menoch.in tract.de præsumpt. lib. 3.

29 præsumpt.29.num.32.qui voluit,quod si vir nomine vxoris absentis emit fundum, & asseruit, quod pretium fuit sibi traditum ab eius vxore, creditur ipsi marito,quando extant coniecturæ allegat. Sal. in l.si mater,C.de contrahen.empt. Alex.d.cons.18. num.3.lib.3. Soc.sen.cons.66.nu.8.lib.1. Dec.cons. 463.& in l.si donatione,nu.31. C.de collat. Alciat. in tract.de præsumpt.reg.1.præsumpt.16.nu.4.Bal. cons.61.lib.1.& iterum idem Menoch. num.33.di-

30 cit,quod licet confessio, facta a patre asserente se habuisse pecuniam a filio, vt prædium emeret, sit suspecta ob prohibitam donationem inter patrem, & filium, attamẽ si filius aliquam artem exerceret, ita vt verisimiliter eam pecuniam acquirere potuerit,tali assertioni patris isto casu statur, allegat glo. Cyn.& Bal.in l.cum oportet, C.de bonis,quę liber. Ang.cons.341.in 1,dubio. Alex.cons.18.nu.4.lib.3. Ias.cons.184.col.vlt.lib.2.

31 Ampliatur 5. in clerico vendente aliquam rem propriæ concubinæ, & confessus fuisset pretium habuisse, quia nec talis venditio erit valida, ex quo talis venditio præsumitur facta in fraudem, & quod re vera fuit donatio, ita ex multis per eum congestis concludit Port. cons.21.nu.57. cum plurib.seqq.

32 Ampliatur 6.dicta illatio, quod clericus non potest dare,vel legare concubinæ, vt procedat etiam si legatum, vel testamentum fiat causa alimentorum.Crauet.cons.229.num.13.& seq.lib.2. vbi pro ista ampliatione adducit multas rationes, & argumenta.

33 Ampliatur 7.vt si non potest legari,vel dari, multo magis nec poterit hæres institui.Pau.de Cast. in l.donationes in concubina, ff. de donat. cum alijs, quos adduxit Ioseph Gonzal.in lib.var. q.c.5. nu.5.

34 Ampliatur 8. vt dicta conclusio, quod clericus non potest donare,vel legare cõcubinæ, procedat etiam si in donatione,vel legato fuisset interpositum iuramentum,adhuc eo non obstante donatio, siue legatum erit nullum. Crauet.consil.129. num. 3. & sequent.& per totum, lib.2. qui latè examinat istum articulum Couar. in relect. c. quamuis pactũ p.2.§.1.nu.4.in fi.Gonzal. d.c.5.n.9. Decian.cons. 83.n.4.li.5.Mancin.de iuram.effect.220.qui dicit, quod

quod contraria opinio non potest esse vera, quia donatio facta per clericum suæ concubinæ, si esset valida esset pessimi exempli, & contra bonos mores; ex quo sequitur, quod iuramentum non sit obligatorium, & vlterius dicit, quod fundamenta Romani, & Serafini, & aliorum tenentium contrariam opinionem facillimè tolli possunt. Roland. a Valle etiam latè cons. 98. nu. 15. & 37. lib. 1.

35 Ampliatur 9. & vltimo, vt sicut clericus non potest legare, vel donare suæ concubinæ, ita pari modo nec poterit legatum, vel donationem ab eo factam recipere. Viu. in communi opinione, opinio. 205. num. 11.

36 Limitatur 1. dicta sexta illatio, & conclusio, quod clericus non potest donare, vel legare propriæ concubinæ, vt non procedat vbi fuisset facta donatio tempore quo nulla aderat mala opinio, nec carnis commixtio, licet tam in præteritum fuisset concubina gl. in l. miles ita hæredem, §. mulier, ff. de testa-

37 men. milit. Marius Anguiss. cons. 123. nu. 6. quam limitationem puto intelligendam, si per triennium ante legatum inhonestus concubitus fuit dimissus, quia per triennium præsumitur quis emendatus. Granut. Theorem. 23. nu. 16. Vinc. Manc. de iur. p. 4. effectu 220. num. 12. & 17. & in omni materia est regulare, quod licet semel malus præsumatur semper malus, attamen quis præsumitur emendatus, si per triennium destiterit a malo. Afina in verb. præsumptio, lib. 3. car. 242. Marsl. sing. 74. & singul. 393. Cepol. de edil. edict. carte 53. nu. 4. Bott. cons. 2. nu. 72. Gram. cons. ciuil. 50. nu. 7. Tiraq. de pœnis, casu 29. nu. 5. Rol. cons. 63. nu. 36. lib. 2. Surd. cons. 173. nu. 105. a Sole in verb. triennalis. Io. Segur. Dauila in direct. iud. eccl. par. 1. c. 8. num. 9. Hier. de Laurent. Decij. Auen. 1. nu. 13. Manc. d. eff. nu. 13.

38 Limitatur 2. quando clericus donaret, seu legaret concubinæ pro se maritanda, dummodo ipsa sit pauper. Port. cons. 21. nu. 30. vbi multa scribit pro præsenti limitatione.

39 Limitatur 3. quando legatum fuisset factum, vel donatum ad hoc, vt ipsa concubina honestè viuere possit, quia tunc tale legatum non solum valet; sed etiam dicitur pium. Anguis. d. cons. 123. num. 24. qui ad hoc allegat not. per Bald. in l. Imperialis, in princ. C. de nupt. & in l. 1. in 4. colum. C. de sacrosanct. ecclef. secus si simpliciter fuisset donatum, vel legatum, nec fuisset dictum, vt honestè viuat, quia tunc procederent, quæ dixi supra in sexta ampliatione.

40 Limitatur quarto, & vltimo, quando donatio, seu legatum fuisset factum ob bene merita, & seruitia ab ipsa concubina præstita, & sic causa remunerationis. Tiraq. latè in repet. l. si vnquam in verb. donatione largitus, nu. 23. C. de reuocan. donatio. vbi more suo multos alios allegat. Affl. dec. 202. Hier. Ceual. in Spec. pract. q. com. cont. com. q. 273. nu. 5. Menoch. cons. 39. n. 57. lib. 1. Anguiss. cons. 123. nu. 23. Io. Dilect. in tract. de arte testandi, tit. 1. caut. 3. nu. 5. Neuizz. cons. 93. num. 18. Gall. super consuet. Alexand. in verbo viginti, q. 8. n. 89. Peregr. Iannin. in tract. de cit. reali, lib. 2. c. 6. nu. 131. Ant. de Gama dec. 106. num. 1. Port. cons. 21. nu. 23. Decia. cons. 83. nu. 42. lib. 5. & cons. 27. nu. 24. lib. 3. Capic. dec. 102. nu. 2. & ibi Masull. in add. Cesal. cons. 523. nu. 135. lib. 4. Anch. iun. in quæst. famil. lib. 2. q. 12. nu. 5. sed quia de donatione remuneratoria ad saturitatē scribit Tiraq. in d. verbo donatione largitus per totum, & Lancellot. Gall. in repet. consuet. Alexandr. in ver. viginti, q. 8. nu. 82. cum plurib. seqq. ideo

41 ad dicta per eos me remitto. Et ratio est, quia donatio remuneratoria non est propriè donatio, sed debiti solutio. l. Actil. Regul. ff. de donat. l. cum his status, §. si socer, & §. seq. & l. quod autem, §. si vir vxori, & l. quæ iam nuptæ, §. de donat. l. sed si lege, ff. de petit. hæred. c. per tuas, vbi Abb. de donatio. Clar. in §. donatio, q. 3. per totum, cum multis alijs, quos latissimè congerit. Tiraquel. in d. verb. dona-

42 tione largitus, num. 11. cum plurib. seq. qui in specie dicit, quod hic est titulus onerosus, & est regulare, quod vbi quis ex aliqua causa prohibetur donare, poterit nihilominus donare ob benemerita, & in eorum recompensationem. Tiraq. loco cit. nu. 18. Gallia in quæst. præd. nu. 83. Menoch. cons. 39. nu.

43 58. lib. 1. sed isto casu de meritis debet aliunde cōstare, quam per assertionem ipsius clerici donantis, vt late dixerunt Mozz. in tract. de contract. tit. de donat. rubr. de personis inter quos cadere possit donatio, vel non, nu. 40. car. mihi 149. Gallia super cōsuet. Alexand. in verb. viginti, q. 8. nu. 86. Rodoan. in tract. de spolijs, q. 7. nu. 1. & seq. & in tract. de rebus eccl. non alienand. q. 9. nu. 40. Hippol. Bonacos. in tract. de seruis, & famulis, q. 9. Vincent. Manc. in tract. de iuram. p. 4. eff. 172. per tot. Crauet. cons. 129. nu. 3. Decian. cons. 83. nu. 45. lib. 5. Capic. dec. 102. nu. 2. & ibi Masul. Marelian. in repet. d. l. quoties, nu. 160. & seq. C. de rei vend. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. nu. 24. & 27. An-

44 ch. iun. q. 12. nu. 8. lib. 2. qui omnes multos, ac multos alios congerunt, & ratio est, quia quotiescunque agitur de aliqua re, quæ reperitur prohibita, & non nisi certo casu permissa, tunc semper iste casus est probandus aliter, quam per solam partium confessionē, ex quo aliter diceremus, sequeretur, quod ius ipsius actus penderet a simplici partium assertione, & non a veritate ipsa, l. si forte, ff. de castrens. pecul. latè Menoch. d. præsumpt. 29. num. 25. Mare-

45 lian. d. nu. 60. & 61. qui alios allegat, & est regulare, quod vbi actus per partium assertionem fieret licitus, qui alias esset illicitus, non statur assertioni contrahentium; latè Lancell. Gall. d. q. 8. a num. 9. vsque ad num. 31. Alciat. in tract. de præsumptio. regu. 3. num. 3. Fabia. de Mont. in tractat. de emptio. & venditio. quæstio. 5. nu. 114. Bim. cons. 137. num. 10. lib. 2.

46 Limitatur modo prædicta conclusio, quod merita debent aliunde probari, quam per assertionem contrahentium, vt non procedat, quando extarent coniecturæ, ꝙ reuera merita adsint, nam tunc statur partium assertioni, vt in donatione facta a patre filio propter benemerita. Marsl. sing. 610. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 16. nu. 3. & respons. 584. num. 5. cum multis alijs, quos congerunt Tiraq. in repet. l. si vnquam in verbo donatione largitus, n. 202. C. de reuocand. dona. Menoc. in tract.

47 de præsūp. li. 3. præsūp. 29. n. 31. & n. 34. vbi loquitur in benemeritis præstitis viro per vxorem, & tūc donatio dicitur ob benemerita, & remuneratoria, quādo est facta ob seruitia, & merita ad quæ dona-

tarius non tenebatur ex debito sui officij, & seruitij. Ripa in l. fi. q. 14. C. de reuocan. don. Fab. de Anna cons. 93. nu. 17. lib. 2. secus si seruitia essent obse-
48 quialia, quia tunc eius causa donatio non potest sustineri tanquam remuneratoria. Bal. & DD. in l. filiæ, C. famil. hercisc. Ias. in l. si donatio, nu. 3. C. de colla. Alex in add. ad Bar. in l. si forte, ff. de castren. pecul. Ann. cons. præd. nu. 16. Et merita qualia de-
49 bent esse ad hoc, vt sint digna remuneratione, ponit latè Lancell. Gallia super consuet. Alex. in ver. viginti, q. 8. n. 98. cum plur. seq. Menoch. in tract. de arbitr. casu 131. n. 7. & casu 434. qui tandem côclu-
50 dunt, quod remittitur iudicis arbitrio habita consideratione ad personam donantis, & donatariæ, & qualitatem, & quantitatem meritorum, & seruitij. Et intelligas, vt tunc demum valeat donatio facta ob benemerita inter personas prohibitas a iure, quando donatio est meritis æquiualens, alias non esset valida. Clarus in §. donatio, quæst. 3. ver. sed nunquid Marelia. in d. l. quoties, num. 161. in fi. C. de rei vend.

51 Sed an isto casu, si donatio excedit benemerita, & seruitia non essent talia, quæ exigerent talem donationem, prout fuit donatum, an tunc donatio annulletur in totum, an vero in excessu, & dico, quod annulletur tantum in excessu meritorum, & in reliquo substinetur. Bart. in l. si quis pro eo, §. 1. ff. de fideicomm. Anch. cons. 247. Dec. in l. petens, n. 16. C. de pact. & in l. si donatione, nu. 16. C. de collat. Rui. cons. 60. n. 16. lib. 3. Lup. in repet. rub. de dona. inter virum, & vxorem, §. 50. nu. 29. Cassa cons. 7. nu. 11. Tiraq. in repet. l. si vnquam in verb. donatione largitus, nu. 80. C. de reuoc. don. Bonacos. in tra. de seruis, & famul. q. 21. Anch. in q. 12. n. 10. lib. 2. Io. Corasi. in l. frater a fratre, §. quæsitum, nu. 51. ff. de con di. indebit. Menoch. in tract. de præsump. lib. 3. præ-
52 sumpt. 29. nu. 21. & 22. vbi ad hoc corroborandum adducit, quod alias in simili dicimus, quod licet sit permissum minoribus eius bona immobilia alienare causa necessitatis, hoc tamen intelligitur, vt procedat quatenus vrgeat necessitas, & non vltra, & pro ea rata tantum est valida alienatio, & non pro supra pluri, & ad hoc allegat multa iura, & aucto-
53 ritates, & eodem modo dicimus in donatione, quæ excedit quingentos solidos, quæ licet debeat insinuari, nihilominus si non est insinuata, non annullatur in totum, sed tantum in excessu, l. si fideiussore, & quod ibi tradit Bar. ff. de don. l. sancimus, & quæ ibi not. Doct. C. de donat. Bal. cons. 60. li. 4. Alex. cons. 21. num. 6. vers. tamen præmissis, lib. 3. Anch. iun. in quæstio. famil. lib. 2. q. 12. nu. 11. Paul. de Cast. cons. 178. lib. 1. Ang. Aret. cons. 4. nu. 16. Tiraq. in l. si vnquam in verb. donatione largitus, n. 44. C. de reuoc. dona. Tusc. in lit. D, concl. 647. n. 1. 10. & 78. Et eo-
54 dē modo quilibet prohibitus donare vsque ad certam summam, donatio nō annullatur in totum, sed tantum in summa excedente. Valuat. dec. 25. n. 14. Molin. de contract. disp. 280. n. 6. Peregr. Iannin. in
55 tract. de cita. reali, c. 2. nu. 52. qui omnes alios allegant, quando autem merita dicantur æquiualere donationi, relinquitur iudicis arbitrio. Lass. cons. 154. num. 5. lib. 2. Menoch. de arbit. d. casu 134. & 434. Clar. in d. §. donatio q. 3. vers. sed quæro, qui asserit, quod ita communiter tenent doctrina Marelia in
56 d. l. quoties, nu. 161. C. de rei vendic. Sed an concubina clerici possit aliquid consequi ratione salarij, & dico, quod non, si a principio non fuit conducta tanquam ancilla, & pedisequa, & de salario pactuitum, sed fuit accepta tanquam concubina, quia si non apparet de aliqua conuentione sufficit habuisse victum, & vestitum. Dec. cons. 132 allegat l. sed, & si quid §. mancipiorum, ff. de vsufr. vbi Floria. de S. Pet. Fider. de Sen. cons. 218. Decia. cons. 83. num. 45. lib. 5. qui etiam ad hoc allegat Bar. & Alexan. in l. in his, §. si duas, de solut.

57 Quæro iuxta prædicta, cuinam sit applicandum hoc legatum, & donatio, an scilicet hæredibus clerici iure accrescendi, an vero venientibus ab intestato, tanquam in eis intestatus decedens, an vero fisco, tanquam legatum, vel donatum indigno, & dico, quod in hoc magis vera, & magis communis opinio est, quod applicetur fisco, l. mulierem, ff. de ijs. quib. vt indign. Pau. de Cast. in l. donationes, ff. de donat. Ioseph. Gonzal. in lib. variar. quæst. c. 5. n. 14. 15. & 16. vbi postquam a num. 10. vsque ad num. 14 posuit fundamenta pro opinione, quod competit hæredibus, vel venientibus ab intestato, tandem concludit pro ista opinione, & pro ea adducit quindecim fundamenta, & rationes, & respondit argumentis in contrarium adductis. Gama dec. 58. per
58 tot. vbi etiam recenset rationes pro tenentibus, quod donata, vel legata applicentur hæredibus, & vltimo loco dicit, quod fuit iudicatum, & sententia confirmata, quod applicetur fisco, ex qua conclusione sequitur, quod dum hæres conuenitur, vt soluat tale legatum, vel donatum non poterit se opponendo dicere, quod ipse non tenetur illud soluere, quia est legatum côcubinæ, & sic personæ indignę, quia hoc côpetit solum fisco, & ipso fisco non contradicente legatum est validum, & concubinæ debebitur, not. glo. in l. his consequenter, §. fi. ff. famil. hercisc. & in l. ea sola, ff. de reg. iur. Bald. in l. eam quam, C. de fideicom. Rom. in rubr. ff. de acq. hær. cum multis alijs, quos allegat Anguis. cons. 123. nu.
59 18. Et aduertendum est, quod hoc legatum potest auferri a posse legatariæ, vel donatariæ a fisco seculari, non ecclesiastico, si instituta, vel donataria sit talis, quæ subiaceat iurisdictioni Principis sæcularis, quia consideratur persona eius, a cuius posse aufertur hæreditas, non autem testatoris, vel donantis Bal. & Pau. de Cast. in l. quis præsbyter, C. de epis. & cler. Ant. Gomez super ll. Tauri, n. 29. Segura in repet. l. 3. §. fi. n. 145. ff. de liber. & posthu. cum multis alijs, quos congerit Hiero. Gonzal. in lib. variar. q. c. 5. nu. 17. quidquid in contrarium tenuerit Abb. in c. 2. de success. ab intest. quem refert Lup. in repet. rub. de donat. inter virum, & vxorem, in §. seu sectio. incip. item est dicendum, nu. 8. car. mihi 81. & contra opin. Abbatis benefacit Conc. Trid. sess. 25. c. 14. de reformat.

60 Quæro 2. quæ dicatur propriè concubina, & in hac quæstione me refero ad dicta per Aret. cons. 48. & per Lupum in rep. rubr. de donat. inter vir. & vxor. in §. sect. incip. idem est dicendum num. 14. car. mihi 81. Beomund. Couero in tractat. de publ. concub. in præfat. n. 19. Mazol. cons. 31. nu. 7. Sigismun. Scac. de iud. c. 2. num. 235. lib. 2. f. 56. Baiar. ad Clar. in §. fornicatio, num. 8.

Septi-

61 Septimo principaliter infertur, quod sicut milites habeat castrense peculium, ita, & clerici habet castreale, vel quasi castrense, vt tot. tit. ext. de pecul. cler. Auth. præsbyteros, l. sacrosanctæ, C. de episc. & cler. Alfer. cons. 70. nu. 8. Odd. in tract. de substit. p. 5. præmiss. 4. num. 2. vers. mouentur secundo. Paul. Lancel. Perus. cons. 42. nu. 8. inter cons. vlt volunt. diuers. lib. 2. Crot. cons. 421. num. 25. lib. 3. Surd. cons. 259. num. 6. lib. 2. vbi dicit, quod bona, quæ in alijs sunt aduentitia, in clericis sunt castrensia, & multos more suo adducit Azz. in sum. tit. C. de episc. & cler. nu. 19. Suarez in q. vnica in mater. maiora. nu. 31. in fi. 32. & 33. carte mihi 597. Couar. in c. quia nos, n. 1. de testa. Caldas in rep. l. si curatorem habens in ver. læsis. n. 103. C. de in integ. rest. Rim. iun. in §. 1. nu. 84. insti. per quas perso. nobis acquir. vbi et Pet. Ricard. n. 34. Gonzal. in lib. var. q. 12. nu. 10. Aloiss. de Leo in d. Auth. præsbyteros, num. 1. & per tot. C. de sacr. eccl. Roland. cons. 16. nu. 6. lib. 4.

62 Ex qua septima illatione sequitur, vt in bonis prædictis pater nullum consequatur vsufructum, l. erat, C. de castrens. pecul. lib. 12. l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. & in specie, quod in bonis per filium clericum quocunque modo quæsitis, quod pater non habeat vsufructum, tenuit Bal. in d. l. sacrosanctæ, nu. 4. in 3. not. C. de epis. & cler. Couar. in d. c. quia nos, nu. 2. testam. Suarez, d. n. 32. & 33. Surd. cons. 259. nu. 7. & 8. Lup. in rep. rub. de donat. inter

63 vir. & vxor. in 4. ampl. n. 7. car. mihi 88. Secundo sequitur, vt ipse filius clericus, tam in vltima voluntate, quam inter viuos de eis ad suum libitum testari, & disponere poterit. Auth. præsbyteros, C. de epis. & cler. gl. in c. quia ingredientibus, in verb. testandi 19. q. 3. Euerardus in topica iuris, in loco a milite armatæ militiæ, n. 5. Capra reg. 103. nu. 100. Cepol. caut. h. 113. Bal. & cæteri Scrib. in l. sacrosanctæ, C. de episc. & cler. Ias. in l. filiæ, n. 5. C. de collat. & in l. fi. nu. 5. C. qui testam. facere possit. Sur. cons. 259. n. 9. li. 2. vbi alios allegat Azz. in summa, tit. C. de epis. & cler. nu. 19. Io. Aloiss. de Leo in d. auth. præsbyteros, nu. 1. eod. tit. Ioseph. Gonzal, in lib. var. quæst. c. 12. n. 19. per tot. vbi ad saturitatem de ista conclusione loquitur Io. Guill. a Ceruantes Hispanus super ll. Tauri, lib. 5. nu. 13. car. mihi 96. Nepit. super consuet. Cathaniæ, tit. 2. nu. 45. Guttier. in repet. §. sui instit. de hæred. qualit. & differ. nu. 7. Gugliel. de Bened. in repet. c. Rayn. in verb. matrem, nu. 18. de testam. Dec. in l. senium, nu. 14. C. qui testam. facere possunt. Anchar. in c. quia nos, nu. 3. de testam. Camill. Borell. in repet. prag. Odia litium, §. 1. gl. 3. nu. 253. & 254. Paul. Leonius in tract. de substitu. in tit. de compendiosa, nu. 190. Plot in addit. ad Lauden. cons. 59. nu. 10. Nicol. Carbo. in pract. pract. lib. 2.

64 c. 4. num. 29. Ex qua conclusione aliqui ex nostratibus collegerunt cautelam ad hoc, vt filius possit testari inuito patre, hoc est, vt faciat se clericum, vel saltem accipiat primam tonsuram, ita Cepol. d. caut. 113. Rolan. a Valle cons. 16. nu. 16. lib. 4. Pet. Gerard. sing. 54. Io. Guillen. a Ceruantes super ll. Tauri, l. 5. nu. 17. car. 96.

65 Ampliatur 1. dicta 7. illatio, vna cum conclusionibus ex ea deductis, vt procedat, & habeat locum, tam in acquisitis per clericos in sacris constitutos, quam etiam per constitutos in minoribus. Lup. in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxorem, §. 42. num. 7. Rodriq. Suar. in quæstio. maiorat. nu. 34. & seq. Didac. de Segur. in repet. l. Imperator, num. 68. ff. ad Trebell. Ias. in l. filiæ licet, num. 6. C. famil. hercisc. Gomez super ll. Tauri, l. 27. n. 100. & l. 3. n. 32. Couar. in c. quia nos, num. 3. & 4. de testam. Cepol. caut. 113. Gonzal. in lib. var. quæst. c. 12. nu. 26. qui insimul cum multis ex supra allegatis dicit, quod hoc procedit etiam in acquisitis per clericos habentes primam tonsuram tantum.

66 Ampliatur 2. vt dicta illatio procedat, tam si bona sunt acquisita ex clericatu, & eius contemplatione, quam quocunque alio modo, & vndecunque Innocen. & Hostiens. Card. Butr. Imol. Anch. Abb. Barbat. & Couar. in d. c. quia nos, de testam. Pau. de Cast. in d. l. sacrosanctæ, C. de episc. & cler. Ias. in l. filia licet, nu. 6. C. de collat. & Brun. cons. 117. nu. 3. Gonzal. d. c. 12. n. 10. Caldas in repet. l. si curatorem habens in ver. læsis, n. 103. C. de in integ. rest. Suarez in d. quæst. maioratus, nu. 32. & 33. carte mihi 597. vbi dicit, quod hæc est verior opin. & quod ea clarissimè deducitur ex dicta Auth. præsbyteros, ibi, res quolibet modo ad dominium venientes eorum, & d. l. sacros. ibi, ea quæcunque in eodem clericatus gradu locoque viuentes acquirere, & habere potuerũt, etsi in patris, auiq; potestate constituti, &c. Sur. cons. 259. n. 12. & 26. li. 2. quidquid in cõtrarium tenuerit Ripa in l. in quartam, nu. 161. ff. ad l. Falcid.

67 Limitatur 1. prædicta illatio, vt non procedat in bonis quæsitis ante clericatum, quia in eis pater habebit vsufructum, nec poterit de illis aliquo modo disponere in preiudicium ipsius patris. Azz. in sum. tit. de epis. & cler. n. 19. Gomez super ll. Tauri, l. 48. nu. 7. Arius Pinel. in l. 1. p. 1. nu. 43. C. de bonis maternis. Suar. in com. opin. in lit. C, nu. 99. Dec. in c. in præsentia, nu. 249. de probat. vbi dicit, quod tex. in auth. præsbyteros super qua fundatur ipsa illatio, loquitur de acquisitis post clericatum, quia dicit de bonis acquisitis, & aduenientibus præsbyteris, & clericis, & sic tempore quo erant clerici. Couar. in c. quia nos, nu. 2. vers. in his vero, de testam. Ces. de Grassis in Rot. Rom. dec. 2. in tit. de testam.

68 Limitatur 2. vt clerici possint testari tantum de bonis acquisitis ex sua industria, uel aliunde quæsitis, quam ex beneficio, quia de eis non poterit semper, & indistinctè disponere, circa quam limitationem me remitto ad tradita per Azo. in summ. tit. C. de episc. & cler. nu. 19. Nicol. Carbo in pract. pract. lib. 2. c. 4. num. 40. Bursa. cons. 376. per tot. lib. 4. latè Sarmiens in tract. de reddit. ecclesiast. p. 3. c. 2. nu. 5. & p. 2. c. 8. per tot. Cęterum si quis scire cupit in quibus milites cęlestis militiæ æquiparentur, & conueniant cum militibus armatæ militiæ consulat Abb. in c. 1. de cler. ægrot. Fel. in c. cum ex officij de prescript. Nicol. Euerard. in suis Topicis in loco a milite ciuilis militiæ ad militem Christianæ militiæ. Vinc. Carroc. dec. 27. nu. 19.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt ferre arma, & sunt eis interdicta plus quam laicis, n. 2. & 3. & ratio, n. 5. & ad quam pœnam tenentur, num. 6. 7. 8. & 9. etiam clericis prima tonsura, nu. 10. & prælatis, nu. 11.*

etiam monachis, num. 12. 13. & 14. & quando, nu. 15. & 16.

4 *Arma clericorum debēt esse orationis, & lagrimæ.*

16 *Arma an possint detineri per clericos, & monacos, & quando, n. 17. 18. 19. 26. 27. & 28.*

20 *Officiales laici inuenientes clericos cum armis possint eos capere, & arma tollere absque metu excommunicationis.*

21 *Milites Hierosolimitani possunt ferre arma, licet sint religiosi.*

22 *Arma ferre possunt clerici ex permissione Papæ, & quando sunt itinerantes, nu. 23. 24. 25. 38. & 39. secus coram iudice, & coram hominibus, n. 41.*

29 *Appellatione armorum non venit paruus gladius & quando num. 32. & quid veniat, num. 35. 43. 44. & 45.*

30 *Statutum puniens portantes arma non comprehendit portantes paruos gladios pro incidendo panem, secus si pro offendendo, nu. 31.*

33 *Gladius, quando dicatur paruus, & comprehendatur appellatione armorum.*

34 *Clericus an possit ferre arma pro defensione personæ, aut rerum, & an incidat in pœnam statuti Principis sæcularis, nu. 36. & an possit puniri per iudicem sæcularem, & nu. 37.*

40 *Statutum prohibens ferre arma, non comprehendit deferentes arma ligata.*

42 *Episcopus an possit habere familiam armatam.*

46 *Appellatione armorum venit fustis, & quid in materia statutaria, n. 47. & 48. & largo modo lapides, num. 49. & 50. & an ista, & bipennis, 51. 52. 53. 54. & 55.*

55 *Appellatione armorum an veniant arma defensibilia, maximè in statutis, num. 56.*

VIGESIMVS EFFECTVS.

1 Vigesimus effectus clericatus est, vt licet armorum vsus sit interdictus tam clericis, quam laicis, vt in rubro, & nigro, vt armorum vsus inscio Principe interdictus sit, lib. 11. & ita Anch. de armis, collatio.
2 6. hoc tamen magis prohibetur clericis, quam laicis, cum indistinctè clericis sit interdicta delatio armorum offensibilium. Sanctus Gregorius Nazianzenus in 4. oratione de pace, vbi dicit arma prohibita esse Episcopis, & clericis, cap. clerici, vbi Cardinal. & Anchar. num. 1. de vita, & honest. cleric. Abb. in cap. 2. num. 1. eodem tit. Molin. de iustitia, & iure, tract. 2. disput. 108. in principio, carte mihi 392. Bertach. in repertor. in verbo clericus non debet, Cassa super consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. nu. 80. carte mihi 203. Graff. in dec. aur. par. 2 lib. 3. c. 6. Fuscus in singul. lit. C, num. 119. Bellug. in Speculo princip. rubr. 11. §. dubitatur etiam, num. 2. carte mihi 57. vbi multa circa hoc scribit Vital. in clem. diœcesanis, num. 8. de vita, & honest. cleric. vbi di-
3 cit, quod clericis sūt tantum prohibita arma offensibilia, non autem defensibilia. Farin. quæst. 108. num. 110. vbi dicit, quod arma sunt magis interdicta clericis, quam laicis, & quæst. 28. num. 65. Menoch. in tract. de arbitr. casu 354. num. 31. Decia. in tract. crim. p. 2. lib. 7. c. 3. n. 23. Monald. consil. 125. n. 18. lib. 2. Martin. Vran. Vltramont. cons. 9. num. 5. lib. 1. Campan. super cap. Regni Neapol. c. 238. nu. 31. Et ratio est, quia clericorum arma debent esse
4 orationes, & lacrimæ, cap. conuenior 23. quæst. 8. cap. porro, vbi glo. 16. quæst. 4. Bero. in cap. significasti, num. 32. de offic. delegat. Bertach. in reper. in verbo clericorum arma. Maccabr. consil. 23. nu. 12. Paulus Fuscus in singul. littera C, num. 119. Euerardus senior cons. 42. num. 11. Paris. in tract. de confiden. benef. quæst. 9. num. 26. Iacob. Benincas. in tractat. de priuileg. iurisconsul. priuileg. 45. num. 3. Berrett. cons. 4. num. 13. Menoch. in tract. de arbit. casu 364. num. 32. Decian. in tract. crimin. p. 2. lib. 7. cap. 3. nu. 23. Cefal. cons. 151. nu. 6. lib. 2. Martin. Vran. d. num. 5. Bambac. in repet. cap. primi, §. qui cleri-
5 cus, num. 102. si de feud. defun. content. Turrecr. in cap. 1. 24. quæst. 8. vbi hanc, & alias assignat rationes, ex quibus clericis est interdictus vsus armorū; quibus ego addo aliam rationem, quia .s. portans, vel detinens arma, præsumitur habere malum animum. Paris. cons. 83. num. 33. lib. 1. Decia. d. cap. 3. num. 25. Monald. cons. 31. nu. 194. lib. 1. vbi dicit, quod arma malum animum denotant. Menoch. de arbitr. casu 304. num. 26. & cons. 175. num. 8. Surd. cons. 40. nu. 7. Futius allegat. 35. num. 8. Collect. iur. can. f. 141. nu. 11. qui animus malus debet omnino
6 abesse clericis, per ea, quæ dixi supra in procem. 19. cum plurib. seq. Pœnæ autem clericorum deferentium arma sunt diuersæ, quarum Prima est, vt amittant gradum, & detrudantur in monasterio, c. clerici 24. q. 8. Reper. inquis. in ver. clericus, ver. sed an licet clericus, car. mihi 119.
7 Secunda est pœna, vt peccent mortaliter, cap. venio 11. q. 3. Cardin. in clem. 1. §. præfatæ de statu monac. not. in c. 2. de vita, & honest. cleric. Bertac. in reper. in verb. clericus arma portans, Iacobus de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 6. nu. 2. & 7. Lancellot. Corrad. in templum iud. lib. 1. c. 1. de Imperat. §. 3. in verbo arma prohibet differri, num. 3. carte mihi
8 101. & ideo possunt excommunicari, c. 2. vbi Anchar. n. 3. de vita, & honest. cler. not. gl. in c. dilecto, de sent. excommun. in 6. Mosco, de maiest. militan. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. ver. ex Concilio, carte mihi 408. Corrad. d. nu. 3. Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 7. c. 3. nu. 23. Monald. cons. 125. nu. 18. lib. 2. Abb. in c. 2. n. 8. de vita, & hon. cler. Cardin. Alba. in lucub. ad Bar. in l. 1. num. 4. ff. ad l. Iul. de vi publ. Graff. d. c. 6. nu. 2.
9 & 6. vbi dicit, quod si excommunicati non desistūt pro delatione prædicta, possunt deponi. Tertia est pœna, quod si post trinam monitionem se non correxerint, amittunt omne priuilegium clericale, vt in c. audientia, de sent. excommun. Aluar. in Specul. iur. Pōtif. c. 36. circa fi. ver. item notabis, de clerico carte mihi 108. Lancellot. Corrad. in templ. iud. lib. 1. c. 1. §. 3. de Imper. nu. 3. carte mihi 101. vbi, nu. 4. ponit qua pęna puniantur sęculares deferentes arma, quæ tamen pœna sæcularium hodie recessit ab aula propter diuersa statuta, quæ vbique vigent circa delationem armorum.
10 Ampliatur 1. præsens vigesimus clericatus effectus, vt procedat in clericis cuiuscunque ordinis, & etiam primæ tonsurę, namq; neque ipse poterūt arma deferre, c. quicūque ex clerico, vbi hoc notat Turrecr. 23. q. 8. Io. de Anan. in c. petitio, num. 6. de homicid. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. nu. 2. Pet. Belluga

lega in Spec. princ. rubr. 11. §. dubitatur, nu. 2. carte mihi 57. Anch. d. c. petitio, nu. 4.

11 Ampl. 2. vt habeat ēt locū in Prælatis, ac in quacunque dignitate constitutis. Dec. in c. non liceat, nu. 25. de preb. vbi dicit, q dispositio tex. in c. 2. de vit. & honest. cler. habet locum etiam in Prælatis.

12 Ampliatur 3. in monacis nigris, & omnibus regularibus: sed aduerte, quod monaci nigri sunt excōmunicati si arma detineant intra septa monaste-

13 rij absque licentia Abbatis, clement. ne in agro, §. quia vero, de statu regular. Abb. d. c. 2. n. 8 Graf. d. c. 6. nu. 6. Corrad. in templ. iud. li. 1. c. 1. §. 3. de Imper. in verb. arma prohibita deferri, nu. 3. car. mihi 101. Anchar. in d. c. 2. nu. 3. de vita, & honest. cler. Gaet. in summul. in verbo excommunicatio, c. 63.

14 Subampliatur hæc ampliatio, vt habeat locum, tam in tenentibus arma offensibilia, quam defensibilia. Gaet. d. c. 63.

15 Primo limitatur hæc ampliatio, quando inter religiosos, & Abbatē essent inimicitiæ capitales, quia tunc religiosus posset retinere arma ob defensionem intra septa monasterij absq; eo, quod incurrat in pœnam excōicationis, glo. fi. & Zabar. in c. 2. de vita, & honest. cler. Zaccar. Ferrar. in add. ad Abb. in d. c. 2. Lancel. Corrad. in templ. iud. lib. 1. c. 1. de Imper. §. 3. in verb. arma prohibita deferri, n. 3. car. mihi 101. Iacob. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 6. n. 8. vbi hāc fallentiam exemplificat in Abbate, qui prosequitur monacos odio capitali, vel qui esset talis, cuius cōsortium esset intolerabile, vel quia iniungit subditis intolerabilia. & dicit, quod tunc poterit monaci arma assumere, si non potest alijs remedijs succurri, alleg. c. Iulianus 11. q. 3. c. quanto diuor. c. de priore, de appel. c. significasti, de homi.

16 Secundo limitatur, quando arma teneret extra septa, gl. 2. in d. cle. ne in agro, §. præfatæ. Graff. d. nu. 8. Sayrus de cens. lib. 3. c. 33. nu. 28. & seq.

17 Tertio limitatur, vbi prædicta arma teneret ex permissione, & de licentia superioris. Gaet. in sum. in verb. excommunicatio, c. 63.

18 Quarto limitatur, quando non haberet animum continuo illa retinendi; sed cū venerit foris ad claustrum, illa secum duxerit. Corrad. d. nu. 3. allegat gl. & Card. in d. c. 2. de vita, & hon. cler. Graff. eo. nu. 8. in fi. ver. tertius, quando Sayr. vbi sup. num. 31.

18 Quinto limitatur hæc ampl. quando ex obliuione, vel ignorantia iuris nullo malo animo arma aliqua etiam in cella haberet, quia is præter intentionem illa teneret. Gaet. d. c. 63. Sayr. d. c. vbi supra.

20 Ampliatur 4. prædictus 20. clericatus effectus per quem prohibentur clerici deferre arma, vt in odium clericorum arma deferētium sit permissum officialibus, ac ministris laicis inuenientibus clericos armatos, illos armis spoliare, & priuare absque metu excōicationis, nec compelli poterint illa restituere eisdem clericis eodem loco, & tēpore. Scap. in tract. de iure non script. lib. 1. c. 5. nu. 1. & 2. vbi dicit, quod ita passim de consuet. seruatur. Graff in dec. aur. p. 1. lib. 4. c. 18. n. 158. qui dicit, quod si alio modo fieret, clerici liberè vagarentur armati, ex quo iudex ecclesiasticus non habet ministros, qui nocte clericos armatos capere possint, latè Nauar. cons. 27. per tot. in tit. de sent. excom. to. 2. car. mihi 210. Couarr. in lib. pract. q. c. 23. nu. 7. ver. vtcunque tamen, qui dicit etiam, quod possint armis spoliari, & priuari absq; metu excōicationis, cū multis alijs, quos dixi sup. eff. 1. limit. 10. num. 862. sed aduerte, quod in eadem limit. 10. nu. 864. in fine, dictum est secundum Nauar. & alios, seculares incidere in excommunicationem, si arma recepta a clericis non restituant, & hæc ampliatio in hac Vrbe obseruatur de consuetudine.

21 Limitatur primo prædictus 21. effectus clericatus in militibus Hierosolimitanis, qui licet sint propriè, & veræ personæ religiosæ, vt dixi supra effectu 1. ampl. 16. num. 109. & seq. adhuc possunt deferre arma absque incursu pœnæ constitutæ cōtra religiosos deferentes arma. gl. & communiter scribentes in c. duo sunt genera 12. q. 1. Carrer. in prac. crim. in §. seu sect. incip. in tex. ibi itemque eorum, nu. 5. carte mihi 31. Fernand. Vasq. in lib. 1. controuer. illustrium, c. 105. nu. 52. in fi. & nu. 47. vbi dicit, quod huiusmodi religio, seu ordo a principio fuit instituta ad subueniendum, seu defendendum Christianam plebem, ac Christi religionem, ideo eis permittitur deferre arma.

22 Limitatur 2. quando ipsa arma ex permissione, & licentia Summi Pontificis deferrentur. Graf. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 6. n. 3. qui allegat in argum. tex. in l. 1. C. vt vsus armorum, &c. lib. 11. & potest adduci ratio, quia dispensatio Summi Pontificis facit de prohibito permissum, vti dixi sup.

23 Limitatur 3. in clerico itinerante, qui ferret ea pro sua defensione, & resisteret latronibus, & præcipuè si esset transiturus per loca periculosa. Soc. reg. 30. in 6. limit. Menoch. de arbit. casu 394. num. 58. Decian. in tract. crim. p. 2. lib. 8. c. 2. num. 2. & c. 3. nu. 34. Rolan. a Val. cons. 3. n. 2. & 34. lib. 2. Abb. in c. continentiam, nu. 1. de cler. percussor. Lancell. Corrad. in templ. iudicum, lib. 1. c. 1. §. 3. nu. 4. carte mihi 102. Fusc. in sing. in lit. C, num. 119. Campan. super c. Regni Neapol. vbi dicit, quod itinerantibus

24 licitum est deferre arma debita ad se defendēdum a prædonibus, non autem ad offendendum alios. Farin. latè in tract. crim. q. 108. n. 110. Anch. in c. 2. nu. 3. de vita, & honest. cler. Iul. Ferret. in tract. de iusto bello, nu. 191. & licet contra præsentem ampliationem tenuerint. Gram. voto 24. num. 6. in fin. Decian. sibi contrarius in d. tract. lib. 7. c. 3. nu. 24. Iac. de Graff. in dec. p. 2. lib. 3. cap. 6. nu. 2. vbi dicit, quod nec possunt arma portare ad repellendum iniuriam inferendam, ego tamen non recederem a prio-

25 ri opinione, quę vltra quod est magis communiter approbata, & magis æqua, cum defensio sit permissa de iure naturali, vt dixi in meo tract. de exceptio. exceptio. 21. nu. 8. & seq. Scacc. de iud. p. 2. c. 2. num. 185. & ideo clericis non debet denegari, est tamen verum, quod non ita passim debet permitti clericis delatio armorum, ex causa, quia sunt itinerantes, & transituri per loca periculosa, sed tunc solum quando essent transituri per loca inculta, deserta, & periculosa, & solitum in eis commorari latrones, & grassatores, iuxta text. in cap. Maximianus 23. q. 3. & quod dictum est de clerico transituro per loca periculosa, procedit etiam si esset nauigaturus, per ea, quæ dicit Farin. in d. tract. crimin. q. 8. num. 109.

26 Limitatur 4. vbi arma portaret ex iusta causa, & abs-

& absq; scandalo; vt quia clericus haberet capitales inimicitias gl. in d.c.2.in ver. clerici arma, vbi Aba. nu. 8. & cæteri scribent Franc.Monald. cons. 125.nu.18.lib.2. sed in isto articulo contrarium tenuit gl. in c.in summa 23. q. 8. Repert. inquisit. in verb. clericus vers. sed an liceat clericus car. mihi
27 119 quæ contrariæ opiniones possunt duobus modis conciliari. Primo modo,aut inimicitia est capitalis, & procedit prima opinio, aut non est capitalis, & procedit secunda, quando vero inimicitia sit capitalis, & quando non,dixerunt Roger.cons. 31.n.25. Marsi. in l.1.§.cum quis latr.n.8.& 22.cum seq. ff.de q. Blanc. in repet.l.fi.nu.89.ff.de eo.Corrad. Lancell. de offi. prætor. vers.personas testium aggredior n.65.f. 192. Farin. q. 49.n.1. cum plur. seq. Alb.cons. 56.n.15.Menoc.de arb.cas.110.Mascard.de probat.concl.901 Baiar.ad Clar.§.fi.q.21 n. 119. & q.24.n. 31.Decia.tract.crim.c.25.n. 35. & 36.lib.3.p.1. Gram.cons. 44.n.7.& 8. Scach. de iud. c. 10.n.82.p. 2. Et ego dicam infra in tit. de eff. inimicitiæ in prælud. Secundo modo possunt conciliari, aut arma tendunt omnino ad offensioné alterius, vt sunt balistæ, & scopettæ, & tunc procedit secunda opinio Anch.in c.sentétiam ne cler. vel monac.aut arma non sunt omnino offensibilia, sed offensibilia, & defensibilia simul, vt est ensis, pugnale, vel magnum curtellum, & procedit prima opinio Turrecr. in c.quicunq; ex clerico, num. 1.23. quæst. 8
28 Limitatur 5.vbi clericus portaret paruum curtellum aptum ad incidendu n panem Abb. in c. lator nu. 3. de homic. & in c.2. nu. 7. de vit. & honest. cler. Card. Alb. in lucubr.ad Bart. in l.1.nu.5. ff. ad l. Cornel. vi publ.Grass.in dec.aur.p.2.lib. 3.c.6.n.
29 3. ver. quartus in clericis, Et ratio est, quia paruus gladius non venit propriè appellatione armorum Ang. in l. si pignore,§. furem, ff. de furt.Ana. in d. c. lator de homic.Abb.in eo c.2.de vit. & honest. cler.Alba.d.n. 5.Mars. in furem,n. 14. ff.ad l. Cornel. de Sicar.cum prope infinitis quos (more suo) congerit Farin.in d. tract.q. 108.n.77. & seq.
30 Et ideo statutum puniens portantes arma,non cóprehendit portantes paruos curtellos aptos ad scindendum panem, vel temperandum pennas Auth. de armis vbi gl. in verb.curtellos breues, Ang. in l. 1. ff.ad l.Iul.de vi publ. & in d.l. si pignore,§. furé, ff. de furt. cum multis alijs, quos more suo allegat Tiraq. in tract.de iud.in rebus exiguis num. 31. vltra quos idem dixerunt Peregr.Iannin. in tra.de citat. reali,lib.2.c.1.n.298.Ioseph.Lud.dec.Perus.31 n.4.Molignat. in tract. de appell.in verb.amorum, n. 95.circa medium,in fi. Mars.in pract.§. pro complemêto,n.18 vbi alios allegat cú multis alijs, quos allegat Farin.d.n.77.& Tiraq.in tract.de iud. in rebus exiguis,n. 32
31 Sublimitatur tamen hæc quarta limitatio quando talem curtellum clericus portaret non solum ad incidendum panem, sed etiam animo offendendi alios, quia tunc non euitabit pœnas clerici deferétis arma Bar. in d.l. 1. ff.ad l. Cornel.de vi publica,
32 vbi etiam Alba n. 5.Et ratio esse poterit,quia tunc talis paruus gladius venit appellatione armorú Io. Bapt. Baiar in add. ad Clar.in §.fi.q.82.n.72.Catel. Cott. in ver.armorú,Farin. q.108.nu. 77. cú seq. &
33 quando gladius dicatur paruus,& qualis debeat esse ad hoc, vt non comprehendatur appellatione armoru n, & per consequens eum deferens in nullam pœnam incidat, remittitur arbitrio iudicis Menoc.de arbit.cas.394.n.77.Far.d.q.n.80.Io.dePlat. in l.1.n.3.C.vt amor. vius Baiard.d.q.82.n.68
34 Limitatur 6. vbi clericus absq;scandalo arma portaret pro defensione propriæ personæ, vel rerum suarú,c.dilecto,& ibi gl.de sent.excom.in 6.c.olim, & ibi etiam gl.fi.de rest.spol.c.1. 23.q.1. Marsil. in pract.crim.in §.pro complemento,n.4.& cons. 103 per tot. Graf.d.c.6.n.3. ver. tertius est in clericis, qui dicit, quod isto casu debent illa portare ad terrorem, non autem ad percutiendum Bertach. in repert.in verb.clericus non debet,Ro.a Vall.cons. 3.nu.1.2. 32. & 34.lib.2.Camill.Borell.cons. 45. n. 21. Dec. in c. significasti,n.22.de off.deleg.
35 Limitatur 7.in armis defensibilibus tantum prout est lorica, & similia, quia talia non veniunt appellatione armorum, saltem impropriè, ideo talia arma deferens non incidit in aliquam pænam Bar. in l.1.n.2. vers.nam ista leges, ff. ad l. Iuliam de vi publica,qui dicit, quod leges prohibentes arma,nó loquuntur nisi de armis aptis ad nocendum, prout est telum, ensis, & similia, secus in armis defensibilibus, quæ non sunt apta ad nocendum, & propterea non sunt prohibita portari Alex. in add. ad eundem Bart. in l. fi. §. telum in lit. A, vers. item nota, ff. in tit. prædicto Roman.in l.1.§. otiosum, nu.1. in fin.ff.ad Si la.Farin.in d.tra. & quæst. num. 72 vers. limita secundo.
36 Limitatur 8. vt licet clericus non possit deferre arma, si tamen illa defert, non incidit in pœnam statuti Principis sæcularis prohibentis arma deferri Fulc. in sing. in lit.G.n.119. Couar. in lib. pract. quæst.c.33.nu.7. vbi dicit quod iudex ecclesiasticus non tenetur exequi pęnas statutas per Principem, vel officialem sæcularem aduersus portantes arma sed poterit pœnis iuris canonici, & mulcta pecuniaria illos afficere, quod etiam dixit Menoch. in tra.de arb.cas. 394.n.33.Pet.Aug.Morl. in empor. vtriusq. iur.tit.1.de legi. q. 56.n. 17. vbi alios allegat, sed quod aliquando clerici ob apportationem
73 armorum possint puniri per iudicem secularem, & subiaceant statutis prohibentibus delationem armorum, etiam quod statuta ipsa sint condita a Principe, vel officiali sæculari, dixerunt Decian. in tractat. crim. p. 2. lib. 7. cap. 3. num. 33. Iac. Berret. cons. 3.num. 8.Pet.à Plaz. in ep.t. delict. c. 8.num. 25. ver. & ista declaratio, Ant. Scap. in tractat. de iur. non script. lib. 1. cap.5 num.1.& 2. Grass.in dec.aur.p.1.lib.4. c.18.nu.158.qui omnes alios allegat,sed quia de materia istius limitationis, dixi latè sup. ef. 2. num. 268. ideo ad ibi dicta me remitto.
38 Limitatur 9.dictus 20. effectus clericatus,quo prohibentur clerici deferre arma, vt non habeat locú, quando vellent ire extra vrbé ad aspiciendú agros Gra f. d.c. 6.n.7. vers. fallit etiam vbicumq; qui ad hoc allegat Nicol. de Neap. in l.fin. de prox.scrip. lib.12.Iser.in c.1.§.si quis,de pace tenend.& ad hác limitationem optimé conferunt quæ scribit Farin. d.q. 108.nu.111.vbi ex multis asserit, quod si quis cum armis proficiscitur ad suum agrum, & posfessio-

fe fionem; non incidit in pœnam impositam deferentibus arma, quod ego puto verum si haberet maximè inimicitias capitales.
39 Limitatur 10. & vlt. quando clericus portaret arma ligata, gl. in §. prohibemus, in verb. permittimus in auth. de armis, DD. in d. c. lator de homic. Lancell. Corrad. in templ. iud. lib. 1. de Imper. §. 3. in verb. arma prohibita deferri, n. 3. in fi. car. mihi 101. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 6. n. 7. in fi. & eodẽ
40 modo dicimus tale statuto prohibente arma deferre, quod non incidit in pœnam deferentes arma ligata, Farin. d. q. 108. n. 83. seq. Alex. in add. ad Bart. in l. 1. in lit. C, ff. ad l. Iul. de vi publ. Soc. reg. 30. in 3. lim. Affl. super constit. in tit. de illicit. aport. armor. n. 10. Petr. a Plaz. in epit. delict. lib. 1. c. 8. nu. 13. Cott. in mem. in uerb. armor. in fi.

Et aduertendum quòd in casibus, in quib. cleri-
41 cis permittitur deferre arma non debent illa deferre coram iudice, neq; in congregatione hominum, neq; in cætu scolarium, neq; in Palatio Principis Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 6. n. 4. qui allegat in argum. l. armatos, ff. de ui publ. & facit tex in c. 1. §. si quis rusticus, de pace tenend. ubi hoc expresse firmat Bal. quæ conclusio, & regula tanto magis debet habere locum in clericis, eo quia reperitur etiam prohibitum laicis deferre arma in locis prædictis, etiam si ex priuilegio, uel alia causa possint illa deferre Lancell. Corrad. in templ. lib. 1. c. 1. §. 3. n. 4. uers. hæc tamen limitatio car. mihi 102. ubi multos alios allegat Bonacoss. in suis qq. cri. in uerb. armis uer. item de statut. lib. 1. car. mihi 17

Quæro primo, an Episcopus possit tenere, & ha-
42 bere familiam armatam, sed quia de hac quæstione dixi latè sup. ef. 1. ampl. 21. n. 129. ideo ad dictam ibi me remitto. solum addendo ad materiam dicta per Abb. & Bero. n. 3. in c. significasti de offic. deleg. & per eundem Abb. in c. cum non ab homine, nu. 8. de iud. ubi Barbat. in addit. in lit. D, Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 6. n. 7. & modernissimè Io. Frãc. Leonius in Thesaur. fori ecclesiastici, cap. 9. n. 22. & seq. ubi allegat multos alios concordantes.

Quæro Secundo, quid nam ueniant appellatio-
43 ne armorum, & in ista quæstione est distinguendũ, aut loquimur in propria, & stricta significatione, & ueniunt ea tantum, quæ principaliter, & naturaliter sunt inuenta, & ordinata ad offendendum, l. 1. si pignorem, §. furem, & ibi Bart. ff. ad furt. Aret. in §. item lex. Corn. nu. 4. instit. de publ. iud. Alba. in lucubr. ad. Bart. in l. 1. n. 6. ff. ad l. Iul. de vi publ. Farin. q. 108. n. 88. vbi quamplures congerit, aut loquimur de lata significatione, & tunc continen-
44 tur omnia tela, & instrumenta, quæ apta sunt ad offendendum, l. 3. §. armis, ff. de vi, & vi armat. l. armorũ appellatione de ver. signif. l. armatos, in fin. ff. ad l. Iul. de vi publ. §. qui autem instit. de interdict. Bar. & Alex. ibi in add. in l. hij qui, §. telorum, ff. ad l. Iul. de vi publ. Idem Bar. in l. pediculis, §. argento, ff. de aur. & argent. legat. Alba. in lucubr. ad Bart. in d. l. 1. n. 6. ff. ad l. Iul. de ui publ. Campan. super c. Regni Neap. c. 239. n. 16. Petr. Cened. in coll. iur. can. p. 2. coll. 7. nu. 7. Menoch. d. cas. 394. nu. 76. & 77. ubi dicit quod isto casu remittitur iudicis arbi-
45 trio, quæ ueniant appellatione armorum Io. Pet. Molignat. in tract. de appell. verbor. in ver. armorum appellatione, nu. 95. Io. Bapt. Baiard. in add. ad Clar. q. 82. n. 67. & 68. Mascard. in tract. de probat. concl. 1124. n. 30. vbi dicit quod in hoc debet attendis vulgaris vsus loquendi, Farin. eo. n. 88. vbi multos more suo allegat.
46 Ideo largo modo loquẽdo armorum appellatione venit fustis, Campa. d. n. 16. Molignat. loc. cit. Farin. d. q. 108. num. 87. Alba. d. nu. 6. Ang. in l. si pignore, §. furem n. 1. ff. de furt. Roman. in l. 1. §. occisorem, n. 1. ff. ad Sillan. Affl. in c. 1. §. si quis rusticus nu. 4. de pace tenend. Marf. in pract. §. pro complemento, n. 13. vers. & scias, a Plaz. in epito. delict. c. 8. n. 5. & 6. lib. 1. Io. Bello. comm. opin. diuers. in lit. A, vers. armorũ appellatione, f. 372. Affl. in c. 1. §. si quis rusticus, n. 4. de pac. tenend. Alba. d. n. 6. Secus
47 est in materia statutaria, in qua fustis non venit appellatione armorum, ideo statutum, puniens portantes arma, non comprehendit portantes fustem Ioseph. Ludo. Perus. dec. 31. num. 4. vbi alios allegat Molignat. d. n. 95. in verb. armorum appellatione, Farin. eod. num. 87. Corn. cons. 199. nu. 4. vers. 4. & ult. lib. 4. Rom. in l. 1. §. occisorum, nu. 1. ff. ad senatuscon. Silua. nec etiam uenit zappa, aut securis Alex. ad Bart. in l. qui edes, §. telorum, in prin. apostil. ff. ad l. Iul. de ui publ. Cabell. resol. cri. cas. 63. n. 5. sed pila plumbea comprehenditur in prohibitione armorum, Decia. in trac. crim. lib. 8. c. 2. n. 14. Farin. d. q nu. 90
48 Secus est si fustis esset aptus, & accommodatus ad offendendum, quia tunc comprehenditur in statuto loquente de armis, Farin. qui alios allegat d. q. 108. n. 89. Meno. cas. 394. n. 70. Baiard. in add. ad
49 Clar. d. q. 82. n. 68. item large loquendo appellatione armorum ueniunt etiam lapides Campa. d. n. 16 c. 239. Molignat. d. n. 95. Farin. d. q. 108. n. 87. Alba. in lucubr. ad Bar. in l. 1. num. 6. ff. ad l. Iul. de vi publ. Clar. in §. fi. q. 82. vers. statutum 6. n. 4. & ver. & scias Fab. Turr. cons. 61. nu. 11. lib. 2. vbi de com. testat.
50 Pet. a Plaz. in epit. delic. c. 8. n. 3. lib. 1. quæ tamen lapides non comprehenduntur in statuto loquẽte de armis Ioseph Ludo Rot. Perus. dec. 31. nu. 4. vbi alios allegat Molig. d. n. 95. Farin. præc. n. 87. Amad. de sind. n. 88. vers. aduertat. tamen Cott. in ver. armorum, in prin. Clar. §. fi. q. 82. n. 4. ver. & scias. Bertaz. cons. 246. n. 12. lib. 1. Cabal. resol. crim. cas. 63. n. 4.
51 Item, & asta, Campan. super cap. Regni Neap. c. 139. nu. 19. nec paruum baculum Io. de Plat. in §. recuperandæ, in fi. instit. de interdict. Farin. d. q. 91. Barbat. de Card. legat. q. 5. n. 8
52 Item bipennis, vel ligo, vel securis, Alex. in add. ad Bar. in l. quiedes §. telorum. in 1. apost. ff. ad l. Iul. de vi publ. Barbat. in tract. de Card. leg. q. 5. n. 28. Menoc. de arbitr. cas. 394. n. 70. Baiard. ad Clar. q. 82. n. 68. ver. item adde Cabel. d. cas. 63. n. 5
53 Quæ omnia tamen non comprehenduntur in statuto prohibente delationem armorum Corn. cons. 199 per tot. lib. 4. Bonacos. in q. crim. lib. 1. in verb. armis, vers. item statutum prohibens car. mihi 17. in fi. Bertaz. cons. 192. n. 7. in crim. Io. de Plat. in §. recuperandæ in fi. instit. de interdict. Ang. in l. armatos, ff. ad l. Iul. de vi publ. à Plaz. d. c. 8. nu. 7. Et ratio
54 cur isto, & in casibus similibus, & inferius ponendis non veniant appellatione armorum est, quia verba statuti (& præcipuè in odiosis (sunt strictè, & pro-

& propriè intelligenda, l. constitutionibus ff. ad municip. l. 3. §. haec verb. ff. de negot. gest. Valaut. de extens. leg. tit. de extens. leg. penal. nu. 11. cum. seq. Dec. cons. 432. n. 4. & cons. 445. n. 50. Tiraq. de retract. Lign. §. 53. gl. 1. n. 2. Ias. in l. more n. 33. ff. de acq. haer. Io. Pet. Bim. cons. 23. nu. 13. Paris. cons. 158 nu. 13. lib. 4

55 Sed an arma defensibilia, prout est lorica, & similia veniant appellatione armorum, sicut offensibilia, & in hoc est iterum distinguendum, prout supra; aut loquimur propriè, & districtè, & non continentur, aut loquimur largo modo, & impropriè, & continebuntur, ita distinguendo determinat Io. Pet. Molignat. in tract. de appell. verb. in verb. armorum appellatione, n. 95. vers. comprobant quae diximus Mars. in pract. crim. §. pro complemento, n. 19. Angel. de Malef. in verb. vno stocco ferreo, num. 5. f. 102. Farin. d. q. 188. n. 73. & 74. Affl. in constit. intentionis, n. 22. de illici. par armor. Duen. reg. 55. in 8. limit. a Plaz. d. c. 8. n. 4. Et ideo quia statuta sunt propriè intelligenda, vt dixi paulo ante, non com-

56 praehēduntur in statutis aliquo modo loquentibus de armis Molignat. loco citato, Scap. in tract. de iur. non script. lib. 5. c. 161. n. 19. & 20. qui loquitur in statuto prohibente delationem armorum, & dicit quod non prohibet deferri arma defensibilia, & quod ita seruatur de consuetudine, nisi aliud expressius exprimatur in ipso statuto, prout fit in hac Vrbe Panormi, in qua bannis prohibentibus delationē armorum solent apponi illa verba (offensibilia, & defensibilia) Mars. in pract. §. pro complemento, n. 19. Ang. de malef. in verb. vno stocco ferreo, n. 2. a Plaz. d. c. 8. nu. 5. Amod. in tract. de sind. nu. 88. & seq. Dec. Perus. 31. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt esse aduocati coram indice saeculari tàm in causa ciuili, quam criminali, num. 4. etiam si essent pauperes, nu. 5. & 6. lim. nu. 16. 17. 18 19. 21. 22. 23. 24. 25. 27. & 32. sublim. nu. 28 29. 30. & 31*

2 *Poena clericorum exercentium officium aduocationis est peccatum mortale, sed non amittit priuilegium clericali, n. 3*

7 *Nobilis exercens artem mechanicam ammittit nobilitatem.*

8 *Officium aduocationis est dignitas, & exercitium laudabile, nu. 9*

10 *Salarium aduocati dicitur honorarium.*

11 *Doctores Sancti multi sunt, n. 12*

13 *Maria Virgo dicitur aduocata peccatorum.*

14 15 *Episcopi, & caeteri praelati non debent exercere officium aduocationis.*

20 *Personae miserabiles sunt, qui causam propriam nō possunt prosequi.*

26 *Prohibitus aduocare non censetur prohibitus consulere.*

34 *Clericis licet permittatur in aliquibus casibus exercere officium aduocationis, nunquam permittitur tamen in causis criminalibus ad offensam, nu. 35. & 36. & quare n. 37*

38 *Clerici non possunt aduocare etiā ad defensam, vbi veniretur imponēda poena talionis accusatori, vel poena sanguinis, n. 39. ne incurrant irregularitatem nu. 40*

41 *Clericus exercens officium aduocationis in casibus sibi permissis, potest exigere salarium.*

42 *Religiosi nullo modo possunt esse aduocati.*

VIGESIMVS PRIMVS EFF.

1 Vigesimus primus effectus clericatus est, vt clerici non possint esse aduocati coram Iudice saeculari, c. 1. vbi hoc not. Abb. in 5. not. ne cler. vel vouen. c. 1. de postul. Emanuel Rodriq. in sum. casuum consc. p. 1. c. 1. n. 1. Bal. in l. placet, nu. 5. C. de epis. & cler. vbi etiam Alber. n. 1. idē Alber. in l. 1. eod. tit. Anch. in c. 1. n. 1. de postul. Turrecr. in c. 1. num. 3. 15. q. 2. Capr. reg. 95. n. 2. Pet. Cened. in collect. for. can. p. 2 collect. 39. n. 1. vbi more suo multos alios allegat Sim. Maiol. in tract. irregul. lib. 5. cap. 9. in vlt. verb. Spec. in rub. de aduoc. §. obijcitur, num. 5. Borgas. in tra. de irregul. p. 1. q. 8. c. 110. car. mihi 21. Lel. Zac. in tract. de priuil. eccl. priuil. 53. nu. 1. Henric. Bohic in c. clerici, n. 8. de postul. Iul. Caes. Imbr. in tra. de iudice Regni p. vlt. n. 38. Gaspar. Cabel. super constit. Egid. lib. 3. c. 20. num. 1. Affl. super const. Regni lib. 1. rub. 81. n. 17. & 18. Goffr. in sum. in tit. de postul. n. 9. March. in tract. de commis. p. 1. com. 2. nu. 16. cart. mihi 70. in parua impressione Romana, & eadem commis. 2. c. 2. n. 17. car. 77. vbi multos alios

2 allegat. Poena autem clerici exercentis officium aduocationis extra casus a iure sibi permissos est, vt peccent mortaliter, vt dicit Nauar. cons. 2. n. 1. in tit. postul. in 2. to. car. mihi 203. & ultra poterūt per Episcopum mulctari eius arbitrio Hostiens. & Innoc. in c. 1. de iuram. calum. Archi. in c. peruenit 86. dist. Iul. Caes. Imbr. in tract. de iudice Regni p.

3 ult. n. 45. & licet clericus exercens officium aduocationis peccet mortaliter, non propterea amittit priuilegium aliquod clericale Abb. in c. sicut, num. 3. ne cler. vel mona. Rodoan. in tract. de spol. eccl. q. 2. num. 25

4 Ampliatur 1. praedictus 21. effectus, vt procedat, tam in causa ciuili, quam in criminali Turrecr. in c. 1. nu. 6. 14. q. 2. Cened. in collect. iur. can. p. 2. collect. 39. n. 1

5 Ampliatur 2. etiam si clericus esset pauper, & uellet ex aduocatione uiuere, quia adhuc non poterit aduocationis officium exercere Io. de Anan. in c. 1. num. 7. de postul. sed in hoc contrarium tenuit

6 Henric. Bohic in ea. c. 1. nu. 7. qui dicit, quod si clerici sunt egentes de facto, etiam si sunt in sacris cōstituti poterunt sibi uictum quaerere ex aduocatione, allegat in arg. c. clericus uictum, 91. dist. & l. 2. C. de patri qui fil. distra. & c. ad supplicationem, de obser. ieiun. quibus ego adderem quod si clerico egeno licitum est uictum sibi quaerere ex mecani-

7 co artificio, ut dixi sup. ef. 6. nu. 36. quod ex se est parum honoratum, ita, & taliter quod nobilis exercens talia mecanica exercitia ammittat nobilitatē, est tex. in l. nobiliores. C. de commest. & merc. l. ne quis C. de dign. l. 12. gl. in c. qui contra pacem 24. quaest. 1. Bart. in l. 1. in fi. C. de dign. lib. 12. Soc. cons. 246. & eliganter, & subtiliter, colum. 2. uers. primo ratio. lib. 2. Affl. in cap. 1. col. 6. uers. sed quid de nobili

nobili quis dicatur Dux. Guid.Pap.dec.196.num.2 Cassia.consf. 64.n.35.Fab.de An.conf.17.n. 19.Tiraq. de nobil.c.27.n.1.& c.33.n.4.Bombi. de dign.
8 Doct.n. 7.quanto magis hoc debet permitti ex aduocatione,quæ est dignitas,& exercitium nimis honoratum laudabile,& necessarium,l.aduocati contra de aduoc.iud.l.laudabile,C.de aduoc.diuer.iud. c. quia Episcopus in fi. 5.q. 3.Foller. in const. Regni, item statuimus,nu. 19.tit.de Iudæis,Gail.lib. 1. obser. 43.n.3.& 4. Iac.Ben.de priu.iur. Consul.p.2.priu 38.n.2.Tiraq.de nobil.c.29. n.11.Bal.in limitus,col.1.de procur.Caroc.de loca.ti.de fruc.& lit. expens.n.1.Lancill.in templ.iud.§.1.q.2.n.26.& huiusmodi officium non derogat nobilitati, vt est tex. in l.2. §.seruius autem ff.de orig.iuris Cass.conf. 64
9 viso processu,col. vlt. & ita, & taliter est nobile, & laudabile, quod aduocati dicuntur sacerdotes l. 1. ff.de iust. & iur. Spec.de adno.§.2. n.2.& non solū debent habere scientiam,sed integram conscientiā, & integritatem Iac. Ben.de priuil.iur.cōsul.priu.59
10 n.8.p. 3. Et ideo eorum salarium appellatur honoratum, vt asserunt fere omnes præcitati Tiraq. de
11 nobil. c. 29. nu.37.Nec est verum quod aliqui vulgares,& idiotæ contra tam honestum,ac vtile exercitium debent.s.quod ex aduocatis nullus reperitur Sanctus, quia hoc est omnino falsum,cum multi, & multi tales reperiantur,nam S. Ambrosius Doctor Ecclesiæ fuit Sanctus, & nihilominus per vndecim annos aduocationis officium exercuit in Curia Romana, vt est videre,apud Surium, & apud voraginē in descriptione vitæ ipsius S.Ambrosij, sic etiam S. Iuo, & S. Germanus Episcopus Parisiensis,& S.Lipardus frater S. Leonardi Magni, vt refert Gomes in oratione poster.lect. 6.n. 17.& Iac.Bon.in tra.de priu.iurisconf.p.3.priu.71.num. 6.& Tho.Garzon. Plat. vniuersal discursu 12.De aduocatis adest etiā B. Ioan.de Capitano, cum multis alijs Sanctis Beatis quorum vitæ describuntur in p. 3. cronicæ ord. fratrum Minorum, vltra quod ipsemet D. N. Iesus Christus aduocationis nomē, & officium suscepit, nam apud Sanctum To.legitur in Epistola aduoca-
12 tum habemus apud patrem Iesum Christum,& Beda in homelijs super S. Marcum, Filius,vt formam hominis impleret obseruandum patrem putat esse pro nobis, quia aduocatus ipse est, & aduocationis officium ipse exercuit, dum defendit Magdalenam aduersus Pariseum,& mulierem adulteram ab accusatione Iudæorum & S.Mater Ecclesia Mariā Virginem appellat Aduocatam nostram,vt in salue Regina, ibi Eia ergo Aduocata nostra, & iterum in litania ipsius B. Virginis, Aduocata peccatorum.
13 Et ideo concludendo dicerē quod apud Deum meretur aduocatus exercens officium aduocationis,vt decet Io. Monac. Cisterciens. & Ias. in l. 1.n. 8. ff. de iust. & iur. Alber. in l.1.C.de suffr. & in l. per diuersas, C.mand. Granut.teorem.1.n.12. in fi.Lan-
14 cill. Corrad. in templ. iud.§.q.2.n. 12.f.7.Caualc. dec. 33 n. 21. p.1. qui dicit, quod isti tales bonam vitam ducunt prout etiam dicit Marsil. in tract. de bann. in verb. iudice in fin. Mut.super consuet.huius Vrb.Panor.c.68.n.29.& habeant alias optimas, & laudabiles qualitates.
15 Ampliatur 3. vt multo magis hic effectus procedat, & habeat locum in Episcopis; cæterisq; alijs Prælatis, ac indignitate constitutis, ne per talis aduocationis officium eorum dignitas vilescat,c.quia Episcopus 5. q. 3.c. prælatum 88.dist.c. Episcopus il 1.14.q.5.c.deniq; 21.q.3.Turrecr.in c.1.nu.3.15. q.2. Henrinc.Bohic in c.1.nu.1.de postul. vbi dicit, quod nec in causa propria possūt aduocare Rodo. in tra.de spol.eccl.q.2.n.18.qui dicit, quod nō possūt aduocare in causis pro alijs, neq; coram ecclesiastico neq;coram sæculari iudice,& quod hoc erit parum conueniens Episcopus, Iul.Cæsar. Imbri. in tra.de iud.Regni,p.vlt.n. 37
16 Limitatur 1.prædictus 21.effectus clericatus in causis proprijs, namq;in eis clericus poterit esse aduocatus, c. 1. de postul. Prælat.c.omnibus 4.q.6.c.1. ne cler. vel mon.Spec.in tit.de aduoc. §.obijcitur, n. 5. Isidor.Moscon.in tract.de maest.militan.eccl. lib. 1.p.2.ver.negotia secularia,cart.mihi 410.Paul. de Castr. in l.placet,n.2.C.de episc.& cler.Anan.in c.clerici,n.1.de postul.vbi etiam Ancher.nu.1. Turrecre.in c.1.n.3.15.q.2.Capr.reg.95.n.2.Rodoa. d. q.2.n.19.Iac.Benius in tract. de priuil. iurisconsult. p.3.priuil. 71.n.4.Zanc.in tra.de priu.eccl.priu.53. nu. 1. & 2
17 Limitatur 2.in Curia Romana,in qua etiam sacerdotes officium aduocationis exercent etiam in quibuscumq; causis profanis, & alienis Sim. Maiol.in tract.de irregul.lib. 5.c.19. nu.4. Emanuel Rodriq. in sum.casuum.consc.p.1.c.1. in fin.March. in tra. de commiss.p.1.commiss.2.num.16.cart.mihi 7. in impres. Rom.in forma parua, vbi dicit, quod ista concessio est inducta ex tolerantia, & patientia Sūmi Pontificis.
18 Limitatur 3. in Curijs Ecclesiasticis,quia clerici in eis etiam pro laicis poterunt aduocare Ana.in c.1. n.3. & in c.clerici,nu. 8.de postul.Ancher. in eo.c. clerici,n.4.Turrecr. in c.1.num.6.15.q.2.& in c.te quidem,n.8.11.q.2.Rodoa.in tra.de spol.eccl.q. 2. n.22.Alcia.conf.30.n.11.to.1.lib.2. Iul. Cæsar Imbria.in tract.de iudice Regni,p. vlt.n.45
Limitatur 4. vbi litigans esset persona miserabi-
19 lis,quia in talibus causis clericus poterit esse aduocatus pro ipsis personis miserabilibus, c. 1. de postul. Prælat.c.omnib.4.q.6.cap.1.ne cler. vel mon. Spec. in tit.de aduocat. §.obijcitur,n.5.Bohic.in c. clerici,n. 10. de postul. vbi dicit, quod possint postulare pro viduis, pupillis,& orfanis,Abb.in c.1.n. 4.ne cler. vel mon.Ancher. in c.1.nu. 1. de postul. Turrecr.in c.1.n.3.15.q.2.Isidor.Mosco. de maest. milit.eccl.lib.1.p.2.c.2.vers.negotia secularia cart. mihi 410.Bened.Capr.reg.95.n.2.Iac.Benius in tr. de priuil.iurisconf.p.3.priu.71.n.4.Alcia.d.conf. 30 n. 8. to.1.lib.2. qui loquitur in causis viduarum, & orfanorum Lel. Zancus in tra.de priuil.eccl. priuil. 53.n. 1. Marches.in tract. de commiss. lib. 1. commiss.2.n.1.n.16.car.mihi 70. in impress. Romana, in forma parua, Rodoa.in tract.de spol.eccl.q.2.n. 19. & 20.qui dicit,quod clericus potest aduocare pro omnib. personis, quæ per se proprias causas nō possūt ministrare, & defendere,quæ autē dicantur personæ miserabiles,ponunt latè Menoc.in tra.
20 de arbit. q.18.nu.17.& per tot.Cepol.conf. 21.n. 2. lib. 1. in ciuil.qui dicit,quod isto casu personæ miserabiles sint, qui causas proprias non possunt administrare quo ad sumptus.

Limita-

21 Limitatur 5. in causis Ecclesiæ, vel collegij, vel cuiuscunque alterius pij loci Paul. de Castr. in l. placet, n.2. C. de epis. & cler. Abb. in c. 1. col. 2. vbi etiam Io. de Anan. n. 1. & Pet. Anch. etiam nu. 1. de postul. Turrecr. in c. 1. n. 3. 19. q. 2. Vasq. in li. 1. de controu. illust. c. 31. n. 29. Capr. d. reg. 95. n. 2. Rod. in tract. de spol. eccl. q. 2. n. 19. & 22. vbi ponit, quando dicatur causa ecclesiæ, & ecclesiastica. Iac. Benius in tra. de priuil. iuriscōs. p. 3. priuil. 71. n. 4. Spec. in tit. de aduo. §. obijcitur, n. 5. Alcia. d. cons. 30. nu. 9. lib. 2. to. 1.

22 Limitatur 6. vbi is, pro quo clericus patrociniū præstat, esset persona ecclesiastica, c. cum sit, de foro compet. c. 1. de offi. ord. Bohic in c. clerici, nu. 9. de postul. & ratio est, quia hæc etiam dicitur causa ecclesiastica. Rodoa. d. num. 22.

23 Limitatur 7. in causa amici intimi, & antiqui, quia in ea clericus potest esse aduocatus prout in causa coniunctæ personæ Hostiens. Io. And. & But. in c. fi. de postul. Bohic in c. clerici, n. 9. & 10. eo. tit. cum multis alijs, quos latè allegaui in meo tract. de effectu amicitiæ, effectu 116. per totum.

24 Limitatur 8. in vno negotio tantum, ex quo in vno negotio tantum clericus poterit esse aduocatus. Innoc. in c. 1, & A. de re iud. Abb. in c. ex parte, col. fin. de postul. Iul. Cæsar. Imbria. in tra. de iudice Regni, p. vlt. nu. 47.

25 Limitatur 9. in allegationibus in scriptis, quia licet clerici nō possint aduocare in foro sæculari, poterunt nihilominus in iure consulere, ac in eo allegationes in scriptis facere. Emanuel Rodriquez in summa casuum conscientiæ, p. 1. c. 1. nu. 1. Alciat. d. cons. 30. nu. 12.

26 Et ratio est, quia prohibitus aduocare non censetur prohibitus consulere in camera. Bar. in l. Paulus, §. Paulus, de leg. 1. & in l. 1. §. 1. de postul. Abb. in rub. de postul. Alciat. d. num. 12

27 Limitatur 10. in clericis in minoribus constitutis Anan. in cap. clerici, nu. 6. de postul. Turrecrem. in cap. 1. num. 3. 15. q. 2. Specul. in tit. de aduoc. §. obijcitur, nu. 5. Rodoan. in tract. de spol. eccl. q. 8. n. 48. Henric Bohic in d. c. clerici, num. 8. & 10. vbi dicit, quod clerici in minoribus possunt postulare, tā pro clericis, quam pro laicis, tam mediante pecunia, quam gratis. Cabell. super const. Egidianis, lib. 3. c. 20. nu. 2. Nauar. cons. 2. nu. 3. & per tot. in tit. de postul. in 1. to. car. mihi 203.

28 Sublimitatur 1. hæc limitatio, vt non procedat in causa criminali ad offensam, nam in ea clericus etiam in minoribus constitutus non poterit esse aduocatus. Turrecr. in c. 1. nu. 4. 15. q. 2. & dicam infra in præsenti effectu. num. 34. & seq.

29 Sublimitatur 2. quando clericus in minoribus haberet aliquod beneficium ecclesiasticum, quia clericis beneficiatis est interdictum officium aduocationis, prout constitutis in sacris. Turrecre. d. num. 4. Pet. Cened. in collect. iur. Can. p. 1. collect. 39. nu. 1. Alciat. cons. 30. nu. 7. to. 1. lib. 2. Henric Bohic in c. clerici, nu. 9. de postul. Cabel. d. nu. 2. Paris. in trac. de confid. benefic. q. 9. n. 31. Quæ sublimitatio sublimitatur duobus modis.

30 Primo sublimitatur, vbi clericus in minoribus beneficiatus haberet licentiam patrocinandi a suo Prælato. Imbria. in tract. de iudice Regni, p. vlt. n. 45

31 Secundo sublimitatur, vbi beneficium esset tenue, & insufficiens ad substentationem. Rodoan. in tract. de spol. eccl. q. 2. nu. 24.

32 Limitatur 11. & vlt. vbi exerceret tale officium aduocationis pro personis consanguineis, & coniunctis. Henric Bohic in c. clerici, nu. 9. & 10. de postul. Rodoa. d. q. 2. n. 19. Iacob. Benius in trac. de priuil. iuriscons. p. 3. priuil. 71. n. 4. quam limitationem

33 intelligas de personis coniunctis vsque ad quartum gradum tantum, & non vltra Anch. licentia, C. de episc. & cler. l. petitionem, C. de aduoc. diuers. iud. Abb. in c. fi. in 2. col. de postul. Rodoan. eo. n. 19. vbi in fi. dicit, quod pro coniunctis personis poterit clericus allegare, & aduocare contra ecclesiam a qua habuit beneficium, quia magis tenetur quis adiuuare coniunctum quam eum, a quo habuit beneficium, prout in simili vidimus in materia feudali, in qua vasallus non tenetur iuuare dominum contra suos coniunctos. Abb. antiq. & Abb. in c. petitio, ver. non tamen placet de iureiur. Afinius in tract. de exequut. §. 9. c. 348 nu. 8.

34 Et licet in prædictis fallentijs clericus non prohibeatur exercere officium aduocationis, nihilominus nunquam permittitur in causis criminalibus aduocare ad offensam. Turrecrem. in cap. 1. nu. 2. 15. q. 2. c. sententiam ne cler. vel monac. Henric Bohic in c. clerici, de postul. Lel. Zanc. de priuil. eccl. priu. 58. nu. 20. quod secus est ad defensam, ex quo

35 tunc clericus in casibus sibi a iure permissis (secundum aliquos) poterit esse aduocatus pro reo prosequuto, ita tenuerunt Abb. nu. 5. & Anchar. n. 7. in c. clerici, de postul. Iac. Benius in tract. de priuil. iurisc. p. 3. priuil. 71. n. 5. Lel. Zanc. d. priuil. 53. num. 26. vbi

36 dicit, quod tutius est, vt se abstineat ab aduocatione pro reo; & quod indistinctè, & nullo casu clericus in causa criminali tam ad offensam, quam ad defensam non possit esse aduocatus, est textus in d. c. sententiam, ne cleric. vel monac. c. his a quibus 23. quæst. 5. cap. aliquando dist. & c. si dist. 51. & hoc idem tenuerunt Goffr. in summa tit. de postul. nu. 9. Henric Bohic in c. clericus, n. 6. ne cler. vel monac. & in c. 1. num. 3. & 4. de postul. Sebastian. Medic. in summa concor. cano. decret. dist. 51. n. 1. Nau. cons. 2. nu. 3. & 4. in tit. de postul. in 1. to. carte mihi 203. Rodoan. in trac. de spol. eccl. q. 2. n. 26. vers. in causis vero criminalibus Maria. Socc. iun. in c. ad audientiam, n. 23. de homic. Petr. Cened. in collect. iur.

37 can. p. 1. coll. 39. nu. 2. vbi dicit, quod posset esse, vt reus accusatus propter culpam, & negligentiā, vel imperitiam ipsius aduocati clerici, deueniret ad casum vbi condemnandus esset pœna sanguinis, & similiter si reus esset nocens, posset ex nimijs subtilitatibus, aut cauillosis allegationibus sui aduocati iniustè absolui, & per consequens condemnari ad pœnam tallionis, latè Simon Maiol. in tract. de irreg. lib. 2. c. 9. nu. 2. 3. & 4. qui dicit, quod clericis est interdicta hæc forensis exercitatio, & rei illicitæ operam dare videtur propter hoc periculum, & si quis vellet tenere opin. quod clerici in casibus sibi per-

38 missis possint aduocare ad defensam pro Reo in causa criminali, eā limitare habet vbi veniret imponenda pœna tallionis accusatori, quia tunc clericus non poterit esse aduocatus pro reo accusato, ex quo in consequentiam aduocaret contra accusatorem Butr. & Imol. in c. 1. nu. 3. de postul. Fel. in c. de

cætero

cętero nu.3.de test. Anch. in c. clerici, num.7. de postul. Maiol. d. nu.2. vbi alios allegat Cened. d. num.2. qui dicit, quod vbi venit imponenda pœna talionis, aduocatus Rei prosequuti sit irregularis, sicut aduocatus prosequentis Albert. Trott. in tract. de perfect. cler. lib.2. c.23. nu.3. Et intelligas, vt tunc demũ
39 clericus non possit esse aduocatus in causa criminali in casibus sibi alias de iure permissis, quando pro delicto de quo agitur veniret imponenda pęna sanguinis, secus si veniret imponenda alia pœna, vt est pecuniaria, quia in tali causa criminali clericus poterit esse aduocatus; Henric Bohic in c. clerici, num.6. de postul. qui dicit, quod tunc dicendum est, prout in causa ciuili, Turrecr. in c.1. nu.6. 15. q.2.
40 vbi dicit, idem esse quando de causa criminali ageretur coram iudice ecclesiastico, quia ratio cur clerici non possunt esse aduocati in causa criminali, est ne incurrant irregularitatem, prout incurrerẽt, si in ea aduocarent ex sola aduocatione, Anch. in in c. sententiam, n.5. ne cler. vel monac. Soc. in c. ad audientiam, num.138 de homic. Nauar. cons.2. n.2. in tit. de postul. in 1. tom. cart. mihi 203. Cened. in collect. iur. can. p.1. collect.39. nu.2. circa medium, Sim. Maiol. in tract. de irregul. lib.2. c.9. num.2. & seq. Paris. in tract. de confid. q.9. nu.39. vbi alios citat, quæ irregularitas nõ incurritur, vbi venit imponenda pœna mitior, quam sanguinis.

Nec est prætermittendum dicere, quod clericus in casibus sibi de iure permissis exercẽs aduocationem poterit licitè exigere salarium competẽs, pręter in causis miserabilium personarum Abb. in c.1. num.2. vers. nunquid de postul. & in c.1. num.5. ne cler. vel mon. Corsett. in repert. ad eundem Abb. in verb. clericus in casibus, Turrecr. in c.1. num.7. 15. q.2. vbi dicit quod ita seruatur de consuetudine Tiraq. in tr. de nobil. c.29. nu.30. in fi. Iac. Benius in tr. de priuil. iuriscõs. p.3. priul.73. n.10. Spec. in tit. de salar. §. sequitur, nu.20. Rodoan. d. q.2. nu.21.22.23. qui dicit, quod iuribus disponentibus, quod non possunt aliquid exigere, est derogatum per contrariam consuetudinem, quia nemo militat proprijs stipendijs, & adducit alias fortissimas rationes Lel. Zanc. in tract. de priuil. eccl. priuil.53. nu.27. & seq. vbi vltra quod asserit, quod ita de cõsuetudine hodie seruatur, dicit etiam, quod iura, quę videntur disponere contrarium, sunt intelligenda, quando clericus esset aduocatus in causis spiritualibus, secus in tẽporali-
42 bus, vel quod debeant intelligi in religiosis, circa quos religiosos dico, quod non solum non possunt esse aduocati clerici, verũ etiam in casibus in quibus clericis, hoc permittitur, & eis tantum est permissũ, si hæc duo interueniant, videlicet vtilitas monasterij, & mandatum Abbatis, vel guardiani, Abb. in c. ex parte de postul. Rodoan. d. q.2. n.27. qui dicit, quod vna prædictorum qualitatum deficiente non poterit religiosus aduocare, quod dixit et Henric Bohic in c.1. nu.11. de postul. qui addit, quod nec pro personis coniunctis, nec pro miserabilibus poterit aduocare altero ipsorum deficiente, & num.15. dicit, quod nec eos excusaret contraria consuetudo.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non debent esse lusores, & peccant ludendo, 9. & 12. et de pœnis contra eos, num.13.17.18. & 19. lim. nu.25.26.27. & 28. & in quibus casibus etiam permissis non liceat, num.29.30.31.32.33. 35.37.38.40. & 41.*
2 *Ludus est detestabilis ex se, nu.3.4.7.10.11. & 12.*
5 *Lusor præsumitur dilapidare bona sua.*
6 *Lusor repellitur à testimonio.*
7 *Actio furti non cõpetit domino domus, quando furtum fuit commissum tempore, quo luditur in domo.*
13 *Pœna clericorum ludentium est, quod non possunt obtinere beneficia ecclesiastica, & non moniti, numero 14. & 15.*
16 *Clericus publicus aleator ammittit beneficium.*
20 *Pœna clericorum ludentium est extraordinaria arbitrio iudicis.*
21 *Clerici non solum non possunt ludere, verum etiam nec assistere in loco vbi luditur, nec habere partem, num.24.*
22 *Regulares non possunt ludere, nec assistere vbi luditur sicut clerici.*
23 *Mala multa deueniunt ex ludo.*
34 *Beneficiatus si luderet de facto, an id quod lucratur, teneatur restituere.*
36 *Loci ratione prohibetur id, quod alias esset permissum.*
39 *Ludere non licet non solum clerici, nec etiam laicis in diebus festiuis.*
42 *Episcopus nunquam debet ludere.*
43 *Monitio an sit necessaria clerico ludenti, vt incurrat in pœnam.*
44 *Clericus an teneatur restituere id, quod lucratur in ludo.*

VIGESIMVS SECVNDVS EFF.

1 Vigesimus secundus effectus clericatus est, vt clerici debeãt omnino esse alieni a ludis Trid. sess.22. c.1. tit. de refor. taxillorum, ac alearum, cap. penul. de vit. & hon. cler. c. Episcopus distin.35. & ibi glos. & Doct. c. inter dilectos de excess. Prælat. Abb. cap. vt clerici num.4. de vit. & honest. cler. Bart. in §. interdicimus, num.3. in Authent. de sanctiss. Episcop. Siluest. in sum. in ver. ludus, num.2. Thom. Actius in tract. de lud. scaccorum, q.9. num.1. qui adducit rationes, ob quas clericis interdicitur ludus, prout eas adducit, etiam S. Raimund. in sum. lib.2. in tit. de negot. sæcul. §.11. in princ. f.254. Paul. Fusc. in suis sing. in lit. C. nu.116. Cagnol. in l. singularia, nu.142. ff. si cert. pet. Iac. Graf. in dec. aur. p.2. lib.3. cap.8. nu.8. & 10. qui dicit, quod non possunt ludere etiam ludis, qui alijs essent honesti Farin. q.109. nu.92. vbi dicit, quòd hoc est interdictũ clericis de præcepto, non autẽ de consilio, prout aliqui voluerunt Ignat. Lopez in add. ad pract. Diaz cap.70. in lit. A, Armill. in sum. in verb. ludus, nu.2. Marquet. in tract. de celibat. part.3. c.11. num.1. & 2. Capr. reg.86. num.36. Anchar. in d. c. clerici num.4. de vit. & honest. cler.
2 & huius effectus potest esse ratio, quia ludus ex se est

c. 1. detestabilis propter plura, & infinita mala, quæ inde proueniunt, & ideo hoc attendens Hierem. Profet. c. 15. dixit Non Sedi cum Consilio Ludentium, & Tobias c. 3. Nunquam cum Ludentibus me miscui, & Chrisostom. super Genesi. Non dat
3 Deus ludere, sed diabolus, in tantum quod venit appellatione criminis, §. illud vero in prohem. ff. ibi. ludos exercere, & alia crimina vbi Bart. n. 1. Paris. de Put. in tract. de synd. in verb. inquisitio, c. 1. n.
4 12. Marq. d. nu. 2. & seq. vbi dicit, quod fuit inuentus a diabolo tanquam esca omnium malorum, c. deniq; 4. dist. & quod est causa amissionis temporis, blasphemiæ, furti, falsitatis, homicidij, depauperationis, & propriorum vestimentorum expoliationis, iuxta illud Horat.)

Quem damnosa Venus, quē præceps alea nudat.

5 Intantum quod lusor præsumitur dilapidare sua bona, & male vti substantia sua, vt dicit Bal. in Auth. quod locum, circa finem, C. de collat. & quod lu-
6 sor ducat malam vitā, & propterea repellatur a testimonio dixit Roland. a Valle cons. 63. nu. 18. vol. 2. & Hostiens. in sum. tit. de excess. Præl. dixit quod
7 lusor in ludendo dicitur agere turpem vitam, imò in tantum iura detestantur ludos prædictos, vt imponant pœnam confiscationis domus, in qua luditur habetur in d. Auth. alearum vsus, & tit. tepore quo
8 luditur committitur furtum in ipsa domo per quēcunq; minime domino competeret actio furti, l. 1. §. prætor ait, ff. de aleator. & Card. Zabar. in clemen. 1. in ver. sed, & tales in fi. de vit. & honest. cler. prout eum refert Marquat. a Susan. in tract. de ce-
9 libat. q. 1. in 6. p. 3. qui dicit, quod clerici ludentes peccant octo rationibus, quas ibi recenset, & quod ludus sit pernitiosus in Republica, & omnino detestandus, dixit Couarr. in c. peccatum p. 2. §. 4. & est tex. in l. fi. & ibi DD. C. de relig. & sumpt. funer. Et
10 multa contra ludum, & ludentes scribunt Albert. in l. 1. § idem notandum ff. de aleæ vsu, & aleator. Addent. ad eand. Alber. in d. l. 1. §. fi. in lit. A, DD. in c.
11 clerici, il 2. de vit. & honest. cler. cum multis alijs, quos latè congerit Farin. q. 109. n. 2. Qui omnes cū
12 loquantur in laicis, quanto magis eorum dicta procedere habent in clericis, qui ludendo magis peccant, quam laici Stefan. Cost. in tract. de lud. art. 1. §. 1. nu. 6. & seq. in 2. & 3. concl. Diaz in pract. crim. cano. c. 70. alias 64. in verb. aleatores post nu. 1. & ibi Ign. Lopez. in add. in litt. A, pract. Corrad. in tit. de lusor. n. 1. vers. subijcere etiam possumus, Summa Armill. in verb. ludus nu. 1. & seq. quos omnes refert, & sequitur Farin. d. q. 9. n. 4. & 5. vbi etiam alios allegat.

Clerici vero lusores diuersis pœnis plectuntur,
13 quarum Prima est, vt non possint obtinere beneficia ecclesiastica, in tantum quod si illis conferatur, collatio erit nulla, c. 1. 34. dist. DD. in c. inter dilectos de excess. Prælat. Molin. in tract. de contract. disp. 521. n. 6. Menoc. in tract. de arbit. iud. cas. 399 n. 3. Abb. in c. inter dilectos, n. 6. de excess. Prælat. Bonifat. de Vital. in tract. de malef. in tit. de ludo azardi, & alearum, n. 9. post tract. Angel. de malef. car. mihi 459. Pet. de Greg. Tholos. in comment. decr. in explicat. de elect. c. 9. n. 22. Ant. a Sola super decret. Sabaudiæ, li. 3. in gl. in ver. ludum, 5. car. mihi 182. Lambert. in tract. de iure patro. lib. 3. art. 9. q. 2. princ. nu. 10. D. Flam. Paris. in tract. de resignat. benef. lib. 4. q. 3. nu. 65. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. q. 11. n. 7. vbi dicit, quod hanc pœnam
14 incurrit etiam si non fuerit monitus, vt a ludo desistat, & licet non possit beneficium obtinere clericus lusor, non tamen priuabitur ab obtento Molin. & Menoc. in locis proximè citatis, nisi postquam
15 fuerit ter monitus, & ipsis monitionibus non obstantibus luderet, quia tunc etiam posset priuari beneficio prius iam obtento Abb. in c. vt clerici n. 11 de vit. & honest. cler. & in c. inter dilectos de excess. Prælat. Molin. d. disp. 521. nu. 8. Grass. in dec.
16 aur. lib. 3. c. 8. n. 8. Nec est omittendum dicere quod si clericus est publicus aleator, tunc collatio beneficij ei facta erit ipso iure nulla, si vero est occultus erit irritanda D. Paris. d. q. 3. n. 66. & 67. Secunda pœna de iure ciuili introducta, quo iure cle-
17 ricus lusor, aut ludi inspector per triennium est detrudendus in monasterium, & per eundem tempus à diuinis suspenditur, & si penituit, poterit ante triennium ad pristinum statum restitui Auth. interdicimus, & ibi gl. 1. & communiter Scribentes, C. de epis. & cler. Caccialup. in tract. de lud. n. 61. Diaz in pract. Capic. 70. n. 5. vbi Ignat. Lopez in add. in lit. C, glo. in c. clerici, il 2. in verb. ad alias de vit. & honest. cler. vbi etiam Butr. nu. 13. Menoch. in tract. de arbitr. cas. 399. num. 3. Molin. in tract. de contr. disp. 512. nu. 7. Farin. in tract. crim. q. 109. nu. 93. & 94. vbi cum Menoch. loc. cit. dicit quod
18 hæc pæna non est approbata de iure canonico. Tertia pœna clerici ludentis est, vt incidat in peccatum mortale secundum Hugonem in c. Episcopus 35. dist. quem refert, & sequitur Iac. de Grass. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 8. n. 9. Molin. d. disp. 521 n. 6. qui dicit, quod tali pœna non sunt condemnandi clerici, qui sine aliorū scandalo recreationis causa chartis ludunt modicas quantitates, & conditione, ac illorum statu consideratis, eorūq; redditibus, ac bonis, non dedeceat, Nauar. in manual. c. 19. n. 5. S. Raymund. in sum. lib. 2. in tit. de neg. secul.
19 §. 11. in princ. car. mihi 254. Quarta pœna clericorum ludentium est (& hæc pæna est imposita de iure canonico,) vt Episcopus, presbyter, vel Diaconus in ludo alearum perseuerantes deponantur, Subdiaconi, ac cæteris ordinibus minoribus insigniti sunt excommunicandi c. Episcopus, & quod ibi not. Præpos. Alex. 35. dist. Zabarel. in clem. 2. §. sed, & tales nu. 10. de vit. & honest. cler. Paris. de Put. in tract. de ludo n. 94. Diaz d. c. 70. nu. 2. vers. si autem monitus Syluest. in summ. in ver. ludus nu. 10. quos omnes refert, & sequitur Farin. d. q. 109. n. 9. & vltra eos idem dixerunt Io. de Amic. cons. 127 n. 21. Marquat. de Susan. in tract. de celibat. p. 3. q. 11 n. 7. quæ omnes pœnę fuit cōfirmatæ per Sacrū Cōcil. Trid. vt habetur in c. 1. in fi. sess. 22. de refor. & sess. 24. c. 2. et in fi. de reform. Sed hodie verior opi-
20 nio, & magis practicabilis est, vt pena clerici ludētes sit pœna extraordinaria, arbitrio iudicis imponenda; Diaz in pract. crim. c. 70. n. 2. vers. ego vero, vbi ponit, ex quibus iudex in imponenda ista pœna debeat moueri ad temperandā, vel augēdā pœnam ipsam, & ibidem Ignat. Lopez in lit. C, Menoc. in tra. de arbitr. iud. cas. 399. in fi. Farin. q. 109. n. 97.
21 Ampliatur 1. iste effectus, vt in tantum sit verum quod

quod clerici ludentes non possint excusari contraria consuetudine, quia talis consuetudo est damnata, & diceretur potius corruptela, c. inter dilectos, & ibi scribentes de excess. Prel. Abb. in c. clerici, de vita, & honest. cler. Aufrer. in addit. de appell. Tholos. dec. 192. Thom. Vzit. in tract. de lud. scacc. in 4. quæst. princ. n. 16. & in tract. de infirm. lib. 2. in verb. alearum ludus, Capra reg. 86. nu. 37.

22 Ampliatur 2. vt clerici non solum non possint ludere, verum etiam nec assistere, & commorare in loco, vbi luditur. Marian. Soc. in d. c. inter dilectos, n. 11. Capra reg. præd. n. 36. Graf. in dec. aur. p. 2. li. 3. c. 8. n. 10. Marquat. in trac. de celib. c. 11. n. 3. p. 3.

23 Ampliatur 3. vt præsens effectus multo magis procedat, & habeat locum in omnibus religiosis, ac regularibus, qui non possunt ludere etiam ludo alias licito, & honesto clericis, nec cum alijs, nec inter se, quia cum sint mortui quoad mundū, & debeant stare in monasterio soli, & tristes, iuxta tex. in c. placuit, il 2. 16. q. 1. & in l. Deo nobis, C. de episc. & cler. non debent se ludis immiscere, ex quibus, vt plurimum deueniunt multa mala, ita Henric Bohic in c. clerici, il 2. nu. 6. de vita, & hon. cler. Præpos. in c. Episcopus etiam nu. 6. ver. ex qualitate personarum, c. 35. Stefan. Costa in tract. de ludo, n. 14. & 15 vers. ratio differentia in secūdo artic. Troil. Macuzzan. in trac. de fort. p. 2. nu. 18. vers. aut loquimur de religiosis. Ignat. Lopez in add. ad prac. Diaz. c. 70. in lit. A, Corrad. in rub. de lusorib. num. 2. vers. multo magis in monacis, & num. 19. sum. Ang. in verb. ludus, nu. 2. ver. tertio prohibetur ratione personæ, Silu. et in summa in eod. ver. ludus, nu. 2. vers. quarto est aliquando. Viu. in com. opin. opin. 467. n. 3. ver. tertia circunstantia. Farin. in q. cri. q. 109. nu. 98.

24 Ampliatur 4. vt clerici non solum non possunt ludere, verum et nec cū ludentibus habere partem, quod apud Neapolitanos, & Siculos dicitur facere vaccam. Capra reg. 86. n. 37. alleg. tex. in c. clerici, il 2. de vita, & honest. cler. & in Auth. interdicimus de sanctis. episc. & ratio est vulgata, quia qui per alium facit per seipsum facere videtur, l. qui per alium, de reg. iur. c. 1. de sent. excom. Henric in c. quod nonnullis, nu. 3. de priuil. & excess. priuil. Dec. cons. 463. nu. 3. Et ratio auaritiæ, & cupiditatis, quæ præsumitur, & viget in ludente militat, & viget etiam in eo, qui ponit ad partem, & vbi militat eadem ratio, idem ius militare habet, l. illud, ff. ad l. Aquil. l. a Titio, ff. de verb. oblig. l. fin. C. de const. pecun. Nicol. Euerard. cons. 31. nu. 13. Christof. Torniol. cons. 6. nu. 129. & cons. 52. nu. 6.

25 Limitatur modo prædictus 22. clericatus effectus, per quē clerici prohibentur ludere, vt non procedat, quando clericus luderet in conuiuio causa vescendi, vt puta, quod ex pecunia lucrata is, qui lucratus fuerit, teneatur emere aliquid pro edendo communiter, l. quod in cōuiuio, & ibi gl. ff. de aliat. sed quod ludere pro causa prędicta clericis nō permittatur, quia clericis est interdictū celebrare conuiuia, dixerunt Iac. de Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 8. n. 8. ver. sed aduerte, Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 11. in vltimis verbis, qui dicit, quod licet hoc sit permissum laicis, attamen clericis prohibetur, ego tamen distinguendum puto, aut id quod ludit clericus est in parua quantitate, & tunc quia cessat omnis presumptio auaritię, procedit prima opinio, aut vero est in magna quantitate, & procedit secunda, quod primum caput distinctionis limitare, quando illam paruam quantitatem clericus sæpius, & assiduè luderet, ita vt fieret consuetudo, per ea, quæ scribit S. Raimun. in summa in d. tit. de regul. sæcul. §. 11. in vltimis verbis.

26 Limitatur 2. vbi luderet gratis absque pecunia, vel in tam minima summa, quæ reputetur nihil, quia tunc cessat ratio ob quam clericis interdicitur ludus, gl. in c. inter dilectos de excess. Præl. Capra, reg. 86. nu. 41.

27 Limitatur 3. vbi clericus luderet causa recreationis, & sine alterius scandalo, & aliquando non semper, vt est certis temporibus, vtputa tempore carnispriuij, vel cum essent in villa, & luderent in modica quantitate, quæ conditionem, ac statum ludentis inspectis eius bonis non dedeceret. Nauar. in Manual. c. 19. n. 9. Capra reg. 86. num. 40. Thom. Actius in trac. de infirm. p. 2. in verb. alearum ludus nu. 2. Molin. tract. de contract. disp. 521. nu. 6. vers. cæterum. Fla. Paris. in tract. de resignat. benef. lib. 4. q. 3. nu. 68. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 11. n. 9. Paris dePuteo in tract. de ludo, nu. 12. Caccialup. in eodem tract. n. 17. Stefan. Costa in ipsomet tract. num. 15. in 2. artic. Farinac. d. quæst. 109. num. 104. vbi alios allegat, & est versus (interpone tuis interdum gaudia curis) ad quod bene conferunt dicta per Aristot. in 4. Ethicorum, dum ponit quamdam virtutem quam ipse nomine græco vocat, eutrapęliam, quæ est, vt quis non debeat esse ita durus, & inciuilis, vt omni tempore, & omnem ludum fugiat, & Marc. Tullius in 1. officior. circa hoc dixit, quod debent vti in ludis honestis sicut somno, & quiete, postea quam grauioribus curis, & negotijs iam sit satisfactum, quia sicut corpus defessum, & lapsum propter labores corporales indiget refectione, ita pariter animus agitatus, & oppressus cogitationibus, & curis, ac speculationibus, debet aliqua exhalatione, & refocillatione frui.

28 Limitatur 4. vbi ludus ex se esset licitus, & permissus, vt puta in ludo scaccorum, quia in eo clerici ludere non prohibentur. Farin. d. q. 109. nu. 114 & vltra ibi allegatos idem dixerunt Clar. in §. ludus nu. 3. Abb. in c. decorem, de vita, & hon. cler. & in c. vt clerici, n. 4. eo. tit. Moscon. in tract. de maiest. milit. eccl. li. 1. p. 2. c. 2. vers. ludus autem, car. mihi 410 Bar. in §. interdicimus, n. 3. in Auth. de sanct. Episc. Sal. in Auth. interdicimus, nu. 2. C. de episc. & cleric. Ang. in tract. de malef. in verb. mettitore di mali dadi, nu. 3. car. mihi 147. Capra d. reg. 86. nu. 10.

29 Sed prædictæ limitationes non ita passim, & indistinctè sunt veræ, sed sunt intelligendæ cum grano salis, & cum certo temperamento, & regula, ac cum certis sublimitationibus, quarum Prima est, quando adesset auaritia, quia tunc nūquā esset permissum clericis ludere DD. in c. Episcopis, 35. dist. Aug. in trac. de malef. in uerb. mettitore di mali dadi, nu. 3. car. mihi 147. Capra d. reg. 96. n. 18. & seq.

30 ubi ponit, an tunc teneatur ad restitutionē. Secunda sublimitatio est, quando in casibus alias sibi permissis luderet cum eo, qui non haberet rerū suarū liberam administrationem, ut cum monaco, uel minore, uel furioso, uel filiofamilias, uel simili. Io.

Cc Andr.

Andr. in c. clerici, de vita, & hon. cleric. vbi Henric Bohic, nu. 6. & 13. Capra reg. præd. nu. 15. vbi vlte-
31 rius dicit, quod is, qui lucratur a prædictis, & similibus personis, tenetur ad restitutionē, quod etiā dixerunt. Silu. in sum. in vers. ludus, nu. 11. de Graff. in dec. aur. lib. 2. c. 122. n. 4. Henric Bohic in c. inter dilectos, nu. 7. de excessib. Prælat. Io. Paul. Fusc. in lit. A, nu. 7. Molin. de contractib. disp. 513. nu. 1. & disp. 516. Guttier. de contractibus iur. c. 53. n. 1. p. 1.

32 Tertio sublimitatur prædictæ limitationes quādo luderent de bonis ecclesiæ Imol. in d. cap. clerici de vit. & honest. cler. Capr. reg. præd. nu. 16. qui
33 dicit, quod hæc sublimitatio procedit quando luderet in magna quantitate, quia clericus beneficiatus dicitur potius administrator quam dominus, c. 2. de donat. c. nulli, & cap. si quis, de rebus eccl. non alien. D. Flam. Paris. in tract. de confiden. benef. q. 35. num. 39. Gigans cons. 24. latè Ferrett. cons. 256. latissimè Card. Tusch. in suis concl. conclus. 79. in verb. beneficiatus per tot. ideo tanquam administrator non debet ludendo bona ecclesiæ dissipare,
34 prout si esset dominus; est beneuerum quod licet clericus beneficiatus non possit immoderatè, & vltra congruam mensuram ludere de bonis ecclesię, attamen si de facto hoc faceret, is qui lucratur non tenetur ad restitutionem Capr. d. reg. 96. num. 17. Molin. disp. 5?. & per tot.

35 Quarto sublimitantur quando luderet in ecclesia, nam ratione loci fit prohibitum id quod aliàs ex se esset permissum Capr. ead. reg. num. 24. qui allegat in argumen. text. in cap. dicerent de vit. & honest. cleric. & in capit. decet de immunit. eccl. & quod ratione loci qui prohibetur quod alias es-
36 set permissum Authen. vt liceat matri, & auiæ. §. si vero l. quod ait ff. de adulter. faciunt dicta per Vgolin. de interdict. tab. 5. §. 7. fol. 735. sicut etiā ratione loci pœna duplicatur Bald. in l. cum à nullis, C. de incept. nupt. Baiard. ad Clar. in §. fin. q. 60. n. 75. Caball. resolut. crim. cas. 18. n. 8.

37 Quinto sublimitantur quando luderent in publico, & coram omnibus hominibus Capr. vbi supra nu. 25. Troil. Maluet. in tract. de sortibus p. 2. n. 27. Corrad. in pract. in tit. de lusor. nu. 18. circa fin. fum. Angel. in ver. ludus, n. 2. vers. 4. prohibetur Viu. in com. opi. opi. 467. n. 3. Farin. q. 109. nu. 99.

38 Sexto sublimitantur omnes prædictæ limitationes, quando propter ludum, qui aliàs esset permissus, prætermitterentur diuina officia, nec diuino cultui incumberet, prout est obligatus, Capra ead. regul. 86. n. 27.

39 Septimo sublimitantur ratione temporis, vt si luderent in diebus festiuis, vel quadragesimæ, in quibus non solum clerici, sed etiam laici debent esse sanctiores, & omninò diuinis vacare l. fi. C. de ferijs, Capr. vbi sup. num. 28. & pro hoc facit quòd dicam infra eff. 34. num. 16. vbi ponam quod licet aliàs clerico sit permissa venatio, & piscatio, attamen tempore quadragesimæ, & in diebus festiuis omninò prohibetur.

40 Octauo sublimitantur, vt non possint ludere cū mulieribus, & præcipuè si essent iuuenes, ex quibus possit oriri aliquod scandalum Capr. d. reg. 96. nu. 30. Farin. d. q. 509. n. 101. Viui. d. com. opi. opi. 467. nu. 3. vers. quinta circunstantia.

41 Nono sublimitantur vbi luderent cum laicis, ex quibus possit oriri scandalum Tho. Act. in tract. de ludo scaccorum in 9. quæst. prin. n. 11. Marian. Soc. iun. in c. continebatur, n. 5. de homic. Henric Bohic in c. clerici de vit. & hon. cler. Graff. in dec. aur. p. 2. lib. 3. c. 8. n. 11. & 12. vbi dicit, quod hæc conclusio probatur gl. in d. c. continebatur Farin. qui multos allegat d. q. 109. nu. 100. vbi dicit, quòd nullo modo clerici possunt ludere cum laicis.

42 Decimo, & vltimo sublimitantur in Episcopis, qui nunquam debent ludere Tho. Act. d. quæst. 9. numero 12. Et temporibus nostris non nulli clerici ita assiduè ludis vacant quòd in illis bona tàm propria, quam ecclesiastica dissipant, & tempus, quod debent honestioribus operibus applicare, pessimè conterunt, diuina prætermittunt, ecclesias negligunt, & multa alia scandala laicis præbent, ita vt non solum possint dici lusores, verum etiam ludentium duces, & magistri, ac ludorum sustentatores.

43 Quæro modo, vt ad rem meam reuertatur, an sit necessaria aliqua monitio ad hoc, vt clericus incurrat pœnas impositas contra clericos ludentes? circa hanc quæstionem vide quæ latè scribunt Farin. d. q. 109. nu. 99. & Franc. Monald. cons. 137. n. 7. lib. 2. qui distingunt, aut est publicus lusor, & non est necessaria aliqua monitio, aut non est publicus & tunc requiritur, & si post monitionem obtulerit separatum ad emendam, nullam incurrit pœnam, qui duos alios concordantes allegant.

44 Quæro secundo, an clericus teneatur restituere id, quod lucratus est in ludo sibi interdicto, & dico quod sic; c. clerici vbi hoc not. omnes Scribent. de vit. & honest. cler. & in c. inter dilectos de excess. Prælat. Paris. in tract. de ludo, nu. 27. Capic. in eod. trac. n. 38. Menoch. de arb. iud. cas. 399. n. 27.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt capi pro represalijs.*
2 *Represaliæ non possunt fieri contra clericos, aut religiosos etiam minores.*
3 *Iudex ecclesiasticus potest procedere contra capientes clericos pro represalijs.*
4 *Doctores, qui tractant materiam represaliarum, vide remissiuè.*

VIGESIMVS TERTIVS EFF.



1 Igesimus tertius effect. est, vt clerici nō possint capi ꝑ represalijs, c. & si pignorationes de iniur. & dān. dat. i 6. Auth. statuimus, C. de epis. & cler. c. 1. de cler. coniug. c. 2. de foro cōpet. Io. Iac. Canib. in trac. de represal. Port. nu. 1. in 12. tom. tract. diuers. cart. mihi 278. Bart. in tract. de represal. in 7. quæst. nu. 6. & 7. in tract. de process. exequut. p. 2. c. 3. nu. 151. Matth. Brun. in tracta. de cession. bonor. in 3. quęst. princ. nu. 3. Gaetan. in summula in verb. excommunicatio, c. 32. Bertach. in suo repert. in verb. clerici pro represalijs.

2 Ampliatur primo hæc conclusio, vt procedat in quibuscumque religiosis, ac tàm in minoribus, quam maioribus ordinibus constitutis Io. Iac. à Canib.

à Canib. d.p.2. num.2. cum plur.seqq. vbi enumerat omnes, qui ratione clericalis dignitatis non possunt capi pro represalijs.

3 Ampliatur 2. vt cõtra illos, qui clericos capiunt pro represalijs iudex ecclesiasticus procedere possit eos puniendo Aufr. in tract. de potest. iud. eccl. super laicis, n.43. vers. octuagesimo sexto in 13. to. tract. diuers. p. 1. car. mihi 129.

4 Caeterum de materia represaliorum vltra Bar. & Io. Iac. à Canibus, qui de hoc faciunt peculiares tractatus, vide Menoch. in tract. de arbit. cent.6. cas. 527. per tot.

SVMMARIVM.

1 *Laicus cum litigat tenetur iurare de calumnia.*
2 *Clericus non tenetur iurare de calumnia, sed de veritate.*

VIGESIMVS QVARTVS EFF.

1 Vigesimus quartus effectus clericatus est, vt licet laicus cum litigat teneatur iurare de calumnia tot. tit. ff. & C. de iuram. calumn. hoc ta-
2 men non habet locum in clericis, qui non tenentur tale iuramentum praestare, sed solum iuramentum de veritate dicenda, vt in cap. 1. & quod ibi not. DD. de iuram. calum. Arnon. comment. 95. Albert. Galeott. in Margarita iur. c. 15. num. 10. Lel. Zanc. in tract. de priuil. eccl. 92. num. 2. & per tot. Spec. in tit. de iuram. calum. §. restat, n.7. Ant. Scap. in tract. de iure non scripto, lib. 1. c. 15. nu. 4. quidquid in contrarium tenuerit Anton. del Re in suo tract. de iuram. calum. c. 15. num. 308. cuius opinio posset esse vera attenta dispositione iuris ciuilis, sed de iure canonico opinio contraria est vera, & etiã est tutior, quia in iudicijs facillimè peieratur propter affectionem vincendi. l. in ratione §. quidam, ff. ad l. Falc. & clerici ex periurio deponuntur, vt dicam in meo tract. de effect. periurij, ideo ne se exponant periculo, arceantur quantum potest à iurando, & habita pro vera hac opinione, quod clerici non tenentur iurare de calũnia, sequitur vt non sit opus tractare; an teneantur iurare per se, vel per alium, & quid quod agunt ꝑ bonis ecclesię, & quando pro proprijs, de quibus, & similibus quaestionibus longa serie loquitur Ant. del Re d.c.15. num. 109. cum plur. seqq.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt peregrinari, neque discedere absque licentia suorum Praelatorum maximè beneficiati, nu.2. & an causa vtilitatis, n.3. & quid causa studij, nu.5. limita n.6.*
4 *Clerici non possunt emittere votum peregrinationis absque licentia sui Praelati.*

VIGESIMVS QVINTVS EFF.

1 Vigesimus quintus effectus clericatus est, vt clerici non possint peregrinari, neque ab eorum dioecesi discedere absque licentia suorum Praelatorum, etiam si vellent discedere causa deuotionis, cap. non oportet de consecrat. dist. 5. Capr. in tract. de praerogat. num. 25. qui tractat. est positus post reg. 53. Lelius Zanc. in tracta. de priuil. eccl. priu. 72. num. 9. Borgas. in tract. de irregul. par. 5. in tit. de peregrinis, & ignotis, num. 5. cart. mihi 131.

2 Ampliatur primo hic effectus, vt nõ solum procedat in clericis simplicibus, verum etiam multo magis in Beneficiatis, & Episcopis, qui non possint peregrinari sine licentia Summi Pontificis not. in c. magnae de voto, & in c. licet de regul. Borgas. in tract. de irreg. p.6. in tit. de voto, n.56. car. mihi 189. Zanc. in tract. de priuil. eccl. priu. 72. n.9.

3 Ampliatur 2. vt nec etiam causa vtilitatis possint peregrinari, quia hoc facere non possunt absq; licentia sui Praelati, vel Papae Auth. de sanctis. Episc. §. interdicimus Zanc. d.n.9.

4 Ampliatur 3. vt non solum non possint peregrinari, verum etiam nec facere votum peregrinationis absque licentia sui Praelati, cap. non oportet de consecr. dist. 5. d. cap. magnae, §. verum Alons. Aluar. in Spec. iur. Pontif. circa princ. vers. sed quodlibet votum car. mihi 314.

5 Ampliatur 4. vt nec etiam causa studij liceat clericis peregrinari, c. relatum de cler. non resid. Borgas. in tract. de irregul. lib. 5. in tit. de peregrin. & ignotis, nu. 5. car. mihi 131.

6 Limitatur modo praedictus 25. effectus vbi clericus peregrinaretur pro appellatione prosequenda, vel pro euitanda aliqua oppressione, quia tunc poterit accedere ad Papam, non autem ad alium superiorem, etiam eorum Praelato inuito, c. omnes oppressi. 2. q. 6. Lel. Zanc. in tract. de priuil. eccl. c. 72. nu. 9. vbi dicit, quod isto casu de honestate debet petere licentiam, & est aduertendum quod impedientes ne quis accedat ad Romanam Curiam pro quibusuis negotijs prosequendis, sunt excommunicati per bullam in Cena Domini, vt habetur in eadem Bulla circa medium.

SVMMARIVM.

1 *Clerici in eius domo non possunt retinere mulieres maximè suspectas, nec cum monialibus conuersari, num. 6. 7. lim. nu. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14*
2 *Mulierum cohabitatio est periculosa ad perdendam castitatem.*
3 *Pœna clericorum tenentium in domo fœminas suspectas.*
4 *Clerici non possunt frequentare monasteria monialium.*
5 *Clerici non possunt loqui cum mulieribus suspectis, nec eis literas secretas mittere.*
15 *Monacis, & caeteris regularibus nunquam permittitur habitare cum mulieribus, sic etiam Episcopis. num. 16.*
17 *Viri sancti peccauerunt ex causa conuersationis cum mulieribus.*

VIGESIMVS SEXTVS EFF.

1 Vigesimus sextus effectus clericatus est, vt clerici in eius domo non possint retinere mulieres, & praecipuè suspectas, & si moniti non di-

miserint suspenduntur,& postmodum,vt incorrigibiles deponuntur,c.1.& c.2.& sicut, c.de cohabit. cler.& mulier.c.sed id forte 81. dist. & modernissimè hoc idem est determinatum per Sacrum Concil.Trid.vt habetur sess.25.c.14.de refor.Isid.Moscon.de maest.militan.eccl.lib.1. p.2.c.2. vers.retinere in domo,car.mihi 409.Pet.Barbo. Patau.cōs. 56.n.3.inter cons.crim.diuers.lib.2.Decia. in tract. crim.p.2.lib.6.c.21.nu.4 Menoch.in tract. de præsumpt.li.5.præsumpt.17.n.2.Anchar.iun. in quæst. famil.lib.2.q.12.nu.3.Lel. Zanc. in tract. de priuil. eccl.priuil.75.num.1.& 2. & huius effectus possunt duæ esse rationes, quarum Prima potest esse, quia domus clerici non solum debet carere delictis, sed
2 etiam suspitione delicti. Secunda est ratio,quia cohabitando cum muliere exponit se maximo periculo perdendi castitatem,quam difficile est seruare cohabitādo cum mulieribus, imò quasi impossibile quemadmodum stuppa,cera,aut stipula,iuxta ignē, iuxta illud Prouerbij 6. Nūquid pōt homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta ipsius non ardeant,aut ambulare super prunas, & non comburātur plātæ eius, sic qui ingreditur ad mulierē nō erit immunis cū tetigerit eam, & S.Greg. in dial. dicit, Qui corpus suum continentiæ dedicat, habitare cū mulieribus non præsumat,ne ruina ruenti tāto repētina subrepat,quanto malę cōcupiscentiæ ex pręsētia concupitæ formæ fęminorum.Pęnæ autem cle-
3 ricorum tenentium in eorum domo fęminas suspectas est peccatum mortale. Turrecr.in c.interdixit. nu.13.32.dist.Graff.in dec.aur.p.2. li.3.c.9. nu.11.
4 Ampliatur 1.vt non solum non possint habitare cum mulieribus,verum etiam, nec monasteria monialium frequentare possint,nam si continuo ea frequentarent suspenduntur,c.his igitur 24.dist.c.monasteria,de vita,& hon.cler.Abb.in c.clerici,eo.tit. Graff.in dec.aur.p.2.lib.3.c.9.nu.11.Henric Bohic in rubr.de cohab.cleric. & mulier. n.2. Mosco. de maest.militan.eccl.lib.1.p.2. cap.2. vers. monasteria,car.mihi 410.
5 Ampliatur 2. vt ēt eis sit interdictum loqui cum mulieribus, vel eis nuntium, vel Epistolas secretas mittere,c.clericus 81.dist. c. 2. de cohabit. cler. & mulier.Menoc.in tract.de præsumpt.li.5.præsump. 41.nu.20.Bolognet.in l.1.nu.128. ff de verb.oblig. Graff.d.c.9.nu.2.& in append.ad eadem dec. aur. li.4.c.3.nu.13. vbi scribit, quod ad hoc vt euitetur omnis suspitio mala,nullus clericus,nisi certis temporibus debet loqui cum fęminis,hoc est in luce, & non in tenebris,& in certis locis,vt in publicis, honestis,& congruis,c.ab isto 32.q.6. & coram personis honestis, & non suspectis, & ex hac causa motus Alexander Secundus Pontifex Maximus,in cap. clericus 81.dist.statuit, vt clericus solus ad fęminæ tabernaculum non accedat, neque propter sine maioris natu sacerdotis iussione, nec solus præsbyter cum sola fęmina fabulas misceat,nec Archidiaconus sub prætextu humilitatis, aut officij frequenter intret domicilia matronarum, aut forte per clericos, aut domesticos matronæ mandet aliquid secretè.
6 Ampliatur 3. etiamsi mulier esset monialis, quia nec cum mulieribus monialibus clericus habitare poterit,c.1.23.dist.c.sacratas, de consecr. distin. 1. Graff.in dec.aur.p.2.lib.3. c.9.nu.10. Marquat. de Susan.in tract.de celibat. p.3. c.3.num.2.qui dicit, quod nec illud permittitur clericis, & monialibus, etiam si hoc facere velint prætextu sanctitatis, vel hospitalitatis.
7 Ampliatur 4. vt nec etiam liceat clericis cū mulieribus multum conuersari, quia nō est hoc tutum volenti seruare castitatem. Marian. Socin. iun. in c. cum in iuuentute,nu.4.de purg.canon.
8 Limitatur 1. prædictus 26. effectus clericatus, quando mulier esset ita senis, & deformis, vt cum ea nulla posset oriri suspitio,quia cum talibus, cum quibus suspitio omnino abest, habitare poterit, c. cum sit prædictus de conuers. coniug. Hostiens. & Bohic,n.4 in rubr.de cohab.cler.& mulier. Turrecr.in c.introduxit,n.8.& 9.31. d.Port.cons.16.n.7. Monal cons.21.n.24.li.2.qui ad hoc ponderat tex. in c.1.de cohab.cle.& mulier.dum in eo dicitur, vt nullus sacerdos fęminas, de quibus suspitio pōt esse retineat,& tex.Conc.Tri.sess.25.n.14. de refor. ibi,ne concubinas,aut alias mulieres, de quib. possit haberi suspicio in domo,vel extra retinere,& vltimo concludit,quod hæc fallentia procedit etiam si talis mulier non esset consanguinea.
9 Limit.2.qn̄ clericus esset infirmus,in quo non vigeret incontinentiæ præsumptio, ex quo mulieres sunt necessariæ ægrotis,iuxta illud eccl.36.vbi non est mulier ingemiscit æger, Actius in tract. de infirmit.p.2.in ver.mulier,& in ver.iuuenes,nu.4.
10 Limit.3. quando prędictæ mulieręs essent necessariæ pro familia, vt sunt ancillæ, & pedissequæ c. cum omnibus 81.dist.Graff.in dec.aur.p.2.li.3.c.9. nu. 7. de qua limitatione ego valde dubito, & reputo eam potius falsam quam veram, nisi ipsæ ancillæ sint tales,vt dixi in 1. limit. vel nisi clericus si ita senex,vt de eo nihil posset dubitari.
11 Limit.4.in clericis coniugatis, quia ipsi non prohibentur habitare cum mulieribus, c. 1. & per tot. de cler. coniug. Henric Bohic in rubr. de cohabit. cler.& mulier.nu.2.
12 Limit.5. quando mulier cum qua clericus inhabitat esset mater, vel soror,vel consanguinea ascendens,vel descendens,vsque ad quartum gradum inclusiuè, & in linea transuersali, usque ad secundum gradum etiam inclusiuè. S.Ant. Florent. in summa in 2.par.tit.13.gl.in c.volumus 81. distinct. summa Rosella in verb.clericus,il 3.in prin.ubi dicit, quod hæc limitatio procedit etiamsi consanguinea esset iuuenis.Isidor.Mosco.de maest. militant. eccl.li.1. p.2.c.2.uer.nec cum mulieribus car.mihi 410.Iac. de Graff.p.2.lib.3.c.9.nu.4. & 5.Marquat.in tract. de celib p.3.c.3. nu.2. qui duo vltimi dicunt, quod licet sit permissum clericis habitare cum talib. cōsanguineis,nihilominus hoc intelligitur, si ipsæ cōsanguineę non habent secundam micellas,& pedissequas, vel alias mulieres suspectas, & sic ex ista intelligentia arguitur clarè de falsitate prædictæ tertiæ limitationis.
13 Sublimitantur modo omnes prædictæ limitationes aliquibus modis,& Primo quando ex tali cohabitatione oriretur aliqua suspitio iuuentutis, vel caloris naturalis, tunc enim indistinctè est interdictum clericis cohabitare cum mulieribus sibi alias permissis Henric Bohic in c.1.nu.3.de cohab. cler. & mulier.

& mulier. Decia. in tract. cri. p. 2. li. 6. c. 21. n. 4. Marquat. d. c. 3. n 2. vers. te prædictæ limitantur. Graff. c. 9. n. 6. qui dicit, quod tunc est consonantius honestati, ut talis suspitio tollatur, & maximè si ex hoc timeretur scandalum generari, & talis cohabitatio esset periculosa, iuxta illud Eccl. 13. Qui tetigerit picem coinquinabitur ab ea, & quod opportunitas fecit latronem, ut not. Io Andr. & Hostien. in c. ueniens de eo, qui cognouit consang. uxor. suæ. Abb. in c. 1. de cohab. cler. & mulier. Rosell. in summa, in uerb in clericus, il 3 in prin. qui duo ultimi loquuntur de matre, uel sorore suspecta de incontinentia, & concludunt, quod nec etiam cum eis isto casu clericus poterit cohabitare.

14 Secundo sublimitantur, ut licitum sit aliquo casu clericis in eius domo aliquas retinere mulieres, nõ tamen est eis licitum cum talibus immoderatam familiaritatem habere ne uilis, & contemptibilis habeatur c. quorundam, d. 34. Graff. in dec. aur. p. 2. li. 3. c. 9. nu. 9.

15 Tertio sublimitantur, ut licet clericis in casibus supradictis sit permissum cohabitare cum mulieribus, attamen monaci, & cæteri regulares nullatenus cum eis stare poterunt. Auth. de monach. §. cogitandum. Hostiens. & Henric Bohic, n. 2. in rub. de cohabit. cler. & mulier.

16 Quarto, & vltimo sublimit. in Episcopis, c. quorũdam. dist. 34. §. Episcopũ vero, in auth. de sãctiss. Episc. coll. 9. Rosel. in sum. in ver. clericus, il 3. n. 1. Bohic in præcit. n. 2. Marquat. in tract. de celibat. p. 3. c. 3. n. 2. ver. Episcopus tamen, & c. 1. n. 1. Graff. d. c. 9. n. 8. qui dicit, ꝙ propter cohabitationem cũ mulieribus poterit ab Episcopatu eijci, & quod neque cum matre, aut sorore poterit cohabitare, & multa alia circa hoc scribit Borgas. in tract. de irreg. p. 1. q. 7. nu. 45. carte mihi 9. dixit, quod Episcopus monitus ab Archiepiscopo, & alijs Episcopis, nolens abstinere a cohabitatione mulierum, est deponendus, allegat dictum c. quorundam in fi. & not. in c. cum in iuuentute, de præsumpt.

17 Cæterum si vis scire, quam sancti viri preierunt causa conuersationis cum mulieribus, tam ex testamento veteri, quam ex nouo, & quæ mala ex ea prodierunt, ponit latè Marquat. in tract. de celibat. p. 1. c. 8. nu. 4. per totum.

S V M M A R I V M.

1 ***Clericus dum conuenitur, nunquam potest excipere, & opponere exceptionem excussionis.***

2 ***Exceptio excussionis non admittitur de iure canonico.***

VIGESIMVSSEPTIMVS EFF.

1 VIgesimusseptimus effectus clericatus est, vt clericus dum conuenitur, nũquam poterit opponere exceptionem excussionis. Grat. respons. 37. n. 25. vol. 1. respons. 87. nu. 25. vol. 2. Caroc. in tract. de excuss. p. 2. q. 51. nu. 3. cum multis alijs, quos allegaui in meo tractatu except. ad
2 materiam stat. &c. except. 10. num. 75. cuius effectus ea est ratio, quia ista exceptio non admittitur de iure canonico, vt dixi dicta exceptio. 10. nu. 55. & voluit Iason in §. item si quis fraudem, nu. 78. instit. de actio.

S V M M A R I V M.

1 ***Clerici non possunt pugnare etiam minores, nu. 3. & 4. & quid contra Saracenos, n. 5. lim. in militibus Hierosolimitanis, nu. 7. & quando esset dispensatum, nu. 8. 18. 19. 20. 22. & 23.***

2 ***Bellum affert inquietudinem, & retrahit a contemplatione.***

6 ***Effusio sanguinis est prohibita clericis.***

7 ***Clerici occidendo infideles efficiuntur irregulares sicut si Christianos.***

9 ***Clericatus prouenit a iure positiuo, & canonico, & diuino.***

10 ***Papa non debet sine magna causa dispensare, vt clerici possint pugnare.***

11 ***Papa dispensando, vt clericus possit pugnare censetur dispensare circa irregularitatem incurrẽdam propter ipsam pugnam.***

12 ***Dispensatio si fiat cum clerico habente plura beneficia residentiam habentia, videtur dispensatum super residentia, & nu. 13.***

14 ***Clerici an possint suadere ad pugnandum, licet ipsi non possint, & an possint effici commilitones ad pugnandum, nu. 15. & 16.***

17 ***Clericus pugnans per substitutum efficitur irregularis.***

21 ***Lex positiua ecclesiastica, an possit tollere ius naturale.***

24 ***Pœna clerici pugnantis, quæ sit.***

25 ***Clerici non licet pugnare etiam in singulari certamine.***

26 ***Duellum est interdictum non solum clericis, sed etiam laicis.***

VIGESIMVSOCTAVVS EFFECTVS.

1 VIgesimusoctauus effectus clericatus est, vt clericis sit interdictum pugnare per seipsos, & propria manu, c. quicũque clericus, c. clerici, & c. quicũque ex vero 23 q. 8. c. ex multa, §. de clericis, de voto clement. 1. de homic. D. Thom. in 2. 2. q. 40. art. 2. Henric Bohic in c. ex multa, nu. 1. de statu monac. Alex. de Neuo in c. ego N. nu. 48. de iureiur. Turrecr. in c. 1. nu. 1. 23. q. 8. vbi adducit varias rationes pro isto effectu, & in c. quis vult, nu. 5. dist. 36. Ludou. Molin. de iustit. & iure, tract. 2. disput. 115. in princ. Petrus Rodriquez Hispan. cons. 51. nu. 3. Aluar. in Spec. iuris Pontif. cap. 41. vers. & potest Princeps, carte mihi 130. Paris. tract. de confid. benef. q. 9. num. 27. Maccabr. cons. 23. nu. 11. Berret. cons. 4. nu. 19. Anchar. in cap. ex multa, num. 8. de voto, vbi dicit, quod est inhabilis ad pugnandum, sed quod talis inhabilitas non procedit a vitio, vel defectu, sed ab ordine, & officio clericatus. Cesal. cons. 151. nu. 5. lib. 2. Curt. iun. cons. 192. n. 43. lib. 3. & in tract. de feud. p. 2. nu. 15. carte mihi 274. Menoch. cons. 181. n. 79. li. 2. & cons. 202. n. 122. lib. 3. & cons. 54. nu. 19. lib. 1. Harman Vulte. in tract. de feud. li. 1. c. 9. n. 67. vers. ac ne sine ratione car. mihi 464. in prin. Couar. in clem. si furiosus in 2. p. §. 3. nu. n. 2. vbi dicit, quod peccaret grauiter si pugnaret propria manu. Sebast. Medi. in sũma peccatorũ capitaliũ, p. 1. tit. 4. q. 76. in princ.

Cc 3 qui

2 qui adhuc adducit rationem hoc est, quia bellū, vt plurimum inquietudinem, & fluctuationem affert, ex quibus animus bellantis retrahitur a contemplatione diuinorum, & laudē Dei, & oratione pro populo, quæ omnia spectant ad officium clericorum, qui multa alia circa hunc effectum scribit potius curiosa, q̄ vtilia, ideo ea prætermittere decreui, quā rationem adduxit ēt Menoc. cons. 54. n. 19. li. 1. qui adducit, & aliā. s. quia nō possunt effundere sanguinem humanum, iuxta illud Domini. Nō ædificabis mihi tē plum, quia vir sanguinis est. Paralip. c. 22. & alias rationes adducit Turrecr. in c. 1. 23. q. 8.

3 Ampliatur primo hic 28. clericatus effectus, vt locum sibi uendicet etiam in clericis in minoribus constitutis, quia nec ipsi possunt in bello pugnare, gl. in c. 1. 23. q. 1. Bar. in reper. in uer. clerici etiā minoribus. & ratio est, quia clerici in minoribus reputantur, & sunt uerè clerici, prout latè dixi supra effectu 1. ampl 8. num. 77.

4 Ampliatur 2. ut nec etiam possint esse duces belli, etiam quod tali casu propria manu non pugnent cap. sententiam, ubi hoc not. Abb. n. 16. ne cler. uel monac. Ludou. Molin. de iust. & iure, trac. disp. 108 uers. cap. sententiam, car. mihi 393.

5 Ampliatur 3. ut nec etiam contra Saracenos, ceterosque infideles pugnare possint, c. ex multa, ubi Abb. & Bohic, n. 2. de stat. mon. gl. in c. suscepimus, de homic. & in c. qui paganus 50. dist. Alex. de Neuo in c. Ego N. n. 48. de iureiur. Abb. in c. petitio, n. 1. & 2. de homic. Zannet. in tract. de differ. iur. canon. & ciuil. differ. 107. Decia. in tract. crim. p. 1. li. 2. c. 19. n. 7. Balzer. in comment. ad usus feud. in tit. de milit. uassal. qui arma depos. in uerb. miles, n. 18. car. mihi 189. Soci. iun. in cap. petitio, nu. 1. de homic.

6 & ratio est, quia omnem sanguinem effundere est prohibitum clericis, & tam fit irregularis occidendo infidelē, quā christianū, d. c. petitio, ubi hoc not. Abb. eo. n. 2. & Anch. n. 3 de homic. c. sicut, eo. tit.

7 Limit. 1. dictus 28. effectus clericatus, vt nō procedat in militib. templarijs, & hospitalarijs) qui hodie vocantur militenses, ac cæteris militibus, qui licet (vt dixi sup. effectu 1. ampl. 16. num. 109.) sint veræ religiosi, & comprehendantur in quacunque dispositione de religiosis loquente, adhuc ipsis est permissum pugnare contra Saracenos infideles. Abb. Io. Andr. & Bohic nu. 2. in c. ex multa, de statu mon. not. gl. in fi. in c. duo sunt genera, 12. q. 1. Bal. cōs. 339. in fi. li. 5. Menoc. cons. 54. n. 35. li. 1. vbi dicit, quod hoc expressè probat tex. in c. igitur 23. q. 8. in quo tex. dicit Leo Papa se exiuisse cum populo ad pugnam contra infideles.

8 Limitatur 2. vbi esset per Summum Pontificem circa hoc dispensatum, quia Papa potest dispensare cum clerico, vt pugnet propria manu aliqua subsistente necessitate. Molin. de iust. & iure tract. 2. disput. 108. in princ. vers. est vera prohibitio, car. mihi 392. Abb. in c. Ego N. nu. 8. de iureiur. Fel. in cap. petitio, n. 2. de homic. Alex. de Neuo in d. c. Ego N. nu. 45. & 50. Franc. Aret. cons. 58. nu. 6. Rol. a Valle cons. 37. n. 10. & Stefan. Forcatul. in comment. feud. c. 2. n. 14. vbi dicit, quod temporibus Clemētis VII. Hippolitus Medices Cardinalis fuit creatus Præfectus classis contra Solimanum Turcarum Regem, & apud Monaldum de Monaldesc. legitur, quod quidam Vitellus Vitellescus fuit Præfectus exercitus, & plurie pugnauit in Vmbria, ac cæteris Terris Ecclesiæ, & quod multas obtinuit victorias,

9 & ratio est, quia cū hic clericatus effectus sit vnus ex illis, qui prouenit a iure positiuo, & canonico, & non a iure diuino, vt dixerunt Molin. & Neuus in locis proximè cit. Nauar. cons. 3. nu. 16. in tit. de ijs, quæ vt in 1. tomo carte mihi 211. sequitur, vt Papa possit illud in totum tollere, vt dixi in meo tractatu de except. 32. nu. 113.

10 Et licet, vt dixi, Papa possit hunc effectum tollere, & circa illum dispensare, attamen non debet hoc facere sine causa propter errorem, qui in pugna solet adesse Io. Andr. in d. c. ego N. de iureiur. vbi etiam Alexan. de Neuo, nu. 50. & 53. Calder. in c. petitio, de homicid. Molin. d. disput. 108. vers. est vero prohibitio carte mihi 392. vbi dicit, quod Papa minus rectè faceret, ita dispensando, quia est indecens clericali statui talia exercere. Fel. in c. petitio, n. 2. de homic. vbi in ver. limita conclusionem, asserit, quod tunc valet dispensatio ista. Primo, quando bellum est iustum. Secundo, quando cum solis laicis sufficienter expediri non posset. Tertio, quando talis dispensatio fuisset concessa consultis Cardinalibus, sed rē vera potest Summus Pontifex dispensatio si velit, & hoc officium tollere, quidquid dicat Fel. &c.

11 Et nota quod eo ipso, quod Summus Pontifex dispensat cum clerico, vt possit propria manu pugnare, censetur dispensasse, quod si propter talem pugnam esset homicida, non incurreret irregularitatem, quia eo ipso censetur Pontificem id auferre ab actu, qui remittit omnes pęnas, ac censuras. Molin. de iust. & iur. tract. 2. disp. 108. vers. est vero prohibitio, carte mihi 392. & disp. 110. ver. tertia conclusio, car. mihi 400. dicit, quod secus est in laicis. Couar. in repet. clement. si furiosus, p. 2. §. 3. num. 2.

12 Fel. in c. petitio, num. 2. de homicid. sic in simili dicimus, quod si cum aliquo est dispensatum super pluralitate beneficiorum residentiam habentium, videtur etiam dispensatum super residentia, glo. in c. si quis clero 7. q. 1. Spec. in tit. de dispens. Host. §. dicendum vers. quod si habens, Io. And. in c. dum, de elect. gl. Panor. Dec. & al. j in c. quia tamen, de præben. Vinc. Caroc. in repet. c. cum quid in 2. p. ampl.

13 1. n. 7. car. mihi 86. de reg. iur. in 6. quod tamen intelligas, quod sit verum quoad residentiā vnius, nō autē vtriusque, ideo si ecclesiæ sunt æquales, & remotę debet residere modo in vna, & modo in alia, si vero sunt inæquales indigniori, gl. in c. nō potest in §. illud in ver. retinere, & ibi latè Frācus de præb. in 6. Card. in clem. 1. in fi. in 11. q. de præben. Ias. in l. fi. n. 46. de const. Princ. Caroc. d. ampl. 1. nu. 9.

14 Limitatur 3. vt licet clerici non possint per seipsos pugnare, possunt nihilominus suadere iustū bellum, & ad illud inducere, incitare, atque hortari. D. Thom. 2. 2. quæst. 40. art. 2. ad tertium, & quatuor sequent. 23. q. 8. Molin. de iust. & iur. tract. 2. dispu. 108. ver. clerici licet, & ver. an vero interesse, & ver. his non obstantibus, & ver. secundum vero, quibus locis latè examinat materiam præsentis limitationis, & ponit, quando est necessaria superiorum authoritas, & circa quæ possint se ingerere, carte mihi 393. & 394. Alex. de Neuo in cap. Ego N. nu. 48. de iu-

de iureiur. Fel. in c. petitio, n. 3. de homic. Abb. in c. quod in dubijs, n. 2. de pœn. vbi etiã Anch. n. 2. & Innoc. n. 1. idem Auth. in c. ex multa, nu. 8. de voto, & in c. postulasti, n. 4. eod. tit. Couar. in repet. clem. si furiosus, p. 2. §. 3. n. 2. Sebast. Medic. in sum. pecca. capital. p. 1. tit. 4. q. 76. circa medium, Nauar. in cõs. 3. n. 16. in tit. de his, quæ vt in 1. to. car. mihi 211. & in Manuali, c. 27. n. 215. vbi dicit, quod clericus presens bello iusto, etiam ad hortandum ad victoriam
15 generaliter, & percutiendo multos proprijs manibus, & efficiendo, vt comilitones eius ope, & hortatu multos occidant, non fit irregularis, si per se nõ deformet, quia non dat causam propinquam deformandi, cum non faciat actum speciatim ad deformationẽ directum quoad percussos ab alijs, secus si bellum esset iniustum, quia tunc clericus exhortando, pugnando, vel auxilium præbendo fit irregularis etiam quod ipse non occidat, vel deformet, sed alij, quibus opem fert, & hortatur, c. sicut dignum, §. fi. de homici. vbi hoc not. DD. Abb. in c. petitio, eo. tit. Marian. Soci. in c. ad audientiam, n. 6. de senten. excom. Gondislaus a Villad. in tract. de irreg. in c. de homic. col. 4. Rimin. sen. cons. 23. n. 5. & cons. 13. nu. 11. lib. 1. Couar. in clem. si furiosus, p. 2. §. 3. n. 2. vers. quod si bellum de homicid. Molin. de iust. & iure, tract. 2. disput. 110. in primis verbis, vbi dicit, quod non solum, qui in bello iusto pugnat, sed etiã qui quouis modo opem, vel auxilium dat exhortando, consulendo, aut quouis alio modo, imo, & qui præsentes sunt ad quoduis subsidiũ, aut adiutorium præstandũ, sunt irregulares eo ipso, quod mors, aut mutilatio in bello sequitur, qui alios citat, Lancell. Corrad. in templ. iud. lib. 2. c. 5. de episc. §. 2. nu. 32. carte mihi 202.

16 Limitatur 4. secundum aliquos, quando clericus non pugnaret per se, sed per alium, quia possunt clerici indicere bellum, ac constituere Ducem, qui loco sui bellum exerceat. Molin. in locis proximè cit. Henric Bohic in c. ex multa, nu. 1. de statu Mon. Alex. de Neuo in d. c. Ego N. n. 48. de iureiur. sed in isto casu. Menoch. in tract. de arbitr. in add. ad casũ
17 231. n. 7. dicit, quod clericus per substitutum bellũ gerens, fit irregularis, si sequitur mors, vel mutilatio, sicut si pugnaret per seipsum, quemadmodum dicimus de clerico mandante, allegat Sim. Maiol. in tract. de irregul. lib. 5. c. 48. §. 2. & c. 49. nu. 4.

18 Limit. 5. prædictus 28. effectus clericatus, per quem est prohibitum clericis pugnare, vt non procedat, quando clericus non posset aliter conseruare propriam vitam, nisi pugnando, quia tunc ei licebit pugnare propria manu. Molin. de iust. & iur. disp. 2. disp. 108. vers. primus est, quando carte mihi 395. vbi hanc limitationem exemplificat in clerico, qui existeret super naue, cuius vita vna cum vita aliorum periclitetur, nisi ipse pugnet, & si victoria sit dubia. Alex. de Neuo eo. c. 48. Turrecr. in c. 1. nu. 2. 23. q. 8.

Iste numerus deficit 19.

20 Limitatur 7. quando id esset necessarium ad defensionem Reipublicæ, Patriæ, vel Ciuitatis, ita vt pugnantibus Clericis, Patria, aut Ciuitas, aut exercitus posset conseruari; illis vero non pugnantibus destrueretur, aut posset capi, tunc enim non solum licet clericis pugnare, sed etiam iure naturali ad id tenentur. Gaetan. in 2. 2. quæst. 40. art. 2. Medi. in summ. peccat. capital. p. 1. & tit. 4. q. 76. circa fi. Molin. in pluries allegata disp. 108. vers. secunda quando, car. mihi 395. qui dicit, quod isto ca
21 su lex positiua ecclesiastica non potest tollere ius naturale. Couar. in repet. clem. si furiosus, p. 2. §. 3. sed si quis in bello, vbi dicit, quod isto casu clericus ita pugnans, fit irregularis si hominem occidit, vel membrum mutilat, allegat Gaet. in 2. 2. quæstione 40. art. 2.

22 Limitatur 8. in clerico, qui habet temporalem iurisdictionem, qui poterit contra suos subditos sibi resistentes per alium pugnare. Anch. in c. ex multa, nu. 9. de voto, c. delicto, vbi etiam Anchar. n. 8. de sent. excom. in 6. Henric Bohic in d. c. ex nulla, n. 8. Fel. in c. petitio, nu. 1. de homic. Innoc. in c. quod in dubio, de pœnit. & remiss.

23 Limitatur 9. & vltimo, quando pugnare esset necessarium pro conseruatione iuxtæ victoriæ, a qua pax, & bonum ecclesiæ pendet, ita vt si clerici non pugnarent, non obtinerent, vel valde periclitaretur; illis vero pugnantibus obtineretur, tunc enim omni iure tenentur pugnare, ita dicit Molin. d. disp. 108. prope finem, vers. tertius quando, car. mihi 395.

24 Pœnas autem, quas patiuntur clerici pugnantes ponunt Molin. disp. præd. vers. secundum est. Abb. in c. quod in dubijs, nu. 1. & 3. de pœnis, & remiss. vbi dicit, quod deponuntur.

25 Et sicut clericis non licet pugnare in bello, ac conflictu generali, ita pari modo donec in bello, & certamine singulari; ideo eis non licet duellum offerre, & oblatum recipere, cap. 1. de clericis pugnantibus, sed quia hodie singulare certamen, si-
26 ue duellum est interdictum non solum clericis, verumetiam laicis, ideo esset penitus inutile materiã istam longa serie pertractare, propterea circa ea me remitto ad tradita per DD. in d. c. 1. & per Iulium Ferret. cons. 17. nu. 5. & in tract. de duello, nu. 84. 85. & 86. Lancellot. Corrad. in templ. iud p. 2. in tit. de prouocante, concl. 39. nu. 2. carte mihi 42. & concl. 72. nu. 3. car. 50. Rol. cons. 4. nu. 22. lib. 1. Viu. dec. 66. nu. 8. Alciat. cons. 65. nu. 3. & 6. to. 2. lib. 5. & in tract. de sing. certa. c. 24. & alios moderniores.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt studere in iure ciuili, & quare, num. 2. quod limit. 3. 4. sed cum dispensatione, sic, num. 5.*

VIGESIMVSNONVS EFFECTVS.

1 Vigesimusnonus effectus clericatus est, vt clericis sit interdictum studere in iure ciuili plusquam per duos menses, c. super specula, vbi Abb. num. 8. & 12. ne cler. vel monac. Ant. de Padilla in l. 1. num. 7. C. de iur. & fact. ignoran. Gaetan. in summa, in verbo excommunicatio, c. 50. Gosfred. in sum. tit. ne clerici, vel monaci, nu. 10. vbi dicit, quod hic effectus nõ est generalis quo ad omnes clericos, sed specialis quoad Archidiaconos, Decanos, Præpositos, ac alios clericos personatus habentes, quos ipse ibi refert, Portius consil. 16. num. 26. Graff. in decis. aur. par. 2. lib. 1. c. 11.

nu.2. Marta, de iurisd. p.4. cent.2. n.2. casu 168. & præsenti effectui rationem adducit Padil. d.n.7. C. quia turpe est clericum velle scire leges, & controuersias ciuiles, l. repetit. C. de episc. & cler Pena aut
2 clericorum audientium scientias prædictas post tēpus sibi permissum est, quod incurrunt sententiam excommunicationis, nec promoueri possunt sine licentia, & dispensatione Summi Pontificis, c. super specula, vbi Abb. nu.2. ne cler. vel mon. Gaet. in pr. cit. c.50. Bapt. de sancto Blasio in tract. de contra dict. iur. ciuil & canon. contradict. 34. in 1. to. tract. diuers. car. mihi 185. vbi dicit, quod iste effectus nō procedit in studio Patauino, in quo possunt studere per quinquennium.
3 Limitatur modo prædictus effectus, quando ius ciuile studerent pro addiscenda canonum scientia, ita Abb. in d.c. super specula, nu.2. Ludou. Gomez in §. in personam, n.18. instit. de act. vbi dicit, quod ad hoc est bona, gl. in c. Episcopus 37 dist. & quod est tex. notabilis in c. legitimus, il 2. eadem dist. & in c. si Episcopus, de hæreticis. & instit. in tit. de testam. in prin. ibi, vt nihil antiquitatis penitus igno-
4 retur, & ex quo prohibentur ius ciuile addiscere, sequitur vt præsumantur illud ignorare, ita Bero in c. præsentia, nu.508. de probat.
5 Et nota, qui summus Pontifex dispensare cum aliquo, vt possit ius ciuile audire, censetur etiā concessisse, vt in eodem iuri possit se doctorari. Vinc. Carroc. in repet. c. cum quid, p.1. in §. seu sect. incipien. ad quartum, de priuil. n.5. car. mihi 67. de reg. iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt esse obsides, nec etiam monaci, nu.2. & quando, nu.5.6.7.*
3 *Detinentes clericos, inuitos pro obsidibus sunt excommunicati.*
4 *Monacus potest esse obses in causa pecuniaria pro suo monasterio.*
8 *Obses dicitur ille, qui datur ab aliquo Principe suis hostibus causa concordiæ.*

TRIGESIMVS EFFECTVS.

1 Trigesimus effectus clericatus est, vt clerici non possint esse obsides. Alexander de Neuo, nu.33. & per totū, & Felin nu.10. in c. ex rescripto, de iureiur. Bertach. in suo repert. in verbo obsides, lo vndecimo, Iulius Ferret. in tract. de obsidionum prouisione, num.19. qui ad hoc allegat text. in c. si quis 17. q.4. cum contingat, de sent. excommun. & c. cum pridem, 23. q.8.
2 Ampliatur 1. vt hic effectus habeat etiam locū in monachis, ac cæteris regularibus, ex quo nec ipsi poterunt esse obsides. Alex. de Neuo, d. nu.33.
3 Ampliatur 2. vt illos inuitos pro obsidibus detinentes sint excommunicati, licet a principio ipsi clerici dationi consenserint Abb. & Neuus in d. c. ex rescripto, nu.33. in fi. de iureiur. & ibi etiam Fel. nu.10. licet Neuus in nu.34. videatur aliquantulum dubius de ista ampliatione, quæ tamen est vera ea ratione .s. quia clericus non potest se submittere tam tacitè, quam expressè iurisdictioni iudicis laici, vt ex multis dixi supra eff. 1. ampl.7. nu.45. & quia clericus non potest renuntiare priuilegio canonis si quis suadente, ut dixi et sup. eff. 9. ampl. 18. n.77. prout renuntiaret si permitteret posse inuitum retineri, quia retinens clericum inuitum incedit in pœnam dicti canonis, vt dixi etiam dicto effectu 9.
4 Limitatur 1. dictus 30. effectus clericatus in monaco, qui potest esse obses in causa pecuniaria pro suo Monasterio ex mandato sui Abbatis c. ex rescripto, vbi hoc not. Alex. de Neuo in 1. not. nu.2. de iureiur. Corset. in suis sing. in verb. obses.
5 Limitatur 2. quando clerici, ac alij religiosi constituerentur obsides interueniente authoritate Sūmi Pontificis, quia tunc possunt dari. Abb. in d.c. ex rescripto, vbi etiam Neuus, nu.33. & 34. Corset. in d. verb. obses, vbi dicit, quod tunc clerici dicuntur verè obsides, quando dantur de voluntate Papæ. Gigans in tract. de crim. læsæ Maiest. li.1. q.10. n.6. &
6 7. car. mihi 44. quod secus est ex authoritate Episcopi, quia nec Episcopo poterunt obsides dari, ita Corset. & Gigās, & alij per eos citati in locis supra allegatis, quidquid in contrarium tenuerit Borgas in tract. de irreg. p.3. in tit. de priuil. episc. nu.6. carte mihi 74.
7 Limit. 3. qñ clericus legitimè iurasset se nūquā discessurū a tali loco, quia tūc ratione legitimi iuramenti tenetur ad commorandum ibi continuè, ita not. Innoc. & Archid. in d.c. ex rescripto Ferret. in d. tract. de obsidionum prouisione, nu.19. Nec iste clericus dicitur obses, vt per nu. seq. explicatur.
8 Obses vero dicitur ille, qui datur ab aliquo Principe suis hostibus causa manutenendi pacem, & cōcordiā iam initā, & promissā, & causa obseruandi id, de quo est conuentū, & isto casu tantum cōiter solent dari obsides, qui vulgariter dicuntur ostagij Alex. de Neuo in d.c. ex rescripto per tot. & præcipuè nu.30. qui dicit, quod isti tales propriè, & verè dicuntur obsides, sed is, qui promittit ex conuentione iurata non exire certum locum, quo vsque creditori de credito fuerit satisfactum, dicitur obses impropriè. Neuus in c. prædicto num.4.

SVMMARIVM.

1 *Bona clericorum decedentium absque consanguineis ad quos perueniant, an ad fiscum Principis, seu ad ecclesiam, vel ad episcopum, nu.2.*
3 *Episcopus est de maioribus magistratibus habens merum, & mixtum imperium.*
4 *Episcopus potest imponere pœnam pecuniariam pro delictis applicandam suæ cameræ.*
5 *Episcopus potest conuertere bona applicata suæ cameræ cui ei placuerit.*
6 *Bona clerici beneficiati mortui absque consanguineis spectant ad suam ecclesiam, seu altare, vbi habebat beneficium, secus si sunt feudalia, numero 7.*
8 *Bona clerici committentis delictum propter, quod amitteret priuilegium clericale cui competant, & quid sit sunt hæretici, num.9.*
10 *Bona clerici, quæ applicantur fisco ecclesiæ, applicantur fisco loci, vbi bona sunt sita, seu reperiuntur.*

TRI-

TRIGESIMVS PRIMVS EFFECTVS.

1 Trigesimusprimus effectus clericatus est, quod in bonis clerici decedentis nullis relictis consanguineis, qui succedere possint, non succedit fiscus Principis saecularis; sed ecclesia, & Episcopus. Goliel. de Bened. in repet. cap. Raimutius, in verb. & vxorem nomine Adelesiam, nu. 171. de testam. l. si quis praesbyter, vbi hoc not. Bal. Alber. & Paulus de Castro, C. de episc. & cler. c. 1. & ibi Butr. & Abb. de success. ab intest. Bar. in l. si quis filio. §. eius de iniust. testam. Imol. in l. si quis §. 1. num. 11. ff. de iniust. testam. Roc. dec. 7. in tit. de testa. in antiq. Vbald. de success. ab intest. in 5. & vlt. par. in fi. Peregr. in tract. de iure fisci, lib. 4. tit. 3. nu.
2 10. qui procedit etiam in bonis clerici delinquētis, quibus succedit etiam fiscus Episcopi, & non domini temporalis. Feli. in c. irrefragabilis, §. caeterum, n. 10. de offic. ordin. & in c. excommunicamus, il primo, in princ. vers. si vero, de haeret. & ibi etiā Io. de Anan. & Marian. Soc. in prin. gl. in c. quia diuersitatem, de concess. praeb. Bertach. in reper. in verb. clericorum delinquentium bona Cardin. in clem. 2. in in 6. quaest. de haeret. Ioan. Lupus in repet. rubr. extra, de donat. inter vir. & vxor. in §. seu sect. item est dicendum, nu. 9. car. mihi 81. Burs. cons. 43. nu. 37. & 38. lib. 1. Diaz in epit. in 2. p. c. 7. num. 5. car. 135. Alfons. Aluarez in thesaur. christianae relig. cap. 53. de haeret. nu. 13. Couarr. in lib. 2. variar. resol. c. 9. nu. 11. Peregr. in tit. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. nu. 105. qui
3 ex Bal. in l. siue pars, C. de dilat. dicit, quod Episcopus est de maioribus magistratibus habens merum, & mixtum imperium, vnde dicitur Praeses suae Ciuitatis, & dioecesis, Guliel. de Perno noster Siculus, cons. 5. in fi. Alex. & caeteri omnes in rub. ff. de iurisdict. omn. iud. & in supradictis bonis succedit fiscus Episcopi, & non Papae. Abb. in c. Sancto, nu. 2. de success. ab intestat. quia Episcopus habet fiscum glo. in cap. quia diuersitatem, de concess. praebend. Cardin. in clemen. 2. §. 1. de haeret. qui dicit praedictam gl. esse singularem. Anan. & Fel. in c. excommunicatus, il primo, eod. tit. cum multis alijs quos latè congerit Couarr. in lib. 2. var. resol. c. 9. nu. 11. & Berret. cons. 34. & 5. per tot. & Peregr. in praedicto tract. de iure fisci, lib. 1. tit. 2. nu. 106. vbi ex hoc
4 infert, quod Episcopus potest pro delicto imponere poenam pecuniariam applicandam suae Camerae, & fisco. Hostiens. Io. Andr. Abb. Fel. & alij in c. irrefragabilis, §. caeterū, de off. ordin. gl. & Abb. in c. licet de penis. Host. Butr. Card. & Io. de Ana. in c.
1 *Clericus, vel religiosus si instituatur hæres cũ conditione, si moriatur sine filijs, talis conditio non valet tanquam impossibilis, contrarium, num. 2. distingue, nu. 3. pari modo, si laicus efficitur clericus, nu. 4. 5.*

6 *Filij nati ex matrimonio putatiuo, an excludant substitutum, & an habeant locum in filijs clericorum.*

QVADRAGESIMVS SECVNDVS EFFECTVS.

1 Qvadragesimus secundus effectus clericatus est, vt si clericus in sacris, vel professus in aliqua religione approbata instituatur hæres cũ conditione, si decederet sine liberis legitimis, & naturalibus ex suo corpore legitimè descendentibus, talis conditio a fideicommisso reijcitur tanquam impossibilis, & turpis, ex quo inuitaret religiosum in sacris ad fornicandum. Gabr. Pallet. in tract. de not. & spuri. c. 28. Caualc. dec. 2. nu. 2. lib. 3. vbi dicit, quod isto casu substitutio, & fideicommissum remanet purum, & habetur, ac si testator diceret, vt post mortem grauati bona veniant ad substitutum, quod firmauit etiam Salic. in l. generaliter, §. cum auth. col. fi. C. de instit. & subst. & quod hanc opinionem semper sequutus fuit tam in iudicando, quam consulendo, & sic isto casu fideicommissum remanet firmum, & validum, & solum reijcitur illa conditio sine filijs, &c. Ascan. Clemens in tract. de patria potest. c. 5. num. 13. cum multis alijs, quos congerit ipse Caualcan. d. num. 2. & vlterius dicit, quod DD. qui senserunt, quod totum fideicommissum annullatur, malè senserunt, & quod hæc est opinio magis æqua, & in praxi obseruanda, sed quod imò isto casu non annulletur de medio ipsa

2 conditio sola, sed pereat totum fideicommissum, ita, & taliter, quod bona remaneant libera pœnes grauatum, est tex. in §. sed hæc præsenti, in authen. de sanctiss. Episcopis, & in c. in præsentia, de proba. vbi Abb. num. 15. Bart. in l. hæredibus, in fi. ff. ad Trebel. Bero. cons. 73. nu. 10. & 11. & cons. 107. nu. 30. lib. 2. latè Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol. li. 9. tit. 7. num. 22. vbi testatur de communi opin. Paris. cons. 109. nu. 2. & 3. lib. 3. Peregr. in tract. de fideicom. art. 28. nu. 42.

3 Et licet in isto articulo secundum aliquos posset distingui hoc modo, aut vnus filius tantum, est sacerdos, & isto casu procedit prima opinio, vt tollatur illa conditio tanquam turpis, & impossibilis, ita vt non possit operari aliquem effectum, nisi ex dispensatione Summi Pontificis matrimonium contrahat, ad tradita per Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell. aut sunt plures filij instituti sub nomine proprio, inter quos adest clericus in sacris constitutus, & tunc ex quo ei conditio non cõuenit, non videtur iniunctum tale fideicommissum, & per consequens, quod ad eius partem bona sunt liberata, ita tenent multi relati per Peregr. in tract. de fideicommiss. ar. 28. nu. 42. & per Caualc. d. dec. 2. nu. 7. & per Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 1. num. 7. cuius opinionis principalis author fuit Pau. de Cast. in l. 1. §. lex falcidia, num. 4. vers. facit et si testator, ff. ad l. falci. sed quia hæc vltima opinio non est vera, prout tenent ipsi Peregrin. & Caualcan. locis citatis, qui asserunt, ita alias fuisse iudicatum, ideo puto, quod effectus sit indubitatè verus, & sic, quod conditio ipsa reijcitur,

tur, & sicut fideicommissum censetur purum, si fit clerico in sacris constituto cum conditione de restituendo bona, si decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, ita parimodo censetur purificata statim, quod institutus laicus fit clericus in sacris, quia existens in sacris quantum ad procreationem filiorum legitimorum, & naturalium ex suo corpore, habetur pro mortuo Rip. in d.l. in facto §. si quis rogatur il 1.n.18.vers. si vero ff. ad Trebell. quod tamen puto verum quo ad hoc, vt substitutus sit certus quod institutus erit decessurus, sine filijs, non autem vt sit in omnibus, & per omnia purificata, namque si substitutus dece-
5 deret ante institutum clericum in sacris, bona remanerent libera clerico instituto, l. si ex pluribus, ff. de suis, & legit. Bald. cons. 435. num. 5. lib. 4. & cons. 115. super isto lib. 5. Matth. Brun. cons. 112. n. 20. & cons. 114. num. 37. Deci. cons. 417. num. 2. Socy. iun. cons. 101. cum in præsenti, n. 14. lib. 1. Malual. cons. 4. n. 4. Brun. à Sol. super posit. in ver. substitutio conditionalis, qui de commun. testatur, Curt. iun. cons. 16. nu. 1. & 6. Ruin. cons. 179. nu. 5. & cons. 14. n. 13 li. 2. Parif. cons. 77. n. 25. lib. 2. Rubeus Alex. cons. 28 n. 8. Rim. sen. cons. 304. li. 4. Ann. sing. 487. seu 384. & sic tali casu conditio nõ habetur pro purificata.

6 Et aduertendum est, quod licet filij nati ex matrimonio putatiuo excludant substitutum, & succedāt prout legitimi Bald. in cap. 1. §. naturales si de feud. fuer. contr. Iaf. cons. 156. n. 1. & cons. 168. n. 6. lib. 4. Dec. cons. 153. casus n. 1. Soc. iun. cons. 63. nu. 37. li. 3. Addit. ad cõs. Alex. cõs. 5. li. 7. Peregr. de fideicom. art. 14. n. 72. vbi de magis com. testatur, & est ratio, quia idem dicitur in iure tam de filio nato ex legitimo matrimonio, quam de filio nato ex matrimonio putatiuo, vt probatur in cap. innotuit in vers. quamuis autem, ibi nõ legitime genitos de electio. cap. ex tenore, qui filij sint leg. Emanuel Cost. in ca. si pater par. 1. vers. vxorem nu. 4. fol. 284. Soc. iun. d. cons. 63. n. 30. tamen hoc non habet locum in filijs
7 clericorum, quia nullus iustus error poterit excusare patrem clericum, qui suæ conditionis, & qualitatis sciens erat l. fin. ff. pro suo, ex quo ad excusandum matrimonium putatiuum requiritur error probabilis, l. fin. §. de clandest. dispon. Abb. in cap. 2. qui filij sint legit. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 78. nu. 52.

SVMMARIVM.

1 *Pater tempore necessitatis potest vendere filium, sed non quando esset clericus, nu. 2*

QVADRAGESIMVS TERTIVS EFF.

1 Quadragesimus tertius effectus clericatus est, quod licet tempore necessitatis pater possit vendere filium. l. 2. C. de patr. qui filios distraxer. l. fin. C. de patr. potest. Menoc. de arbitr. cas. 180. n. 3. Io. Batt. Magon. in lucern. moral. p. 1. cas. 3. nu. 5. attamen si filius esset clericus non poterit vendi, Io. de Anan. in cap. 3. de furt. Marf. singul. 101. & in repet. rubr. ff. de fideiuss. n. 143. Camill. Borell. in repet. pragmaticæ, odia litium §. 1. glo. 3. nu. 250. Magon. d. cap. 3. nu. 13.

SVMMARIVM.

1 *Clerici nullo modo possunt fideiubere, lim. n. 3. 4. 5. 6. & 7.*
2 *Pœna clericorum fideiubentium quæ sit.*
7 *Clerici licet non possint fideiubere, possunt tamen approbare fideiussores.*
8 *Monachi, & cæteri regulares non possunt fideiubere in quocumq; casu.*
9 *Clerici non dicuntur fideiussores idonei.*
10 *Fideiussor, vt dicatur idoneus, debet esse facilis exactionis.*
11 *Obligatus præstare fideiussionem non liberatur dando clericum in fideiussorem.*
12 *Fideiussor receptus, & approbatus si reperitur minus idoneus non potest amplius reprobari.*
13 *Clericus qui fideiussit pro laico non potest conueniri coram iudice laico.*

QVADRAGESIMVS QVARTVS EFF.

1 Quadragesimus quartus effectus est, vt clerici nullo modo debeant, nec possint fideiubere, c. te quidem 11. q. 1. cap. 1. de fideiussoribus c. non fatis 86. dist. l. curiales C. locat. l. de die §. 1. vbi gl. in verb. probãdi, qui satisdar. cog. Petr. Gerard. singul. 100. nu. 5. auth. de sanctiss. Episcop. §. Deo autẽ colla. 11. Azon. in sum. in titu. de sanctiss. Episcop. n. 4. Roman. cõs. 409. nu. 7. vbi Mandos. in addit. in liter. C. alios allegat Io. de Selua in tract. de iureiuran. p. 3. nu. 25. in 4. to. tra. diuers. car. mihi 351. Viui. dec. 210. num. 9. Menoch. in tract. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 46. num. 15. Sebastian. Medic. in tract. de acquirend. & conseruand. possess. glos. 2. part. 1. nu. 353. Marc. Anton. Marsil. Column. in tract. de ecclesiastic. Reddit. par. 3. cap. 24. nu. 24. Bertazol. in tra. clausul. claus. 39. glo. 2. nu. 2. Zancus in tract. de priuileg. ecclesiast. priuileg. 115. num. 1. Io. Sailo super consuet. Turonens. titul. dres Droiz de basse iustice §. 24. versic. quæro decimotertio cart. mihi 29. Ancher. in cap. 1. num. 4. de fideiub. Ferret. cons. 213. num. 9. lib. 1. Marsil. consil. 19. nu. 13. & in tract. de bannit. in verb. facti nu. 21. clerici vero fideiubentes
2 puniantur à suis prælatis pœna arbitraria, glos. in cap. penult. in verbo grauiori de fideiuss. Menocch. in tract. de arbitr. cas. 431. num. 1. Lelius Zanc. in tractat. de priuileg. eccles. priuileg. 115. num. 3. & 12. vbi dicit quod dum tex. d. cap. 1. dicit quod, abijciantur, habet tres intellectus, primum, vt abijciantur ab ecclesia, secundum, vt abijciantur a clero, tertium quod abijciantur, idest quod non debeant recipi in fideiussores, quos intellectus considerauit etiam Ancharan. in d.c. 1. num. 2. de fideiuss. & tandem concludit ipse Zancus d. nu. 12. quod sit amplectẽdus primus intellectus, qui illi magis placet, & ratione quia cum decretũ prohibeat, quod clerici non fide iubeant, contrafacientes, & subfideiubentes sunt inobedientes, & sic quasi idololatræ capit. sciendum 8. quæst. 1. mihi magis placet opinio Menoch. hoc est puniantur arbitrarie, tamquam transgressores canonum, prout in similibus dixi sup. de clerico exercente officium aduocationis, vel procurationis, vel tabellionatus, quod videtur etiam sentire Fely. cons. 9. n. 4. Limita-

3 Limitatur 1. prædictus effectus, vt licet clericus non possit fideiubere, attamen si de facto fideiuberet, fideiussio est valida, & remanet obligatus, cap. peruenit, & cap. constitutus de fideiuss. Bart. in l. 3. num. 11. ff. de fideiuss. Roman. cons. 409. num. 7. & ibi Mandos. in addit. in lit. C, Ias. in l. patre furioso, nu. 14 vers. 3. facit ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. 1. nu. 10. ff. si quis in ius voc. non iuer. Marsil. cons. 19. nu. 13. & in l. si quis ne quæstio, num. 91. de quæstion. & in tract. de bannit. in verb. facti nu. 21. Menocch. in tract. de præsump. lib. 2. præsumpt. 46. numer. 15. & per totam. vbi adducit multa similia, Medic. in tract. de acquir. conseruand. possess. glos. 2. par. 1. num. 353. Bertazol. in tract. clausul. clausul. 39. glos. 2. num. 2. Lelius Zanc. in tract. de priuileg. ecclesiast. priuileg. 115. num. 5. Io. Guterr. in tract. de contract. iurat. cap. 72. num. 2. in 6. tom. tractat. diuersor. cart. mihi 116. Ioan. Saison. super constit. Turonens. in titul. de druiz basse iustice, §. 24. vers. quero decimoquarto, car. mihi 29. Ferret. cons. 213 num. 9. lib. 1.

4 Limitatur 2. quando adesset vrgens necessitas, quia tunc clericus ex pietate tenetur fideiubere, ac alijs subuenire glo. in cap. quod quibusdam in verb. fideiubeat in princip. de fideiuss. Abb. in c. 1. num. 3. de fideiussor. Petr. Gerard. d. sing. 100. nu. 5. Zanc. d. priuileg. 115. nu. 6. vbi dicit, quod tunc est magnũ pietatis opus, Viu. dec. 110. nu. 11. Io. Saison. d. §. 24. vers. quæro 13.

5 Limitatur 3. in causa dotis, in qua clericus potest esse fideiussor, Fel. cons. 9. num. 2. vbi dicit quod is, qui alias non est idoneus fideiussor, est tamen idoneus in causa dotis l. fin. vbi glos. allegat similia, C. ad vellian.

6 Limitatur 4. vbi clericus non fideiubendo verteretur aliquod periculũ animę, vel corporis Oldrad. cons. 90. in fi. Marsil. in repet. rubric. de fideiuss. nu. 236. Viui. d. dec. 210. nu. 12. vbi dicit, quod hoc procedit etiam si iurasset non fideiubere.

7 Limitatur 5. vt licet non possit fideiubere in iuditijs poterit tamen fideiubere in contractibus glos. Ioan. Andr. & Butr. & Abb. in cap. 1. num. 5. de fideiuss. Host. in sum. in tit. de fideiuss. §. 2. Bart. in l. 2. in fi. ff. de fideiuss. Lelius Zanc. in tract. de priuil. ecclesiast. priuil. 115. nu. 7. Fely. in d. cons. 9. nu. 1.

8 Limitatur 6. & vltimo, vt licet clericus nõ possit fideiubere, attamen non prohibetur fideiussores approbare, quia is, qui prohibetur fideiubere, nõ prohibetur illos approbare.

Et in casibus prædictis monaci, ac cœteri regulares non poterunt fideiubere sine consensu Abbatis, & superioris, & maioris partis Capituli not. in c. quibusdam de fideiussor. Henric Boich in dict. c. 1. num. 1. eod. tit.

9 Et aduertendum est, quod clerici non dicũtur fideiussores idonei, Iacob. in l. de die §. qui mulierem nu. 7. ff. qui satisdare cogan. Bellon. in §. pro eo. nu. 2 instit. de fideiuss. vbi allegat glos. in l. 2. ff. qui satisd. cog. Cirill. in summ. crimin. in titul. de fideiuss. §. 2. nu. 1. Renat. Copin. super commentar. Agedanens. lib. 1. tit. 11. nu. 5. qui omnes dicunt quòd ad hoc, vt fideiussor dicatur idoneus nõ sufficit, vt sit idoneus faculatibus, sed etiam facilis exactionis, quod non sit in clerico, qui potitur priuilegio fori; ideo is, qui ex forma statuti, vel ex dispositione iuris communis, vel ex pacto tenetur satisdare, nõ liberatur dando clericum, qui (vt dixi) non est fideiussor idoneus, Bart. in l. 2. ff. de fideiuss. Anch. in cap. 1. nu. 4. eod. tit. Lelius Zanc. in d. tract. de priuil. eccl. priuil. 115. nu. 8. Bellon. eod nu. 2. est bene verum, quòd si is talis clericus, vel aliter minus idoneus fuerit receptus, & approbatus non poterit amplius approbari, & peti, vt iterum caueatur, Paris. de Put. in tract. de sindic. in verb. fideiussor officialis, c. 3. nu. 8. Boss. in tract. crim. in tit. de carcer. fideiuss. relax. nu. 71. Cagnol. in l. cũ alio nu. 2. ff. de reg. iur. Bart. in l. qui satisdare nu. 6. ff. de fideiuss. & in l. 3. ff. eod. Mars. in l. si quis ne quæstio col. 8. ff. de quæst.

13 Secundo aduertendum est, quod clericus, qui fideiussit pro laico coram iudice laico, non poterit prætextu sententiæ ab eodem iudice latæ coram ipso laico conueniri, Anchar. in cap. ea quæ quæst. 21. numero 26. in fin. de regul. iur. in 6. Marsil. in tract. de bannit. in verb. iudice num. 211. Baiard. in addit. ad Clarum, §. 5. quæst. 95. num. 7. Valent. Franc. de fideiuss. cap. 2. num. 239. Bart. in l. 1. nu. 2. ff. si quis in ius vocat. non iuer.

SVMMARIVM.

1 *Filij puniuntur ex delicto patris in crimine lesæ maiestatis cum priuatione bonorum paternorum, secus in filio clerico, num. 2.*

QVADRAGESIMVS QVINTVS EFFECTVS.

1 Quadragesimus quintus effectus clericatus est, vt licet filij ex crimine læsæ maiestatis per patrem commisso puniantur, & patiantur pęnam priuationis omnium bonorum paternum, tam ex testamento, quàm ab intestato, & perpetuò sint infames, & ab omnibus honoribus, & officijs sint exclusi, & supplicantes Principi pro eis efficiuntur infames, vt habetur in l. quisquis C. ad l. Iuliam maest.

2 istæ tamen pœnæ non imponuntur filio clerico, ita glos. in capit. satis peruersorum 36. distinction. Alexand. in addit. ad Bart. in dict. l. quisquis Mars. repet. rubr. ff. de fideiuss. num. 143. vers. item prædictis, adde Camill. Borell. in repet. pragmaticæ odia litium, §. 1. glos. 3. numero 254. & 255. Ioan. Batt. Baiard. ad Clarum, in §. læsæ maiestatis, num. 19. Roland. à Vall. consil. 16. num. 15. lib. 4. Maluas. consil. 40. num. 20.

SVMMARIVM.

1 *Clerici pro quocumque delicto, etiam immani non possunt puniri pœna sanguinis.*

2 *Pœna mortis de iure ciuili est pœna detrusionis in proprium carcerem de iure canonico.*

QVADRAGESIMVS SEXTVS EFFECTVS.

1 Quadragesimus sextus effectus clericatus est, vt clerici pro quocumque grauissimo, & immani crimine, & delicto nunquam possint

puniri pœna sanguinis, sed tantum poni, & detrudi in monasterium ad agendum pœnitentiam: ut in c. tuere de pęnit. & in c. pęnam sanguinis, ne clerici, vel monaci, Abb.& Alex. in c.cum non ab homine de iudic. Anan.in c.1.col.pen.de parric. Pet.à Plaz. in epit.delict lib.1.c.11.n.15. Paul.Burg.in tract.de irregul.p.6.in tit.de homicid. nu.17. car.mihi 264. Bernad.Bombin.cōs.10.n.1.& 2. Alfons.Vellagud. de extens.leg. in tit. de extension. pœnal. in mater. conatus nu.59.car.mihi 199.Pros.Passet.cons.180. num.4. & 5. qui dicit, quod in delictis, in quibus de iure ciuili imponitur pœna mortis in illis met de iure canonico fit detrusio in perpetuum carcerem, quæ pœna perpetui carceris est inuenta de iure canonico, & æquiparatur damnationi in metallum, Feliyn. Cardinal. Aretin. & alij in cap. qualiter, & quando il 2. §. ad corrigendo de accusat. Passett. dicto num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Filij committentes vnam ex sexdecim causis possunt exhæredari, sed hoc non procedit in filio clerico, num.2.*

QVADRAGESIMVS SEPTIMVS EFFECTVS.

1 QVadragesimus septimus effectus clericatus est, quod licet filius, qui commisit vnam ex sexdecim causis ingratitudinum, de quibus habetur in §.illud quoq; capitulum in auth. vt cū de appell. cognsc.& per gl.in cap.quintauallis de iureiur.possit per patrem exhæredari, Mars.in repet.rub.ff.de fideiuss.n.139.& singul.78. Viu.in verb.filius Vuesembec.cōs.29.lib.1.Ias.in l.nō licet col.fi.ff.de lib. prætor. Clar.in §.testamentum,quæst.4. nu.1.cum seqq.Borell.in repet.pragm.odia litium;§.1.glos.3. numer.251. nihilominus hoc non procedit in filio, qui postquam commisit aliquam ex prædictis causis ingratitudinis, fuit factus clericus, vel aliter religiosus, ex quo tunc exhæredari non poterit capit. non licet, vbi hoc not. DD. 19.quæst. vlt. glos.in l.
2 fin.in verb.quasi ingratum C.de epis.& cler.text.& glos. in Auth. de Monac. in princip. Bald.in l.Deo nobis,col.4.C.de episc.& cler. Mars.dict.num.139. Camillus Borell.d glos.3.n.252. Vasq.in l.qui quartam num.647. C.de inoffic. testam. qui dicit,quòd comm. opinio est, quod per monachatum,& clericatum tollitur causa, quæ principaliter respicit turpitudinem exhæredati, non quę principaliter respicit offensam testantis, ad quod allegat text. in d.l. Deo nibis §.1.C.de episcop. & cler. & ibi gloss. Alberic.Salic.Bald.Paul.de Cast.Io.Faber Cin.& alijs, Ias.nu.4.Alex.num.8. & Auth.non licet.C.de liber. præterit.Abb.cons.27.nu.2.lib.2. Rip.in l.fin.q.67. C.de reuocan.donat. & in l.1.nu.71. ff.sol.matrim. & ibi Rom. num.479. Campeg. in tract.de dot. in 1.p.q.47.Fel in c.Rodulfus num.6. de rescript.Gulielm.de Benedict.in repet.cap.Rainutius in verb.in eod.testamento relinquens il 2. num.37. de testam. Cassan. super consuet. Burgund. in rub. des iustices §.5.nu.103.Emanuel a Cost.in l.Gallus §.& quid si tantum in 3.par.num.195.Dec. in Auth. ingressi in princ.C.de sacrosanct. eccles.Aret.in l.3.§.filius eorum.penult.ff.de liber.& posthu. Curt.iun. in d.Authent. non licet colum.2. Alciat.in peregr.iur.cap.23.lib.4.Couar.in cap.Rainutius in princ.num.20. de testam.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam inferēs alicui tenetur ad restitutionē famæ iniuriato, secus est clerico propter clericatū, n.2.*

QVADRAGESIMVS OCTAVVS EFFECTVS.

1 QVadragesimus octauus effectus clericatus est, quod licet inferens alicui iniuriam teneatur ad restitutionem famæ,& ad se disdicendum,& veniā petendū ab ipso iniuriato in illis locis, in quibus iniuriam intulit, quod nos vocamus canere palinodiam, vt voluerut Paris de Put.in tract.synd.in verb. composito cap.7.nu.5. & sequent.Marant.in prac. par.4.in princip.nu.10.Boer.cons.4.num.41. Diaz in pract.crim. canon. c.66.in verb.maledici num.7. Iodoc.Damoder.in pract.crim. ca.136.nu.1.& 11. Couar.in lib.1.variar.resol.c.11.n.4.in fi.ver.iustissimum tamen est Farinat.in tract.crim.q.105.nu.71. cum pluribus seqq. vbi multa circa hanc emendam famæ scribit Prugman.cons.22.num.111. cum seq. Aufrer.ad Capp.Tolos. dec.410. Cagnol.in l.quidquid calore,n.14.ff.de reg.iur. Attamen is a tali palinodia dicenda, & à famæ restitutione, in foro exteriori excusatur, & liberatur propter clericatum, quia clerici nō tenentur ipsam palinodiam canere, nec pnblicè se disdicere Boer.d.cons.4.nu.4.glos.& Card. Alex.in c.clerico, 50.dist. Io.Lopez in addit. ad Diaz in d.c.66. in lit. A, vsque ad fin.vbi multos concordantes adducit, Iacob.de Graff.in decis.aur. p.1.lib.2.c.137.nu.3.Farin. d.q.105. num.75.& 99. vbi dicit quod tenetur actione iniuriarum, Siluester in sum.in verb.contumelia, num.3.vers.4.

SVMMARIVM.

1 *Filius studens tenetur post mortem patris conferre libros cū alijs fratrib.in diuisione, secus in clerico.*
2 *Filij quando teneantur conferre libros, cum alijs fratribus in diuisione.*

QVADRAGESIMVS NONVS EFFECTVS.

1 QVadragesimus nonus effectus clericatus est, quod licet filius studens, qui non est Doctoratus ante mortem patris teneatur libros conferre simul cum alijs fratribus in diuisione bonorum paternorum, hoc tamen non habet locum in filio clerico etiam primæ tonsuræ, Ias. in l.filia licet col.2. C.de collat. allegat Alber. in l.si donatione colum. fin.eod.tit. Borell. super pragmat.Odia litium.§.1. gloss.3. numer.246. Beringer. in l.in quartam in 3. parte num. 82. ff. ad leg. Falcid. Surd. consil. 259.
2 num. 11. lib.2. quo vero ad laicos quando teneantur conferre cum alijs fratribus libros sibi à patre emptos, ponunt latè Io.Alos. de Leo in l.presbyteros,

ros,nu.38. C.de episcopo,& cleric.& in lege 4.n.9. C.de aduocat diuersi.indit. Iacob. Benius de priuil. iurisconf.priuil.88. Alexand.conf.142. nu.25.lib.2.

SVMMARIVM.

1 *Laici in causa pecuniaria tenentur præstare fideiussionem de iudicio sixti, secus in clericis, qui non tenentur nu. 2.*

QVINQVAGESIMVS EFFECTVS.

1 QVinquagesimus effectus clericatus est, vt licet laici pro cã pecuniaria teneãtur præstare de iudicio sixti, authent. offeratur C.de lit.cõtest. §.sed hodie instit.de satisdat.§.suscepto in authẽt. de exibend.reis coll.5. hæc tamen cautio non debet præ-
2 stari a clericis ꝓ ipsa cã pecuniaria, sed sufficit, vt tã tũ promittãt de iudicio sixti cum hipoteca bonorũ Azo.in sum.tit.de episcopis,& cleric.n.13. auth. de santissi.episc.§.si quis aũt not.glos. in l.cũ clericus, C.de episc.& cler.Specul.in tit.de satisd.§.1.Abb.in c.fi.§.in alijs,nu.2.vt lit.non contest. vbi dicit quod hæc conclusio fallit in clerico,qui propter suã contumaciam ammisit possessionem rerum suarum.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de iuditio sixti liberatur, si is pro quo fideiussit fecit se clericum.*

QVINQVAGESIMVS PRIMVS EFFECTVS.

QVinquagesimus primus effectus clericatus est, vt fideiussor de iudicio sixti, sit liberatus, si is, pro quo fideiussit, fecit se clericum, vel monacum, Card.in clement.1.in 9.quest.de censib. Bart. in l.si filius,ff.de tutel.& ration.distrahend. Doct. in l.sed & si quis ff.si quis caution.non obtemp.Boss.in tra. crim.tit.de carcer.fideiuss.committ. nu.42. Marsil. in rubr.de fideiuss. num.138.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, qui habent vxorem, vt sunt Græci, possunt eã in priuato carcere detinere, q nõ est pmissũ laicis.*

QVINQVAGESIMVS SECVNDVS EFFECTVS.

1 QQuinquagesimus secundus effectus clericatus est, vt clerici, qui habẽt vxores,& sunt clerici in minoribus, vt clerici orientales, siue Greci, possint eam in compedibus, & in priuato carcere mãcipare,& detinere, quod non est permissum laicis c. placuit vbi gloss.33.quæst.2.Simon Maiol.de irregular.lib.5. cap.41. num.4.

SVMMARIVM.

1 *Res si vendatur duobus, is præfertur, qui habuit prius possessionem, licet fuerit secundum emptor, secus quando venderet clericus, aut ecclesia, quia præfertur primus emptor, num.2. contra num.3. disting. num.4.*

QVINQVAGESIMVS TERTIVS EFFECTVS.

1 QVinquagesimus tertius effectus clericatus est, quod licet inter laicos, ubi aliqua res reperitur vendita duobus, is præferatur, qui reperitur possessionem cepisse, licet fuerit secundus emptor, l.quoties, l. de rei vendicatio, cũm similibus adductis per Hieronym. Marcelian. in repet. eiusdem l. quoties,nu.1.& seq.Gozad.conf.14.nu.14. Thom. Ferrar.cauthel.48.n.1. Roman.singul.382.Berous conf.164.nu.14.lib.primo,Magon. in Rot.Florent. 135. per totam. Attamen prædicta conclusio, non
2 habet locum, vbi venderet clericus, vel alia persona ecclesiastica, quia tunc semper præfertur primus emptor, licet secũdus iam fuerit adeptus possessionem rei venditæ, Io.Andr.in cap. continebatur, de ijs,quæ fiunt à prælat. sine conf. capit. & ibi etiam Hostiens. Roman. in authent. similiter in 12. speciali pię causę C.ad l.falcid.& cõs.298.col.fi.& cõs. 70.Alexand.conf.83.lib.7. Socyn.regul.118. limit. 8. Marsil. in l.qui duobus in 2.limit. C.ad l.Cornel. de fals.Lambert.in tract.de iur.patron.lib.2. par.2. in 7.quæst.princip.num.9.Gozadin.conf.14.nu.14. sed in isto articulo contrariũ tenuerunt Bald. Car-
3 din.Abb. & Imol.in dict.cap. cõtinebatur Ias.in d.l. quoties in 7.limit.Alexand.sibi contrarius conf.218 lib.2.& conf.189.eod.lib.Soc.conf.29.lib.4.Marsil. etiam sibimet contrarius singul.82.cum alijs, quos allegant Marilian. in repet.d.l.quoties num.301.C. de reiuend.& Marãt.disput.8.num.22. & licet hæc secunda opinio fortasse videatur communis, ego
4 tamen non recederem a distinctione posita a Mareliano loco proxime citato, qui hoc modo distinguit,aut loquimur in spiritualibus,& beneficialibus, casu quo possunt talia aliquo titulo transferri, & alienari in alium, & procedit proxima opinio, aut loquimur in ecclesia, seu persona ecclesiastica vendente ecclesiæ seu alteri personæ ecclesiasticæ, & tunc etiam procedit proxima opinio, quia in ecclesia ex solo titulo transfertur possessio, aut ecclesia seu persona ecclesiastica vendidit priuatæ,& securi personæ, & tunc procedit secunda opinio, hanc prædictam distinctionem a Doctoribus communiter esse approbbatam assert, Couar.in lib.2.variar. resolut.c.19.num.4. & alijs, quos recẽset Marelian. dict.num.301.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta a patre filio in sua potestate existente est inualida, quod secus est in filio clerico, nu.2.*

QVINQVAGESIMVS QVARTVS EFFECTVS.

1 QVinquagesimus quartus effectus clericatus est, quod licet donatio facta a patre filio in potestate sit inualida, vt est textus in l. donationes, quas parentes C. de donatione inter virum, & vxorem, vbi hoc notant omnes Scribentes,

Paris. cons. 15. n. 19. li. 2. qui testatur de comm. opi. Clar. in §. donatio q. 8. n. 1. Oldrad. cõs. 151. n. 2. vers. si sic, Anch. cons. 126. n. 6. Bald. cons. 430. nu. 1. li. 1. Honded cons. 47. n. 39. li. 1. Tusch. in lit. D, conclus. 673. n. 1. Beltrand. cons. 252. n. 2. l. 1. Duenn. reg. 223
2 in princip. hoc tamen non procedit in donatione facta filio clerico, quia licet sit in potestate donantis, adhuc valebit donatio, Lup. in repet. c. per vestras num. 42. de donat. inter vir. & vxor. Surd. cons. 259. n. 1. vbi dicit quod tunc bona donata efficiuntur quasi castrense peculium.

SVMMARIVM.

1 *Clericus per clericatum efficitur nobilis.*
2 *Clerici sunt praestantiores laicis, & aequiparantur personis illustribus, n. 3. 4. & 5.*
4 *Appellatione plebeiorum non veniunt clerici.*

QVINQVAGESIMVS QVINTVS EFF.

1 QVinquagesimus quintus effectus clericatus est, vt quis per clericatum nobilitetur, Io. Andr. in cap. libentius de seru. non ordinand. Bart. de Curtile in tract. de nobil. par. 3. nu. 220. in 16. tom. tra. diuers. cart. mihi 12. vbi dicit quod quartus modus acquirendi nobilitatem est clericatus Fulu. Patian. in tract. cui incumb. onus proband. negat. li. 2. cap. 34. n. 4. qui alios allegat, & multa circa istũ effectum scribit Tiraq. in tract. de nobil. c. 9. n. 4. Port.
2 cons. 16. n. 38. vbi dicit quod clerici sunt praestantiores laicis, & cons. 164. nu. 24. Grat. cons. 71. n. 3.
3 lib. 2. qui asserit quod clerici aequiparantur personis illustribus, Beni. in tra. de appellat. §. 2. n. 8. in 5. to. tra. diuers. cart. 49. vbi dicit, quod clericatus est dignitas Ioan. Lecainer. in tra. de primogen. q. 24. nu. 10. in 10. tom. tra. diuers. par. 1. fol. 35. vbi propte-
4 rea dixit, quod clerici non veniunt appellatione plebeiorum, prout hoc idem ex multis affirmauit Io. Petr. Bim. cons. 109. n. 38. lib. 2. & quod clerici dicantur personae egregiae voluit Bertacch. in suo repert. in verb. egregiae, & quia de materia praesentis effectus alias scripsi sup. in praeludio, ideo ad ibi dicta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Poenam conuentionalis potest exigi per laicos, secus tamen per clericos, n. 2.*
3 *Poena conuentionalis, an possit exigi per laicos in foro conscientiae.*

QVINQVAGESIMVS SEXTVS EFF.

1 QVinquagesimus sextus effectus clericatus est, quamuis laici possint de iure ciuili exigere poenam conuentionalem, etiam quod excedat interesse, l. ita stipulatus, l. cum stipulatus fine l. liber homo §. de rem, ff. de verbor. oblig. l. permissis, C. de transactio. gloss. in l. titia ff. de verb. oblig. Ioan. Bernard. Diaz regul. 539. vbi testatur de comm. opin. Cortett. in suis singul. in verb. pena Dec. in l. qui cũ alio ff. de reg. iur. Alex. cons. 119. n. 14. & 18. lib. 2. Vegg. cons. 68. num. 18. Roman. cons. 510. num. 10. Caroc. in tract. de locat. par. 7. concl. 18. num. 2. hoc
2 tamen est interdictum clericis, qui non possunt petere poenas conuentionales contractus, nisi quatenus adest interesse, & pro quantitate interesse, Innocent. in cap. dilecti de arbitr. Socyn. sen. cons. 253. col. fin. lib. 2. Vegg. d. cons. 68. n. 37. Socyn. iun. cõs. 145. n. 29. & 91. lib. 2. Menocch. cons. 143. n. 12. lib. 2.
3 Butr. cons. 70. n. 3. quod procedit etiam inter laicos in foro conscientiae, glos. in cap. fraternitas 12. q. 2. Vegg. dic. cons. n. 36. Purpur. in l. rogasti §. si tibi n. 87. ff. si cert. pet. Gomes. in §. ex maleficiis n. 14. inst. de actio. Tiraq. in rep. l. si vnquam in verb reuertatur n. 291. C. de reuocat. donat. Caroc. dict. concl. 18 n. 26. Menocch. in tra. de arb. cas. 260. n. 40. Intrigl. in tra. de cas. conscient. cas. 101. nu. 31. Ant. Gabr. in suis concl. in tit. de malefic. concl. 34. n. 10. & 11. Pancirol. cons. 146. n. 12.

SVMMARIVM.

1 *Filius illegitimus, vel spurius legitimatur per ingressum religionis, & per clericatum, & potest patri succedere, n. 2. secus si sit filius spurius clerici, nu. 3.*
4 *Institutio condictionalis filij spurij, & illegitimi si a Principe sit legitimatus, valet, ita pariter valet si fiat monacus, vel clericus, n. 5.*
7 *Legitimatus per ingressũ religionis an possit habere praelaturam, & an possit habere beneficia ecclesiastica, n. 7. & an per talẽ ingressum censeatur dispẽsatum irregularitati ex defectu natalium, nu. 8.*

QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS EFF.

1 QVinquagesimus septimus effectus clericatus est, vt filius illegitimus, & etiam spurius per ingressum religionis, & per clericatum legitimetur, sicut per oblationem curiae Bald. in l. 1. col. 4. C. de sacrosanct. eccles. Decian. reg. 366. in 3. lim. vbi alios allegat Marsil. in rubr. ff. de fideiuss. n. 143. circa fin. & singul. 273. Euerard. consil. 239. num. 6. late Tiraquell. in tract. de pia caus. priuileg. 29. Paliott. in tra.
2 de not. & spur. cap. 45. num. 6. vbi dicunt quod isti tales tanquam legitimati possunt patri succedere,
3 licet alias filius spurius, vel aliter illegitimus non possit patri succedere, nec inter viuos, nec in vltima voluntate authent. quib. mod. natural. effic. sui §. final. in authent. ex complexu C. de incest. nupt. gloss. in l. si qua illustris C. ad Orphician. gloss. in dict. authent. ex complexu Paleott. in tract. praedicto cap. 43. Vegg. consil. 62. num. 28. Caephal. consil. 28. per totum, latè Ludouic. Molin. de primogen. Gispan. lib. secundo, capit. 11. num. 28. Velasc. decis. 19. num. secundo, & ideo sicut valet
4 institutio filij spurij, vel aliter naturalis sub conditione si filius ipse à Principe legitimetur, cum tunc dispositio in tempus habile conferatur, l. in tempus ff. de haeredib. instituend. Bald. Imol. Socyn, Alexand. & communiter scribentes in l. gallus §. instituens, ff. de liber. & posthumis Bald. in l. 1. nu. 17. C. de institut. & substit. ubi etiam Socyn. num. 11. Ioan. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 29. num. 4. Curt. iun. cons. 84. num. 3. Emanuel à Cost. in repet. d. l. gallus §. & quid si tantum

in 2. part nu. 172. Ludou. Molin. de primogen Hispan. lib. 2. cap. 7. num. 4. ita pariter valebit suo conditione si fiat Monacus, vel clericus Guglielm. de Cun. & Bald. in l. 1. nu. 3. versicul. iuxta hoc quæro, C. de sacrosanct. eccles. & ibi etiam Andr. de sic[illegible] in repet. num 111. Petr. Duen. regul. 366. in 3. limit. & licet legitimetur ingrediens monasterium, vt dictum est, nihilominus ei interdicitur omnis prælatura, si non sunt per Summum Pontificem ad hoc expresse dispensati, Abb. in c. in quibusdam colu. 2. in princip. de pen glos. in verb. canonica, & Io. Monac. & Geminian. in cap. indemnitatibus, §. 1. de elect. in 6. Archidiacon. in capitul. quam sit 18. quæst. 2. Cardinal. in cap. attendentes §. taciturnitas, quæst. 6. in clement. de stat. monac. Felyn. in c. at si clerici, num. 19. de iudic. Cappell. Tholos. dec. 296. Felyn. in cap. meminimus de accusat. Petr. And. Gábar. de offic. legat. a later. lib. 7. nu. 302. Simon Maiol. de irregularitate, lib. 1. cap. 29. num 10. Marc. Anton. Cuccus in instit. Canon. lib. 3. tit. 1. nu. 52. Intrigliol. de feud. dist. quæst. 53. nu. 91. & sequent. qui duo vltimi in specie loquentes de electione abbatissæ monialium, dicunt. quod cum ea episcopus non potest dispensare, quod tamen, non seruatur in hac vrbe, vbi vidi pluries fuisse dispensatum per Archiepiscopum, in tantum, quod infra tempus anni vnius fuerunt elapsæ, & confirmatæ duæ abbatissæ, quæ erant illegitimè natæ, contra quod exclamat Maiolus loco proximè citato, dum dicit, quod non debet illa alijs præferri, quæ natalium maculam patitur, præsentim cum ad tales prælaturas promoueantur per electionem, & eligentes non possunt tale defectum dispensare, nec superiori videtur dispensasse in præiuditium eligentium, Tabbien. in summa in verb. dispensatio il 5. num. 21. & in verb beneficium il 2. num. 20. & sicut non possunt esse prælati inter regulares, ita pariter non possunt habere beneficia ecclesiastica, vt copiosè scribit Dominus, & præceptor meus Flamin. Paris in tract. de resignat. lib. 4. quæst. 4. num. 81. & seq. & an per ingressum religionis censeatur dispensatum super irregularitate prouueniente ex defectu natalium sicut per expressam dispensationem factam per Summum Pontificem, vide Borgas. de irregul. p. 3. in tit. de dispensat. pro ingressum religionis car. mihi 83.

SVMMARIVM.

1 *Laici impunè possunt occidere furem nocturnum pro defensione rerum suorum, quod tamen fallit in clericis, & quare, nu. 2. & 3.*

QVINQVAGESIMVS OCTAVVS EFFECTVS.

Qvinquagesimus octauus effectus clericatus est, vt laicus impunè possit occidere furem nocturnum pro defensione rerū suarū concurrentibus alijs qualitatibus, de quibus per Clarum in §. homicidium vers. vltima est defensio Nouel. in pract. crim. cap. 78. nu. 2. Marsil. in l. furem nu. 2. ff. ad l. Cornel. de sicar. & in l. si vt si allegas in princip. C. eod. tit. Ioan. de Bonif. in tra. de furt. §. 11. nu. 32. Beninc. de Beninc. in §. superest, nu. 382. inst. de act. Intrigl. de cau. conscient. cau. 125. 124. & sequen. Matth. esil. 2 singul. 135. Gomez in princip. n. 55. instit. de action. hoc tamen fallit in clericis, qui nunquam poterunt eundem furem occidere, etiam si ille auferret eum: tantum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ita Benin. d. n. 382. Sebast. Medic. in summa peccat. 3 capit. tit. 4. quæst. 95. per totum, vbi adducit varias rationes propter quas clerici prohibentur occidere malefactorem, sed præcipua ratio pro quod sit, quia in foro conscientiæ non est permissum talem furem occidere, Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 2. cap. 12. nu. 4. qui asserit, quod ita communiter tenet omnes in cap. 2. de homicid. & præcertum Fel. nu. 4. cum alijs, quos allegat Intrigl. d. tract. de cau. conscient. cau. 125. nu. 6. vbi nu. 7. recenset Doctores, qui tenent contrariam opinionem, & tandem num. 8. easdem opiniones conciliat hoc modo, aut agitur de defensione vitæ, & honoris, & tunc licet etiam in foro conscientiæ occidere, aut agitur de defensione rerum, & non licet.

SVMMARIVM.

1 *Laici non possunt se defendere per procuratorem in causa criminali, vbi veniret imponenda pœna sanguinis, secus in clericis, num. 2.*

QVINQVAGESIMVS NONVS EFFECTVS.

1 Qvinquagesimus nonus effectus clericatus est, vt licet in causa criminali, in qua reus veniret condemnandus pœna corporali a relegatione supra non admittatur procurator, l. penult. §. ad crimen ff. de publ. iudic. cap. veniens de accusat. & vtrobique communiter Scribentes Ias. in l. cum rem in 2. not. C. de procur. cum multis alijs, quos allegant Socyn. regul. 395. in princip. Foller. in pract. crim. canonica: car. 130. nu. 3. & sequent. Damoder. in pract. crim. cap. 32. per totum fol. 51. Boss. in tract. crim. in tit. an in criminal. iud. quis possit pro absente interuenire, num. 1. Port. in suis conclusion. lib. 5. concl 38. in princip. & cæteris melius, ac copiosius Farin. in 2 trac. crimin. quæst. 99. nu. 1. & seq. vbi diuersimode hanc conclusionem ampliat, & limitat, hæc tamen conclusio procedit tantum inter laicos, ex quo clerici pro quocumque crimine fuerint prosequuti, semper poterunt se defendere per procuratoré, Cępol. latè consil. 72. per totum in crimin. qui varijs rationibus, & argumentis hanc opinionem comprobat, Socyn. dicta regul. 395. in 8. limitat. Grat. cons. 71. num. 1. & 2. lib. 2. Monald. cons. 108. nu. 7. lib. 2. Port. conclus. prędict. in 8. limit. Farin. d. q. 99. nu. 9. vbi dicit, quod prædicta conclusio non procedit de iure canonico, quidquid in contrarium dixerit, Passett. consil. 80. per totum, qui conatur huic opinioni totis viribus contradicere.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non potest esse in iuditio sine authoritate sui patris, secus si filiusfamilias esset clericus, & ageretur in causa ecclesiastica, nu. 2.*

SESSAGESIMVS EFFECT.

1 Sessagesimus effectus est, vt quãuis filiusfamilias non possit esse in iudicio sine authoritate, & cõsensu sui patris, l. cũ nõ solum, §. necessitatem, C. de bon. quæ liber. Marsil. in repet. rubric. de fideiuss. n. 140. Bald. consil. 309. lib. 1. Fulgos. consil. 165. Ias. in l. si quis mihi bona, §. iussu num. 19. ff. de acquirend. hæred. Dec. in l. prima in 2. lect. num. 61. C. qui admitt. Ioseph Ludou. decis. Perusin. 18. n. 1. Neuiz. cõs. 18. n. 1. Vant. in tr. de nullitat. ex defe. persõ. agẽt. n. 39. vbi asserit quod hæc est cõ. opi. Fab. Turrett. cons. 20. n. 1. lib. 1. qui etiam de com. testatur Ioan. Pess. in processu iudiciario tit. 3. & seq. tamen istud fallit, vbi filiusfamilias esset clericus, & ageret
2 vel conueniretur in causa beneficiali, vel spirituali, vel alio modo ecclesiastica, cap. si. in fi. de iud. in 6. Bald. in d. §. necessitate Specul. in tit. de actor. in col. 2. versic. sed cum clericorum bona Bart. in l. si infanti in 3. col. vers. & ideo aduerte C. de iur. delib. Mars. d. nu. 14. Io. Pess. eod. tit. 3. nu. 21.

SVMMARIVM.

1 *Clericus præfertur quando concurrit cum laico in aliquo negotio, & legatione.*

2 *Clericus etiam Episcopus potest esse legatus Principis sæcularis.*

SESSAGESIMVS PRIMVS EFF.

1 Sessagesimus primus effectus clericatus est, quod si clericus, & laicus commiscentur in executione alicuius negotij, clericus sẽper est præponẽdus, quod potest exemplificari in legatione faciẽda, in qua persona ecclesiastica sẽper debet anteire. Ancher. in cap. Ioannes nu. 7. de testam. & est aduer-
2 tendum quod clericus etiam si esset episcopus potest esse legatus, siue Orator Principis sæcularis, vt habetur, in cap. cum parati, & quod ibi not. Doct. de appellat. not. etiam Doct. in Authent. habita C. ne filij, pro patre glos. vnica in verb. legatum in capit. Episcopus 14. distinct. Anton. Corsett. noster Siculus in tra. de potest. Reg. part. vltim. nu. 47. in 16. rom. tract. diuers. car. mihi 143. Alphons. Aluarez in Specul. iur. Pontif. cap. 22. circa medium vers. & an clericus possit esse car. mihi 63. prout sepius in isto Regno olim euenit, & vt plurimum cum legatis a Regno missis ad Suam Catholicam Maiestatem semper erat aliqua persona ecclesiast.

SVMMARIVM.

1 *Laicus confitens accepisse pecuniã mutuo infra biennium potest denegare, quod non fuit numerata, & creditor debet probare numerationem, secus in clericis, num. 2.*

SESSAGESIMVS SECVNDVS EFF.

1 Sessagesimus secundus effectus est, quod licet laicus, qui confitetur, se mutuo accepisse pecuniã, & infra biennium negando pecuniam, nõ fuisse sibi numeratã, transfert onus probandi in creditorẽ, quod vere fuit numerata, vt habetur toto tit. ff. C. de nõ numer. pec. & dixi latè in meo tr. de except. except. vltima, p totũ, nihilominus hæc cõclusio nõ procedit in clericis, qui si fecerint talẽ confessione, tenentur ex parte sua probare, quod sibi nõ fuit numerata pecunia, ita habetur in cap. si cautio, vbi hoc notant omnes Scribent. de fid. instrument. Menoch. de præsumpt. præsu mpt. 145. nu. 7. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Laici testando debent testari cum septem testibus, vt valeat testamentum.*

2 *Testamentum clericorum potest fieri coram duobus testibus, & parocho, & num. 3.*

SESSAGESIMVS TERTIVS EFF.

1 Sessagesimus tertius effectus est, quod licet regulariter inter laicos ad hoc, vt valeat testamentum requirantur septem testes, l. si vnus, C. de test. l. secunda, C. de bonor. poss. secund. tabul. l. qui testamento, §. mulier de testam. Bart. in l. nemo potest, in prima oppositione ff. de leg. 1. vbi Rip. nu. 2. qui de commun. testat. Couarr. in cap. cum esses, n. 8 de testam. Natt. consil. 412. nu. 1. Martianens. cons. 64. nu. 4. in l. Clar. in §. testam. q. 56. nu. 1. & 2. & ibi Addent. in litter. A, & ego huc vsque neminem vidi discrepantem ab ea, prædicta tamen conclusio non
2 habet locum in testamentis clericorum, in quibus sufficiunt solum duo testes tantum, cum præsentia parochi, cap. cum esses, de testam. & ibi not. Card. Flor. Crot. consil. 421. num. lib. 3. Aluar. Velasc. decis. 74. per totũ, vbi cæteris melius, ac copiosius examinat materiam præsentis effectus, & ponit quid inter laicos in terris ecclesiæ in temporalibus subiectis, & quid in testamento laici facto ad pias causas, & licet contra præsentem effectum insurgat Io. Sicardus consil. 1. nu. 24. de testam. dum dicit, quod cleri-
3 cus debet testari coram septem testibus, ad hoc vt eius testamentũ sit validum, quia priuilegium testãdi coram duobus testibus est tantum concessum militibus ob præsumptam ignorantiam, quæ non præsumitur in clericis, attamen ipse est hallucinatus, dum præsupponit, quod clerici possint testari coram duobus testibus ex eo solo, quod potiuntur priuilegijs militaribus, quia hoc possunt facere etiam ex dispositione iuris canonici, vt in d. cap. cũ esses, & quod ibi not. Card. Alex. quod capitulum se conformat cum dispositione iuris diuini, quo asseritur, quod in ore duorum, vel trium stat omne verbum, qui tamen effectus non seruatur in Regno, vt dixi sup. effect. 19. num. 14. Et hæc dicta sufficiant pro complemento omnium effectus clericatus.

LAVS DEO, ET BEATÆ MARIÆ VIRGINI.

FINIS.

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM OMNIVM, QVAE IN HOC TRACTATV

Ex ordine continentur.

TRIGESIMVSQVARTVS EFFECT.

1 TRigesimus quartus effectus clericatus est, vt clerici dicantur potentiores laicis ratione officij Ancher. in c. ex parte nu. 4. de alienat. iud. mutan. caus. fact. Turrecr. in c. sancta num. 2. 2. q. 7. Specul. in tit. de cession. actio. §. 1. vers. ex proxime dictis Bertach. in reper. in ver. clericus dicitur, Gigans in tract. de pension. q. 22. n. 13. Bart. in l. 1. in fi. de alienat. iudi. mutand. causa fact. Iac. Mouell. in tract. de iure protom. §. 6. n. 12. Maccabrun. cons. 82. n. 88. Carocc. in tract. de excus. p. 2. q. 39. n. 1. & 2. vbi ex hoc infert, quod
2 cessio facta clerico dicitur facta potentiori, & sic in fraudem Bal. in l. stipendia nu. 3. C. de procurat. Sed quod imò clericus ratione clericatus non dicatur nec sic potentior laicis, dixerunt multi relati per Afll. in tract. de iur. protom. §. 5. n. 6. Bal. in c. ecclesia S. Mariæ nu. 51. de constit. vbi ex hoc infert
3 quod alienatio facta in clericum simplicem non dicitur facta in potentiorem, & ideo alienans in talē clericum non incidit in aliquam pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Filij clericorum an possint legitimari per Imperatorem, aut per Comitem palatinum, & de ratione nu. 2. 3. 4. 5.*

6 *Filij nati ex clerico constituto in sacris dicuntur spurij, & incestuosi.*

7 *Clerici patres filiorum suorum, qui sunt spurij, nō prohibentur eos alimentare, etiam de bonis ecclesis, sed non possunt instituere eos hæredes n. 8.*

TRIGESIMVSQVINTVS EFFECT.

1 TRigesimus quintus effectus clericatus est, vt clerici neque eorum filij possint legitimari per Imperatorem, vel Comitem palatinum habentem causam ab eo, vel à quouis alio Principe seculari Maluas. cons. 109. num. 71. Dec. cons. 150. per tot. & in capit decernimus num. 184. de iud. Paris. cons. 2. n. 4. & per tot. vol. 2. Port. cons. 105. n. 8. & 17. Ferre. cons. 105. nu. 8. li. 1. vbi dicit, quod hoc procedit etiam clericis in minoribus constitutis Restaur. in tract. de Imper. q. 102. nu. 7. Fernan. Vasq. in repet. l. qui quartam §. fi. n. 648. vers. infero quod si Imperator C. de inoffi. testā. vbi non videtur istud sentire vt procedat ex defectu potestatis legitimantis, sed in odium coitus dānati per clericum commissi, & in tra. de success. creat. lib. 3. §. 22. limit. 18. n. 51. vers. contrariam ta-
2 men sententiam, vbi multos alios allegat, & dicit quod ista com. opi. Canonist. & ratio præsentis effectus est, quia cum per legitimationem filius potestati patris subijciatur, & è contra, pater filio ad alimenta obligetur, & tenetur ei relinquere legitimam, & propterea sit necessarius consensus patris, & filij, & clerici eiusque bona sunt ab imperatoris iurisdictione exempti, & liberi, ita vt nec sponte possint in temporalem iurisdictionem consentire vt in c. significasti, & in c. si diligenti, de foro compet. cum multis similibus quæ congessi supra eff. 1. ampl. 7. n. 42. sequitur vt propter amborum personam Imperator, nec quilibet Princeps sæcularis possit clericum, vel clerici filium legitimare; ita arguendo dicunt Domin. in c. si annum §. 1. de iud. in 6. Soc. sen. cons. 67. n. 7. cum seq. vol. 1. Soc. iun. cōs. 100. n. 19. vol. 2. & cons. 129. n. 22. vol. 3. Maluas. d.
3 cons. 109. n. 71. qui tres vltimi in locis sup. allegatis in filio clerici concludunt quod poterit legitimari absque eo, quod succedat in bonis paternis, & licet contrariam opinionem (quod scilicet clerici possūt legitimari per Imperatorem, ac alios Principes sæculares habētes potestatem legitimandi) tenuerint multi relati à Fernand. Vasque d. n. 51. in princ. & à Iacobo Berret. cons. 29. n. 3. Curt. iun. cons. 84. n. 7. Suarez in tesaur. recept. sentent. in lit. C, nu. 130. vbi testatur de com. opi. Bursat. cons. 255. num. 21.
4 lib. 3. nihilominus prior opinio est verior, & magis tuta, à qua nunquam discenderem, & hanc secundam opinionem quo ad legitimationem filij clerici intelligo vt procedat, quod possit legitimari absque eo quod succedat in bonis paternis, & quo ad ipsos clericos, vt ipsi possint succedere in bonis patris laici, & sic vtroque casu, vt laici per talem legitimationem remaneat obligati, & quo ad clericos, vt nullum onus sentiat, quo fit per talem legitimationem filij clerici non possint impugnare testamentum paternum, neque aliquam legitima prętendere Bar. in l. si gener ff. quibus vt indigni, & in l. 1. ff. de contratab. summa Angel. in ver. filius Fernand. Vasques in repet. l. quoniam prioribus n. 501.
5 C. de inoffi. testam. vbi de com. opi. testatur Bursat. cons. 226. n. 99. li. 3. & quia de materia huius effectus latius sum dicturus infra in titulo de effect. legitimationis, ideo ad ibi dicēda me remitto; solum hic dicere non prætermittam, quod filij nati ex cle-
6 rico in sacris cōstituto dicuntur spurij, & incestuosi Palleot. in tra. de notis, & Spur. c. 16. n. 13. Rim. iun. cons. 604. nu. 12. lib. 6. Bero. cons. 163. n. 17 lib. 2. & cons. 168. n. 1. eodem lib. Bursat. cons. 129. n. 74. lib. 2. Io. Aloif. de Leo in l. 1. nu. 16. C. de episc. & cler. Marquar in tract. de celib. p. 3. c. 4. Intrigl. sing. 46. lib. 2. Io. Batt. a Costa in tract. de rata portion. q 40. n. 5. vbi alios allegat, & dicit quod idem est in filijs militum Hierosolimitanorum Matth. Vesimbett. cons. 44. Arnon. in tract. cautel. caut. 62. lib. 1. & licet filij clericorum sint ita legibus, & canonibus odiosi, nihilominus patres clericorum non prohibentur eos alimentare, & si sunt fœminæ eas dota-
7 re, etiam ex prouentibus, & fructibus bonorum ecclesiasticorum, dummodo competenter illos, & illas alant, & dotent, & quatenus necessitas concurrat, & non vt eos locupletiores reddant Bursat. cōs. 226. n. 98. lib. 3. ad quod allegat c. est probanda, & c. non satis 68. distin. Abb. in c. 1. n. 4. de pecul. cleric.
8 hæret. in tract. de iur. patron. in verb. honorificū n. 12. Rip. in tract. de peste in verb. deuenio n. 164. & 174. Palleot. in tract. de not. & spur. c. 44. nu. 5. Rodoa. in trac. de rebus ecclesi. non alien. car. 13. n. 9. & car. 310. n. 23. & 24. & car. 278. n. 11. & 12. licet non possint eos hæredes instituere Arn. d. cau. 62. vbi dat remedium vt possint illos instituere.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Laici tenentur iurare tactis scripturis, sed clerici tacto pectore, num. 2.*

3 *Clerici recepti in testes, an debeant praestare iuramentum sicut laici.*

TRIGESIMVSSEXTVS EFFECTVS.

1 TRigesimussextus effectus est, vt licet laici cum iurant, debeant iurare tactis scripturis, alias iuramentum non esset legitimum, neque obligatorium in foro fori, c. si quis praesbyter 2. q. 4. gl. 1. in princ. in c. item Sacramento, in tit. de pace iuram. firma. Cyn. in Auth. sacramenta puberum in 4. & 6. q. C. si aduers. vind. & ibi Bar. col. 1. in fi. vers. quaero circa istud. Capell. Tholos. dec. 161. Villaut dec. 20. nu. 46. & 48. vbi multos, & multos congerit Siluan. in tract. de feu. recognit. q. 109. nu. 6. Bald. in Margar. in ver. iuramentum, quod percipitur. Frãc. Marc. dec. 684. nu 4. & 11. Marl. sing. 415. in fi. The
2 saur. decis. 47. num. 1. vbi testatur de magis comm. opinio. nihilominus secus est in clericis, qui solum iurare debent in conscientia, & tacto pectore, cap. si quis praesbyter 2. q. 5. c. fin. de iureiur. cap. testimonium 11. q. 1. Auth. si iudex. C. de epis. & cler. Ioan. Andr. in c. vt curia, de elect. Anton. Corset. in tract. de iuram. in 4. euident. num. 8. in 4. tomo tract. diuers. carte mihi 360. Germon. in tract. de sacror. immun. lib. 3. c. 21. num. 3. vbi dicit, quod iurant tacto pectore. Alciat. in c. contingat, nu. 35. de iureiuran. Thesaur. dec. 47. nu. 12. & ibi Gaspar eius filius in addit. Marches. in tract. de commis. p. 2. c. 3. nu. 17. carte mihi 425. & adducit rationem, quia manus, quibus corpus, & sanguis Christi tractatur, non debent pollui iuramento.

3 Limitatur tamen ista conclusio, vt non procedat cum recipitur in testem, quia tunc debet iurare, ut dixi supra effectu 10. nu. 45.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt nutrire, nec deferre comam, & barbam, nu. 2. & de poena, nu. 3.*

TRIGESIMVSSEPTIMVS EFFECTVS.

1 TRrigesimusseptimus effectus clericatus est, vt clerici non possint comam, vel barbam deferre, siue nutrire, c. clericus, de vita, & honest. cler. & c. clericis, eod. tit. c. si quis, vbi Anchar. n. 1. de vita, & honest. cler. Turrecr. in c. clerici, il 1. nu. 1. dist. 3. & in c. duo sũt nu. 2. 12. q. 1. Aluarez in spec. iur. Pontif. c. 33. ver. & Papa Anicetus fecit hanc constitutionem secundũ praeceptum Apostoli, quod dixit etiam Menoc. in trac. de arbit. casu 392. nu. 23. & seq. qui vlterius dicit, quod dicta constitutio fuit confirmata per quartum Concilium Cartaginense, & quod in ipso codice conciliorum legitur, clericus, neque comam nutriat, neque barbam radat, & tandem multa circa hanc materiam scribit Andr. ab Exea in rubr. extra de constitu. nu. 62. colum. in tract. de eccles. reddit. p. 2. c. 19. n. 17. & seq. qui dixit, quod in illo Concilio Cartaginense nulla fit mentio barbae, sed quod hoc fuit impressum ex errore impressorum, & quod in illo Cõcilio totum oppositum fuit determinatũ, & in tãtum de iure canonico iste effectus est verus,
2 vt in ipso capitulo Clericis, detur facultas Archidiaconis, vt possint illam tondere etiam ipso clerico inuito, prout ex nostratibus firmauit Marl. Colum. d. cap. 19. num. 19. Isidor. Mosco. in tract. de maest. militant. eccles. lib. 1. p. 2. cap. 2. ver. Gregorius Nonus. carte mihi 108. Abb. in d. c. clericis, num. 1. Poena autem clerici deferentis, & nutrientis comam,
3 vel barbam est anathematis. Moscon loco citato Menoch. d. casu 392. num. 25. quod tamen intelligas, vt possint excommunicari, non autem vt sint excommunicati ipso iure, ita gl. in d. c. si quis Hippol. de Mars. in rubr. ff. ad l. Cornel. de fals. num. 32. Sed quia hodie ex vsu, & consuetudine praesens effectus parum seruatur, prout dicit Menoch. d. casu 392. num. 27. & Ioan. Pierius in tractat. de barbis a Sacerdotibus portandis, qui loquuntur in vsu Romanae Curiae, puto, quod non sit super eo amplius insistendum, sed solum addam, quod clericus nutriens, vel deferens barbam, vel comam non perdit priuilegia clericalia, c. si vero, vbi hoc not. Soc. nu. 2. de sent. excommun.

SVMMARIVM.

1 *Clerici delinquentes confugientes ad ecclesiam, an possint ab ea extrahi.*

2 *Priuilegium inductum in fauorem confugientium ad ecclesiam est, ne tales patiantur poenam sanguinis. num. 3.*

TRIGESIMVSOCTAVVS EFFECTVS.

1 TRigesimusoctauus effectus clericatus est, vt clericus pro quocunque delicto, & vbique commisso confugiens ad ecclesiam possit ab ea a suo Praelato extrahi, & hoc etiam in casu in quo laicus non extraheret. Abb. in c. inter alia, nu. 13. de immun. eccl. Faber. in l. 1. C. de ijs, qui ad eccles. confugi. & in §. 1. nu. 3. instit. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris. Ioan. de Anan. in c. inter alia, nu. 9. de immun. eccles. Remig. in tra. de immun. eccl. fallent. 21. n. 1. Boer. dec. 109. nu. 3. vbi alios allegat, & testatur de comm. opin. Ang. de Claua in summa, in verb. immunitatis. Siluester etiã in sua summa in eod. ver. immunitas, il 3. nu. 2. Humada in ll. Thaur. 4. p. 1. gl. 8. nu. 2. Nauar. in Man. cap. 25. nu. 22. Acceued. in l. 3. tit. 2. lib. 1. recopil. 17. Diaz. in pract. in c. 115. qui testatur de com. consue. Couar. in lib. 2. variar. resol. c. 20. nu. 16. vers. vigesimonono constat. Clar. in §. fi. q. 39. n. 15. Io. Gutier. in li. pract. q. in 2. p. lib. 3. q. 3. n. 3. qui dicit, quod haec est communis praxis, & consuetudo, & quod nunquam vidit contrarium seruari Hiero. Ceual. in specul. pract. q. com. contra com. q. 689. vers. sed ijs non obstantibus, vbi testatur de magis com. opin. & dicit, quod dum esset in Ciuitate Abulensi quidam clericus fuit ab ecclesia extractus nulla facta contradictione, & quod ita obseruatur de consuetudine in

ne in Ciuitate Tholetana, & quod durum est recedere ab ista opinione. licet contraria de iure fortasse sit verior. Pet. Cened. in collect. iuris canoni, p. 2. collect. 178. nu. 3. Villaut in tract. de extens. leg. tit. de extensio. pœnarum inflictarum, &c. qui titulus est vltimus, num. 64. carte mihi 365. qui testatur
2 hanc opinionem esse verissimam. Et ratio istius opinionis est, quia istud priuilegium inductum est ne confugientes ad ecclesiam patiantur pœnam sanguinis, vel corporalem, sed ecclesia non imponit tales pœnas, ergo poterit Episcopus eos extrahere, ita Ioan. de Anan. in d. c. inter alia de immu. ec-
3 clef. & licet in hoc contrarium tenuerint Card. in d. c. inter alia, nu. 6. & in clem. 1. nu. 9. de pœnit. & remiss. Mainer in l. nemo, ff. de reg. iur. Franc. Mar. decis. 763. n. 28. Villalobus in comm. opin. in lit. I, n. 2. Germon. in tract. de sacror. immu. lib. 3. c. 16. n. 92. Fernand. Vasq. in tract. de success. creat. §. 22. lim. 7. nu. 54. nihilominus ego non recederem a priori opinione, quam tamen intelligas, vt possit extrahi a iudice ecclesiastico tantum, vt videtur innuere, Cenedus d. num. 3. Ideo si clericus commisisset delictum ob quod non gauderet priuilegio fori, vt est assassinium, pront pluries dictum est, non propterea posset extrahi ab ecclesia a iudice laico, eo quia clericus non gaudet ecclesiastica immunitate, quia isto casu illa gauderet iuxta dispositionem bullæ Papæ Gregorij Quartidecimi, sed per iudicē extrahentem debet remitti, & tradi iudici sæculari, quo esset ei tradendus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt exercere artem medendi, nec audire physicam, & contrafacientes possunt excommunicari, nu. 3. etiam monaci, n. 4. lim. n. 5. 6. & 7.*
2 *Medicorum imperitia inducit periculum mortis.*
8 *Clericis licet aliquo casu sit permissum mederi, & audire physicam, tamen non possunt facere anotomiam, num. 9.*

TRIGESIMVSNONVS EFFECTVS.

1 TRigesimusnonus effectus clericatus est, vt clerici non possint ediscere artem medendi, nec illam exercere, & illam ediscendo, vel exercendo sunt excommunicati, c. fin. vbi DD. ne cler. vel monach. Abb. in c. sententiam, num. 22. eod. tit. Isidor. Moscon. de maest. militant. eccl. lib. 1. p. 2. c. 2. vers. audientes physicam, car. mihi 411. Beatus Io. de Capistrano in speculo conscientiæ, §. fi. nu. 263. & 264. in 1. tomo tract. diuers. carte mih. 364. Maiol. in tract. de irregul. libro 2. cap. 12. nu. 7 Mart. de iurisd. p. 4. cent. 2. casu 168. num. 2. & ratio
2 huius effectus esse potest, quia medicorum imperitia, vel incuria sæpe inducit periculum mortis. vnde irregularitatem de facili incurrere possent, quæ impedit promouendum, & deijcit iam promotum. Borgas. in tract. de irregul. p. 6. tit. de physicis, & cirurgicis, nu. 1. carte mihi 269. Nauar. cons. 3. circa finem in tit. ne clerici, vel monac. in 1. to. car. mihi
3 780. & clerici, ac alij religiosi audiētes scientias, vel exercentes artes sibi prohibitas prout est physica, & ars medendi possunt excommunicari, nec promouentur sine licentia Summi Pontificis, cap. super specula, vbi Abb. num. 2. ne cler. vel monac. Gaet. in summula in verb. excōmunicatio, c. 50. per tot. Maiol. in tract. de irregul. lib. 2. c. 12. nu. 7. vbi dicit de rigore iuris clerici exercentes artem medendi prohibetur administrare sacrum ordinem susceptum.
4 Ampliatur, vt multo magis hic effectus habeat locum in monacis, ac alijs regularibus, cap. non magnopere, & c. super specula, ne cler. vel monaci. Gaetan in summula, in verbo excommunicatio, c. 50. Borgas. in tit. præd. nu. 2.
5 Limitatur primo, vt possint physicam audire per duos menses absque incursu alicuius pœnæ, d. c. super specula. Gaet. eod. c. 50.
6 Limitatur 2. in clericis in minoribus, ita omnes DD. citati in ipso eff. & præcipuè Abb. in d. c. sententiam, nu. 22. ne clerici, vel mon. qui hoc limitat, quando esset beneficiatus.
7 Limitatur tertio, quoties mederentur gratis personis miserabilibus, vel consanguineis. S. Anton. in summ. par. 3. tit. 7. cap. 2. §. 4. circa fi. Siluest. in summa, in verbo Medicus, num. 2. Borgas. in tract. de irregul. p. 6. tit. de physicis, & cirurgicis, num. 5. carte mihi 269. Isidor. Moscon. de maest. eccles. militan. lib. 1. p. 2. cap. 2. vers. audientes physicam, carte mihi 411. Thom. Actius in tract. de infirmit. par. 2. in ver. clericus, nu. 11.
8 Et licet clerici aliquo casu possint mederi in physica, in cirugia tamen est eis omnino interdictū c. tuo, vbi DD. de homici. Specul. in tit. de dispens. §. iuxta, n. 12. vers. clericus. Actius d. n. 11. D. Intrigl. in tract. de casib. conscientię, cent. 1. casu 10. n. 38. Por. cons. 7. n. 79. & Borg. loco proximè cit. n. 6. qui duo vltimi dicūt, quod ideo omnino est clericis interdicta cirurgia, quia ipsa versatur circa adustionem cautherio, & abscisionem mēbrorum. Maiol.
9 in tract. de irreg. lib. 5. c. 48. §. 6. nu. 9. vbi dicit, quod nec etiam vllo casu possint facere anotomiā, nec secare corpora, vt imballsamētur, quia hoc est quid horribile. Et an, & quando medici possint promoueri ad ordines sacros, ponunt latè Maiol. in tract. de irregul. lib. 2. c. 12. num. 1. & 2. & Borgas. in eo tract. p. 6. in tit. de physicis, & cirurg. nu. 3. car. mihi 269. Nauar. cons. 3. per tot. in tit. ne clerici, vel monaci. lib. 1. car. mihi 779.

SVMMARIVM.

1 *Laici patroni ecclesiæ, aut beneficij tenentur præsētare beneficialem infra quatuor menses, alias episcopus præsentat eum, tamen si patronus est persona ecclesiastica habet sex menses ad præsētādū n. 2. et si esset compatronus cum laicis, nu. 3. & 4.*

QVADRAGESIMVS EFFECTVS.

1 QVadragesimus effectus est, vt licet laici patroni alicuius ecclesiæ, vel beneficij teneantur illud beneficium præsentare infra terminum quatuor mensium, alias eos termino elapso ius presentandi competat Episcopo, c. 3 & c. cum propter de iure patron. c. vnico, §. fin. vbi gl. in verbo quadrimeste, eo. tit. in 6.
2 gl. in c. cum vos, de offi. ord. Hoc tamen est mutatū

vbi

vbi patronus esset persona ecclesiastica, quia ipse habebit sex menses ad præsentandum, c. vnico, vbi Gemin. de iure patron. in 6. berta. in reper. in verb. clericus, il penul. vbi dicit, quod hoc procedit, etiã si clericus esset donatarius laici, quia tunc hoc priuilegium consequitur ex persona propria.

3 Ampliatur modo ista conclusio, vt procedat etiã si clericus non esset solus patronus, sed esset compatronus cum alijs laicis, quia tunc laici ex persona clerici consequerentur hoc priuilegium, vt possint præsentare infra sex menses, gl. fi. in c. vnico, §. fi. de iure patr. in 6. & ibi etiam Archid. & Anchar. & Abb. cum multis alijs, quos latè congerit Lamber. in tract. de contr. in fi. oper. n. 140. vbi in num. præced. & seq. adducit multa similia in quibus ratione indiuisibilitatis, quis potitur priuilegijs sui collegæ, & consocij. Decia. in tract. crim. p. 1. li. 4. c. 9. n. 44. & cons. 84. nu. 30. lib. 2. Lamber. in tract. de iure patron. lib. 1. p. 1. q. 6. n. 1. car. mihi 6. vbi etiam recenset multa exẽpla, in quibus quia ratione coniunctionis, & connexitatis admittitur ad illud, quod aliàs non admitteretur.

4 Limitatur tamen prædictus effectus, vt tantum procedat, vbi clericus habet ius patronatus tanquã beneficialis, secus si illud haberet iure sui patrimonij, quia tunc ius patronatus reputatur laicale, & tanquam laicale debet illud præsentari infra quatuor menses, & non vltra. Abb. in c. cum dilectus, nu. 1. & 4. de iure patro. Fel. in c. Ecclesiæ S. Mariæ, nu. 11. de constit. Natt. cons. 556. per tot. li. 3. & cõs. 611. lib. 4. & cons. 33. nu. 5. li. 1. Maccabr. cons. 40. nu. 7. Viui. dec. 13. nu. 2. Lamber. in tract. de iure patro. lib. 2. p. 2. q. 7. princ. num. 10. carte mihi 178. vbi dicit, quod tunc clericus reputatur in tali casu vti laicus, & li. 1. p. 2. q. 1. ar. 13. n. 1. car. mihi 115. & ar. 28. q. 9. princ. in 1. p. 2. lib. nu. 4. car mihi 102.

SVMMARIVM.

1 *Clerici non possunt deferre anulos in manibus suis, secus quando esset doctor, vel in dignitate constitutus, nu. 2.*

QVADRAGESIMVS PRIMVS EFFECTVS.

1 Qvadragesimus primus effectus clericatus est, vt clerici non possint in eius manibus deferre anulos. Abb. in c. decorem, de vita, & hon. cle. Isidor. Moscon. in tract. de maest. milit. eccl. li. 1. p. 2. c. 2. vers. anulos autem carte mihi 411.

2 Limitatur modo ista conclusio, quando is clericus esset Doctor, vel in aliqua ecclesiastica dignitate constitutus. Abb. & Moscon. in locis proximè cit. Fulu. Patia. in tract. cui incumbat onus probandi, negat. p. 2. c. 34. nu. 40.

SVMMARIVM.

1 *Clericus, vel religiosus si instituatur hæres cũ conditione, si moriatur sine filijs, talis conditio non valet tanquam impossibilis, contrarium, num. 2. distingue, nu. 3. pari modo, si laicus efficitur clericus, nu. 4. 5.*

6 *Filij nati ex matrimonio putatiuo, an excludant substitutum, & an habeant locum in filijs clericorum.*

QVADRAGESIMVS SECVNDVS EFFECTVS.

1 Qvadragesimus secundus effectus clericatus est, vt si clericus in sacris, vel professus in aliqua religione approbata instituatur heres cũ conditione, si decederet sine liberis legitimis, & naturalibus ex suo corpore legitimè descendentibus, talis conditio a fideicommisso reijcitur tanquam impossibilis, & turpis, ex quo inuitaret religiosum in sacris ad fornicandum. Gabr. Pallet. in tract. de not. & spuri. c. 28. Caualc. dec. 2. nu. 2. lib. 3. vbi dicit, quod isto casu substitutio, & fideicommissum remanet purum, & habetur, ac si testator diceret, vt post mortem grauati bona veniant ad substitutum, quod firmauit etiam Salic. in l. generaliter, §. cum auth. col. fi. C. de instit. & substit. & quod hanc opinionem semper sequutus fuit tam in iudicando, quam consulendo, & sic isto casu fideicommissum remanet firmum, & validum, & solum reijcitur illa conditio sine filijs, &c. Ascan. Clemens in tract. de patria potest. c. 5. num. 13. cum multis alijs, quos congerit ipse Caualcan. d. num. 2. & vlterius dicit, quod DD. qui senserunt, quod totum fideicommissum annullatur, malè senserunt, & quod hæc est opinio magis æqua, & in praxi obseruanda, sed quod imò isto casu non annulletur de medio ipsa

2 conditio sola, sed pereat totum fideicommissum, ita, & taliter, quod bona remanant libera pœnes grauatum, est tex. in §. sed hæc præsenti, in authen. de sanctiss. Episcopis, & in c. in præsentia, de proba. vbi Abb. num. 15. Bart. in l. hæredibus, in fi. ff. ad Trebel. Bero. cons. 73. nu. 10. & 11. & cons. 107. nu. 30. lib. 2. latè Mantic. in tract. de coniect. vlt. vol. li. 9. tit. 7. num. 22. vbi testatur de communi opin. Paris. cons. 109. nu. 2. & 3. lib. 3. Peregr. in tract. de fideicom. art. 28. nu. 42.

3 Et licet in isto articulo secundum aliquos posset distingui hoc modo, aut vnus filius tantum, est sacerdos, & isto casu procedit prima opinio, vt tollatur illa conditio tanquam turpis, & impossibilis, ita vt non possit operari aliquem effectum, nisi ex dispensatione Summi Pontificis matrimonium contrahat, ad tradita per Ripa in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell. aut sunt plures filij instituti sub nomine proprio, inter quos adest clericus in sacris constitutus, & tunc ex quo ei conditio non cõuenit, non videtur iniunctum tale fideicommissum, & per consequens, quod ad eius partem bona sunt liberata, ita tenent multi relati per Peregr. in tract. de fideicommiss. ar. 28. nu. 42. & per Caualc. d. dec. 2. nu. 7. & per Mantic. in tract. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 1. num. 7. cuius opinionis principalis author fuit Pau. de Cast. in l. 1. §. lex falcidia, num. 4. vers. facit ẽt si testator, ff. ad l. falci. sed quia hæc vltima opinio non est vera, prout tenent ipsi Peregrin. & Caualcan. locis citatis, qui asserunt, ita alias fuisse iudicatum, ideo puto, quod effectus sit indubitatè verus, & sic, quod conditio ipsa reijcitur,

tur, & sicut fideicommissum censetur purum, si fit clerico in sacris constituto cum conditione de restituendo bona, si decederet sine filijs legitimis, & naturalibus, ita parimodo censetur purificata statim, quod institutus laicus fit clericus in sacris, quia existens in sacris quantum ad procreationem filiorum legitimorum, & naturalium ex suo corpore, habetur pro mortuo Rip. in d. l. in facto §. si quis rogatur il 1. n. 18. vers. si vero ff. ad Trebell. quod tamen puto verum quo ad hoc, vt substitutus sit certus quod institutus erit decessurus, sine filijs, non autem vt sit in omnibus, & per omnia purificata, namque si substitutus decederet ante institutum clericum in sacris, bona remanerent libera clerico instituto, l. si ex pluribus, ff. de suis, & legit. Bald. cons. 435. num. 5. lib. 4. & cons. 115. super isto lib. 5. Matth. Brun. cons. 112. n. 20. & cons. 114. num. 37. Deci. cons. 417. num. 2. Socy. iun. cons. 101. cum in praesenti, n. 14. lib. 1. Malual. cons. 4. n. 4. Brun. à Sol. super posit. in vers. substitutio conditionalis, qui de commun. testatur, Curt. iun. cons. 16. nu. 1. & 6. Ruin. cons. 179. nu. 5. & cons. 14. n. 13 li. 2. Paris. cons. 77. n. 25. lib. 2. Rubeus Alex. cons. 28 n. 8. Rim. sen. cons. 304. li. 4. Ann. sing. 487. seu 384. & sic tali casu conditio nō habetur pro purificata.

6 Et aduertendum est, quod licet filij nati ex matrimonio putatiuo excludant substitutum, & succedāt prout legitimi Bald. in cap. 1. §. naturales si de feud. fuer. contr. Ias. cons. 156. n. 1. & cons. 168. n. 6. lib. 4. Dec. cons. 153. casus n. 1. Soc. iun. cons. 63. nu. 37. li. 3. Addit. ad cōs. Alex. cōs. 5. li. 7. Peregr. de fideicom. art. 24. n. 72. vbi de magis com. testatur, & est ratio, quia idem dicitur in iure tam de filio nato ex legitimo matrimonio, quam de filio nato ex matrimonio putatiuo, vt probatur in cap. innotuit in vers. quamuis autem, ibi nō legitime genitos de electio. cap. ex tenore, qui filij sint leg. Emanuel Cost. in ca. si pater par. 1. vers. vxorem nu. 4. fol. 284. Soc. iun. d. cons. 63. n. 30. tamen hoc non habet locum in filijs

7 clericorum, quia nullus iustus error poterit excusare patrem clericum, qui suae conditionis, & qualitatis sciens erat l. fin. ff. pro suo, ex quo ad excusandum matrimonium putatiuum requiritur error probabilis, l. fin. §. de clandest. dispon. Abb. in cap. 2. qui filij sint legit. Menoch. in tract. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 78. nu. 52.

SVMMARIVM.

1 *Pater tempore necessitatis potest vendere filium, sed non quando esset clericus, nu. 2*

QVADRAGESIMVS TERTIVS EFF.

1 Qvadragesimus tertius effectus clericatus est, quod licet tempore necessitatis pater possit vendere filium. l. 2. C. de patr. qui filios distraxer. l. fin. C. de patr. potest. Menocc. de arbitr. cas. 180. n. 3. Io. Batt. Magon. in lucern. moral. p. 1. cas. 3. nu. 5. attamen si filius esset clericus non poterit vendi, Io. de Anan. in cap. 3. de furt. Mars. singul. 101. & in repet. rubr. ff. de fideiuss. n. 143. Camill. Borell. in repet. pragmaticę, odia litium §. 1. glo. 3. nu. 250. Magon. d. cap. 3. nu. 13.

SVMMARIVM.

1 *Clerici nullo modo possunt fideiubere lim. n. 3. 4. 5. 6. & 7.*
2 *Poena clericorum fideiubentium quae sit.*
7 *Clerici licet non possint fideiubere, possunt tamen approbare fideiussores.*
8 *Monachi, & caeteri regulares non possunt fideiubere in quocumq; casu.*
9 *Clerici non dicuntur fideiussores idonei.*
10 *Fideiussor, vt dicatur idoneus, debet esse facilis exactionis.*
11 *Obligatus praestare fideiussionem non liberatur dando clericum in fideiussorem.*
12 *Fideiussor receptus, & approbatus si reperitur minus idoneus non potest amplius reprobari.*
13 *Clericus qui fideiussit pro laico non potest conueniri coram iudice laico.*

QVADRAGESIMVS QVARTVS EFF.

1 Qvadragesimus quartus effectus est, vt clerici nullo modo debeant, nec possint fideiubere, c. te quidem 11. q. 1. cap. 1. de fideiussoribus c. non satis 86. dist. l. curiales C. locat. l. de die §. 1. vbi gl. in verb. probādi, qui satisdar. cog. Petr. Gerard. singul. 100. nu. 5. auth. de sanctiss. Episcop. §. Deo autē colla. 11. Azon. in sum. in titu. de sanctiss. Episcop. n. 4. Roman. cōs. 409. nu. 7. vbi Mandos. in addit. in liter. C. alios allegat Io. de Selua in tract. de iureiuran. p. 3. nu. 25. in 4. to. tra. diuers. car. mihi 351. Viui. dec. 210. num. 9. Menoch. in tract. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 46. num. 15. Sebastian. Medic. in tract. de acquirend. & conseruand. possess. glos. 2. part. 1. nu. 353. Marc. Anton. Marsil. Columb. in tract. de ecclesiastic. Reddit. par. 3. cap. 24. nu. 24. Bertazol. in tra. clausul. claus. 39. glo. 2. nu. 2. Zancus in tract. de priuileg. ecclesiast. priuileg. 115. num. 1. Io. Sailo super consuet. Turonens. titul. dres Droiz de basse iustice §. 24. versic. quaero decimotertio cart. mihi 29. Ancher. in cap. 1. num. 1. de fideiub. Ferret. cons. 213. num. 9. lib. 1. Marsil. consil. 19. nu. 13. & in tract. de bannit. in verb. facti nu. 21. clerici vero fideiubentes

2 puniantur à suis praelatis poena arbitraria, glos. in cap. penult. in verbo grauiori de fideiuss. Menocch. in tract. de arbitr. cas. 431. num. 1. Lelius Zanc. in tractat. de priuileg. eccles. priuileg. 115. num. 3. & 12. vbi dicit quod dum tex. d. cap. 1. dicit quod, abijciantur, habet tres intellectus, primum, vt abijciantur ab ecclesia, secundum, vt abijciantur a clero, tertium quod abijciantur, idest quod non debeant recipi in fideiussores, quos intellectus considerauit etiam Ancharan. in d. c. 1. num. 2. de fideiuss. & tandem concludit ipse Zancus d. nu. 12. quod sit amplectēdus primus intellectus, qui illi magis placet, & ratione quia cum decretū prohibeat, quod clerici non fide iubeant, contrafacientes, & subfideiubentes sunt inobedientes, & sic quasi idololatrae capit. sciendum 8. quaest. 1. mihi magis placet opinio Menoch. hoc est puniantur arbitrarie tamquam transgressores canonum, prout in similibus dixi sup. de clerico exercente officium aduocationis, vel procurationis, vel tabellionatus, quod videtur etiam sentire Fely. cons. 9. n. 4.

Limita-

3 Limitatur 1. prædictus effectus, vt licet clericus non possit fideiubere, attamen si de facto fideiuberet, fideiussio est valida, & remanet obligatus, cap. peruenit, & cap. constitutus de fideiuss. Bart. in l. 3. num. 11. ff. de fideiuss. Roman. cons. 409. num. 7. & ibi Mandos. in addit. in lit. C, Ias. in l. patre furioso, nu. 14 vers. 3. facit ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. & in l. 1. nu. 10. ff. si quis in ius voc. non iuer. Marsil. cons. 19. nu. 13. & in l. si quis ne quæstio, num. 91. de quæstion. & in tract. de bannit. in verb. facti nu. 21. Menocch. in tract. de præsump. lib. 2. præsumpt. 46. numer. 15. & per totam. vbi adducit multa similia, Medic. in tract. de acquir. conseruand. possess. glos. 2. par. 1. num. 353. Bertazol. in tract. clausul. clausul. 39. glos. 2. num. 2. Lelius Zanc. in tract. de priuileg. ecclesiast. priuileg. 115. num. 5. Io. Gutterr. in tract. de contract. iurat. cap. 72. num. 2. in 6. tom. tractat. diuersor. cart. mihi 116. Ioan. Saison. super constit. Turonens. in titul. de druiz basse iustice, §. 24. vers. quero decimoquarto, car. mihi 29. Ferret. cons. 213 num. 9. lib. 1.

4 Limitatur 2. quando adesset vrgens necessitas, quia tunc clericus ex pietate tenetur fideiubere, ac alijs subuenire glo. in cap. quod quibusdam in verb. fideiubeat in princip. de fideiuss. Abb. in c. 1. num. 3. de fideiussor. Petr. Gerard. d. sing. 100. nu. 5. Zanc. d. priuileg. 115. nu. 6. vbi dicit, quod tunc est magnũ pietatis opus, Viu. dec. 110. nu. 11. Io. Saison. d. §. 24. vers. quæro 13.

5 Limitatur 3. in causa dotis, in qua clericus potest esse fideiussor, Fel. cons. 9. num. 2. vbi dicit quod is, qui alias non est idoneus fideiussor, est tamen idoneus in causa dotis l. fin. vbi glos. allegat similia, C. ad vellian.

6 Limitatur 4. vbi clericus non fideiubendo verteretur aliquod periculũ animę, vel corporis Oldrad. cons. 90. in fi. Marsil. in repet. rubric. de fideiuss. nu. 236. Viui. d. dec. 210. nu. 12. vbi dicit, quod hoc procedit etiam si iurasset non fideiubere.

7 Limitatur 5. vt licet non possit fideiubere in iuditijs poterit tamen fideiubere in contractibus glos. Ioan. Andr. & Butr. & Abb. in cap. 1. num. 5. de fideiuss. Host. in sum. in tit. de fideiuss. §. 2. Bart in l. 2. in fi. ff. de fideiuss. Lelius Zanc. in tract. de priuil. ecclesiast. priuil. 115. nu. 7. Fely. in d. cons. 9. nu. 1.

8 Limitatur 6. & vltimo, vt licet clericus nõ possit fideiubere, attamen non prohibetur fideiussores approbare, quia is, qui prohibetur fideiubere, nõ prohibetur illos approbare.

Et in casibus prædictis monaci, ac cœteri regulares non poterunt fideiubere sine consensu Abbatis, & superioris, & maioris partis Capituli not. in c. quibusdam de fideiussor. Henric Boich in dict. c. 1. num. 1. eod. tit.

9 Et aduertendum est, quod clerici non dicũtur fideiussores idonei, Iacob. in l. de die §. qui mulierem nu. 7. ff. qui satisdare cogan. Bellon. in §. pro eo. nu. 2 instit. de fideiuss. vbi allegat glos. in l. 2. ff. qui satisd. cog. Cirill. in summ. crimin. in titul. de fideiuss. §. 2. nu. 1. Renat. Copin. super commentar. Agedanens. lib. 1. tit. 11. nu. 5. qui omnes dicunt quòd ad hoc, vt fideiussor dicatur idoneus nõ sufficit, vt sit idoneus facultatibus, sed etiam facilis exactionis, quod non est in clerico, qui potitur priuilegio fori; ideo is, qui ex forma statuti, vel ex dispositione iuris communis, vel ex pacto tenetur satisdare, nõ liberatur dando clericum, qui (vt dixi) non est fideiussor idoneus, Bart. in l. 2. ff. de fideiuss. Anch. in cap. 1. nu. 4. eod. tit. Lelius Zanc. in d. tract. de priuil. eccl. priuil. 115. nu. 8. Bellon. eod nu. 2. est bene verum, quòd si is talis clericus, vel aliter minus idoneus fuerit receptus, & approbatus non poterit amplius approbari, & peti, vt iterum caueatur, Paris. de Put. in tra. de sindic. in verb. fideiussor officialis, c. 3. nu. 8. Boss. in tract. crim. in tit. de carcer. fideiuss. relax. nu. 71. Cagnol. in l. cu alio nu. 2. ff. de reg. iur. Bart. in l. qui satisdare nu. 6. ff. de fideiuss. & in l. 3. ff. eod. Mars. in l. si quis ne quæstio col. 8. ff. de quæst.

13 Secundo aduertendum est, quod clericus, qui fideiussit pro laico coram iudice laico, non poterit prætextu sententiæ ab eodem iudice latæ coram ipso laico conueniri, Anchar. in cap. ea quæ quæst. 21. numero 26. in fin. de regul. iur. in 6. Marsil. in tract. de bannit. in verb. iudice num. 211. Baiard. in addit. ad Clarum, §. 5. quæst. 95. num. 7. Valent. Franc. de fideiuss. cap. 2. num. 239. Bart. in l. 1. nu. 2. ff. si quis in ius vocat. non iuer.

SVMMARIVM.

1 *Filij puniuntur ex delicto patris in crimine lesæ maiestatis cum priuatione bonorum paternorum, secus in filio clerico, num. 2.*

QVADRAGESIMVS QVINTVS EFFECTVS.

1 QVadragesimus quintus effectus clericatus est, vt licet filij ex crimine læsæ maiestatis per patrem commisso puniantur, & patiantur pęnam priuationis omnium bonorum paternum, tam ex testamento, quàm ab intestato, & perpetuo sint infames, & ab omnibus honoribus, & officijs sint exclusi, & supplicantes Principi pro eis efficiuntur infames, vt habetur in l. quisquis C. ad l. Iuliam maest. 2 istæ tamen pœnæ non imponuntur filio clerico, ita glos. in capit. satis peruersorum 56. distinction. Alexand. in addit. ad Bart. in dict. l. quisquis Mars. repet. rubr. ff. de fideiuss. num. 143. vers. item prædictis, adde Camill. Borell. in repet. pragmaticæ odia litium, §. 1. glos. 3. numero 254. & 255. Ioan. Batt. Baiard. ad Clarum, in §. læsæ maiestatis, num. 19. Roland. à Vall. consil. 16. num. 15. lib. 4. Maluas. consil. 40. num. 20.

SVMMARIVM.

1 *Clerici pro quocumque delicto, etiam immani non possunt puniri pœna sanguinis.*

2 *Pœna mortis de iure ciuili est pœna detrusionis in proprium carcerem de iure canonico.*

QVADRAGESIMVS SEXTVS EFFECTVS.

1 QVadragesimus sextus effectus clericatus est, vt clerici pro quocumque grauissimo, & immani crimine, & delicto nunquam possint

puniri pœna sanguinis, sed tantum poni, & detrudi in monasterium ad agendum pœnitentiam: ut in c. tuere de pœnit. & in c. pœnam sanguinis, ne clerici, vel monaci, Abb. & Alex. in c. cum non ab homine de iudic. Anan. in c. 1. col. pen. de parric. Pet. à Plaz. in epit. delict. lib. 1. c. 11. n. 15. Paul. Burg. in tract. de irregul. p. 6. in tit. de homicid. nu. 17. car. mihi 264. Bernad. Bombin. cōs. 10. n. 1. & 2. Alfons. Vellagud. de extens. leg. in tit. de extension. pœnal. in mater. conatus nu. 59. car. mihi 199. Pros. Passet. cons. 180. num. 4. & 5. qui dicit, quod in delictis, in quibus de iure ciuili imponitur pœna mortis in illis, et de iure canonico fit detrusio in perpetuum carcerem, quæ pœna perpetui carceris est inuenta de iure canonico, & æquiparatur damnationi in metallum, Felyn. Cardinal. Aretin. & alij in cap. qualiter, & quando il 2. §. ad corrigendo de accusat. Passett. dicto num. 5.

S V M M A R I V M.

1 *Filij committentes vnam ex sexdecim causis possunt exhæredari, sed hoc non procedit in filio clerico, num. 2.*

QVADRAGESIMVS SEPTIMVS EFFECTVS.

1 QVadragesimus septimus effectus clericatus est, quod licet filius, qui commisit vnam ex sexdecim causis ingratitudinum, de quibus habetur in §. illud quoq; capitulum in auth. vt cū de appell. cognsc. & per gl. in cap. quintavallis de iureiur. possit per patrem exhæredari, Marl. in repet. rub. ff. de fideiuss. n. 139. & singul. 78. Viu. in verb. filius Vuesembec. cōs. 29. lib. 1. Ias. in l. nō licet col. fi. ff. de lib. prætor. Clar. in §. testamentum, quæst. 4. nu. 1. cum seqq. Borell. in repet. pragm. odia litium, §. 1. glos. 3. numer. 251. nihilominus hoc non procedit in filio, qui postquam commisit aliquam ex prædictis causis ingratitudinis, fuit factus clericus, vel aliter religiosus, ex quo tunc exhæredari non poterit capit. non licet, vbi hoc not. DD. 19. quæst. vlt. glos. in l.
2 fin. in verb. quasi ingratum C. de epis. & cler. text. & glos. in Auth. de Monac. in princip. Bald. in l. Deo nobis, col. 4. C. de episc. & cler. Mars. dict. num. 139. Camillus Borell. d. glos. 3. n. 252. Vasq. in l. qui quartam num. 647. C. de inoffic. testam. qui dicit, quòd comm. opinio est, quod per monachatum, & clericatum tollitur causa, quæ principaliter respicit turpitudinem exhæredati, non quę principaliter respicit offensam testantis, ad quod allegat text. in d. l. Deo nibis §. 1. C. de episcop. & cler. & ibi gloss. Alberic. Salic. Bald. Paul. de Cast. Io. Faber Cin. & alijs, Ias. nu. 4. Alex. num. 8. & Auth. non licet. C. de liber. præterit. Abb. cons. 27. nu. 2. lib. 2. Rip. in l. fin. q. 67. C. de reuocan. donat. & in l. 1. nu. 71. ff. sol. matrim. & ibi Rom. num. 479. Campeg. in tract. de dot. in 1. p. q. 47. Fel. in c. Rodulfus num. 6. de rescript. Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Rainutius in verb. in eod. testamento relinquens il 2. num. 37. de testam. Cassan. super consuet. Burgund. in rub. des iustices §. 5. nu. 103. Emanuel a Cost. in l. Gallus §. & quid si tantum in 3. par. num. 195. Dec. in Auth. ingressi. in princ. C. de sacrosanct. eccles. Aret. in l. 3. §. filius colum. penult. ff. de liber. & posthu. Curt. iun. in d. Authent. non licet colum. 2. Alciat. in peregr. iur. cap. 23. lib. 4. Couar. in cap. Rainutius in princ. num. 20. de testam.

S V M M A R I V M.

1 *Iniuriam inferēs alicui tenetur ad restitutionē famæ iniuriato, secus est clerico propter clericatū, n. 2.*

QVADRAGESIMVS OCTAVVS EFFECTVS.

1 QVadragesimus octauus effectus clericatus est, quod licet inferens alicui iniuriam teneatur ad restitutionem famæ, & ad se disdicendum, & veniā petendū ab ipso iniuriato in illis locis, in quibus iniuriam intulit, quod nos vocamus canere palinodiam, vt voluerut Paris de Put. in tract. sind. in verb. composito cap. 7. nu. 5. & sequent. Marant. in prac. par. 4. in princip. nu. 10. Boer. cons. 4. num. 41. Diaz in pract. crim. canon. c. 66. in verb. maledici num. 7. Iodoc. Damoder. in pract. crim. ca. 136. nu. 1. & 11. Couar. in lib. 1. variar. resol. c. 11. n. 4. in fi. ver. iustissimum tamen est Farinat. in tract. crim. q. 105. nu. 71. cum pluribus seqq. vbi multa circa hanc emendam famæ scribit Prugman. cons. 22. num. 111. cum seq. Aufrer. ad Capp. Tolos. dec. 410. Cagnol. in l. quidquid calore, n. 14. ff. de reg. iur. Attamen is a tali palinodia dicenda, & à famæ restitutione, in foro exteriori excusatur, & liberatur propter clericatum, quia clerici nō tenentur ipsam palinodiam canere, nec pnblicè se disdicere Boer. d. cons. 4. nu. 4. glos. & Card. Alex. in c. clerico, 50. dist. Io. Lopez in addit. ad Diaz in d. c. 66. in lit. A, vsque ad fin. vbi multos concordantes adducit, Iacob. de Graff. in decis. aur. p. 1. lib. 2. c. 137. nu. 3. Farin. d. q. 105. num. 75. & 99. vbi dicit quod tenetur actione iniuriarum, Siluester in sum. in verb. contumelia, num. 3. vers. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Filius studens tenetur post mortem patris conferre libros cū alijs fratrib. in diuisione, secus in clerico.*
2 *Filij quando teneantur conferre libros, cum alijs fratribus in diuisione.*

QVADRAGESIMVS NONVS EFFECTVS.

1 QVadragesimus nonus effectus clericatus est, quod licet filius studens, qui non est Doctoratus ante mortem patris teneatur libros conferre simul cum alijs fratribus in diuisione bonorum paternorum, hoc tamen non habet locum in filio clerico etiam primæ tonsuræ, Ias. in l. filia licet col. 2. C. de collat. allegat Alber. in l. si donatione colum. fin. eod. tit. Borell. super pragmat. Odia litium. §. 1. glos. 3. numer. 246. Beringer. in l. in quartam in 3.
2 parte num. 82. ff. ad leg. Falcid. Surd. consil. 259. num. 11. lib. 2. quo vero ad laicos quando teneantur conferre cum alijs fratribus libros sibi à patre emptos, ponunt latè Io. Alos. de Leo in l. presbyteros,

ros, nu. 38. C. de episcopo, & cleric. & in lege 4. n. 9. C. de aduocat diuers. indit. Iacob. Benius de priuil. iurisconf. priuil. 88. Alexand. conf. 142. nu. 25. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Laici in causa pecuniaria tenẽtur præstare fideiussionem de iudicio sixti, secus in clericis, qui non tenentur nu. 2.*

QVINQVAGESIMVS EFFECTVS.

1 QVinquagesimus effectus clericatus est, vt licet laici pro cã pecuniaria teneãtur præstar e de iudicio sixti, authent. offeratur C. de lit. cõtest. §. sed hodie instit. de satisdat. §. suscepto in authẽt. de exibend. reis coll. 5. hæc tamen cautio non debet præ-
2 stari a clericis ꝓ ipsa cã pecuniaria, sed sufficit, vt tãtũ promittãt de iudicio sixti cum hipoteca bonorũ Azo. in sum. tit. de episcopis, & cleric. n. 13. auth. de santissi. episc. §. si quis aũt not. glos. in l. cũ clericus, C. de episc. & cler. Specul. in tit. de satisd. §. 1. Abb. in c. fi. §. in alijs, nu. 2. vt lit. non contest. vbi dicit quod hæc conclusio fallit in clerico, qui propter suã contumaciam ammisit possessionem rerum suarum.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de iuditio sixti liberatur, si is pro quo fideiussit fecit se clericum.*

QVINQVAGESIMVS PRIMVS EFFECTVS.

QVinquagesimus primus effectus clericatus est, vt fideiussor de iudicio sixti, sit liberatus, si is, pro quo fideiussit, fecit se clericum, vel monacum, Card. in clement. 1. in 9. quęst. de censib. Bart. in l. si filius, ff. de tutel. & ration. distrahend. Doct. in l. sed & si quis ff. si quis caution. non obtemp. Boss. in tra. crim. tit. de carcer. fideiuss. committ. nu. 42. Marsil. in rubr. de fideiuss. num. 138.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, qui habent vxorem, vt sunt Græci, possunt eã in priuato carcere detinere, ꝙ nõ est ꝑmissũ laicis.*

QVINQVAGESIMVS SECVNDVS EFFECTVS.

1 QQuinquagesimus secundus effectus clericatus est, vt clerici, qui habẽt vxores, & sunt clerici in minoribus, vt clerici orientales, siue Greci, possint eam in compedibus, & in priuato carcere mãcipare, & detinere, quod non est permissum laicis c. placuit vbi gloss. 33. quæst. 2. Simon Maiol. de irregular. lib. 5. cap. 41. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Res si vendatur duobus, is præfertur, qui habuit prius possessionem, licet fuerit secundum emptor, secus quando venderet clericus, aut ecclesia, quia præfertur primus emptor, num. 2. contra num. 3. disting. num. 4.*

QVINQVAGESIMVS TERTIVS EFFECTVS.

1 QVinquagesimus tertius effectus clericatus est, quod licet inter laicos, ubi aliqua res reperitur vendita duobus, is præferatur, qui reperitur possessionem cepisse, licet fuerit secundus emptor, l. quoties, l. de rei vendicatio, cũ similibus adductis per Hieronym. Marcelian. in repet. eiusdem l. quoties, nu. 1. & seq. Gozad. conf. 14. nu. 14. Thom. Ferrar. cauthel. 48. n. 1. Roman. singul. 382. Berous conf. 164. nu. 14. lib. primo, Magon. in Rot. Florent. 135. per totam. Attamen prædicta conclusio, non
2 habet locum, vbi venderet clericus, vel alia persona ecclesiastica, quia tunc semper præfertur primus emptor, licet secũdus iam fuerit adeptus possessionem rei venditæ, Io. Andr. in cap. continebatur, de ijs, quæ fiunt à prælat. sine cons. capit. & ibi etiam Hostiens. Roman. in authent. similiter in 12. speciali pręcausę C. ad l. falcid. & cõs. 258. col. fi. & cõs. 70. Alexand. conf. 83. lib. 7. Socyn. regul. 118. limit. 8. Marsil. in l. qui duobus in 2. limit. C. ad l. Cornel. de fals. Lambert. in tract. de iur. patron. lib. 2. par. 2. in 7. quæst. princip. num. 9. Gozadin. conf. 14. nu. 14. sed in isto articulo contrariũ tenuerunt Bald. Car-
3 din. Abb. & Imol. in dict. cap. cõtinebatur Iaſ. in d. l. quoties in 7. limit. Alexand. sibi contrarius conf. 218 lib. 2. & conf. 189. eod. lib. Soc. conf. 29. lib. 4. Marsil. etiam sibimet contrarius singul. 82. cum alijs, quos allegant Marilian. in repet. d. l. quoties num. 301. C. de reiuend. & Marãt. disput. 8. num. 22. & licet hæc secunda opinio fortasse videatur communis, ego
4 tamen non recederem a distinctione posita a Marceliano loco proxime citato, qui hoc modo distinguit, aut loquimur in spiritualibus, & beneficialibus, casu quo possunt talia aliquo titulo transferri, & alienari in alium, & procedit proxima opinio, aut loquimur in ecclesia, seu persona ecclesiastica vendente ecclesiæ seu alteri personæ ecclesiasticæ, & tunc etiam procedit proxima opinio, quia in ecclesia ex solo titulo transfertur possessio, aut ecclesia seu persona ecclesiastica vendidit priuatæ, & sæcuri personæ, & tunc procedit secunda opinio, hanc prædictam distinctionem a Doctoribus communiter esse approbbatam assert, Couar. in lib. 2. variar. resolut. c. 19. num. 4. & alijs, quos recẽset Marcelian. dict. num. 301.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta a patre filio in sua potestate existente est inualida, quod secus est in filio clerico, nu. 2.*

QVINQVAGESIMVS QVARTVS EFFECTVS.

1 QVinquagesimus quartus effectus clericatus est, quod licet donatio facta a patre filio in potestate sit inualida, vt est textus in l. donationes, quas parentes C. de donatione inter virum, & vxorem, vbi hoc notant omnes Scribentes,

Paris. conf. 15. n. 19. li. 2. qui testatur de comm. opi. Clar. in §. donatio q. 8. n. 1. Oldrad. cõs. 151. n. 2. vers. si sic, Anch. conf. 106. n. 6. Bald. conf. 430. nu. 1. li. 1. Honded conf. 47. n. 39. li. 1. Tusch. in lit. D, conclus. 673. n. 1. Beltrand. conf. 252. n. 2. l. 1. Duenn. reg. 223
2 in princip. hoc tamen non procedit in donatione facta filio clerico, quia licet sit in potestate donantis, adhuc valebit donatio, Lup. in repet. c. per vestras num. 42. de donat. inter vir. & vxor. Surd. conf. 259. n. 1. vbi dicit quod tunc bona donata efficiuntur quasi castrense peculium.

SVMMARIVM.

1 *Clericus per clericatum efficitur nobilis.*
2 *Clerici sunt præstantiores laicis, & æquiparantur personis illustribus, n. 3. 4. & 5.*
4 *Appellatione plebeiorum non veniunt clerici.*

QVINQVAGESIMVS QVINTVS EFF.

1 QVinquagesimus quintus effectus clericatus est, vt quis per clericatum nobilitetur, Io. Andr. in cap. libentius de seru. non ordinand. Bart. de Curtile in tract. de nobil. par. 3. nu. 220. in 16. tom. tra. diuers. cart. mihi 12. vbi dicit quod quartus modus acquirendi nobilitatem est clericatus Fulu. Patian. in tract. cui incumb. onus proband. negat. li. 2. cap. 34. n. 4. qui alios allegat, & multa circa istũ effectum scribit Tiraq. in tract. de nobil. c. 9. n. 4. Port.
2 conf. 16. n. 38. vbi dicit quod clerici sunt præstantiores laicis, & conf. 164. nu. 24. Grat. conf. 71. n. 3.
3 lib. 2. qui asserit quod clerici æquiparantur personis illustribus, Beni. in tra. de appellat. §. 2. n. 8. in 5. to. tra. diuers. cart. 49. vbi dicit, quod clericatus est dignitas Ioan. Lecainer. in tra. de primogen. q. 24. nu. 10. in 10. tom. tra. diuers. par. 1. fol. 35. vbi propte-
4 rea dixit, quod clerici non veniunt appellatione plebeiorum, prout hoc idem ex multis affirmauit Io. Petr. Bin. conf. 109. n. 38. lib. 2. & quod clerici dicantur personæ egregiæ voluit Bertacch. in suo repert. in verb. egregiæ, & quia de materia præsentis effectus alias scripsi sup. in præludio, ideo ad ibi dicta me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam conuentionalis potest exigi per laicos, secus tamen per clericos, n. 2.*
3 *Pœna conuentionalis, an possit exigi per laicos in foro conscientiæ.*

QVINQVAGESIMVS SEXTVS EFF.

1 QVinquagesimus sextus effectus clericatus est, quamuis laici possint de iure ciuili exigere pœnam conuentionalem, etiam quod excedat interesse, l. ita stipulatus, l. cum stipulatus sine l. liber homo §. de rem, ff. de verbor. oblig. l. permissis, C. de transactio. gloss. in l. titia ff. de verb. oblig. Ioan. Bernard. Diaz regul. 539. vbi testatur de comm. opin. Corsett. in suis singul. in verb. pœna Dec. in l. qui cũ alio ff. de reg. iur. Alex. conf. 119. n. 14. & 18. lib. 2. Vegg. conf. 68. num. 18. Roman. conf. 510. num. 10. Caroc. in tract. de locat. par. 7. concl. 18. num. 2. hoc
2 tamen est interdictum clericis, qui non possunt petere pœnas conuentionales contractus, nisi quatenus adest interesse, & pro quantitate interesse, Innocent. in cap. dilecti de arbitr. Socyn. sen. conf. 253. col. fin. lib. 2. Vegg. d. conf. 68. n. 37. Socyn. iun. cõs. 145. n. 29. & 91. lib. 2. Menocch. conf. 143. n. 12. lib. 2
3 Butr. conf. 70. n. 3. quod procedit etiam inter laicos in foro conscientiæ, glos. in cap. fraternitas 12. q. 2. Vegg. dic. conf. n. 36. Purpur. in l. rogasti §. si tibi n. 87. ff. si cert. pet. Gomes. in §. ex maleficiis n. 14. inst. de actio. Tiraq. in rep. l. si vnquam in verb reuertatur n. 291. C. de reuocat. donat. Caroc. dist. concl. 18 n. 26. Menocch. in tra. de arb. cas. 260. n. 40. Intrigl. in tra. de cas. conscient. cas. 101. nu. 31. Ant. Gabr. in suis concl. in tit. de malefit. concl. 34. n. 10. & 11. Panciról. conf. 146. n. 12.

SVMMARIVM.

1 *Filius illegitimus, vel spurius legitimatur per ingressum religionis, & per clericatum, & potest patri succedere, n. 2. secus si sit filius spurius clerici, nu. 3.*
4 *Institutio conditionalis filij spurij, & illegitimi si a Principe sit legitimatus, valet, ita pariter valet si fiat monacus, vel clericus, n. 5.*
7 *Legitimatus per ingressũ religionis an possit habere prælaturam, & an possit habere beneficia ecclesiastica, n. 7. & an per talẽ ingressum censeatur dispẽsatum irregularitati ex defectu natalium, nu. 8.*

QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS EFF.

1 QVinquagesimus septimus effectus clericatus est, vt filius illegitimus, & etiam spurius per ingressum religionis, & per clericatum legitimetur, sicut per oblationem curiæ Bald. in l. 1. col. 4. C. de sacrosanct. eccles. Decian. reg. 366. in 3. lim. vbi alios allegat Marsil. in rubr. ff. de fideiuss. n. 143. circa fin. & singul. 273. Euerard. consil. 239. num. 6. late Tiraquell. in tract. de pia caus. priuileg. 29. Paliott. in tra.
2 de not. & spur. cap. 45. num. 6. vbi dicunt quod isti tales tanquam legitimati possunt patri succedere,
3 licet alias filius spurius, vel aliter illegitimus non possit patri succedere, nec inter viuos, nec in vltima voluntate authent. quib. mod. natural. effic. sui §. final. in authent. ex complexu C. de incest. nupt. gloss. in l. si qua illustris C. ad Orphician. gloss. in dict. authent. ex complexu Paleott. in tract. prædicto cap. 43. Vegg. consil. 62. num. 28. Cephal. consil. 28. per totum, latè Ludouic. Molin. de primogen. Gispan. lib. secundo, capit. 11. num. 28. Velasc. decis. 19. num. secundo, & ideo sicut valet
4 institutio filij spurij, vel aliter naturalis sub conditione si filius ipse à Principe legitimetur, cum tunc dispositio in tempus habile conferatur, l. in tempus ff. de hæredib. instituend. Bald. Imol. Socyn. Alexand. & communiter scribentes in l. gallus §. instituens, ff. de liber. & posthumis Bald. in l. 1. nu. 17. C. de institut. & substit. ubi etiam Socyn. num. 11. Ioan. Lup. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 29. num. 4. Curt. iun. conf. 84. num. 3. Emanuel à Cost. in repet. d. l. gallus §. & quid si tantum in 2. part.

in 2.part nu.172. Ludou. Molin. de primogen Hispan.lib.2.cap.7.num.4.ita pariter valebit suo conditione si fiat Monacus, vel clericus Guglielm.de Cun.& Bald. in l.1.nu.3. versicul.iuxta hoc quæro, C.de sacrosanct.eccles.& ibi etiam Andr.de Isernia in repet.num 111.Petr. Duen.regul.366.in 3.limit. & licet legitimet ingrediens monasterium, vt dictum est, nihilominus ei interdicitur omnis prælatura, si non sint per Summum Pontificem ad hoc expreisè dispensati, Abb.in c. in quibusdam col.2.in princip. de pen gloss. in verb.canonica,& Io.Monac. & Geminian. in cap. indemnitatibus, §. 1. de elect. in 6. Archidiacon.in capitul. quam sit 18. quæst 2. Cardinal. in cap. attendentes §.tacuimus, quæst.6.in clement.de stat. monac. Felyn.in c.at si clerici,num.19.de iudic. Cappell. Tholos.dec.296. Felyn in cap.meminimus de accusat.Petr.And.Gãbar.de offic.legat.a later.lib.7.nu.302. Simon Maiol.de irregularitate, lib.1.cap.29. num 10. Marc. Anton. Cuccus in instit. Canon. lib.3. tit.1. nu.52. Intrigliol.de feud.dist quæst.53.nu.91. & sequent. qui duo vltimi in specie loquentes de electione abbatissæ monialium, dicunt quod cum ea episcopus non potest dispensare, quod tamen, non seruatur in hac vrbe, vbi vidi pluries fuisse dispensatum per Archiepiscopum, in tantum, quod infra tempus anni vnius fuerunt elapsæ,& confirmatæ duæ abbatissæ, quæ erant illegitimè natæ, contra quod exclamat Maiolus loco proximè citato, tam dicit, quod non debet illa alijs præferri, quæ natalium maculam patitur, præsentim cum ad tales prælaturas promoueantur per electionem, & eligentes non possunt tale defectum dispensare, nec superiori videtur dispensasse in præiuditium eligentium, Tabbien.in summa in verb. dispensatio il 5. num.21. & in verb beneficium il 2. num.20. & sicut non possunt esse prælati inter regulares, ita pariter non possunt habere beneficia ecclesiastica, vt copiosè scribit Dominicus, & præceptor meus Flamin. Paris in tract. de resignat. lib.4.quæst.4.num. 81. & seq. & an per ingressum religionis censeatur dispensatum super irregularitate prouenientе ex defectu natalium sicut per expressam dispensationem factam per Summum Põtificem, vide Borgas.de irregul.p.3.in tit.de dispensat. pro ingressum religionis car.mihi 83.

SVMMARIVM.

1 *Laici impunè possunt occidere furem nocturnum pro defensione rerum suorum, quod tamen fallit in clericis,& quare, nu.2.& 3.*

QVINQVAGESIMVS OCTAVVS EFFECTVS.

Quinquagesimus octauus effectus clericatus est, vt laicus impunè possit occidere furem nocturnum pro defensione rerũ suarũ concurrentibus alijs qualitatibus, de quibus per Clarum in §.homidium vers.vltima est defensio Nouel.in pract.crim. cap.78.nu.2.Marsil.in l.furem.nu.2. ff.ad l.Cornel. de sicar. & in l.si vt si allegas in princip. C. eod.tit. Ioan.de Bonif. in tra.de furt.§.11.nu.32.Beninc.de Beninc.in §.superest, nu.382.inst.de act. Intrigl.de casib.conscient.cas.125.124.& sequent. ... consil. singul.135.Gomez in princip.n.55.inst.de action.
2 hoc tamen fallit in clericis, qui nunquam poterunt eundem furem occidere, etiam si inuenerint eum furantem sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, ita Benin.d.n.382.Sebast.Medic. in summa peccat.
3 capit.tit.4.quæst.95. per totum, vbi adducit varias rationes propter quas clerici prohibentur occidere malefactorem, sed præcipua ratio pro quod sit, quia in foro conscientiæ non est permissum talem furem occidere, Decian.in tract.crim. tom.1.lib.3. cap.12.nu.4.qui asserit, quod ita communiter tenet omnes in cap.2.de homicid.& præsertim Fel.nu.4. cum alijs, quos allegat Intrigl. d.tract. de cas. conscient.cas.125.nu.6.vbi nu.7.recenset Doctores, qui tenent contrariam opinionem, & tandem num.8. easdem opiniones conciliat hoc modo, aut agitur de defensione vitæ, & honoris, & tunc licet etiam in foro conscientiæ occidere, aut agitur de defensione rerum,& non licet.

SVMMARIVM.

1 *Laici non possunt se defendere per procuratorem in causa criminali, vbi veniret imponẽda pœna sanguinis, secus in clericis, num.2.*

QVINQVAGESIMVS NONVS EFFECTVS.

1 Quinquagesimus nonus effectus clericatus est, vt licet in causa criminali, in qua reus veniret condemnandus pœna corporali a relegatione supra non admittatur procurator, l.penult.§.ad crimen ff. de publ. iudit. cap.veniens de accusat. & vtrobique communiter Scribentes Ias. in l. cum reus in 2.not. C.de procur.cum multis alijs, quos allegant Socyn. regul.395.in princip.Foller.in pract.crim.canonica car.130.nu.3. & sequent. Damoder. in pract.crim. cap.32.per totum fol.51.Boss.in tract. crim. in tit. an in criminal. iud. quis possit pro absente interuenire, num.1.Port.in suis conclusion.lib.5. concl 38. in princip. & cæteris melius, ac copiosius Farin. in
2 trac.crimin.quæst.99. nu.1. & seq. vbi diuersimode hanc conclusionem ampliat,& limitat, hæc tamen conclusio procedit tantum inter laicos, ex quo clerici pro quocumque crimine fuerint prosequuti, sẽper poterunt se defendere per procuratorẽ, Cephal. latè consil.72.per totum in crimin. qui varijs rationibus, & argumentis hanc opinionem comprobat, Socyn.dicta regul.395.in 8.limitat. Grat.cons. 71.num.1.& 2.lib.2.Monald.cons.108.nu.7. lib.2. Port conclus.predict.in 8.limit.Farin.d.q.99.nu.9. vbi dicit, quod prædicta conclusio non procedit de iure canonico, quidquid in contrarium dixerit, Passett.consil.80.per totum, qui conatur huic opinioni totis viribus contradicere.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non potest esse in iuditio sine authoritate sui patris, secus si filiusfamilias esset clericus, & ageretur in causa ecclesiastica, nu.2.*

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM OMNIVM, QVAE IN HOC TRACTATV

Ex ordine continentur.

A

C

cleri-

Cleri-

Cleri-

Ee uile-

Colle-

D

bli-

E

excom-

Filius

G

H

Histrio-

Iudex

M

sup.r-

Officialis

Q

Quisq;

statu-

Statuta

T

FINIS.

TRACTATVS
DE EFFECTIBVS AMICITIÆ,

AVTHORE

DON CAROLO DE GRASSIS,

SICVLO, PANORMITANO V.I.D.

CELEBERRIMO.

Cum Summarijs, ac Indice locupletissimo.

AD ILLVSTR. DOM.

DON PETRVM CORSETTVM,

TRIBVNALIS S.R.C. PRAESIDEM,
ac Suæ Catholicæ Maiestatis in Regno Siciliæ
Consiliarium Meritissimum.

SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIO.



VENETIIS, M.DC.XXXVIII.


Apud Petrum Mariam Bertanum.

ILLVSTR. DOMINO

DON PETRO CORSETTO

TRIBVNALIS S. R. C. PRAESIDI, ET SVAE Catholicæ Maiestatis Consiliario Dignissimo.

PETRVS DE GRASSIS V. I. D. F.



EA apud scriptores extit consuetudo, (Illustr. Domine) vt, quod prælo, tanquam æternitati dicandum, excuderetur opus: alicui titulari domino consecraretur. Idq; duplici fortassis ex causa; aut arctissimæ seruitutis vinculo aut ad tutissimum operis clypeum; consuetum putarim. Cum igitur Tractatum hunc de Effectibus Amicitiæ, quem diuturnis laboribus, ac vigilijs frater meus D. Carolus de Grassus (cuius veluti communem matrem corpus, sic celestem Patrem, totius misericordiæ fontem, animam tenere, confido) dum adhuc viueret, composuit; typis cudendum curarem; tibi tanquam tutelari Mecenati dicandum, censui. Posces fortè fortuna, cur tibi consecrarim? duæ, quæ alios, mouerunt caussæ: altera debitæ seruitutis officium; postrema operis protectio. Quem profectò (vt de prima loquar) tuarum virtutum merita, quæ ad eminentiores honorum vertices faustis (vt aiunt) cursitant auspicijs, vel tuæ nobilitatis insignia ex tuorum Magnatorum radice manantis, non alliciant? Quid enim (Dii boni) Potentissimam Regis nostri Coronam, vt te ipsum pluries in Regium Consiliarium inter tot optimates eligeret, forsan attraxit, nisi rerum à te gestarum felicissimum nomen? Eius te vel tantillùm agnouit, qui ingenuitati tuæ non gaudeat famulari? Testor ego ipse, quem adeò dulcibus tuæ humanitatis nodis alligasti, vt non possim non gloriari antiquæ seruitutis meæ vltroneum tibi ferræ tributum. Accedit & secunda ratio, nempè operis patrocinium. Ex eo enim tutior procedit defensio, ex quo in tutandi adminiculum amor emanat ardentior, & cuinam opus hoc meliori patrono, quam tibi, dirigetur, qui erga me, sicuti amoris affectus, ita & gratiæ operatis effectus? Et, si olim cerua illa Cæsaris inter minaces venatorum sagittas poterat tutissimà viuere; dum in collo hisce litteris picturatum monile deferret,

Nemo me tangat, Cæsaris ego sum.

Sic poterit Liber iste securissimè inter mordaces inuidiæ dentes subsistere, cum primum dictum inspexerint:

Nemo me tangat; Corsetti ego sum.

Tu igitur (Illustr. Domine) opus hoc; qualecunque sit; gratanter (ceu soles) accipias: eritque, vt non in vno vnum: sed in vno duos, tui deditissimo inuenias: fratrem vnum, autorem scilicet in cælo (vt spero), & alium, quippè me, in terris: qui, & tuo corpori, quod de terra est, incolumitatem, & animæ, quæ de cælo aduenit, æternam exoptent salutem. Vale, &c.

MATTHAEVS DONIA PANORMITA,
Philosophus, & Medicus.

L E C T O R I.

Naturam, genere, effectus, & munera doctus
Perdoctè GRASSVS pandit amicitiæ;
Quid prohibet, pariter quid lex permittit amicis
Vt discas, hæc sit pagina amica tibi;
Ingentem CAROLI, probitas, doctrina peritum,
Caussidicum ostendunt, egregiumq; Sophum.

PHILIPPI PARVTAE.

Ergò vera fuit quondam, cùm docta vetustas
Esse animi cultum dixit Amicitiam.
Hinc etenim & Sophia Mens, & virtute potita:
His, verum auctorem dum colit, excolitur.
Quin ubi par iuuenum sese bene nectit amando,
illis accedit tertius ipse Deus:
Qui modum æternans, vitam fortunat vtrique:
Et cumulat donis, deliciisq; beat.
Hæc miranda tamen charitis intexere quis nam?
Quis tantum potis est commemorare decus?
Tu referas omnes tam clari muneris vsus.
GRASSE, tibi ex merito gloria tanta datur.

ONOPHRII PARVTAE PHILIPPI F.

Nomen Amicitiæ sanctum, nunc sanctius ibit:
Cùm sit honoratum nomine, GRASSE, tuo.

S I M E O N I S L I S I N I C L I I,
Trinacrii Mistrettensis Carmina.

A D L E C T O R E M.

Quisquis Amicitæ effectus callere peroptas:
Hoc lege syncerum, dulceq; prorsus opus.
Hinc verè excerpes, veluti tractandus amicus:
Sicut Amicitiæ vincla tenere licet.

TRACTATVS DE EFFECTIBVS AMICITIÆ, DON CAROLI DE GRASSIS I.V.D.

SVMMARIVM.

63 Iudex repellitur a iudicando propter nimiam amicitiam, ac etiam potest recusari.
64 Receptans bannitum punitur eadē pœna, prout delinquens, tamen si receptans est amicus non punitur pœna ordinaria statuti, sed mitius.
65 Amicitia licet excuset receptantem bannitum, non tamen excusat receptantem hæreticum.
66 Amicus potest agere, & comparere in iudicio etiam sine speciali mandato, quòd procedit in amico magnæ amicitiæ, nu. 67. vel quādo principalis scit litem agitari. num. 68. quod procedit in defendendo num. 70.
69 Absentia inducit ignorantiam, fallit in beneficialibus, num. 76
71 Defensor tenetur satisdare de ratum habendo, vel de iudicatum soluendo.
72 Amicus agens pro amico etiam sine mandato gerit vicem procuratoris etiam si is pro quo agitur esset pupillus, nu. 75.
73 Amicus agens pro amico tenetur subire iuramentū calumniæ.
74 Mandatum speciale requiritur ad præstandum iuramentum calumniæ.
77 Amicus agens pro amico absente an præiudicet ei.
78 Fideiussio præstanda ab amico agente pro amico absente tria continere debet, scilicet dolum abesse, rē defendi, & iudicatum solui, & non sufficit iuratoria cautio, nu. 79.
80 Amicus pro amico potest appellare etiam sine mādato à sententia contra amicum lata, dummodo sequatur ratificatio.
81 Amicitia æquiparatur affinitati, & cōsanguinitati, & sæpe sæpius anteponitur, nu. 82. & aliquando superat fraternitatem, nu. 83. 84. 86. & 87.
85 Dispositum inter consanguineos an habeat locum etiam inter amicos.
88 Appellatione suorum venit etiam amicus maximæ amicitiæ.
89 Amicus potest capere, & capisfacere debitorem sui amici absentis maxime, si est paratus ad fugam.
90 Amicus admittitur ad allegandum causam absentiæ sui amici, tàm in causa criminali, quam ciuili, & num. 91.
92 Amicus allegans causam absentiæ sui amici non tenetur satisdare.
93 Amicus dicitur alter idem cum amico.
94 Amicus etiam sine mandato admittitur ad recuperandum possessionem, qua suus amicus absens spoliatus fuit.
95 Amicitia inter gestorem, & dominum facit præsumi negotia fuisse gesta nomine ipsius, ad quem negotia pertinent.
96 Amicus offerens debitū sui amici, vel illud depositans liberat amicum debitorem.
97 Offerens, seu depositas debitum liberat debitorem.
98 Alienatio facta inter amicos magnæ amicitiæ censetur facta in fraudem fisci.
99 Amicus an præsumatur scire facta sui amici.
100 Vicarij amicus an præsumatur scire collationem beneficij sibi ab à Vicario factam.
101 Facultas iurandi concessa defuncto transit in hæredem quando hæres est amicus defuncti.
102 Concessio in emphyteusim, seu in feudum facta per Papam, seu Prælatum amico, præsumitur facta nulla subsistente cā, nisi de ea expresse appareat.
103 Iurans aliquem defendere contra quascunq. personas non intelligitur contra suos amicos, nec contra consanguineos.
104 Legatum seu fideicommissum factum Titio, & in loco sunt duo Titij, tunc censetur factum illi Titio, qui est amicus testatoris.
105 Testator instituens, seu substituens aliquem nomine appellatiuo, vt puta fratrem, & pluries habet fratres, tunc censetur instituisse magis amicum, & dilectum, & num. 108
106 Legatum strictè interpretari debet, vt minus grauetur hæres, fallit quādo esset factum amico particulari, seu personæ coniunctæ, & nu. 107
109 Testator legādo aliquid Prælato, vel Rectori ecclesiæ, si legatarius est amicus, censetur factum contemplatione amicitiæ, & acquiritur ipsi legatario, & potest de eo disponere, nu. 110
111 Amicus potest pro amico stipulari, sicut procurator, sed distingue nu. 112. & 113
114 Compromissum factum in Prælatū sub nomine dignitatis, si Prælatus est amicus compromittentis, tunc censetur factum intuitu personæ; & non dignitatis, vel officij.
115 Executor testamēti relictus sub nomine dignitatis, si est amicus testatoris, censetur relictus ratione amicitiæ, ideo eo mortuo non transit officium ad successorem.
116 Amicus habitans in domo amici, quæ non erat solita locari, nō tenetur ad pensionem aliquam, secus si erat solita.
117 Bonorum possessio peti, & decerni potest ab amico, quando est delata personæ absenti, & vaganti.
118 Amicus capere potest legata, & fideicommissa ex testamento minus sollemni sicut liberi.
120 Amicitia operatur effectum clausulæ codicillaris, & semper præsumitur esse in testamento, vbi hæres est amicus.
121 Clausula derogatoria in secundo testamento censetur inserta propter amicitiam.
122 Suspitio fraudis oritur aliquādo propter amicitiā.
123 Legatum debetur legatario etiam nō adita hæreditete, quando legatarius est amicus testatoris.
125 Legatum factum pauperi dicitur factum ad piam causam, secus si factum fuerit amico pauperi. numero 125
126 Statutū volēs quod de legatis ad pias causas debeatur tot pro centenario alicui ecclesiæ non intelligitur de legato facto amico pauperi.
127 Quarta Episcopo non debetur de legato facto clerico à suo amico.
128 Amicus præfertur in tutela pupillorum alijs, & potest cogi sicut consanguineus etiam captis pignoribus, nu. 128
129 Feudatarius contrahēs amicitiam cum inimicis domini feudi, priuatur feudo etiam si esset ecclesia num. 135. & quid si solum habitasset, num. 136. & quid si nullum damnum afferret domino, nu. 137. 138. & 148
130 Amicus inimici mei est mihi inimicus.
131 Paria sunt esse inimicum, vel amicum inimici mei.
132 Feudum amittitur propter inimicitiā contractam inter dominum, & vassallum.
133 Contrahens amicitiam cū inimico domini, videtur

contra-

opera occiderit, tamen non est præsumendum quod habuerit animum occidendi.

205 Animus occidendi præsumitur ex vulnere illato in loco periculoso.

206 In dubio nõ præsumitur donatio, nec animus donãdi

207 Expẽsũ ꝑ amico ĩ dubio præsumitur amico donãdi.

208 Cessio iurium facta sine causa præsumitur simulata, tamen fallit si est facta amico, & nu. 209.

210 Legatum rei alienæ est nullũ, & nõ debetur ẽt eius æstimatio, fallit tamen ratione amicitiæ, nu. 211.

212 Pater familias non potest emere bona à filij, quorũ bonorum est legitimus administrator, quòd secus est quando id fieret præsentibus amicis, & palam num. 213.

214 Vendẽs rẽ Tirãno vili prætio præsumitur vẽdidisse per metũ, secus si venditio fieret amico ẽt Tirãno.

215 Contractus celebratus inter amicos, vt plurimum præsumitur simulatus.

216 Amicus non præsumitur inferre iniuriam amico, et præsumptio doli etiam in ijs, quæ sunt de genere malorum, cessat propter amicitiam.

217 Amicus institutus hæres sub conditione, vt eo mortuo hæreditas alteri deferatur censetur inserta cõditio, si dictus hæres moriatur sine filijs, & n. 218.

219 Iniuria censetur remissa inter iniuriatum, & iniuriantem, si superuenit amicitia.

220 Procurator constitutus ab amico magnæ amicitiæ si non cõtradicit videtur approbare tale mãdatũ.

221 Amicus si mutuat pecuniam amico, ex tali mutuo non oritur suspitio vsurarum.

222 Amicos vexare tanti est quanti consanguineos.

223 Amicus præsumitur consentire actui, qui alias non consentiret.

224 Amicus patris si aliquid expenderit in causa filij, cui suspecti tutores fraudẽ faciebant non poterit repetere.

225 Amicus potest petere, vt decernatur curator bonis absentis, vt interumpat præscriptionem.

226 Amici defunctorum possunt petere, vt detur tutor filijs defunctorum.

227 Dispositio l. Graccus de adulterijs, concedens impunitatem patri occidenti colluctantem turpiter cum filia, extenditur ad amicos.

Amici gaudent beneficio l. Graccus de adulterijs, sicut pater.

228 Cui conceditur aliquid posse fieri, censetur etiam concessum id posse fieri cum amicis, sine quibus facere non posset.

229 Res, quæ reuertitur ad amicos nostros, dicitur nobis reuersa.

230 Citatus dicitur si amicus impedit ne citatio perueniat ad amicum.

231 Eleemosina debet fieri potius amicis, quam ignotis.

232 Arbiter electus si est præsens, & non contradicit, videtur arbitrium acceptasse, si est amicus.

233 Iniuria facta amico meo videtur mihi facta.

234 Voluntas perfecta non inducitur, si qs dicat vellem emere, vel vellem legere, & similia, tamen si est amicus inducitur perfecta dispositio, nu. 235.

236 Delinquens causa, & occasione amicorum mitius debet puniri.

237 Pœna delicti remitti potest quando delinquens est amicus principis, vel mitius debet puniri, idem si esset amicus iudicis.

238 Iudex potest pœnam amico minorari quando est arbitraria.

239 Amicus dans, vel faciens, aliqd ꝑ amicitiã nõ trãsit in obligationem, nec inducit consuetudinem.

240 Seruitus non inducitur quãdo amicus propter amicitiam aliquid permittit amico, vt puta transire per prædium amici, & similia.

241 Aduocatus potest cogi patrocinare, pro eo, qui non inuenit aduocatum, sed non contra amicum.

142 Delictum efficitur grauius propter amicitiã, & dicitur proditorium.

243 Amicus fictus occidens amicum committit delictum proditorium.

244 Text. in l. ergo, ff. ex quibus causis maior. quo casu locum habet.

245 Executor relictus in testamẽto si est præsens in cõfectione testamenti, & non contradicit, tenetur post mortem testamentum exequi.

346 Amici sunt cõuocandi ad defensionẽ absentis quãdo aliquid fieri debet contra absentem.

247 Citatio amicorum in casu absentiæ amici est leuis solemnitatis, & eius ommissio non vitiat.

248 Quarta non debetur de legato facto amico, sicut de legato facto consanguineo clerico.

249 Amici pupilli sunt citandi, & requirendi in datione tutoris ipsius pupilli.

250 Contumax vere nõ dicitur nisi citatis amicis, si velint eum defendere.

251 Amicitia, & conuersatio cum delinquentibus iuncta cum aliqua præsumptione facit indicium.

252 Amici pupilli sunt requirendi, vt eum defendant, antequam iudex decernat possessionem.

253 Amicus potest prosequi iniuriam illatam amico eum accusando.

254 Amicitia est causa, vt in casu successionis amicus anteponi possit.

255 Amici debent cõuocari in contrahendis nuptijs sicut consanguinei.

256 Vulnera amicorum reputantur meliora, quam oscula inicorum.

257 Actus præsumitur deliberate factus, quando fit interuenientibus amicis.

258 Contractus, seu obligatio facta ꝑ amicũ de negotio spectãte ad amicũ, censetur facta gratia, seu contemplatione ipsius amici, & tanquam fideiussor.

259 Fideiussor dicitur ille, qui se obligat insolidum cũ alio, cui spectat negotium principale.

260 Voluntas testatoris colligitur, quæ nam fuerit ex amicitia cum testatore.

261 Consilia amicorum sempre quærere debemus in negotijs nostris.

262 Donatio reuocatur per superuenientiam filiorum, secus si fuerit facta valde amico, & nu. 263.

264 Clericus efficitur irregularis si rixatus fuerit cum aliquo, & ob id amici sui occiderint rixantem cum eo.

265 Legata facta à testatore non debentur rupto testamento ob natiuitatem posthumi prateriti, quòd secus si fuerint legata amicis, & nu. 266

267 Iudex in dubio debet inclinare in fauorem amici, vbi lim. nu. 268

269 Potentior dicitur ille, qui habet plures amicos.

270 Amicos habere est vtilius, quam habere aurum, & argentum.

Ami-

INter cætera, quæ in iure nostro quamplures, varios, ac diuersos operatur effectus, est amicitia, circa quam (vt dixit Arist. in 8. Ethicorum, prout eum refert Luc. de Pen. in l. vacatis, in princ. C. de decur. lib. 10.) legum compositores magis, quam circa iustitiam studuerunt, idem Luc. de Pen. in l. 1. in princ. C. de Metropol. Beri. lib. 11. Quæ quidem amicitia diuersimode diffinitur, siue magis describitur, namq; Diuus August. epist. 45. & Cicer. in lib. de amicitia dicunt, quod amicitia est omnium humanarum, diuinarumq; rerum cum beneuolentia, & caritate summa consensio, & secundum eundẽ Ciceronem in primo Recthor. est voluntas erga aliquem bonarum rerum illius, ipsius causa, quem diligit, cum eius pari voluntate, & secundum Arist.
1 in 8. Ethicor. amicitia est beneuolentia pacis non latens, vel sic, amicitia est studiorum omnium, voluntatumq: consensus, cuius contrarium inimicitiæ sunt; sed in iure nostro amicitia dicitur esse veluti quædam fraternitas, l. verum in princip. iuxta glos. ff. pro socio, Socyn. consil. 263. columm. 6. vers. sed ad ista respondeo, lib. 3. Ias. in l. quæ dotis, colum. 13. in 3. casu, ff. solut. matrim. Foller. super constit. paterenorum, num. 80. in tit. de hæretic.

Amicitia vero est quatruplex secundum Diuum
2 Thomam in 3. sent. dist. 27. quæst. 2. art. 2. & dist. 29 art. 6. scilicet naturalis, domestica, ciuilis, & diuina. Hæc autem amicitia domestica, siue ciuilis, quæ spectat præcipue ad materiam, de qua summus tractatur, est trium graduum. Primus quorum est, quãdo amicitia est maxima, & penitus inhęrens animis
3 inuicem se amantium, vt eadem anima duobus in corporibus esse videatur de qua habetur apud Lahertium in Dialogo, quæ Toxaris inscribitur, quæ referunt Alciat. in l. latæ culpæ, §. amicos in princ. ff. de verb. signif. & Carou. in tra. de iuram. decisor. q. 6. q. princ. n. 3. circa quod dicit Rebuff. in tract. de priuil. scholar. priuil. 104. num. 9. in 18. to. tra. diuer. cart. mihi 52. amici veri duo sunt corpore, anima vero est vna, idemq; ante eum figurauerunt Ouid. in 4. de tristib. dum dixit.

Hi duo corporibus, mentibus vnus erant.
Et Horatius in 3. Ode.
Et serues animæ dimidium meæ.

In tantum quod Cicer. in lib. de amicitia asseruit, quòd verus amicus est alter idem, quod dictum ex Nostratibus sequuti fuerunt Io. de Amicis cons. 85. nu. 13. & Illustriss. Cardin. Tusch. in suis conclus. in verb. amicitia, nu. 3.

Secundus gradus est in amicitia, quæ non est tam ardens, & arcta, sed tamen non leuiter coniuncta; & honesta consuetudine introducta Carou. vbi supra.

Tertius gradus est amicitiæ vulgaris, & cõmunis, qua homines viles; & abiectæ condictionis se inuicem amicos appellant, Carou. d. n. 3.

Posset etiam, & quartus adduci amicitiæ gradus, hoc est illa, qua mali, & pessimi homines inter se
4 contrahunt pro aliquo facinore perpetrando, vel aliud malum agendo, sed hæc talis non dicitur amicitia, sed potius factio, conspiratia, & fraus, & dolus, vt dixit Salustius Iugurt. dum inquit, Inter bonos amicitia, inter malos factio est, & ex Nostratibus voluerunt glo. in l. latæ culpæ, §. amicos, ff. de ver. sign. Bal. in l. eos, C. de test. Mascard. in tract. de probat. concl. 85. nu. 11. Natt. cons. 298. nu. 4. lib. 2.

Farin.

Farin.in tract.crim.q.43.n.174.Cirill.Fulg. in summa in tit.de pœnis, §. 3. num.18.vers. vnde non est amicitia,& Arist.in 8.Ethic. loquens de tali amicitia,eam appellat improprie amicitiam, dum dicit amicitiæ genera plura sunt,primum autem eam nominamus,quę inter bonos est, quia boni sunt; reliqui autem ex similitudine amici sunt,&c. ideo cum loquimur de amicitia,eiusq; effectibus, in iure nostro semper intelligere debemus de ea amicitia, quę est in primo, & secundo gradu, & non in alijs, Caroc.in tract.de iuram.decisor.q.6.9.q.princ.n 3. qui dicit quod licet Alciat.in d.l.latæ culpæ,§.amicos,ff.de verb. signif.videatur sentire, vt ea omnia habeant locum tantum in primo gradu amicitiæ, attamen, ex quo hodie talis amicitia est rarissima, & ad superos conuolauit(vt dicit Alciat.in d.§.amicos,& Io.Batt.Maggonus in lucerna morali p.1.c.2. nu.4.) debet intelligi,& operari etiam in secundo, quod tamen Alcia. in meo lib. in princ.non dicit, prout ipse Caroc. asserit; sed quod omnes effectus amicitiæ,a legibus positi, habeant locum in hoc secundo gradu, licet referens postea aliquos ex effectibus ipsis dicat,quod illi habent locum tantum in primo gradu amicitiæ, quod tamen dictum Caroc. puto quod sit verissimum in aliquibus casibus, & effectibus, vt cum dicimus (prout Pitagori-
5 ci) inter amicos omnia deberi esse communia, nã hoc intelligere debemus de amicis in primo gradu amicitiæ descriptis, & sic dum Philosophus, & ibi Commentator in 9. Ethicor. dicit, Amicis est anima vna,& omnia communia,nec est amicus,nisi amico cor suum præbeat. & Tullius lib.1.de offic. & S. Augustinus,lib. 2.confess. Amicitia dulcis est propter bonitatem animorum, ideo qui amicus est amico omnia communicat,s.cor suum, & bona, & Tiraq.super ll.connub l.4.nu.26.Ne quid inter amicos fictum, fucatum, tectum, verùm nuda, simpliciaq; sint omnia. hi omnes, & similes debent intelligi (vt iam dixi) de amicis in prima classe amicitiæ constitutis; sed istis calamitosis temporibus experientia compertum est, vt non solum non reperiatur amicus aliquis, prout in primo gradu amicitiæ descriptus est, verum etiam cum magna difficultate reperitur is, qui verè sit in secunda specie
6 amicitiæ, cum vsu frequentior sit ea amicitia,quæ a commoditate initium habet,& durat durante ipsa commoditate,prout dixit Philosophus in §.Ethicor. quem refert Ripa in l.si vnquam,num.38.C.de reuoc. donat.Constant. Roger. in trac. de summo bono vers. nunc congruum est,n.17.in 3.tom.trac. diuers. p.2. car. mihi 10.Et est versus.

Nullus amor durat, nisi fructus seruet amorem.
7 Et Bart.in l.1.§. mandatum, num.2. ff.mandat. ad propositum dixit, quod hodie amicitia inter paucos inuenitur, & Ozer.in sua summa, siue mauis institut.moral.lib.9.c.3 in prin.dixit,quod hodie non amatur amicus, sed commoditas, quæ ex amicitia
8 prouenit. Et redeundo ad nostrum principale institutum, puto quod tutius sit illud remittere arbitrio iudicis,qui iudex arbitrabitur quis sit amicus,& qualis amicitia, & an iura huiusmodi de effectibus amicitiæ in eis locum habeant, quam circa hoc dare certam,& determinatã regulam, ita dixerunt Paul. de Castr.in l.cum alienam,C.de leg.Simon de Prætis in trac. de interpret. vltim. vol. lib. 1. interpr.2. dub.2. solut. 4.n. 7

9 Requisita autem veræ, & realis amicitiæ sunt sex, secundum Caroc.in tract.de iuramento decisio in 6. quæst. 9.quæst.prin.nu. 5. quæ (vt ipse asserit) colliguntur virtualiter ex test. in l.latæ culpæ, §.amicos,ff.de verb.significat. Primum requisitum est, vt amicus debeat esse notus amico, quia nihil amatur, nisi prius cognoscatur. Secundum vt is talis sit coniunctus non leui amicitia, ideo non videtur amicus, qui est leui amicitia notus Alber. in l. cum quidam,n.1.ff.de leg.2. Tertium quod sit familiaris diuturna familiaritate,& cõsuetudine astrictus. Quartum quod illa familiaritas sit quæsita honestis rationibus,& medijs, quia amicitia ex honesta causa contracta, & copulata,dicitur propriè, & verè amicitia, secundum Constant. Roger. in tra.
10 de summo bono. vers. nunc congruum est n.18. in 3.to. tra.diuers.p.2. car.mihi 10. est tamen verum quod multę amicitiæ principium habent à causa illicita, & tractu temporis amicitia fit licita.Quintum requisitum est quod iura ipsa amicitię sint quęsita cum patrefamilias,idest cum viro honestæ cõuersationis,& famæ,l.pronuntiatum,§. matrem familias,ff. de verb. signif. & in l.latæ culpæ, §.1.eodem tit.Tho. Actius in tract.de ludo Scacc.q.12.n.49.Rol.Cauagn.in obseru.ad decret.Montisfer.decret.1.§. 17.n. 1. & hoc procedit ex eo, quia sine virtute amicitia consistere non potest,secundũ Tullium,quo fit vt amicitia reproborum nõ sit propriè amicitia, vt dicam paulo inferius, ideo est omnino fugienda,l.nullus,& quod ibi not.Doctores,& præser.Sal. C.de malef. & mathema. Bertac. in reper. in ver.amicitia reproborum,Tiraqu.in tract. de pęnis temperand.aut.remittẽ.causa 22.n.89.Lel.Zãc. in instit cler.instit.6.n. 3. quod aduertens Cato inter cætera sua fere diuina instituta dixit.

Cum bonis ambula.

Et Regius Propheta psalmo 17. scripsit, Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cũ peruerso peruerteris, quasi dicat fugias amicitiam reproborũ, ne fias malus, & sequere illam bonorum,vt fias bonus, & perfectus, & est vulgare Axioma, *Con chi sei visto, sei rassomigliato*. Et aliud, *Dimmi con chi vai,& ti so dire,quel che fai*. Et aliud, *Chi conuersa con pazzi,assai presto impazzisce*.

Sextum requisitum est quod amicitia sit quæsita rationibus, idest non cauillationibus, non lenocinijs, neq; adulationibus,vt hodie persæpe fit, ideo
11 vera amicitia nõ potest esse nisi inter habẽtes charitatem,Guliel.de Bened. in repet. c. Raynutius in ver. testamentum, l 3.nu. 48. de testam. qui refert Diuum Hieronymum in epistola ad Paulinum in princ. dum dicit, Veram esse necessitudinem, quæ Christi glutino copulata est, & quam Dei timor conciliat.

Qualitates vero,seu proprietates amicitiæ (pro-
12 ut eas describit Io. Bapt. Magon.in lucerna morali,p.2.c.1.n.6.) debent esse octo, Prima vt semper sit recens,neq: diuturnitate temporis tepescat. Secunda vt omnibus pateat, & amicus amicum suum publicè confiteri non erubescat.Tertia vt in arduis amicus, & in persona, & in rebus promptus quomodo-

modocunq; reperiatur. Quarta qualitas est, vt perpetuo seruetur amicitia. Quinta vt in prosperis, & in aduersis constans permaneat. Sexta vt intrinsecum amico non abscondat. Septima vt cor verbis, & verba cordi corresponsionem tribuant. Octaua vt nullo tempore aboleatur, nullaue locorum intercapedine amicum separet amicitia.

Quas omnes qualitates Romani antiquitus ostẽdebant quodam Hieroglifico picturæ, namq; ipsam ita pingebant.

Primo, iuuenis forma.

Secundo, discopertam capite.

Tertio, rudi tunica indutam.

Quarto, in eius fimbrijs descriptum erat mors, & vita.

Quinto, in fronte notatum habebat, æstas, & hyems.

Sexto, habebat latus apertum vsque ad cor.

Septimo, brachium inclinatum, digito cor ostendens.

Octauo, longè, & propè descriptum habebat.

Sed væ temporibus nostris, in quibus si esset describenda, & pingenda moderna amicitia, deberet pingi non solum senex, sed etiam decrepita, non capite detecto, sed penitus velato, & occulto, non rudi tunica, sed vesti satis præscinta, & attellata, in fimbrijs non cum scriptura, mors, & vita, sed durante commoditate, & vtilitate, in fronte non æstas, & hyems, sed Floridum, ver, non latere aperto vsq; ad cor, sed loco cordis patefacti, cor satis occultatum pluribus pannis, & vestibus, & plusquam planta palmæ saluaticæ, quæ apud nos vulgariter dicitur (cia faglioni) quæ planta habet plusquam centum inuolucra, antequam possit penetrari ad intimum, & dulce, non digito ostendens cor, sed palma illud occultante, & tandem absq; scriptura, longe, & prope, sed prope quandoque: & hoc quia vt plurimum hodie amicitia cito senescit, nec inter amicos reperitur realitas, & veritas, sed fraudes, inganna, & mendacia, item magis practicatur, & conuersatur ceremonijs, & obsequijs, quam legalitate, & charitate, & magis fictione, quam affectione.

Et quamuis hodie amici parui inueniantur, qui sint verè amici, nihilominus si qui sunt, inter eos
13 debent seruari præcepta, siue leges amicitiæ, sine quibus ipsa stare non potest, quæ sunt quatuor, quarum legum est Prima vt ab amicis honesta petamus, & non rogemus turpia, nec patiamur ab eis rogari, ita Marc. Tull. de amicitia, quem sequitur Guliel. de Bened. in repet. cap. Raynutius in verb. testamentum, il 3. nu. 48. de testam. Marian. Soc. in c. repellantur, nu. 5. de accusat. Io. Sicar. in l. eos,
14 n. 2. C. de test. ideo amico iniusta petenti non est assentiendum, & dicit Soc. loco citato, ex Valerio Maximo in lib. 6. c. 4. tit. de grauit. dicta, aut facta, quod cum quidam Rutil. improperaret amico, ex eo quod non fecerat quod ille rogabat, respondit, Quid mihi prodest amicitia tua, si pro te quid inhonestum acturus sim, & dicit gl. super S. Matthæum quam refert glossa nostra in rub. C. de mendis. val. lib. 11. iustius feceris si iniuste petentem correxeris, quàm si ei dederis quod petit, & facit tex. in l. Aedificia ff. de seruit. rusticor. præd. & Io. Redin. in tract. de maiest. princ. in verb. grauem, num. 13. & 14. in 16. to. trac. diuers. car. mihi 162. dixit
15 quod amicis iniusta petentibus non solum petita sunt deneganda, sed etiam grauitate verborum ipsi petentes sunt reprehendendi, & Cato satis ad propositum.

Quod iustum est petito, vel quod videatur honestum.

Nam stultum est petere quod possit iure negari.

Et Abb. noster Consiculus, qui communiter Pa-
16 normitanus appellatur, ex quo huius Vrbis fuit meritissimus Archiepiscopus, & S. Ecclesiæ Cardinalis, scriptum reliquit in c. repellantur, n. 3. de accusat. quod amicitia debet tantum causare honestos effectus, & non quod pro amico turpia gera-
17 mus, & Natt. cons. 298. n. 4. lib. 2. dixit quod nomen amicitiæ sonat in bonum, & excludit præsumptionem, vt quis pro amico falsum deponeret, quia nõ præsumitur quod quis sit oblitus animæ suæ propter amicitiam, secundum Barbat. cons. 3. n. 71. lib.
18 2. imò amicitia nullam tribuit excusationem peccati, si amici causa peccaueris, ita Tull. in li. 3. de offic. quem refert Soc. in c. repellantur, num. 5. de accusat.

Secunda lex, siue præceptum amicitiæ est, vt sit
19 realis, & effectualis, & non ficta, seu adulatoria, Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius in verb. testamentum, il 3. n. 48. de testa. qui refert Tullium in li. de amicitia, dum dicit, In amicitia nulla pestis maior est, quàm adulatio, & vitiosa simulatio, quæ verum iudicium tollit, & amicitiam adulterat, quibus addo D. Ambrosium in li. 3. officior. dum dixit, Non est vera amicitia, vbi ex fallax adulatio, & Arist. loquẽs de amicis fictis in 9. Ethicor. dicit, Qui fingit se amicum, & non est, peior est eo, qui facit,
20 seu cudit falsam monetam, & Seueros Boetius de consolat. Philos. lib. 3. prosa 5. ait, Quæ vero pestis efficacior est ad nocendum, quam familiaris inimicus? quem refert gl. in c. 2. in verb. hostis 93. dist. & est argum. in l. lata C. de dolo, Iodoc. Damoder. in encherid. parium, aut similium iuris in verbo
21 amicus fictus, qui dicit, quod nil est deterius quam fictus amicus, ad quod bene confert illud vulgatum carmen.

Non odium grauius quam simulatus amor.

22 Et Labertius Diogen. vit. & mor. philoso. dicebat, Magis amicorum fictorum inuidiam, quæ inimicorum patentes insidias cauere debemus, illud enim celatum, hoc vero apertum malum, & Gulielmus Durandus a Nostratibus Speculator appellatus in ti. de aduocat. §. 9. n. 7. Nulla (inquit) pestis maior quam familiaris inimicus, & Diuus Augustinus ad Vincentum Donatistam, & Rogatistam scribit, Non omnis qui parcit amicus est, nec omnis qui verberat inimicus est, meliora enim sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici, melius est enim cum seueritate diligere, quam cum lenita-
23 te decipere. Et prouerb. 27. habetur, Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odiantis, & deniq; amor, qui in affectu est proprie amicitia dicit, prout scribit Arist. in 8. & 9. Ethic. & Seneca epist. 29. ad Lucilium, Qui amicus est, amat, qui amat, non vtiq; amicus est, amicitia semper prodest, amor aliquando nocet, non est quod amicum tantũ, vel in foro, vel in curia, quæras, si diligenter atten-

attenderis, domi inuenies, errat enim qui amicum in atrio quærit, & in conuiuio probat, pectore enim amicus, non in atrio inuenitur, & tandem non suf-
24 ficit amicitiam lingua, vel verbo, sed opere demonstrare prout habetur ex Diuo Ioan. c. 3. dum inquit, Non diligamus verbo, aut lingua, si [illegible] pere, & veritate. Et ex Apostolo epist. 2. ad Corinth. c. 6. Exibeamus nosmetipsos Dei ministros, &c. & ibi In charitate nō ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, immo, & ipse Dominus noster Iesus Christus tales fictiones verborum detestans repehendit Hebræos, dum dixit, Populus iste labijs me honorat, cor autē eorum longe est a me.

25 Tertia lex siue præceptum veræ amicitiæ est, vt sit discreta, ex quo non dicitur vera amicitia eorum qui quosdam adeo stulte diligunt, quod volendo vti amicitia excessu doni, & muneris, se ipsos damnificant, & concutiunt (vt vtar verbis. Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius in ver. testamentum il 3. n. 48. vers. tertia lex de testam.) contra quos loquitur, Cato, dum dicit.

Dilige sic alios, vt sis tibi carus amicus.
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequātur.

Et est vulgare dictum, quod prima charitas incipit à seipso. Et Ariostus in suo furioso.

E qual è di pazzia più segno expresso.
Che per saluar altrui perder se stesso.

Quarta lex siue præceptum amicitiæ est, vt sit constans, & firma, & quod nunquam deficiat præsertim in aduersitatibus, vt dicit Valerius Maximus lib. 4. c. 7. in tit. de amicitia in principio, Sinceræ fidei amici præcipuè in aduersis rebus cognoscuntur, in quibus quidquid præstatur, totum a constanti beneuolētia proficiscitur felicitatis cultus maiori ex parte adulationi, quam charitati erogatus certe susceptus est; & S. August. in lib. 10. confess. scribit. Adulantes amicitiam peruertunt, & semper in necessitate deficiunt, & Prouerb. 18. habetur, omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur. Et prouerb. 19. Diuitiæ addunt amicos plurimos, a paupere autem, & hi quos habuit separabūtur. Et Seneca in Tenalto Tragedia 2. asse-
26 rit. Quos amor verus tenuit semper tenebit. Et Laertius Diogenes de vita, & morib. Philos. ait Amicis fœlicibus, & infelicibus, idem sis. Et iterum alio loco Vis experire amicum, calamitosus fias. Et ecclesiast. 6. legitur, Vere enim est amicus mensæ, & non permanet in die necessitatis. Et iterum 22. Fidē possi de cum amico in paupertate illius, & in bonis
27 illius læteris, in tempore tribulationis illius permane illi fidelis. Et tales amici, qui in necessitatibus amicos suos deserunt, hirundinibus æquiparantur, quæ dum durat estiuum tempus nobiscum permanent, tempore vero hyemali statim à nobis recedūt quia ipsi tempore calamitatum nostrarum nos deserunt, prout asserit Io. de Terra Rubea contra rebelles suorum regum in glo. super verbo non erat rectum fol. 55. Et Isidorus de summo bono lib. 2. inquit. In prosperitate iuncta est amicitia, nescitur vtrum fœlicitas, aut persona diligatur, cuius Isidori verba refert S. Greg. in lib. 7. moral. & Boetius de consolat. lib. 3. prosa 5. scripsit, An præsidio sunt amicis, quos non virtus, sed fortuna conciliat, sed
28 quem felicitas amicus facit infortuniū faciet inimicum, & ideo solet dici, Aurum in igne probamus amicos autē in aduersitatibus decernimus, q̄ intendēs Ouid. de tristibus eleg. 8. satis ad ꝓpositū dixit.

Donec eris fœlix multos numerabis amicos.
Tempora si fuerint nubila solus eris.
Aspicis vt veniant ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aues.
Horrea formicæ tendunt ad inania nunquam
Nullus ad amissas ibit amicus opes,

Et iterum de tristibus, lib. 1. eleg. 4

Sic tamen hæc nauis vento feretur amico.
Ignoraretur forsitan ista fides.
Thesea Pirothous non tam sensisset amicum
Si non infernas viuus adisset aquas.
Vt foret exemplum veri Phoceus amoris.
Fecerunt furiæ tristis Oreste ouæ

Et iterum paulo inferius.

Scilicet vt fuluum spectatur in ignibus aurum,
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Dumm iuuat, & vultu ridet fortuna sereno
Indelibatas cuncti sequuntur opes:
At simul intonuit fugiunt, nec noscitur vlli
Agminibus comitum, qui modo cinctus erat.

Et iterum de Ponto lib. 2

Diligitur nemo nisi cui fortuna secunda est;
Quæ simul intonuit proxima quæq; fugat,
Sic ego non paucis quondam munitus amicis.
Dum flauit velis aura secunda meis.
Vt fera nimboso tumuerunt æquora vento,
In medijs lacera naue relinquor aquis.

Et Ludouicus Ariostus satis prudenter in suo Furioso dixit.

Alcun non po saper da chi sia amato
Quando felice in sù la ruota siede,
Però ch'a i veri e' finti amici a lato,
Che mostran tutti vna medesma fede;
Se poi si cangia in tristo il lieto stato,
Volta la turba adulatrice il piede,
Et quel che di cor ama reman forte,
Et ama il suo signor doppo la morte.

Et concludendo dico cū Petr. Rebuff. in tra. de priuil. scholar. priuileg. 104. nu. 29. 18. tom. tract. diuers. car. mihi 52. quod ille est amicus verus, qui omni tempore, & in aduersitate, & prosperitate amicum diligit, & sequitur, & huiusmodi amico fideli nulla est comparatio, vt habetur Ecclesiast. 6

29 Et quia amicitia est iuris naturalis, & a principijs naturalibus ortum habet, vt dixerunt Fortun. Garc. in tract. de vltimo fine iuris, nu. 82. in 1. to. tract. diuers. car. mihi 111. Io. de Ligna in tract. de Amicitia, in princ. n. 5. & in 3. q. n. 1. & 4. in 12. tom. præd. tract. car. mihi 227. Lel. Zanc. in instit. cler. instit. 6. nu. 6. ideo est de genere permissorum, l. latæ culpæ, §. amicos, ff. de ver. signif. Menoc. cons. 102. n. 2. lib. 1. qui etiam n. 27. dicit quod est laudabile amicitias contrahere. Sed circa hoc est satis cogitandum antequam cum aliquo amicitia contrahatur, secundū Alban. in lucubrat. ad Bar. in l. admonendi, n. 28. ff. de iureiur. & Soc. in rub. extra de iniurijs, dicit quod
30 amicos habere est melius quam honor, & quam fama, & melius est amari, quam honorari, quod ante eum dixit Philos. in 8. Ethicorū Petr. a Plaz. in epitom. delict. c. 43. n. 2. & est versus.

Vtilius regni est meritis acquirere amicos.

In tan-

In tantum quod Salustius in Ingurta dixit quod
31 copia amicorum nulli vnquam satis fuit. Et quin-
til. Decian.lib.5.dixit, Non reperio quid in rebus
humanis excogitauerit natura præstătius amicitia.
Et Val. Maxim. li. 4. asserit quod vita hominis est
deserta nullius amicitiæ cinta præsidio, & Aristo. in
8. Ethic. Nullus eligeret viuere sine amicis habens
omnia alia bona. Et Cicero pro Roscio. Amicitia,
& Fides duæ res sanctissimæ, & Eccles. 6. vt dixi, ha
betur, Amico fideli nulla est comparatio, & iterũ,
Amicus fidelis protectio fortis, qui inuenit illũ, in-
uenit thesaurum, & idem eccles. 24. Beatus qui in-
uenit amicum verum. Et Philos. in 8. Ethic. In in-
fortunijs refugium est ad amicos. Et tandem mul-
tas alias commoditates, & vtilitates, quas amicitia
attulit, ponam latius infra in ipsis effectibus.
32 Amici vero sunt palam laudandi, & secretò ad-
monendi, secundum Tiraq. in tract. de leg.connub.
l.9.nu.232.& Card.in clem.1.§.1. de iureiur. prout
eum refert, & sequitur Bertacc. in suo reper. in ver.
amicos clam, circa quod Diuus Ambrosius, li.3.offi
ciorum scribit, Obiurget amicus amicum non ia-
ctantiæ studio, sed affectu charitatis, neq; admo-
nitio aspera sit, neq; obiugatio contumeliosa, & ite-
rum, si quid vitij in amico cognoueris corripe oc-
culte, si non audierit corripe palam, & errantē ami
cũ incorrigibilem omnino deseras, & Senec. in li. de
moribus ait, Amicos secretò mone, palã aute lauda.
33 Et quia (vt dixi) amicitia procedit a principijs na
turalibus, ideo inter omnes in dubio præsumitur
Bar. & Bal. n.17. & Sal.n. 2. in l. si quis testibus C.
de test. Gram. cons.42.n.11. Alex. in l. non solum, §.
qui alieno, ff. de procur. Bero. cõs. 16.n.24.li.3. Rim.
34 iun. cons. 88.n.35.lib.1 Et si vis scire varios modos,
quibus probetur amicitia, consulas Masc. in trac. de
probat. concl. 85. per tot. Io. de Amic. cons. 7.n.41.
& cons. 85.n. 17. & cons. 4.n.18. Bald. cons. 40. n.
1.lib.2. Decia. cons. 18.n.348.li.1. Triuis. dec. 64.n.
6.lib.2. Sim. de Præt. in tract. de interp. vlt. volunt.
lib. 1.interpr.2.dub.2.solut 4.n.7.8.9. Menoc. cons.
99.n. 87.lib.1. Soc. in c. repellantur, n.3. de accusat.
Marcell. Cala in tract. de modo art. & prob. §. 2. gl.
vnica, n. 19. 341. & 342. Curt. in tra. de test. concl.
39.n.65. vers. quod amicitia dicitur, & oritur, Rim.
sen. cons. 649.n.24.li.4. Ang. in auth. de monachis,
35 §. cogitandum, in fi. colla. 1. sed an amicitia sit con-
cludenter probata, vel non, remittitur iudicis ar-
bitrio, vt dicunt multi ex paulo ante allegatis. Et
36 vt finem imponam præsenti Præludio, dico quod
cum amicitia sit quid accidentale, de facili varia-
tur, & tollitur, Ang. de Perus. in tr. de test. in prin.
n. 7. ad quod allegat tex in l. in confirmando in fin.
ff. de confirm. tut. & ideo qui in ea se fundat, debet
37 hoc concludenter probare tanquam fundamentũ
suæ intentionis, per ea, quæ latè scripsi in meo tra.
de except. in prælud. n. 271. & amicitiam de præte-
rito nõ cẽsetur eã pro basse de præsenti, per ea, quę
dixi in tra. de ef. clericatus eff. 1. lim. 1.n.713. cũ seq.
38 Primus itaq. effectus amicitiæ est, vt quis propter
amicitiam repellatur à testimonio ferendo pro
suo amico, l. 3. ibi, vel amicus si pro quo testimoniũ
dat. ff. de test. c. si testes, vers. si testium fides 4.q.3.
c. quoties, ibi, neq. amicitia, de test. c. quatuor 11. q.
2. Spec. in tit. de test. §. 1.nu.1. ver. amicus, Aufr. in
t. act. de reprobat. test. nu. 10. ver. amicitia repellit
testem Iacobi, in d. l. 3.n.3. de test. Alber. de Malet.
in tra. de test. c. 2.n.4. Campeg. in eo. tra. de test. reg.
21. in prin. Roger. Rulant. in tra. de commissarijs,
li.5.c.12.n.23. Io. Maria Mõticell. in repert. de test.
in ver. amicus car. mihi 12. Damod. in euchir. rerũ
crim. siue in practica criminali, c. 50. de reprob. n.
4. & 8. Masc. in tra. de probat. concl. 1157.n.38. Io.
Sicard. in l. eos, C. de test. Corsett. in addi. ad repert.
Abb. in verbo amicus, vbi alios allegat. Cassa. super
consue. Burg. rubr. 4.§.5. in verb. le marij sans pro-
curatio, n.31. Flam. de Rubeis cons. 32 n. 181. lib.
1. cum alijs, quos allegaui in meo tra. de excep. ad
materiam statuti, excep. 24.n.64 sed in isto effectu
contrarium colligitur ex tex. in l. sciendum, de vsur.
& hac opinionem tenuerunt Abb. in c. occidens, il
2.n.8. vt lite non contest. Bal. in l. eos, n.1.C. de test.
Rom. cons. 420. col. 1. ver. 1. gl. in d. l. sciendum, in
ver. adhibendos, Alex. cons. 88 n. 14. li.5. & cons. 78
n. 3. li.1. & cons. 4.n.8 li.6. Gabr. in suis com. concl.
in tit. de test concl. 11.n.1. vbi multos, & alios alle-
gat, & testatur de com. opi. Ang. Aret. cons. 50. nu.
9. & in §. plane Instit. de milit. test. Alba. in lucubr.
ad Bar. in l. admonendi, n. 25. ff. de iureiur. Fel. in c.
quoties, n.6. ver nota quinto, de test. Alex. Raudens.
cons. 10.n.238. & 241. li.1. Blanc. in tra. de cõpro-
mis. q.3.n.47. vers. facit in super Io. Batt. Ferret. cõs.
392.n.28. li.2 Blac. in tra. de ind. n.170. vbi testatur
de com.* op. Io. Sicard. in l. eos, n.3.C. de test. Surd.
in tra. de alim. tit. 6.q.21.n.6. Suarez in com. opi. in
lit. A, n.177. qui ait quod hæc est communis * opi.
Io. de Ana. in c. cũ oporteat, n.4. & 5. de accus. Laur.
de Pin. cons. 74. nu. 21. Crot. cons. 168.n.22. & cons.
182.n. 53. lib.2. Barbat. cons. 3.n. 30.32.33 34. & 41
lib.2. & cons. 25.n.17. lib.4. Rim. sen. cons. 45.n.18.
li.1. Crot. in tract. de test. 4.p.n.103. Purp. in repe. l.
admonendi, n.247. ff. de iureiur. Soc. iun. cons. 127.
n.18. li.3. Tiraq. in tract. de pœnis temper. aut re-
mittend. causa 22. nu. 45. Sal. in l. eos, num.2.C. de
test. latè Farin. in tract. crim. q.55. in 5. inspect. n.233
vbi testatur de com. & magis com. opi. & licet hæc
secunda opinio ex numero Doctorum eam sectan-
tium sit magis communis, attamē priorem opinio-
nem semper putaui veriorem, & tutiorem, & præ-
39 sertim ubi amicitia esset nimis arcta.
Est bene uerum quod si quis uellet accedere opi-
40 nioni Doctorum tenentium, amicum non repelli à
testimonio ferendo pro suo amico, sed bene admis
sum ad testificandum non esse testem integrum, &
omni exceptioni maiorem, fortasse non erraret, &
esset magis tutus, quam opinionem sequuti sunt,
gl. in §. cogitandum, in uer. testes, paulo ante finem
ibi licet tanquam amico aliqnantulum minor fides
adhibeatur, in Auth. de Monac. Alber. in d. l. eos, n.
1. ff. de test. & ibidem Cyn. qui dicit, quod amicus
admissus ad testimonium ferendum pro amico non
facit tanta fidem sicut, & alius, Io. Andr. in add. ad
Spec. in tit. de testib. §. 1.n.1. in add. incip. quoties,
uide Iac. de Bellouis. in d. §. cogitandum, Ang. in l.
sciendum, ff. de usur. Abb. in c. quoties, in 2. col. de
test. Bal. in l. data opera, col. 12. uers. & nota sexto,
de accus. Alber. in l. testiũ, n.7. ff. de test. Gram. cõs.
ciuil. 107. in fi. Ant. Gabr. in con concl. in tit. de test.
concl. 11, nu. 2, ubi multos alios allegat Afli. in tit.

quæ

quę fuit prima causa benef. admit. §. porro si dominum, n. 20. vbi dixit hanc esse veritatem. Rom. consil. 420. n. 2. Nell. in trac. de test. n. 5. Campeg. in eo. tract. reg. 21 in 3. lim. Mascar. in tract. de prob. concl. 86. n. 3. 4 & 5. vbi etiam alios citat Autrer. in tractat. de prob. test. nu. 10. Gigans cons. 41. n. 10. Rim. iun. cons. 752. nu. 14. lib. 7. Natt. cons. 95. nu. 13. lib. 1. Alciat. in l. latæ culpæ, §. amicos, vers. & de fide diminui, ff. de verb. sign. Pet. a Plaz. in epit. delict. c. 43. n. 6. ver. duodecimo satis, Th. Doct. cons. 89. nu. 4. Camerar. cons. vnico, post cons. Zabar. n. 35. in fi. ver. non tamen negat Barbat. cons. 9. n. 4. li. 1. cons. 3 n. 37. 38. & 42. lib. 3. Alex. Raud. cons. 10. n. 240. li. 1 Grat. cons. 75. nu. 11. lib. 1. Alex. cons. 93. n. 10. lib. 6. & cons. 99. nu. 6. li. 7. Lanfranc. de Orian. in tract. de testib. n. 84. ver. tamen si est magnus amicus. Alber. de Malef. in eo. tract. de testib. c. 2. n. 20. Franc. Aret. cons. 71. nu. 3. Rip. in l. admonendi, n. 177. ff. de iure iur. Farin. in tract. crim. q. 55. in 5. inspect. num. 234.
41 vbi ex hoc infert num. 235. quod testis amicus non facit semiplenam probationem, prout faceret alius non amicus, quod ante eum voluerunt Bar. in d. l. admonendi, nu. 37. & ibidem Ias. in repet. nu. 178. & 179. Soc. iun. cons. 12. nu. 11. lib. 2. Crauet. cons. 281. nu. 4. lib. 2. Corrad. in pract. §. 2. de offic. Prætoris in caus. ciuil. in tit. de test. in verb. amicus, nu. 64. carte 100. Mascardus d. conclus. 86. num. 5. Hector Emil. in tract. de test. p. 1. in verb. testis amicus, num. 13. carte 159.

42 Alij, & quartam constituerunt opin. quæ est vera, & tuta distinctio duarum priorum opin. aut si amicitia est leuis, & ipsa non repellit testem a testificando, nec eius fidem minuit, aut amicitia est maxima, & arcta, & tunc testem a testimonio ferendo
43 repellit, quia talis arcta, & maxima amicitia verisimiliter in teste corruptionem, vel saltem maximam affectionem præsumere facit, ita gl. in l. latæ culpę, §. amicos, in verb. amicos, ff. de ver. sign. & in c. accusatores, il 1. in gl. magna 13. q. 5. Bal. in l. testium fides, ff. de test. Alex. cons. 78. nu. 7. lib. 1. qui asserit, quod ita communiter distinguũt DD. in c. quoties, de test. Spec. in tit. de test. §. 1. ver & hoc si maxima Bar. in d. l. admonendi, nu. 37. ff. de iureiur. Bal. in l. si quis. n. 8. vers. aduerte, C. de test. Feli. in c. quoties, n. 6 & in c. placuit, nu. 3. de test. Roma. cons. 420. n. 2. ver. debet itaque, & ibi Mandos. in add. in lit. A, ver. sed his non obstantibus. Alex. cons. 73. nu. 3. lib. 1. & cons. 4. n. 8. lib 6. & cons. 76. n. 8. eod. lib. Iac. Lenissa cons. 83. n. 11. inter cons. crim. diuers. to. 2. Port. cõs. 94. nu. 29. Soc. iun. cons. 12. nu. 11. lib. 2. Iacob. Berret. cons. 80. n. 12. Affl. dec. 304. n. 13. Ias. in l. Titia, n. 22. ff. de verb. obl. Iacob. in d. l. testium fides, nu. 4. vbi testatur de com. opin. & cons. 64. n. 52. & cons. 112. n. 23. li. 1. Mazzol. cons. 90. nu. 113. Alex. Raud. cons. 10. nu. 239. & 61. lib. 1. Surd. in tract. de alim. tit. 6. q. 21. nu. 7. Horat. Carpan. super stat. Mediol. c. 90. nu. 55. lib. 1. Machel. patroci. 14. nu. 38. Borell. super pragm. Odia litium, 6. 1. gl. 3. nu. 99. Gabr. in com. opi. in ti. de test. concl. 11. n. 4. vbi multos alios congerit Masc. in tract. de prob. concl. 86. nu. 1. qui non solum alios allegat, verum etiam pluries testatur de comm. opin. Ang. de Perus. in tract. de test. in prin. nu. 2. Nell. de S. Gem. in eo. tract. in prin. nu. 5. Crot. etiam in ipso tract. de test. p. 4. n. 193. vers. secundo fallit. Rip. resp. 72. n. 15. aliàs resp. 3. in tit. de spons. Tho. Triuis. dec. 49. n. 17. lib. 2. Gram. vot. 22. nu. 9. Far. in d. inspect. 5. nu. 236. vbi alios allegat, & pluries asserit, quod hæc est communis opinio.

44 Et quod quando amicitia inter testem, & producentem non est magna, sed leuis, non repellat testem a testimonio ferendo, & si testis fuerit admissus reputetur idoneus, tenuerunt in specie gl. in c. accusatores, l 1. in glo. magna, in ver. non quilibet amicus, 3. q. 5. Spec. in tit. de teste, §. 1. nu. 1. vers. & hoc si maximè Bal. in l. 3. n. 2. ff. de test. Nell. d. nu. 5. vers. secus si leuis. Alber. de Malef. in tract. de test. c. 2. nu. 17. ver. secus si sit leuis cum multis alijs quos copiosè congerunt Farin. d. q. 55. num. 238. & Hector Emil. in tract. de test. in ver. testis amicus, n. 14. & seq. est bene verum, quod etiam isto casu aliquãtulum de fide minuitur testi, ita leuiter amico. Mascar. in tract. de proba. concl. 86. n. 15. Hector Emilius eodem verbo testis amicus, nu. 7. in fi. qui omnes alios allegant.

45 Et si quis vellet formare regulam, & ponere pro regula, quod testis amicus ex sola amicitia non repellitur a testimonio ferendo, sed quod testificando non sit integer testis, prout talem regulam firmauit Farin. in tract. crim. q. 55. inspect. 5. nu. 243. eam limitare habet aliquibus modis.

Limitatur 1. quando non deponit principaliter pro amico, nec ex sua depositione amicus consequitur commodum, vel incommodum, sed in quandam consequentiam, vt si deponeret super re vendita per amicum, quando amicus vendens non tenetur de euictione Alber. in l. 3. ff. de test. prout cũ allegat Alber. de Malef. in tract. de test. c. 2. nu. 18. Campeg. in eod. tract. de test. reg. 21. in 2. lim. Mascar. d. concl. 86. nu. 21. Alber. in l. testium, nu. 7. ff. de test. Farin. q. præd. nu. 244.

46 Limitatur 2. in testibus instrumentarijs, qui licet sint amici contrahentium, vel alterius ipsorum reputantur tamen idonei, & integræ fidei, quia tunc a principio censentur a partibus approbati. Nell. in tractat. de test. num. 6. in fine. Hector Emil. in tract. de test. in verb. testis amicus, nu. 31. Marcell. Cala in tract. de modo artic. & proban. §. 2. nu. 92. Neuiz. cons. 25. n. 19. Bertaz. in tract. claus. claus. 2. gl. 2. nu. 13. & seq. Farin. d. q. 5. nu. 245. & ego aliàs latè de ista limitatione scripsi in meo tract. de except. ad materiam statuti excludentis omnes exce-
47 ptiones, except. 19. n. 96. & seq. vbi prope infinitos adduxi, & num. 97. ipsam conclusionem limitaui, quando talis defectus proueniens ex amicitia ignorabatur ab illa parte, contra quam testis amicus vult deponere, quia ita ignorans, non censetur eos approbasse Ang. Ias. & cæteri scribentes in l. 1. C. de test. cum alijs per me allegatis.

48 Limitatur 3. quando plures amici deponerent, vel simul cum amicis deponerent alij non amici, quia tunc numerus supplet defectum, & ex integritate aliorum integrantur ipsi amici. Corn. cõs. 131. nu. 9. lib. 4. Alex. cons. 43. nu. 33. lib. 4. & cons. 4. n. 9. lib. 6. Gram. cons. 107. in fi. in ciuil. Lancell. Corrad. in tract. de Prætore, lib. 1. c. 9. §. 2. nu. 64. Affl. in c. 1. §. porro, nu. 20. quæ fuit prima cons. benef. admitt. Gabr. in suis concl. in tit. de test. concl. 11. n. 7. Alexan. Raudens. cons. 10. nu. 242. lib. 1. Soc. iun. cons.

146.

146.nu.15.lib.1. vbi dicit, quod si tres amici deponunt pro suo amico, tunc talis numerus supplet de-
49 fectum Crot.in tract. de test.p.4. nu.193. vers.notate tamen, vbi etiam dicit, quod tres testes etiam maxima amicitia astricti cum producente, plene probant Mascar.in tract.de probat.concl.26.nu.5. & concl.86.n.9.& 10.Barbat.cons.44.nu.27.lib.3. Rol.Cauagnol.in obseru.ad decret.Montisfer. decret.6.§.12.n.60. Bertac.in repert. in verbo amicitia quæ, & qualis in fi.Ias.in Auth.si vero, n.5.C.de iud.Hect.Emil.in loco sup.cit.nu.35. Farin.d.q.55. num.246.& 247. vbi multos alios allegat, & dicit, quod hoc procedit in amicitia non maxima, sed si esset maxima numerus non suppleret defectum.

50 Limitatur 4. vbi pars se non opponeret de tali defectu prouenienle ex amicitia existente inter testem, & producentem, ita not.glo.& Doctores, & præsertim Sal.in 6.col.in l.si quis testibus, C.de testib.Campeg.d.reg.21.in vlt.lim.Masc. d.concl.86. n.22.Farin.in tract.crim.q.55.inspect.5.nu.248.

51 Limitatur 5.vbi amicitia esset honesta,iuxta,charitatiua, & officio pietatis plena, quia tunc talis amicitia,etiam si esset maxima, adhuc non repellit testem a testimonio ferendo, quia huiusmodi amicitia est virtus,vt dixerunt Abb.in c.quoties,n.5.de testib.Crot.cons.132.nu.51.lib.2.Afft. in c.1.§.porro,nu.20.in tit. quibus modis feud. admit. Gabriel in suis concl.in tit de test. concl.11. nu.6.Soc. iun. cons.127.n.20.lib.3.Masc.d.concl.86.n.11. & 12. vbi allegat rationem.s. quia isto casu non est præsumendum, aliquem pro amico falsum depositurum,quia hoc non est bonum,neque equum,& pro amico non est aliquid inhonestum faciendum, vt dixit Tiraq.in tract.de pœnis temp. seu remitt.causa 22.nu. 88. sed quia hodie tempus est tam corruptum,tanquam malignum,puto esse impossibile reperire amicum, qui integrè deponat pro suo amico,prout voluit Ripa in l.admonendi, nu.177. ff.de iureiur.& Masc.d.concl.86.nu.15.ad quod faciunt etiam d.per Feli.in c. quoties, de test. & per Alex. cons.13.lib.1.

52 Limitatur 6. quando quis esset æqualiter amicus vtrique parti, quia tunc non remouetur a testificãdo propter amicitiam. Alex.cons.186 num.1.lib.7. Natt.cons.95.nu.15 lib.1.Alba. cons.59. num.10. Mars.in l.de minore,§.tormenta,n.27. ff.de q.Mascar.d.concl.26.nu.5. & concl.86.n.7. Farin.in pluries citata q.55.nu.250.& faciunt ea,quæ scripsi in meo tract.de except.ad materiam iam statuti, & c. except.24.nu.53.

53 Limit.7.vbi veritas aliter haberi nõ posset, Plot. in tract.de in litem iur.§.4.n.23. qui dicit,quod testes amici admittuntur ad probandum furtũ,vel do-
54 lum factum in domo actoris de die,vel de nocte,& ad probandam quantitatem rerum amissarum, si alij testes in ipsa domo actu, vel habitu verisimiliter haberi non possint HectorEmil.in tract.de test. in verb.testis amicus, nu.39. latè, & copiosè more suo Farin.in tract. crim.q.55. nu.35.& seqq. & nu. 251.& q.62.nu.50.& seq.

55 Limit. 8. quando testis deponens pro suo maximo amico esset persona nobilis, & adduceret causam sui dicti,ita Mars.sing.114. & Mascar.d.concl. 86.nu.16.vers.amplia.

56 Limit. 9. & vltimo, quando testis valde amicus, deponeret pro suo amico ad defensam, ex quo tali casu, quamuis amicitia sit maxima cu eo, pro quo deponit,adhuc non repellitur a testimonio, Angel. Aret.cons.85.num.57.vbi dicit hoc non solum procedere in amico singulari,verum etiam in patre, &
57 fratre: sed si amicitia esset inhonesta, turpis, vel carnalis, talis namque amicus nullatenus admitteretur ad testimonium ferendum,Abb.in c. quoties, nu.5.de test.Masc.in tract.de prob. concl.86.n.17.
58 vbi hanc conclusionem exemplificat in amasio deponente pro amasia,& allegat Bal.in c.1.num.3. ver.quæro nunquid,vbi etiam Fel.de test. Cyn.in l. 2.C.de test.& vltra eos idem voluit ipse Bal.in c. in litteris,n.3.vers.item quibus, ita de testib.Alber. de Malet.in tract.de test.§ superest,n.2.& ver. & idem est etiam dicẽdum, & hoc idem dixerunt multi alij relati per Gulielm. in suis concl. in tit.de test. cõcl. 11.nu.3.Crot.concl.182.nu.52. vbi dicit, quod per talem amicitiam inducitur corruptio testis,ut dixit
59 etiam And.Barbat.cons.3.n.40.li.2. quod etiã non habet locum, quando ex amicitia vnius sequeretur odium alterius, quia tunc is talis repellitur a testimonio,Bal.in l.si quis testib.col.fi.ver.quæritur hic, Cy.de test.Alex.cons.4.col.fi.uer.nec obstat,uol.6. Gabr.d.concl.11.n.9.Masc.d.concl.86.n.13.Crot. in tract.de test.p.4.nu.193.uers.fallit nisi,

60 At reuera in materia præsentis effectus amicitiæ tutius esse puto, vt hoc totum remittatur arbitrio iudicis,qui isto casu considerare habet causam, de qua tractatur,ac personas testium,& producentiũ, quibus consideratis arbitrabitur,an tales testes sint examinandi; & examinatis, quæ fides sit eis præstanda,ita ferè concludunt, & ita tenuerunt omnes ferè Doctores allegati pro prima, & secunda opinione præsentis effectus Sal.in l.eos,uers.quæritur, an amicus,C.de test. & ibi etiam Bart.nu.1.Corset. in add.ad Repert. Abb.in uer.amico, Bertac. in repert.in uer.amicitia, quæ & qualis,Campeg.in tract.de test. reg.2.in 4.lim. Gabr.in tit.de test.cõcl. 11.nu.8.Masc.in tract.de proba.concl.86.n.17.Barbat.cons.29.n.10.lib.1.D.Intrigl.cons.14.n.30.lib. 1. Lancell. in tract. de Prætore in tit. personas testium aggrediendo,in uerbo amicus,num.64.carte in hi 171.Laur.de Pin.cons. 174.num.22. Aret.in §. pater,nu.12.in tit.de testam.ordin.Bal.cons.50.n.1. p.2.Io.Sicard.in l.eos,nu.1.C.de test.Farin.in trac. crim..q.55.nu.241. qui omnes multos concordantes allegant, & licet Tho.Trinis. dec.59.n.13.li.1.
61 dicat, quod prædicta opinio non procedat in criminalibus,in quibus si amici offensi,& querelantis, seu accusantis in testes producuntur, non solũ non probant,uerumetiam nec faciunt indicium ad torturam (ut ipse dicit) & allegat Plot. in repet. l. si quando,n.141. C.unde ui,nihilominus tali opinioni nullatenus est assentiendum, sed etiam quod in criminalibus hoc totum remittitur arbitrio iudicis, ut uoluerunt multi ex proximè relatis, & præsertim Farin.d.num.241.

62 Et pro complemento præsentis effectus, dico, quod ad hoc, vt testis repellatur a testimonio propter amicitiam, non sufficit allegare amicitiam in genere,sed est necessarium illam deducere, & probare in specie cum suis qualitatibus, & circumstantijs ad

tijs ad hoc, vt ex eis iudex possit iudicare an sit talis, quod testi fidem minuat, & quantum. Nat. cons. 95. nu. 13. lib. 1. Mising. in c. quoties, nu. 10. de testibus. Barbat. cons. 44. nu. 28. lib. 3. vbi dicit, quod pro hoc videtur tex. in l. sciendum, ff. de vsufr. Farin. d. q. 55. nu. 253. qui etiam dicit, quod si aliter sit æquiuocè probatum, talis probatio interpretatur cōtra producentem, & ponit etiam in numeris sequentibus, quid sit determinandum, quando testis est interrogatus an sit amicus producentis, & dicat, q sic, sed quia ipse de hoc latè, ac doctè (more suo) scribit, ideo ad dicta per eum me remitto.

63 Secundus effectus amicitiæ est, vt quis propter amicitiam repellatur a munere iudicandi, dummodo amicitia sit intima, & maxima, & per eam quis tanquam suspectus potest recusari. Calder. cons. 7. nu. 1. in tit. de appell. Abb. in c. accedens, nu. 8. vt lit. non contest. Bero. cons. 16. nu. 25. lib. 3. Grat. cons. 134. n. 5. li. 2. Rodoan. in tract. de reb. eccl. non alie. q. 59. nu. 19. Io. de Deo in doctrina aduoc. lib. 3. c. 7. nu. 15. Marant. in pract. p. 6. actu 2. n. 28. carte mihi 487. cum multis alijs quos adduxi in meo tract. ad materiam statuti excludentis omnes exceptiones, except. 24. nu. 60. cum multis seq. vbi latè tractaui materiam huius effectus, ideo ne iam scripta iterū hic referam, ad ibi dicta me remitto.

64 Tertius effectus est, vt licet receptās bannitum, vel aliter delinquentem, puniatur eadem pœna, pro ut delinquens, vel pœna statuti prohibentis bannitos receptari, l. 1. ff. de receptat. l. 1. C. de his, qui latr. occultauer. Cassan. super consuet. Burg. in tit. des iustices, §. 4. vers. & fur les omnes, nu. 11. & 12. Pet. Moll. Hispan. in responso pro amico dubio 2. num. 138. attamen si is, qui receptatur, est amicus receptantis, non punitur pœna ordinaria ipsius statuti, sed mitiori. Alex. cons. 144. in fi. lib. 2. Pet. Rebuff. in tract. de priuil. scholar. priuil. 104. nu. 24. in 18. tomo tract. diuers. carte mihi 52. Foller. super consti. paternorum, n. 78. 79. & seq. in tit. de hæret. vbi pro ista opinione ponderat text. in l. fin. ff. de recept. & respondet Affl. qui videtur contrarium tenere in eadem constitutione in 6. q. & tandem, nu. 85. dicit, quod Affl. & Sal. per eum citati, dicunt veritatem, dum dicunt, quod debeant puniri, sed non negant, quod mitius puniri debeant. Bertac. in reper. in verbo amicus receptans. Tiraq. in tract. de pœnis moderandis, aut temperandis causa 22. num. 85. & 89. vbi impugnat opinionem Sal. qui cōtrarium tenuit in l. nullus, C. de malefic. & mathem. & licet amici-

65 tia excuset receptantem bannitum ad hoc, vt mitius puniatur, non tamen excusabit amicum receptante hæreticum, etiam si ipsa amicitia esset inueterata Carrer. in pract. crim. in tit. de hæret. n. 172. in 11. tomo tract. diuers. p. 2. carte mihi 51.

66 Quartus amicitiæ effectus est, vt amicus possit agere in iudicio pro amico etiam sine speciali mādato, dummodo caueat de rato. Bald. in l. 1. nu. 6 ff. de negot. gest. Bar. in l. exigendi, nu. 13. C. de procurat. & in l. non solum, §. qui alieno, nu. 1. ff. de procurat. Corn. cons. 81. nu. 16. lib. 1. Rebuff. in tract. de priuil. scholar. 11. in 12. tomo tract. diuers. car. mihi 52. Alciat. in l. latæ culpæ, §. amicos ver. sunt, & qui ff. de verb. sign. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 3. c. 5. num. 14. vers. & licet, vbi testatur de magis comm. * opin. Rom. in l. si vero, §. de viro, nu. 50. ff. sol. matrim. Ias. & alij in l. exigendi, C. de procur. Gail. obseru. 133. nu. 2. lib. 1. qui tamen dicit, quod hæc opinio non est recepta in Camera Imperiali Bonac. super const. Egid gl. 8. num. 259. Camill. Borell. super pragm. Odia litium, §. 1. gl. 3. n. 91. vbi ad hoc prope infinitos congerit Iacobin. in d. l. exigendi, nu. 22. & 23. C. de procurat. qui præsentem conclusionem varijs medijs corroborat, & comprobat, & in l. cum aliena, nu. 5. C. de legat. Lambert. in tract. de patro. lib. 2. p. 1. art. 17. in 4. q. prin. nu. 18. Marc. Ant. Blāc. in tract. de compromiss. q. 3. nu. 48. Menoc. in tract. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 89. nu. 69. Io. Ples in processu iudic. tit. 4. nu. 51. Sigism. Scac. in tract. de iudic. p. 1. c. 101. num. 48. vbi testatur de communi opin. & multos alios allegat Io. Pet. Bim. cons. 108. nu. 64. lib. 2. Rim. cons. 10. nu. 1. lib. 4. Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius in ver. testamentum, il 3. nu. 52. de testam. Barbat. cons. 61. nu. 26. lib. 3. Ang. Aret. in §. præterea, num. 69. instit. de except. Crot. cons. 182. nu. 36. lib. 2. & cons. 3. nu. 8. lib. 1. Damod. in Enchirid. parium, aut similium iuris in verb. amicitia, & coniunctio. Tiraq. in tract. de pœnis tempor. vel remitten. caus. 22. num. 34. vbi multos congerit Bertach. in reper. in ver. amicus admittitur, Alber. in l. sed hæc, num. 3. ff. de procur. Petr. a Plaz in epitome delict. c. 43. nu. 1. ver. & huic rei, vbi alios allegat, & testatur de communi * opinione Medices regul. 8. res inter alios act. num. 11. sed in ista conclusione contrarium tenuerunt Abb. in c. cum sacerdos, nu. 4. de postul. & in c. coram, nu. 6. de offi. & potest. iud. deleg. & vtrobique Addentes, Alex. in l. exigendi, nu. 16. C. de procur. & in l. tutori, n. 2. C. de neg. gest. & in l. 1. §. lex Falcid. nu. 6. ff. ad l. Falcid. Rom. sing. 656. num. 2. Addent. ad repert. Fel. in ver. amicus vtrum. Ferd. Vasq. in controuer. vsu frequent. li. 2. c. 23. n. 7. Viu. in communi opin. in ver. amicus non potest, vbi alios allegat, & testatur de cōmuni * opi. Peregr. Iannin. in tract. de citat. reali, li. 3. c. 3. n. 1. vers. tu vero. Vinc. Caroc. in tract. de locat. & conduct. lib. 1. in tit. de locat. annua q. 4. nu. 2. vbi testatur de magis communi * opinione.

67 Et licet istæ opiniones videantur tantum inter se discrepare, nihilominus de facili concordari possunt, vt prima opinio .s. procedat in amico magnę, & vehementis amicitiæ coniunctio; secunda vero in eo, qui est parua, & leui amicitia astrictus, ita videntur sentire multi ex superius allegatis, pro vtraque opinione, & præcipuè Bart. in d. l. exigendi, nu. 13. C. de procur. vbi etiam Alex. nu. 16. idem Alex. in l. tutori, nu. 2. C. de neg. gestis. Vasq. autē, d. nu. 7. alio modo videtur has opiniones concordare, scilicet, vt prima procedat in casu quo dominus principalis scit litem agitari; secunda vero, quando do-

68 minus est ignarus, quæ conciliatio non potest subsistere, namque Doctores loquuntur in amico agēte pro amico absente, si ergo amicus est absens sē-

69 per videtur ignorare, cum absentia inducat ignorantiā, c. cū in tua, vbi Ant. de But. Abb. & alij, qui matr. accus. poss. Ias. in l. is potest, n. 63. ff. de acqu. hæred. Surd. decis. 246. num. 17. qui si esset præsens tunc præsumeretur consentire, & mandasse. Alex. in l. sæpe, nu. 88. ff. de re iud. Capra, reg. 55. num. 1. & seq. Tiraq. in tract. de pœnis temp. causa 22. nu. 57. & sic

& sic essemus extra terminos conclusionis, in quas nos loquimur, ideo vera, & indubitata cōciliatio harum opinionum, puto quod sit illa, quàm supra primo loco posuimus, & licet in agendo aliqui discre-
70 pent, nihilominus in defendendo, & excipiendo oēs vno ore affirmant, quòd amicus admittitur ad defendendum amicum absentem cum cautione tamē de ratum habendo, vel iudicatum soluendo, Sal. in d.l. exigendi, num. 1. C. de procurat. & ibi Ias. etiam nu. 1. idem Ias. in l. 1. nu. 5. C. eod. tit. Alex. cons. 147. nu. 9. in fin. lib. 6. Vant. in tra. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. in habilit. mandat. compar. nu. 82. Iannin. in trac. de citat. reali, lib. 3. c. 3. num 4. Scacc. in trac. de iudic. p. 1. c. 101. num. 51. vbi allegat rationē scilicet, quia interest Reipublicæ reos defendi Rot.
71 Rom. dec. 420. num. 2. alias dec. 35. in tit. de procurat. nouis, Ias. d. nu. 1. & d. n. 1. & dicit quod hinc est, quod exceptio procuratoria non habet locum contra defensorem, ita Ias. in l. de pupillo, §. si procurator nu. 2. ff. de nou. oper. nunt. & dum dixi, quod defensor tenetur satisdare de ratum habendo, vel de iudicatum soluendo, talis cōclusio limitatur quinq; modis, de quibus habetur per Ias. in pluries citata l. exigendi, num. 2. C. de procurat.

72 Et quando amicus agit pro amico etiam sine mādato vicem procuratoris obtinet, & gerit Tiraq. in trac. de pęnis temp. aut remit. caus. 22. nu. 16. In tantum, quod sicut procurator, ita amicus agens pro
73 amicus absente tenetur subire iuramentū calūniæ, gl. in l. liberto §. itē iudicium, in verbo aget, post medium, ff. de neg. gest. Ant. del Rè in tract. de iuram. calum. c. 15. num. 264. vbi num. 265. dicit, quod tale iuramentum præstabit in animam ipsius, & nō amici, pro quo comparet, quia ad iurandum de calum-
74 nia in animam alterius requiritur speciale mandatum, Rot. Rom. dec. 1. nu. 3. in tit. de iuram. calum. in nouis Paris. cons. 45. nu. 41. lib. 1. Pet. Nicol. Moz. in tract. de cōtract. tit. de mandat. num. 33. cart. mihi 127. Quæ omnia supradicta procedunt etiamsi is,
75 pro quo agitur esset pupillus, quia tunc ex mandato legis amicus pro eo agere potest ita Bertac. in suo repert. in verbo amicus pupilli, vbi ad hoc allegat, l. 2. qui pet. tut. l. 1. & 2. & quod ibi not. DD. C. de neg. gest. Alex. in l. non solum, §. qui alieno, ff. de procur. quibus addo Bart. in l. 1. nu. 8. C. si per vim, vel alio modo, Peregr. Iannin. in trac. de citat. reali, lib. 3. c. 3. nu. 3.

Et hic effectus, seu mauis regula, quod amicus possit agere pro amico etiam sine mandato, fallit in multis casibus, de quibus habetur per Ias. in d. l. exigendi num. 9. & seq. C. de procur. & per Scac. in tra. de iudic. p. 1. c. 101. num. 49. & 50. & præcipue fallit
76 in causis beneficialibus, vt per Scacc. & Ias. in locis proxime allegatis, & per Octau. Vestrum in pract. lib. 3. c. 4. nu. 1.

Sed iuxta prædicta quæro, an amicus agens ne-
77 gotia amici absentis, ipsi præiudicet, circa hanc quæstionem, vide quæ latè scribunt Doctores, & præsertim Imol. & Butr. in cap. ex parte decani, de rescript.

Et quia superius dixi, quod amicus ad hoc vt ad-
78 mittatur ad agendum pro amico absente, debent præstare de ratum habendo, ideo hic dico, quod huiusmodi fideiussio tria cōtinere habetur, primū, dolum malum abesse, secundum, rem defendi, tertium, iudicatum solui, de quibus tribus habetur per glos. in §. sed hæc hodie, in ver. satisdationem instit. de satisdat. Marant. in pract. p. 6. membr. 8. num. 11.
79 in fi. Cumia super ritu M. R. C. istius Regnis, cap. 56. nu. 4. Scac. d. c. 101. nu. 54. nec isto casu est sufficiens cautio iuratoria, sed opus est, vt interueniat fideiussor, Scac. d. n. 54.

Quintus effectus amicitiæ est (quia præcedenti
80 parum distat) quod amicus etiā sine mandato possit appellare a sententia contra amicum lata, dummodo sequatur ratificatio ipsius principalis infra tēpus habile, Marant. in pract. p. 6. act. 2. in verbo, & quandoque appellatur, num. 218. Bart. in l. 1. ff. de appel. recip. vbi Alex. in add. Archid. in c. statuimus, de elect. in 6. & in c. solet 2. q. 6. Petr. à Plaz. in epit. delict. cap. 46. num. 6. in fi. vers. 14. Scacc. in tract. de iud. par. 1. cap. 101. num. 52. Pet. Anguiss. cons. 47. num. 2. lib. 3. Bertach. in reper. in verbo, amicus pro amico, Tiraq. in tract. de pœnis temp. causa 22. nu. 55. Decia. in tract. crim. p. 1. lib. 3. cap. 5. num. 15.

81 Sextus effectus est, quia amicitia æquiparatur affinitati, & coniunctioni sanguinis. Abb. in c. requisiti, nu. 24. de testam. Alex. in l. non solum, §. qui alieno, ff. de procur. Bertac. in reper. in verb. amicus, & propinquus, Tiraq. d. causa 22. nu. 66. l. cum allegas vbi glos. C. de castrens. pecul. Borel. in repet. pragm. odia litium, §. 1. gl. 3. num. 83. vbi multos alios allegat Rom. sing. 656. nu. 1. Surd. cons. 450. nu. 21. lib. 3. vbi alios allegat Io. Dilect. in tract. de arte testandi tit. 6. cautel. 32. num. 1. Couar. in relect. c. requisiti, nu. 7. de testam. vbi etiam alios enumerat Iannin. in trac. de cit. reali, lib. 3. c. 3. n. 1. Rebuff. in tr. de priul. schol. priuil. 104. nu. 7. in 18. to. tr. diuers. Mars. sing. 351. Damod. in encher. pariū, aut similium iuris, in verb. amicitia, & cōiunctio, & in verb. amici, & affines, Menoc. in tr. de præsump. lib. 5. præsūp. 40. n. 23 & cons. 313. nu. 42. lib. 4. Bursat. cōs. 430. nu. 20. l. 2. Plot. cōs. 91. nu. 1. Neuiz. cons. 57. nu. 14. Fusc. in suis sing. in lit. A, nu. 60. circa medium, Iul. Patia. in tr. cui incumb. onus prob. negat. lib. 1. c. 29. nu. 23. Surd. in tra. de aliment. tit. 1. q. 11. nu. 14. & tit. 6. q. 21. nu. 3. & 4. Rodoa. in tract. de reb. eccl. non alienand. q. 59 nu. 9. Crot. cons. 3. nu. 7. lib. 1. Rum. iun. cons. 42. n. 82 li. 1. Asin. in tr. de exequu. §. 9. c. 348. n. 9. Dec. cōs. 46 num. 57. lib. 2. Bim. cons. 108. nu. 65. lib. 2. Guliel. de Bened. in repet. c. Raynutius in verb testamentum, il 3. num. 50. de testam. Natt. cons. 95. nu. 14. Purp. in repet. l. admonēdi, n. 250. ff. de iureiur. Illustris. Card. Mantic. in tract. coniectur. vlt. volunt. lib. 8. tit. 6. nu. 18. & lib. 6. tit. 11. nu. 25. Iacob. in l. exigendi, nu. 23. C. de procur. Ruyn. cons. 10. nu. 1 lib. 4. Casian. super consuet. Burg. rub. 4. §. 5. in verb. le marij sans procuration, nu. 23. cart. mihi 561. Grat. cons. 71. nu. 20.
82 lib. 1. & nō solum amicitia ęquiparatur coniunctioni sanguinis, verum etiam persępe anteponitur ipsi consanguinitati, l. sed si plures, §. in arrogato, ibi, amicus, vel cognatus, ff. de vulg. & pupill. substit. l. si seruus plurium, §. fi. ibi, legatarij charitas, & necessitudo, ff. de leg. 1. l. Teopompus, ibi, amici, & cognati, ff. de dote pręleg. l. affectioni, ibi, amicos, & necessarios, ff. de donat. quos textus ad hoc propositum ponderat, & allegat Menoc. cons. 683. num. 23. lib. 7 Tiraq. in repet. l. si vnquam in verbo liberis, C. de re-

Hh uoc.

uoc. dona.n. 106. & in trã. de pęnis temp. seu remitt.caus.22.n.4. vbi pro ista opinione allegat D. Tho.in 2.2.q. 27. & Diuum Ant.Flor.in 4.p. summæ tit. 16.c.5.Raynal. Corsius in tract. de indagat. iur li.1.c. 33.n.1.in 1.tom.tra.diuers.car.mihi 283. Decian.in tract.crim.lib.3.c.5.n.13.ver.remanet,& arguendo ex ordine scripturæ hoc clarissimè deducitur ex dictis per Dauid salm.37.dum dixit Amici mei, & proximi mei aduersus me appropinquauerunt, & steterunt,& S.Ambrosius ad propositum dixit,Amici se plerunq.beneuolentiæ quisque committit, quam fratris necessitudini, & quod amicitia operetur idem quod coniunctio sanguinis dixit Io.Coras. in tra. de iure ciuil. in arte redigenda, c. 22. in prin.in 1. to. diuers. car. mihi 80. & quod sit potior consanguinitate, dixit Isocrates quem refert Franc. Duar. in tr.de pactis,c.4.nu. 7.in 6. to.tr.diuer. p.1.cart.mihi 15. Rim.iun.cons. 554.n. 81. & seq.lib. 5. Decia. in tract. crim.p.1.lib.3.c. 5. n.13. ver.remanet ergo,Nicol.de Lyra in exposi.ad Iob. in Genes. c.2.& quod amicitiæ vinculum sit sanguinis viribus certius, & exploratius, firmauit Valer. Maxi. in prohem.lib.4.c.7.prout eum refert Arius Pinell.in l.2.C.de bonis mater. Sim.de Præt. in tra. de interp.vlt. volunt. lib.1. interpr.2.dub. 2. solut.

83 4. num. 1.immo quod pluris est, amicitia æquat,& superat fraternitatem Tiraq. d. caus. 22.nu.10. vbi alios citat Camill. Borell.in repet.pragmat. odia litium, §. 1. glos. 3. num. 105. vbi allegat Alber. in l. sed & hæ personæ, ff. de in ius not. Alciat. in tra. de præsum. regul. 1. præsum. 28. num. 3. Menoch. in eodem tractat.lib.3.præsumpt. 124. num. 29. & consil. 683.num. 24.lib.7. Surd. in tract. de aliment. tit. 6. quæst. 21.num.4. Decian. cons. 51. num. 58.lib. 4. vbi multa ad hanc materiam pulchra, & curiosa refert, & cons. 46. num. 69. lib. 2. Paris. in tract.de confident. benef. q. 30.num. 20. Et quod amici inter se habeant id totum, quod in-

84 ter se obtinent consanguinei ratione affectionis sanguinis, & tantum operetur amicitia,quantum consanguinitatis,dixerunt Cy. Saly.Alex.& Ias in l. exigendi, C.de procur. Io.de Ana.in c. fi. de postulat. Cy. in l.inuitus,col.3. C.de procur.cum alijs allegatis per Mars.sing.351. in princ. & per Tiraquell. in tract. de pęnis temperand. seu remitten.d.caus.22. num. 44. & per Guielm.de Bened. in repet.c. Raynutius, in verbo si absq; liberis moreretur, il 1. nu.

85 6. de testam. In tantum quod multi dixerunt quod dispositum inter sanguine coniunctos, habeat locũ etiam inter amicos,Ias. in l. exigendi,n. 4. 8.& 15. C. de procur. & in l.quę dotis,n.65. ff. sol. matr. & in l.si res oblata,n.1.ff.de leg.1. Decia.in tra.crim. lib 3.c.5.num. 13. vers. & ideo,Foller. super const. pateranorum,n. 82. in tit.de hæret.Camill. Borell. in repet. pragma.odia litium,§. 1.gl. 3.num.82.Alcia. in tract.de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 28. n. 5. Surd. in tra. de alim. titu. 6.q. 21.n.4. in fi. & titu. 5. q. 6. num. 10. Marsil. singul. 351. circa medium Sim. de Præt. in tra. de interpr.vlt.volunt.lib. 1. interpret.2. dub.2. solut. 4.num.2.Tiraq. in tra. de pœnis temper. aut. remitt. causa 22. nu. 26. & in repet. l. si vnquam in verbo liberis,nu.102. C.de reuocan,donat. Cassan. super consuetud.Burg.rub. 4.§. 5. vers.le marij son procuration,num.27.cart. mihi 561. Illustriss. Card. Mantica in tra. de coniectur. vlt.volunt. lib.6.tit.11.n. 25.& nonnulli etiam

86 dixerunt quod amicitia superat parentum affectionem, ita Bart. in l.si alimenta, ff.de alim. & cibar. leg. cum alijs in allegatis per Tiraq. in dicto verbo liberis,num. 101. Surd. d. tra. de aliment. tit. 1. q. 11.nu. 15. & Luc.de pen.in l.1.col.1.C.de castrent. pecul. lib. 12. prout eum sequitur Borell. d. glo. 3. n. 89. Foller. in eodem const.paterenorum, n. 84.

87 de hæret.qui dixerunt quod amicus quodammodo habetur loco patris, & quod amicus veniat appellatione suorum affirmauerunt Bal. in l.1.n.33.C.de ijs, qui accusare non possunt Ias.in l.exigendi, n.6. C.de procur. & in l. Titia n.22.ff.de ver.oblig.Bertach. in reper.in verb.amicus singularis, Tiraq. in

88 d. tra.de pęnis temper. aut remitt.causa 22.nu.32 vbi multos alios allegat,& licet,n.33.videatur contrarium asserere, nihilominus communior opinio est, quod veniant appellationę suorum, hoc idem dixit Cassan. jn loco proxime citato,nu.26.qui etiã alios citat Decian. in trac.crim lib.3.c.5.n.13.Damod. in encherid.parium, aut similium iuris, in verbo diligit,vt frater Iacob. in d.l. exigendi,nu.23.C. de procur. Cauensis super rit. M. C. V. ritu 192.n. 7. Alciat. in trac.de præsump.reg.1. præsump.28. n. 2. Pet.a Plaz.in epit. delictor.li.1.c.28.n.24.ver. vir amicabilis, Borel.supra prag. odia litium §. 1. glo.3.n.103.Menoc.in tract.de pręsump.lib.4. pręsump. 89.n.66.Foller. in d.const.pateranorum, nu. 83.in tit.de hæret.Caroc. in tract.de iurament. decisorio,q.6.9.q.princ.n.2.& in tra.de locat.& conduct. in tit. de locatione annua,q. 4.nu. 1.car.mihi 37. Cotta in memorial.in verb. amor, quæ tamen proximè dicta intelliguntur,vt procedant in ijs tãtum, quæ nihil ad naturam pertinent D. Thom in 2 2. q. 17. dum dicit, Coniunctos sanguinis in his dumtaxat, quæ natura in ipsam concernunt amicis anteponendos, in cæteris postponendos, prout eũ refert, & sequitur Pet.a Plaz. in epito. delict. c. 43. n. 3.vers. ex quibus, vbi etiam alia multa circa hoc scribit, Tiraq. in repet. l.si vnquam in verb. liberis, n. 97. & 106. C.de reuoc. donat.

89 Septimus effectus amicitiæ est, quod amicus poterit capi facere debitorem sui amici absentis, ita Peregr. Iannin. in tra.de citat. reali, lib. 3. c. 3. num. 1.quod puto indubitatum quando debitor esset paratus, & in procinto accipiendi fugam, vel de fuga vehementer suspectus, alias in alijs casibus de eo valde dubito.

90 Octauus effectus erit, vt amicus admittatur ad allegandum causam absentiæ sui amici, & hoc tam in causa criminali, quam ciuili, Bal. in c. consultationibus,nu. 8.de offi.de leg.Albert.Gand.in tract. de malef. in rub.vtrum procurator in malef. interueniat,n. 5.vbi etiam addentes in lit.A,Cępoll. cõs. 64. in crim.Bal. in add.ad Spec. in tit. de citat. ver. quando citatus, Bertac. in suo reper. in ver.amicus cõparẽs,Tiraq.in tra.de pęnis tẽper.aut. remit.cau

91 sa 22.n.81.& huius effectus ratio est,quia Reipublicæ interest absentes a quocũq;defendi, ita Cæpol. & Addentes in locis proxime allegatis Rot. Rom. decis. 420. num.2. alias decisio. 35. in tit. de procur. in nouis, Ias. in l. exigendi,nu. 1. C.de procur. Scacc.in tract.de iud.p.1. c. 101.nu,51. & amicus, qui

92 qui allegat causam absentiæ sui amici, non tenetur modo aliquo satisdare, Bald.d.num.8. Ias. in eadem l.exigendi,nu.2. Peregr. Iannin.in tra.de citat. reali lib.3.c.3.n.5. & is talis, qui venit ad allegandum causam absentiæ, dicitur excusator Iannin. d. num.5. Sebast. Medices in tract. de diffinit. p. 2. diffin. 29.

93 Nonus effectus amicitiæ est, vt amicus dicatur alter ipse cum amico, Io.de Amicis, cõs.85.n.14.Mascard. in tract.de probat.concl. 85.n.2.Natt.cons. 298 nu.4.lib.2. Tiraq.in tract. de pęnis temper.aut remitt.causa 22.n.11.qui ad hoc citat nõ solũ alios ex Nostratibus, verum etiam aliqua dicta Aristotelis, Pitagoræ, Ciceronis, & aliorum Philosoph. antiquorum,Decian. in tra.crim.p.1.lib.3.c.5. nu. 13.ver.nam vt inquit,cum alijs, quos allegaui supra in prælud.n.3.

94 Decimus effectus est, vt amicus etiam sine mandato admittatur ad recuperandam possessionem, qua suus amicus absens spoliatus, est l.1.C. si per vim, vel alio modo, & ibi Bal. Alex.in add.ad Bart. in l.non solum, §.qui alieno,ff.de procur.Fely. in c. coram,de offi. de leg. Foller. in pract.crim.§. item quod fuit leno,nu.28. Tiraq.in tract.de pęnis,causa 22.n.72.Iannin.in tract.de citat. reali, lib.1.c.1.nu. 595.Borel. in repet.prag. odia litium,§.1.gl.3.n.94

95 Vndecimus effectus amicitiæ esse potest, vt amicitia inter gestorem, & dominum, cuius negotia geruntur, faciat præsumi negotia fuisse gesta nomine illius, ad quem negotium pertinet, Bart. in l. si pupilli, §. sed si ego in 2.not.ff.de negot. gest.& in eadem l.in §. item quæritur in 2.colum.in princ. vers. item ex alijs coniecturis dicit hoc esse verum in dubio, secus si appareat negotium alieno nomine fuisse gestũ,Bertac.reper.in ver. amicitia inter.

96 Duodecimus effectus amicitiæ est, vt amicus offerens debitum sui amici, vel illud consignans, vel depositans, liberet amicum debitorem Bal. in l. obsignatio,nu.2. C.de solut. quod procedit non solum si hoc faciat amicus, verum etiam idem est in
97 quolibet alio extraneo,qui poterit soluere debitum alterius iam ipso debitore inuito, vt late scripsi in meo tract.de except. ad materiam statuti excl. omnes except.excep.25.n. 87. & seq. & hæc solutio facta ab alio puto quod prosit ipsi debitori etiã ad euitandam pęnam, quam alias incurreret ob nõ factam solutionem.

98 Decimus tertius effectus amicitiæ est, vt alienatio facta inter amicos,censeatur facta in fraudem fisci, ita Dom. meus Flam. Paris. in tra.de confiden. beneficial.q.30.n.17. 18. & 19. vbi dicit, quod licet fraus ex sola amicitia non arguatur, tamen concurrente amicitia inter alienantes, facilius præsumitur fraus.

99 Decimus quartus effectus est,vt amicus præsumatur scire facta sui amici, Rip.resp. 3.nu.12.in tit.de constit. & statut.lib.1. vbi ex hoc infert quod amicus Vicarij præsumitur scire collationem benefi-
100 cij sibi a Vicario factam, Bernard. Bombi. cons. 45.num.25.Afl.dec.308. Bal.in l.1.c.de caduc.tollen.Gram.cõs.91.n.8. Menoc.in tra.de præsũp.li.4 præsumpt.89. .67.Caroc in tr.de iuram.decisiuo,
101 quæst. 6. 9. quæst.princ.num. 2.ubi ex hac ratione infert quod facultas iurandi concessa defuncto transit in hæredem, quando hæres fuisset amicus defuncti.

102 Decimusquintus effectus amicitiæ est, vt infeudatio,vel concessio ad emphyteusim rei ecclesię facta per Papam,vel alium quemcumq; Prælatũ eius amico, præsumatur facta nulla subsistẽte causa,nisi de ea expresse appareat, & hoc tàm si amicitia prouenit ex honesta, quam ex turpi causa, glos. in l. sed,& hæ,ff.de procurat. & in cap. requisiti, ubi etiam DD. de testam.Salyc. Cyn. & Moderni in l. exigendi, C.de procur. Barbat. in l.cum acutissimi, colum. 16. C.de fideiu. & cons.3. vol. 2. quos omnes refert, & sequitur Rodoa.in tra.de reb.eccl.nõ alien. q. 59.n. 9

103 Decimus sextus effectus est, vt si quispiam iurasset aliquem defendere contra quemcumq; non intelligitur iurasse, nec teneri eum defendere contra suos amicos,quemadmodum nec contra suos consanguineos, ita Abb.antiqu. & Abb. noster Panor. col. fi.ver. non tamen placet in c.petitio de iureiur. Asin.in tract. de execut.§. 9.c. 348.n.8.Barb.in repet.l.cum acutissimi col. 91. uer. & facit quod uoluit,C.de fideic.Tiraqu.in tra.de pen.temper.caus. 22.n.47. qui allegat Io.de Montes.in repet.l. fratre col.6. ff.de cond. indeb.

Decimus septimus effectus est,vt si fiat legatum,
104 uel fideicommissum Titio, & in loco adsunt duo Titij, tunc legatum censetur factum illi Titio, qui est amicus testatoris, & si ambo sunt amici, tunc censetur factum illi, qui est astrictiori amicitia coniunctus, l. hæredes palam, ubi hoc not. Roma.n.5 ff.de testa.& l.cum fuerit,ff.de reb.dubijs,& l.siquis seruos, §.inter duos ff. de leg. 1. notant Doctores in l.duo sunt Titij,ff. de testam.tut. Bal. in l. voluntatis col.fin.ver. item legatum,C. de fideic. Bertac. in reper. in ver. amicitia est præsumptio Illustriss. Card. Mantic. in trac.de coniectur.vltim.volunt.li. 8.tit.4.n. 5.ver.proinde videndum est, & lib. 4. tit. 6.n.2.Soc.iun.cons. 168.n. 95.lib.2. Sim. de Præt. in trac. de interp. vlt.volunt lib.1.interpr.2.dub. 2. solut. 4.n.3.car.mihi 58. vbi dicit, quod in istis ambiguis sufficit,quod vnus superet alium etiam in modico Paris.cons.3.n.47.li.3.Imol.in l.tempus,§. quoties, ff.de hæred.instit.

Decimus octauus effectus amicitiæ(quia proxi-
105 me relato parum distat) est quod si testator instituit, vel substituit aliquem sub nomine appellatiuo, vt puta fratrem, vel nepotem, & plures, habeat fratres, vel nepotes, tunc censetur instituise magis amicum, & dilectum eorum, & eum qui magis cum testatore conuersabatur, & qui magis benemeritus extitit,l. cohæredi, §. qui descriptos, & ibi omnes scrib. ff. de vulg. & pup. subst. Anch. cons. 27. Viu. dec. 412. num. 21. vbi multos alios allegat.

Decimus nonus effectus est, vt licet legatum
106 habeat strictam interpretationem, ad tradita per Polydor.Rip.obser. 303. & per Bim. cons.153.lib. 2. & interpretetur contra legatarium, ita vt minus grauet hæredem quantum fieri potest, l.vnum ex familia, §.si rẽ,ff.de leg.2.cum simil.allegatis per Menoc. in tract.de præsum.lib. 4.præsum.10.n. 24. & præsum. 66. n.4.præsum.106.n.18.& præsum.132
107 n.2. & præsum.159.nu.8. nihilominus qñ tale le-

gatum esset factum personæ coniunctæ, vel amico particulari fieret lata interpretatio, etiam quod ex ea hæres grauaretur Cauale.dec.31. n. 8.p. 3. Illustriss. Cardi. Franc.Mantic.in tract.de coniect. vlt. volunt.lib. 7.tit.1.n.14.Natt.consi.616.nu. 3. lib. 3. Achill. Padroch.consi.23.n.36.Surd.cons. 170. nu. 19.lib. 2.Ant.de Amat.dec.44.nu.24. Thesaur. decis. 167. num. 7.

Vigesimus effectus amicitiæ est, quod si testator
108 instituat, vel substituat aliquem sub nomine appellatiuo, vt puta fratrem, vel nepotem, & plures habeat fratres, vel nepotes, censetur tunc instituisse eorum magis amicum, & dilectum, & eum, qui magis, cum testatore conuersabatur, & qui magis benemeritus existit, l. cohæredi, §. qui descriptos, & ibi omnes scribentes, ff de vulg.& pup.substit.Ancher.consi. 27. Franch.Viu. dec. 412. num. 21. vbi multos alios allegat.

109 Vigesimusprimus effectus erit, vt si testator aliquid legauerit Prælato, vel Rectori ecclesiæ si legatarius est amicus testatoris, tunc censetur factum contemplatione amicitię, & personæ, cui fit legatum, etiam si factum fuerit sub nomine dignitatis, & per consequens, acquiritur ipsi legatario, & non ecclesiæ, Tiraq.in tract.de pen.temper.aut remit.causa 22.n.24.vbi allegat gl.in c.requisiti in verbo præsumitur de testa.Innoc.in c.2.col.1. in verbo disponere de sepult.Bal. in Auth.licentiam, col. 1. C.de episc. & cleric. & vltra prædictos idem dixerunt Abb. in d.c. requisiti, num. 4.& 25. Alciat. in trac. de præsump. reg. 1.præsump. 28.n.2.Surd. in tr. de alim. tit.5.q. 6.n.11.Soc. sen.in l.ciuilibus,nu.14.ff. de reb. dub. Illustriss. Mantic. in tract. de coniect. vlt. volunt.lib. 8.tit.6.num.17. & 18.vbi dicit,quod amicitia debet esse magna ad hoc vt operetur istũ
110 effectu.n,Couar.in d.c. requisiti,n. 7. qui multos alios congerit,& dicit,quod hæc est communis opinio, ex q.o effectu sequitur quod ipse legatarius poterit de tali re legata ad suum libitum disponere, tum per contractum,tum etiam per vltimam volũtatem,Bal.in Auth.licentiam,n.2.C.de episc.& cler. Barbat.in tra de præstantia,Card.p.1. q. 3. Rebuff. in tract.de priuil.scholar.priuil.104.n. 12. in 18. to. tra.diuers.car.mihi 52.

111 Vigesimus secũdus effectus amicitiæ est,vt amicus possit pro amico stipulari sicut, & procurator, gl. in ver. videamus vbi etiam Bal. Ang. & Paul.de Cast. in l.si vnus,§.1.ff.de pact. Ias.consi.41.col.pen. in fi.vol. 3. Port.concl. 46.lim.32.lib. 2. car. mihi 535. Tiraq. in repet.l.si vnquam in verbo liberis,n. 99.ver.tamen,C.de reuoc.donat.Pet.a Plaz.in epit. delic.c. 43.n. 6.ver. quinto huic, Cassa. super consuet. Burg.ind. rub.4.§. 5.vers. lo mar j sans procuration,n. 33.vers.octauo car. mihi 561. Rebuff. in tra. de priuil. schol.priuil.104.n 14 in 18.to.tra. diuer.car.mihi 52. At in præsenti effectu contrarium tenuerunt Bart. & Bald. in l. fideiussor, ff. de pact. Paul. de Cast. in l. & hæredi,§ in his, ff.eod.tit.Bal. in l. vnic.col.6.C.de sentent. quæ pro eo,Ias. in d.l. si vnus,§.1.ff. de pact. & in l.1.col.2. ff.de in lit.iurand.Gabr.in suis concl. in tit.de verb.oblig.concl. * 3.nu. 11.in fi. vbi testatur de com.* opi. Tiraq.sibimet contrarius in tract. de pęnis temper.aut remit. caus.22.n.21.& seq.vbi respondet argumentis, quæ prius n.14. & seq posuerat pro contraria opi.

112 Ego autem has opiniones ita concordarem, aut sumus in contractibus stricti iuris, & in eis procedit secunda opinio, aut sumus in contractibus bonę fidei & in illis habebit locum prima opinio; ad quam conciliationem roborandam bene faciũt dicta Ias. d. consi.41.col.pen. vol. 3. & in l.hæredi, §. in his, col.2.ff.de pact.& per Bal.Nouel. in tract. de dote in 4.p.princ.q.4. Gabriel d.concl. 1. nu.12. vel alio
113 modo .s. aut loquimur de iure ciuili, & tunc procedit secunda opinio, aut de iure canonico, & procedit prima opinio, & hoc ea ratione, quia de iure canonico unus potest alteri stipulari, glos. in c. quoties cordis, 1.q. 7. cum multis concordantibus adductis,& allegatis per Intrigl.in tract.de feu. centur.2 ar. 30.nu.28.

114 Vigesimustertius amicitiæ effectus est, ut si fiat compromissum in aliquem Prælatum, uel officialẽ sub nomine dignitatis,& ille Prælatus, uel officialis est amicus compromittentis, tunc censetur fuisse factum compromissum in illum talem rationem personæ,& non dignitatis, uel officij, Bal.in c.1.col.7. uer.sed duo magni domini de inuest. in marit. fact. ubi loquitur de compromisso facto per Ducem Sabaudiæ in personam Regis Francorũ,Fel.in c.quoniam Abb.in prin.de offi.deleg.Germon.in trac.de indulto,in §.Hieronymo,n.60.car.mihi 20.

115 Vigesimus quartus effectus est, ut si reliquatur executor testamenti aliquis amicus sub nomine dignitatis, testator uidetur non dignitatem, sed amicitiam considerasse, ideo mortuo ipso executore non trãsit officium in successorem in dignitate, gl. in c.requisiti,& in c.2.de testa.in 6.ubi etiam Abb. n.24.idem Abb.in c.quoniam Abbas col.2.uers.sed cõcludo,de offi.deleg. Germõ.in tr.de indul.§.Hieronymo,nu.58.Tiraq.in tr.de pęnis caus.22.nu.25. Blanc.in tr.de cõpromiss.q.3.n.48. vers.preterea facit Plaz.in epit.delict.c.43.n.6.uers.13.in 6.

208 Septuagesimus primus effectus est, quod licet cessio iurium facta sine causa præsumatur simulata, & non valeat, l. per diuersas, vbi Bar. n. 2. & Paul. de Cast. nu. 3. C. mand. l. namque nuda, ff. de acquir. rerum dom. cum allegatis, per Do. Cumiam super ritu istius Regni, c. 82. n. 19. & per Laur. Tenin. cautel. 17. n. 15. & seq. & per Menoc. in trac. de pręsum.

209 li. 3. præsump. 129. quasi per totam, si tamen ipsa cessio reperiatur facta amico, valebit, quia tunc censetur facta titulo donationis, ita Neuiz. conf. 57. num. 13. & 14.

210 Septuagesimus secundus effectus amicitiæ est, quod licet legatum rei alienæ ignoranter factum per testatorem sit nullum, ita vt nec res, nec ipsius rei extimatio debeatur legatario, ut est tex. in l. cũ aliena, C. legat. & in §. non solum, vers. cum autem

211 instit. de legat. hæc tamen conclusio fallit ratione amicitiæ, namque si legatarius esset amicus testatoris valebit legatum, & ei debetur saltem extimatio rei legatæ, Fulgos. Alex. in Guliel. de Cun. Pau. de Cast. & Iaf. nu. 5. vers. 3. limit. in d. l. cum aliena, Barbat. in repet. c. Rainal. c. 11. de testam. Io. Dilect. in tract. de arte testandi, tit. 6. de leg. cautel. 32. n. 1. Alciat. in trac. de præsump. reg. 1. præsum 20. n. 1. Menoc. in eo. trac. lib. 4. præsumpt. 116. n. 19. Tiraq. in trac. de pęnis temper. causa 22. nu. 30. & in trac. de priuil. piæ causæ, causa 66. in fi. Cassa. super consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 5. ver. le merij sans procuratio. nu. 32. carte mihi 561. Rebuff. in trac. de priuil. scholar. priuil. 104. num. 7. in 18. to. trac. diuers. carte mihi 52.

212 Septuagesimus effectus colligitur, ex traditis per Bal. in l. frater a fratre, in vltima carta, ver. tertio quæro, ff. de cond. indeb. vbi voluit, quod licet paterfamilias non possit emere bona a filio, cuius bonorum est legitimus administrator, cum de eis non possit filius disponere sine patris authoritate, nec posset pater se authore emere, per tex. in l. 1. ff.

de

de author.tut. fallit tamen prædictæ conclusionis dispositio, quando id fieret præsentibus amicis, quia tunc cessat omnis suspitio, cum ex præsentia
213 amicorum videatur palam facta venditio, & bona fide, & per consequens erit valida, quod dictū pro singulari refert Ias. in repet. d. legis frater a fratre, col. 22. vers. signa tamen Tiraq. d. causa 22. n. 52.

214 Septuagesimus quartus effectus est, quod sicut vendens rem Tyranno pro tenui pretio censetur illam per metum vendidisse, hoc idem præsumitur si venditio fiat alicui amico Tyranni, ita Grat. cons. 71. nu. 20. cum plurib. sequen. lib. 1.

215 Septuagesimus quintus amicitiæ est, vt contractus celebrati inter amicos plerunque præsumantur simulati, l. pen. §. facilior, ff. de bo. damn. Barbat. cons. 22. col. 3. li. 4. Pau. Picus in l. post contractum, col. 12. vers. vltimo dominus, vbi etiam Io. Annib. n. 118. ff. de donat. Flam. Paris. in suo tract. de confid. benef. q. 75. n. 1. Tiraq. d. causa 22. nu. 53.

216 Septuagesimus sextus effectus est, vt amicus nō præsumatur velle inferre iniuriā amico. Cuma. cōs. 74. col. 2. post medium, vbi dicit, quod verba turpia prolata ab amico, non cēsentur prolata animo iniuriandi. Ioan. Faber. in l. si non conuitij, ff. de iniur. pra. Bellouis. li. 1. c. 3. in tit. de iniur. n. 7. in fi. Crauet. cons. 988. n. 46. lib. 6. & cons. 9. n. 29. lib. 1. qui loquitur in eo, qui scripsit libellum famosum amico, & dicit, quod præsumitur absque animo inferendi. Mascar. in tract. de probat. concl. 902. nu. 5. & per totam, lib. 2. Farinac. in tract. par. 3. quæst. 105. n. 147. sed caueant amici a talibus, vel bis, quia amicus, nec ioco quidem est offendendus, & quia amici palam sunt honorandi, vt dixi supra in prælud. num. 32. & ideo sunt improbandæ, & fugiendæ conuersationes, & amicitiæ quarundam personarum, qui vt videantur faceti, & iocosi solent amicos verbis asperis, & iniuriosis pungere, quia cum talibus facillime deuenitur ad inimicitiam.

217 Septuagesimus septimus effectus est, vt amicitia faciat cessare præsumptionem doli, etiam in ijs, quæ sunt de genere malorum, & prohibitorum (& hic effectus poterit inseruire pro ratione effectus præcedentis gl. in l. 1. C. ad leg. Corn. de Sicar. Bero. cons. 179. nu. 9. lib. 3. vbi talem gl. singularem appellat. Io. de Amic. cons. 7. n. 38. & cons. 86. n. 14. Anchar. iun. in q. famil. lib. 3. q. 72. n. 42. Bertaz. consil. 133. nu. 5. lib. 1. in crim.

Septuagesimus octauus effectus amicitiæ est, ꝙ si amicus instituatur hæres sub condictione, vt eo mortuo hæreditas alteri deferatur, quod vtique in tali substitutione censetur inserta conditio, si dictus hæres institutus moriatur absque liberis, iuxta terminos, l. cum acutissimi, C. de fideicom. & l. cum auus, ff. de cond. & demonstrat. ita Barbat in repet. prædicta l. cum acutissimi, col. 11. Mars. sing. 351. & in repet. rubr. ff. de fideiuss. num. 235. Blanc. in trac. de compromiss. q. 3. num. 48. ver. adducit etiam potest. Gulielm. de Bened. in repet. cap. Raynutius, in verbo si absque liberis, il 1. num. 4. de testamen. Borell. in repet. pragm. Odia litium, §. 1. gl. 3. nu. 84. Sicard. in l. generaliter, §. cum autem, nu. 15. C. de instit. & substit. Ias. in l. Titia, num. 22. ff. de verb. obligat. Petrus a Plaz in epit. delict. cap. 43. num. 6. vers. decimo ad id Cassan. super consuet. Burgun. rub. 4. §. 5. vers. le marij sans procuration, num. 33. ver. vndecimo, carte mihi 562. Rebuff. in tract. de priuil. scholar. priuil. 104. nu. 19. in 18. to. tract. diuers. car.
218 mihi 52. Sed in præsenti effectu contrarium, & melius tenuerunt Soc. in d. l. cum onus, nu. 11. Purp. cons. 516. nu. 7. lib. 2. Emanuel a Costa in repet. c. si pater in 1. p. in verbo, si absque liberis, num. 7. de testam. in 6. Ant. de Padill. in d. §. l. cum acutissimi, nu. 27. de testamen. Tiraq. in tract. de pęnis temper. aut relax. causa 22. nu. 54. Menoc. in tract. de præsump. lib. 4. præsumpt. 89. nu. 65. & seq. vbi respondent argumentis adductis per tenentes, & defendentes contrariam opinionem.

219 Septuagesimus nonus effectus est, quod si inter iniuriatum, & iniuriantem superueniat amicitia, per eam censetur remissa iniuria. Io. de Anan. cons. 44. Clar. in §. iniuria, nu. 11. vbi Baiard. in add. num. 56. Franc. Viu. dec. 330. per totam. Mascard. in tractat. de probatio. concl. 902. num. 19. cum plur. seq. vbi multa circa materiam præsentis effectus scribit, & alios allegat.

220 Octuagesimus effectus amicitiæ colligitur ex traditis per Cy. in l. inuitus, col. 5. ver. ex ijs pendet, C. de procur. vbi dicit, quod si magnus amicus constituatur procurator, si non contradicit tali Constitutioni, videtur tacitè approbare mandatum, & illud acceptare, quod dictum sequuntur Bar. ibidem in 2. lect. & Bald. & in 2. col. vers. 1. quęro Patian. in tract. cui incumb. onus prob. negat. c. 29. nu. 23. p. 1. Tiraq. in tract. de pœnis temper. causa 22. nu. 56.

221 Octuagesimus primus effectus amicitiæ est ille quem ponit Alex. de Neuo in c. ex litteris, nu. 17. ff. de iureiur. scilicet, quod si amicus mutuat aliquam pecuniarum summam alteri amico, ex tali mutuo non potest oriri vsurarum suspicio, quia amicitia non solum facit præsumere, quod gratis sit mutuatum, sed etiam donationem, quod est maius (vt dixi supra effectu 70. nu. 206.) quibus ibi dictis addo Bal. in l. post contrarium, num. 3. ff. de donat. cum alijs allegatis per Flam. Paris. in tract. de confid. benef. q. 75. nu. 5. & seq.

222 Octuagesimus secundus effectus amicitiæ est ille, quem posuit Tiraq. in tract. de pœn. in pluries citata causa 22. num. 60. vbi asserit, quod nihil interest, an iudex solitus fuerit vexare appellantes ipsos, an vero suos amicos, eo quia ab eius sententia appellauerunt, allegat Ang. in addit. ad Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi prætori in 9. quæstio. de oper. noui nuntiat.

223 Octuagesimus tertius effectus est, vt per eam presumatur, quod quis actui consentiat, & illum approbet, cui alias non consentiret. Bald. Sal. & alij in l. inuitus, C. de procur. Alex. & cons. 1. nu. 17. lib. 3. Crauet. cons. 237. nu. 2. vers. immo lib. 2. Mascar. in tract. de probat. conclu. 554. nu. 55. Menoc. in trac. de arbitr. casu 88. nu. 61.

224 Octuagesimus quartus effectus est, quod si amicus patris aliquid erogauerit, & expenderit in causam filij, cum suspecti tutores fraudem faciebant, non poterit repetere, quia censetur illud donasse, not in l. is, qui amicitia, ff. de negot. gest. Rayn. consil. 100. num. 2. lib. 4. Tiraq. in tract. de pœnis causa 22. num. 63. Mascard. in tract. de probat. d. conclus. 554. num. 56.

Octua-

225 Octuagesimus quintus effectus amicitiæ est, vt amicus possit petere, vt decernatur curator bonis absentis, ad hoc, vt interrumpat præscriptionem, vel si sit ei delata hæreditas ad eam adeundam. Bald. in rubr. C.qui admitt.col.4.quæst.6.ver. item si hæredes. Tiraquel.d.causa 22.nu.8. Io. de Monte Spirel.cons.169.nu.13.vbi dicit, quod tunc amicus censetur habere mandatum a lege, & allegat gl.in l.1.ff.de negot.gest.

226 Octuagesimus sextus effectus parum distat proximè relato, qui est, quod amici parentum prædefunctorum possunt petere, vt eorum filijs dentur tutores, l.2.in prin.ff.qui pet.tut. Cyril. Fulgeon. in summa in tit.de pœnis, §.3. num.17. Tiraq.d. causa 22.num.65.

227 Octuagesimus septimus est effectus, vt dispositio, l.Grachus, de adulter. promittens impunitatem patri si occiderit eum, quem inuenit cum filia turpiter colluctantem illa, seu eadem impunitas extendatur ad amicos congregatos ad hunc effectum, sine quibus pater non potuisset ante illum occidere. Bald.in l.vt vim, colum.2.in fi. quæstio. & ff. de iustit.& iur. Marsil.singul.175. Rolandus a Valle consil.34.num.8. lib.2. vbi multos alios allegat Cepol.cons.4. num.15. Ign.in l.1. §. si maritus, num. 31.ad Sillan. Villaut. in tract.de extensio. legis, tit. an gesta contra, vel præter formam mandati, num. 104.carte mihi 172.qui duo vltimi loquuntur in terminis statuti Veronensis, quo permittitur viro impunè occidere adulterum repertum cum vxore, & concludunt, quod etiam amici viri, qui interuenerunt in tali homicidio sunt impunes, prout ipse vir. Nouell.in tract. ad defensam, num. 82.& ratio est, quia cui conceditur aliquid ei etiam conceditur, vt id possit facere cum amicis, & familiaribus, sine

228 quibus id facere non posset. Bald.in l.1.colum.antepen.vers.sed quid dicemus, C.vnde vi. Rol.a Valle d.cons 34.num.9.

229 Octuagesimus octauus effectus est, vt intelligatur ad nos reuersus, qui ad amicos nostros peruenit, non minus, quam si intra nostra præsidia esse inceperit, l. postliminij post princ. ff. de capti, & postlimin.reuers. Luc.de Pen. in l.1. in princ. vers. nota æquiparari, C. de Castrens. pecul. Cyril.Fulgeon. in summa crimin.in tit.de pœnis, §.3. nu.17. Tiraq. in tract.de pœnis temper. aut relaxand. causa 22.nu.68.

230 Octuagesimus nonus effectus amicitiæ deducitur ex dictis per Abb.in cap. quoniam frequenter, §.porro, colum.3.ver.quæro an ille, vt lit.non contest. vbi voluit, quod satis videtur probari aliquem impedire ne citatio ad eum perueniat, si eius amicus talem citationem impediat, & per consequens, vt habeatur pro citato. Abba. sequuntur Tiraq. d. causa 22.nu.83. Cassan.super consuet.Burgund.rub. 4. §. 5. in verbo le marij sans procuration.n.3. ver. 9.carte mihi 562.

231 Nonagesimus effectus amicitiæ est, vt is, qui vult vel debet facere eleemosinam, tenetur illam potius facere, & dare amicis, & domesticis, quam exteris, & ignotis. Præposit.in cap.non satis, num. 21.86.distinct. Luc.de Pen. in l.1. in princ. vers.sed sola affectio, C.de Castrens.pecul. Io.Medin.de eleemosina in cap.de ijs quib. est danda eleemosina, & quo ordine carte 157.colum.4.vers.inde oritur, Petrus Cened.in collect.iuris canon. collect.36.nu. 2. Surd.in tract. de alim.tit.1.q.93. nu.1. Iac.de Graf. in dec.aur.p.2.lib.3.c.14.num.8. ver.decimo, quia quod tamen est inte ligendum stante eadem necessitate. Surd.d.nu.1 Foller.in pract. de censib. in vers. Nicolaus Episcopus, num.8.car.mihi 27.

232 Nonagesimus primus effectus est, quod licet quis non dicatur arbitrium suscipere, licet arbiter fuerit electus, si tamen amicus arbiter eligatur, & dum eligitur est præsens, & non contradicit, videtur arbitrium acceptasse. Bertach. in repertor. in verb. amicitia inducit. Patian.in tract.cui incumbat onus proband. negat. lib. 1. cap. 29. num. 23. vbi alios allegat.

233 Nonagesimus secundus effectus est, vt iniuria facta amico meo, videatur mihi facta. Alexand. in apost.ad Bart. in l.de pupillo, §. si quis ipsi prætori de nou.oper.nunci. Cassa.super consuet. Burg.rubr. 4.§.5.in verbo le marij sans procuration, nu.3.car. mihi 561. Arnon.sing.97. Gram.dec.25.n.2. Decia. cons. 125.nu.15.lib.3. Becc.cons.67.nu.18.

234 Nonagesimus tertius amicitiæ effectus est, vt licet quando aliquis dicit vellem emere, vel vellem eligere, vel vellem legare, per talia verba non inducatur perfecta voluntas, sed sit quoddam imperfectum desiderium emendi eligendi, vel disponendi, vt voluit gl.in l.ementis, C.de contrahen. empt. vbi etiam Bart. Aret. & cæteri scribentes Raynut. cons.204.nu.7.lib.2. Menoch.in tract.de arbit. iud. casu 596.num.55. nihilominus tamen si quis disponendo dicat, vellem relinquere, vel legare fundum

235 Titio, si is Titius est amicus disponentis, ex talibus verbis inducitur vera dispositio. Ias.in l.1. in 1. lectura, col.3. & in 2.lectura, colum.5. C.de summa Trinit. & fide Cathol. Tiraq. in tract.de pœnis relax.causa 22.nu.84.

236 Nonagesimus quartus effectus est, vt delinquēs causa amicorum leuius sit puniēdus, gl.in l.verum, ff.pro socio Ias.in l.quæ dotis, ff.solut. matrim. Sebastian. Medic.in repet.cap.erit, num. 108. distinct. 4. Cyrill. Fulgeon. in summa in titul. de pœnis, §. 3.num. 14. carte mihi 134. sed in foro conscientiæ nullo pacto excusabitur, vt dixi supra in præludio.

237 Nonagesimus quintus effectus amicitiæ est, quod si delinquens esset amicus Principis, propter talem amicitiam ei potest remitti pœna delicti, vel saltem mitius puniri, c.nisi specialis, de offic.leg. vbi glos. dicit hoc idem procedere si delinquens esset amicus iudicis, quod puto verum quoad illam minorandam, non autem quoad illam in toto tollendam. Roman.in l.si vero, §.de viro, ff.sol.matr. Corsett.in add.ad repert. Abb.in verbo amico si est factum, Clar.in §.fin.q.62.num.32. Pet.a Plaz.in epit. delict.c.43.num.6. vers.septimo, & præterea. Petr. Mollus in responso pro amico, dub.2.n.142. Tiraq. in pluries citata causa 22.in prin. Bernar. Herric. in summa magis com.opi.lib.2.c.167. Rebuff.in tract. de priuil.schol.priuil. 104.num.21.car.mihi 52. Sebastian.Medices in repet.cap.erit, num.113. distin-

238 ctio. 4. vbi dicit, quod iudex potest pœnam amico minorare, quando pœna est arbitraria, secus si est certa, & a lege, vel statuto determinata, quia

tunc non potest, allegat Ias. in l. 1. C. ex quib. cau. infam. irroget, quod etiam dixerunt Siluest. in summa in verbo iudex, il 1. circa medium, & Clar. in §. fi. q. 60, num. 31. qui etiam asserit, quod iudex aliter faciendo graui poena deberet puniri.

239 Nonagesimus sextus effectus amicitiæ est, quod si quis propter amicitiam aliquid dabat, vel faciebat, non possit astringi ad illud faciendum, vel dandum, vt puta obsequium præstare, vel certam partem fructuum sui viridarij amico offerre, namque talia, & similia, quæ fiunt, & præstantur propter amicitiam, non transeunt in obligationem, nec inducunt consuetudinem, l. qui iure, ff. de acquiren. possess. glos. in l. 1. ff. de præcar. Zas. in l. dedi tibi, §. si liber homo. numero 12. ff. de condict. ob caus. vbi etiam Iason, numero decimo. Cunno. in tractat. de pact. libro 1. cap. 24. num. 110. qui dicit, idem esse si non esset datum, aut factum, sed tantum promissum dare, vel facere. Rodoan. in tractat. de simo. cap. fin. num. 27. in 15. tomo tractat. diuers. p. 2. carte mihi 102. vbi dicit, quod licet amicus ab ami-
240 co pluries fuerit in domo receptus, non ob id acquiritur ei in domo amici quasi possessio hospitandi, & hic effectus potest quotidie inseruire pro excludendis seruitutibus, quas propter amicitiam patiuntur, vt si quis propter amicitiam passus esset, quod amicus transiret per eius prædium, vel hauriret aquam ab eius puteo, quia ex talibus actib. amicitiæ causa permissis, non posset induci seruitus, & ratio prædicti effectus esse potest, quia id quod fit ob amicitiam, facillimè reuocatur, glo. in dicta l. 1. in verbo quod genus, in fi. ff. de præcar. Tiraquel. in repet. l. si vnquam in verbo liberis, numero 93. C. de reuocand. donatio.

241 Nonagesimus septimus effectus est, quod licet quis cogi possit, vt sit aduocatus pro eo, qui aduocatos non inuenit, nihilominus amicus non posset cogi aduocare contra amicum, gl. in l. 1. §. ait prætor. ff. de postul. & ibi etiam Angel. num. 2. vers. in fine glo. Pet. Rauennat. in suo Alfabeto, in ver. amicus. Tiraq. in tractat. de poenis temper. aut relaxan. causa 22. num. 77. Polidor. Rip. in tractat. de nocturno tempore, c. 132. n. 5. Borell. in repet. pragm. Odia litium, §. 1. gl. 3. nu. 104.

242 Nonagesimus octauus amicitiæ effectus est, vt per eam delictum fiat grauius, & dicatur proditoriè commissum, nam si amicus fictus, & simulatus amicum occidit, tale homicidium dicitur proditorium, ita vt tunc habeant locum omnia, quæ de proditione per DD. scribuntur, & præsertim per Decian. in suo tractatu crimin. p. 2. li. 7. cap. 29. per totum, & per sapientissimum Dominum Don Garsiam Mastrillum in suo solemni tractatu super In-
243 dulto, cap. 29. ita dixit Bart. in l. respiciendum, §. delinquunt, ff. de poenis, & in extrauagan. ad reprimen. in ver. rebellis Luc. de Pen. in l. fin. C. de desert. lib. 10. Afflict. dec. 265. num. 64. Decian. d. cap. 29. num. 19. & 24. Muscatel. in pract. crimin. in titul. de homicid. mediant mandato, num. 66. Anton. Gomez. in libro variar. resolut. tomo 3. cap. 3. nu. 5. Pet. a Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 21. num. 1. cum seqq. Baiard. in additio. ad Clar. in §. homicidium, ver. proditoriè, num. 24.

244 Nonagesimus nonus effectus amicitiæ colligitur ex tex. in l. ergo, ff. ex quib. caus. maior. vbi habetur, quod illud edictum non potest habere locum, nisi amici fuerint interrogati, an velint causam amici defendere. Tiraq. in tract. de pœnis temper. seu relaxan. causa 22. num. 69.

245 Centesimus effectus, vt si quis testando eligat exequutorem sui testamenti aliquem amicum, si ille amicus est præsens tempore, quo fit testamentum, & non contradicit, sed tacet, videtur tale munus acceptasse, ita vt sequuta morte teneatur exequi facere omnia in testamento contenta, ita Patian. in tract. cui incumbat onus proband. negat. lib. 1. c. 29. numero 23. Bertach. in reper. in verb. amicitia inducit.

246 Centesimus primus effectus colligitur ex notatis per glo. in l. fi. ff. vbi pup. educar. debe. vbi dicit, quod cum aliquid debet fieri in præiudicium absentis, tunc sunt conuocandi eius amici. Coras. in tract. de inuent. num. 18. in 8. to. tract. diuers. parte 2. carte mihi 165. Tiraquell. in multoties citata causa 22. num. 69. ex quo effectu infertur, quod amici debitores absentis sunt citandi antequam interponatur secundum decretum, vt voluit ipsamet glo. in cap. causam quæ, de dolo, & contumac. glo. in cap. consolationibus, de officio delegat. glo. finali, in cap. fin. vbi etiam Innocen. & Ioan. And. de eo, qui mitt. in poss. glo. in clement. 1. in verbo ex certa scientia, vbi Cardin. Flor. q. 6. de iud. glos. in clem. 1. in ver. liceret, de rescript. Bar. in Auth. at qui semel, num. 13. C. quomodo, & quando iudex, & in l. magis, §. item prætor, ff. de reb. cor. Fulgos. cons. 114. col. 2. Bertac. in reper. in verbo amici sunt. Tiraq. d. causa 22. num. 70. vbi multos alios allegat Borell. in repet. pragmat. Odia litium, §. 1. gl. 3. num. 92. est
247 bene verum, quod hæc citatio dicitur leuis solemnitas, ideoq; eius omissio non vitiat actum. Bal. in rub. C. de success. edict. in 2. colum. vers. non tamen Bar. in d. Auth. at qui semel, dicto num. 13. vers. istud autem Bertach. in repert. in verbo amicorum cita-
248 tio; & ita practicatur in regno isto, in quo amici nunquam citantur.

Centesimus secundus effectus est, quod sicut delegato facto clerico a suo consanguineo, non debetur quarta Episcopo, cap. requisito, de testam. & dicam latius infra in tit. de effectu consanguinitatis effectu 23. ita quoque non debetur de legato facto ab amico. Plaz. in epit. delict. c. 43. nu. 6. vers. sexto stabiliri posset.

249 Centesimus tertius effectus amicitiæ est, vt amici pupilli sint requirendi, & citandi, quando per iudicem ipsi pupillo datur tutor per inquisitionem. Bartol. in l. scire, §. cum reliquis, ff. de tutor. & curat. dat. ab iis. Bertach. in repert. in verbo amici pupilli.

250 Centesimus quartus effectus est, quod ad hoc, vt quis dicatur verè contumax opus est, vt ipsius amici requirantur, an velint illum talem suum amicum defendere, necne. Bartol. & alij in l. ergo, ff. ex quib. caus. maior. Tiraquel. in trac. de pœnis causa 22. 69.

251 Centesimus quintus effectus est, vt amicitia, & conuersatio cum delinquentibus faciat non mediocre indicium, & tale, vt iuncta cum aliqua alia præsumptione possit tormentis supponi, vt latè

vt late scribit, Farin. in tra. crim. q 43. n. 175. & seq.

252 Centesimus sextus effectus cogitur ex text. in l. hoc autem, §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eatur, qui dicit, quod amici pupilli sunt requirendi, vt eam defendant antequam iudex decernat bonorum possessionem, & hoc quia non est verisimile quod amici ommittant defensionem ipsius pupilli, Tiraquell. præcitata causa 22. nu. 69. Bertach. in suo reper. in ver. amici sunt.

Centesimus septimus effectus amicitiæ est, quod
253 amicus poterit prosequi iniuriam factam suo amico tanquam factam attinentibus suis, ipsum iniuriantem accusando, & demum cum eo pacem faciendo, Bald. in repe. cap. si pater, de testa. in 6. & in l. 1. num. 49. C. qui accusar. non poss. & cons. 78. volum. 4. Alexand. in add. ad Bart. in l. non solum, §. qui alieno, ff. de procur. Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 28. n. 2. Plaz. in epitom. delict. cap. 43. nu. 7. vers. quibus omnibus, qui loquitur in amico singulari, Rebuff. in tract. de priuil. schol. priuileg. 104. num. 8. in 18. tom. tractat. diuers. cart. mihi 52. Decian. in tractat. crim. part. 1. lib. 3. cap: 5. num. 13. & 14. cæteris copiosius Farin. in tract. crim. q. 13. nu. 31. & seq. qui hanc conclusionem declarat, & limitat diuersis modis.

Centesimus octauus effectus est, vt amicitia
254 sit causa, vt etiam in successionibus amicus anteponi possit, & quandoque debeat etiam sanguine coniunctis, exceptis tamen filijs, Menoc. cons. 683. nu. 22. lib. 7. & in tract. de præsump. lib. 1. præsump. 28. n. 17. quod probat authoritate antiquorum legislatorum, non autem nostrorum iurisconsultorum, cuius dictum intelligo, quod testator possit in eius successione anteponere amicum sanguine coniunctis in testamento, vel quod cum sit aliqua controuersia inter sanguine coniunctos, & amicum, tum capienda sit interpretatio pro amico, nō autem quando defertur hęreditas ab intestato, quia tunc amicus quantumuis strictus, & cordialis penitus excluditur.

Centesimus nonus effectus est, quod in contra-
255 hendis nuptijs sunt conuocandi amici, prout consanguinei, l. si donationum, in fin. C. de nup. Tiraquell. in tract. de pen. temp. aut relax. causa 22. nu. 75. Cyrill. Fulgeon. in summa crim. in tit. de pęnis, §. 3. num. 17. qui hunc effectum dicit esse priuilegium amicitiæ.

Centesimus decimus effectus est, vt amici vulne-
256 ra reputentur meliora, quam oscula, & voluptates inimicorum, vt supra in prælud. num. 22. & voluerunt Damoder. in encher. parium, aut similium iuris, in verb. amicus factus, il 2. in fin. Roman. singul. 678. Corrad. Brun. in tractat. de hæret. lib. 3. cap. 8. num. 9. in 11. tom. tract. diuers. part. 2. cart. mihi 299

Centesimus vndecimus effectus est, quod actus
257 præsumitur deliberate factus vbi fit conuocatis, & interuenientibus amicis, Bartol. in l. gerit, colum. 3. versicul. quæro quid si, ff. de acquirend. hæred. & ibi etiam cæteri scribentes, idem Bartol. in l. fin. ff. de testament. Ias. in l. 1. in lectura Ticinen. col. 5. versic. & non obstat, & in lectura Patauina, colum. 3. versicul. non obstat, C. de summa Trinit. & fide Cathol. Tiraquell. in tract. de pęnis temper. causa 22. nu. 79

258 Centesimus duodecimus effectus colligitur ex dictis per Soc. iun. in consil. 27. num. 17. l. 2. quem refert, & sequitur Riminald. consil. 108. num. 63. lib. 2. qui dixit quod contractus, & obligatio facta per amicum de re, & negotio spectante ad amicum, censetur facta gratia, & contemplatione ipsius amici, & ipse contrahens intercessisse tanquam
259 fideiussor, & pro hac conclusione, & effectu optime confert illa communis, & recepta conclusio, scilicet, quod licet aliquis se obliget insolidum cū eo, constituat se principalem debitorem cum eo, & ad quem principaliter negotium spectat, nihilominus is talis obligatus semper habetur, & reputatur pro fideiussore, Cornel. consil. 124. lit. C. lib. 1. Decian. consil. 49. num. 16. lib. 2. Rol. a Valle consil. 64. numero 5. lib. 1. Marsil. singul. 109. Cumia super ritu istius Regni cap. 6. num. 69. Paul. de Castr. consil. 331. num. 1. lib. 1. Laurent. de Pinu. consil. 71. nume. 4. Rom. consil. 114. num. 1. Rim. consil. 150. num. 23. Ordo consil. 41. num. 14. lib. 1. Duen. reg. 335. in 9. lim. Sim. de Præt. cons. 153 n. 25. lib. 1

260 Centesimus decimus tertius effectus amicitiæ est, vt ex ea colligi possit quænam fuerit voluntas testatoris in eius dispositione, l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. l. penult. ff. de aliment. & cibar. legat. l. nemo dubitat, §. frater, ff. de hæred. instit. Vasq. in tract. de success. progressu, lib. 1. §. 6. num. 14. qui hos prædictos textus ad hoc allegat, & ponderat, Sim. de Præt. in trac. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. interpr. 2. dub. 2. solut. 4. nu. 4. Alberic. in d. §. fi.

Centesimus decimus quartus amicitiæ effectus
261 sumitur ex tex. in c. de indicijs, 3. q. 3. vbi habetur quod in nostris negotijs semper debemus quærere amicorum consilia Tiraquel. late in tractat. de pęnis temper. causa 22. num. 76. vnde Salomon cap. 25. prouerb. scriptum reliquit Causam tuam tract. cum amico tuo, & secretum tuum extraneo non reueles, & iterum c. 27. Vnguento, & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilijs anima decoratur.

Centesimus decimus quintus effectus est, quod
262 licet per superuenientiam liberorum reuocetur donatio iuxta tex. in l. si vnquam, C. de reuocan. donat. attamen si donatio reperitur facta valde
263 amico ob talem superuenientiam filiorum non reuocabitur, Soc. cons. 39. col. fin. lib. 3. Tiraqu. in repet. dictæ legis si vnquam, in verbo liberis, num. 95. & seq. vbi conatur hanc sententiam varijs modis comprobare, & etiam num. 105. & 107. vi dicit, quod attenta qualitate rei donatæ remitti debet arbitrio boni viri, & sic iudicis, an verisimiliter esset donaturus si de filijs cogitasset tempore donationis; Hunc tamen effectum puto esse verum in re parui momenti, &c.

Centesimus decimus sextus effectus est, quod si clericus incepit rixam, in qua percutiatur, vel
264 male tractatur, propter quod ipsius amici indignati, præter conscientiam suam, illum talem male tractantem clericum occidant, vel mutilent,

ille clericus erit irregularis, cum culpa sua eueniat tale homicidium, secus si occidens non esset amicus clerici, Scribentes omnes, & præsertim Ancharan. in cap. Petrus, num. 4. de homicid. voluntario, vel casuali, allegat cap. significasti eodem titulo, & l. 1. §. cum Arietes, ff. si qua pau. feud. & l. quoniam Alexandrum, C. de adulterijs, & l. quoniam multa ad legem Iuliam, de vi public. Marian. Socin. iun. in cap. ad audientiam. num. 239. de homicid.

265 Centesimusdecimus septimus effectus amicitiæ est, quod licet alias legata facta testatore non cogitando de posthumo non conseruentur legatarij, sed reuocentur per natiuitatem posthumi, iuxta terminos, Authen. ex causa, C. de liber. præter. si ta-
266 men talia legata testator reliquerit suis amicis, non reuocarentur. Tiraquel. in repet. l. si vnquam, in verbo liberis, nu. 95. ver. id quod etiam, C. de reuoc. donatio. vbi dicit, quod licet Baldus, & Corn. in Authent. præterea, C. de liberis præteritis dicant hoc procedere, & habere locum in legato facto consanguineo, attamen ex quo ipse Baldus mouetur ad ita dicendum per textus in l. cum aliena, C. de legat. & quia dispositio illius textus trahitur ad amicos, secundum Guliel. de Cuneo, Paulus de Castro, & Iason. ibi, & expresse voluit Barbat. in repet. cap. Raynaldus, de testament. ideo est dicendum, vt etiam trahantur ad amicos dicta per Bald.

267 Centesimus decimus octauus effectus est, vt in dubijs iudex, quando ex qualitate facti est dubius cui parti debeat applicare animum suum, si hinc inde extant coniecturæ, ac diuersæ Doctorum opiniones, tunc potest in fauorem amici inclinare, & pronuntiare, quod communiter dicitur in dubijs pro amico DD. in cap. inuitaris de constitut. Rot. Roman. titul. de rescriptis, decisio. 55. Abb. in cap. 1. in fine, de constitut. Cephal. consil. 76. numero primo, volumine primo. Salicet. in l. 1. C. ad legem Corneliam, de sicar. Ancharan. iun. in quæst. famil. libro 3. quæstio. 72. num 42. author incertus in tract. de communi opinione cap. 8. num. 46. licet in hoc contrarium videatur tenere Ioan. Segur. Dauil. in director. iudic. ecclesia, par. 1. cap. 14. num. 23. dum dicit, quod iudex non est tutus in conscientia, si dubius in veritate opinionum, iudicat pro amico, ad quod allegat Nauar. in relectio. cap. si quis autem num. 130. de pœnit. dist. 7. & Adrian. in quoli-
268 bet. quæst. 6. artic. 2. nihilominus tamen a priori opinione non esse recedendum semper putaui, vltra quod omnes ferè Scribentes recensent hunc effectum in diuersis, sed caueant iudices ne propter passiones, & partialitates reddantur dubij, & propterea possint pro amicis pronuntiare, quia tūc ita pronuntiando nullatenus sunt tuti in conscientia, sed tunc iudex dicitur tutus in conscientia, quando rationes sunt æquè dubiæ, seu æquè probabiles pro vtraque parte, sic liberè potest in fauorem amici inclinare, & pronuntiare, & ita intelligitur hic effectus.

269 Centesimus decimus nonus effectus est, quod quis dicitur potentior propter amicos quos habet. Abb. in cap. super eo, in tertio notab. de testam. vbi etiam Bald. dicit, quod potentia amicorum dicit hominem excellentem. Tiraquel. in tractat. de pœnis temper. aut relax. causa 22. nu. 82. qui asserit, quod apud Scitas is ditissimus reputabatur, qui certissimos, optimosque habebat amicos, quod ante eum scripserat Lucianus ad quod benefacit, quod Plutarcus, & Aristoteles in moralibus dixerunt, scilicet, quod, amicus, igni, & aquæ est necessarius, & Plutarcus in Trucul. scripsit, Vbi amicis, ibi opes, & est versus. Vtilius Regno est meritis acquirere amicos.

270 Quod considerantes multi tum ex Nostratibus iuris professoribus, tum etiam ex alienis, dixerunt, quod vtilius est habere amicos, quam aurum, & argentum, & quod hoc nobis magis expedit, quam agere pecunias, ita Alber. in l. Teopompus, ff. de dote præleg. Io. Dilect. in tr. de arte testan. tit. 3. cautel. 11. nu. 1. Pet. a Plaz in epit. delict. c. 43. nu. 1. ver. cuius glosæ. Camil. Borell. in repet. pragmat. Odia litium, §. 1. gl. 3. nu. 108. & 109.

271 Centesimus vigesimus effectus est, vt amicus possit iure optimo seruum amici sui in fugam constitutum vendicare absque eo quod incidat in illud Senatusconsultum, quo cautum est, neminem posse seruum in fuga constitutum vendicare, l. quod sæpe, §. si quis amico, ff. de contrahend. emptio. a Plaz dicto cap. 43. num. 6. ver. vndecimo.

272 Centesimus vigesimus primus amicitiæ effectus est, quod sicut consanguineus, qui ab intestato occiso succedit, potest necem defuncti vindicare, & hæredi scripto præfertur, ita etiam amicus maxima amicitia coniunctus si accusationem super nece defuncti vindicanda præponere voluerit. Petrus a Plaz eodem cap. 43. num. 7. in fine.

273 Centesimus vigesimus secundus effectus est, quod si amicus meus reperiatur occidisse meum inimicum, præsumutur, quod illum occiderit mandato meo, nisi ex parte mea probatum fuerit, tale delictum fuisse commissum me contradicente, cap. Petrus, de homicid. illud in ducendo a contrario sensu. Menoch. latè consil. 788. num. 2. & 8. lib. 8. ad quod allegat Bartol. in l. 1. §. fin. ff. quod vi, aut clam, Roman. in l. de pupillo, §. si quis prætori, nu. 6. ff. de oper. nou. nuntiat. & ibi etiam Alexand. numero 24. eundem Alexandrum in l. 1. num. 24. C. ne lice. peten. Butrius in cap. fin. de præsumptio. Dec. cons. 224. in fine. Marsil. consil. 132. per totum. Decian. consil. 88. num. 1. ver. tamen ista lib. 3. & licet multi ex præcitatis DD. loquantur in famulis, & consanguineis, nihilominus idem omnino est dicendum de amicis, cum amici ex multis effectibus supra relatis appareat, quod amant amicum, quam consanguineos, & quoad seruos, dico, quod hoc præsumitur de seruis, qui vt plurimum sunt personæ viles, infames, & abiectæ conditionis, & parum, aut nihil amant suos dominos vt experientia docet, imò potius illos odio prosequuntur, iuxta illud vulgatum, quot famuli tot hostes; & ad hoc bene conferunt dicta per Corsetus in additio. ad repert. Felin. in verbo delictum commissum.

274 Centesimus vigesimus tertius effectus amicitiæ est, quod si reperiatur interpositum decretum iudicis in contractibus minoris, nec appareat de causæ cogni-

cognitione, si tale decretum fuit interpositum in præsentia consanguineorum, amicorum pupilli, qui amici asserunt, & affirment, quod contractus celebrandus, sit vtilis ipsi pupillo, præsumitur tunc cum causæ cognitione fuisse interpositum decretum. Imol. consil. 99. num. 6. Simoncell. in tract. de decr. lib. 1. tit. 4. nu. 59.

275 Centesimus vigesimus quartus effectus est, quod licet officialis non possit recipere dona, vel munera a litigantibus, & illa recipiendo committat Barattariam, & simoniam. Io. a Fina in regul. iur. in ver. iudex, li. 3. carte mihi 217. Paris de Puteo in tract. de syndic. in verbo corruptio. Gramm. conf. 35. nu. 3. Menoch. in tract. de arbit. iud. casu 341. num. 19. & ego scripsi in meo tractatu de exceptione ad materiam statuti exceptio 24. num. 130. Segur. Dauid.

276 in director. iudic. eccles. lib. 1. c. 14. per totum, attamen si amicus aliquid reciperet ab amico, licet recipiens sit officialis, propter amicitiam excusaretur a prædicto delicto. Alexand. Raudens. cons. 50. num. 528. & sequent. lib. 1. vbi ad hoc adducit certa media.

277 Centesimus vigesimus quintus effectus est quod licet legatum primo loco factum videatur legatario ademptum, si res legata iterum alteri legetur sub commemoratione primi, & sic secundus, & nō primus illud consequitur Cyn. & Bar. in l. re coniunctim, ff. de legat. 3. Mantica in tract. de coniect. vltim.

278 volunt lib. 12. tit. 4. num. 9. attamen si res primo loco legata videtur valde amico testatoris, non præsumitur ei sublatum, sed quod ipse primus insimul cum secundo legatario rem inter se diuidant, quia censetur eis simul, & coniunctim fuisse legatum, iuxta textus in l. si pluribus, ff. de legat. 1. & in l. coniunctim, de legat. 3. & in §. si eadem res Institut. de legat. & concludit Mantica d. titu. 4. numero 9. vbi hunc effectum corroborat varijs medijs.

279 Centesimus vigesimus sextus effectus colligitur ex dictis per scribentes in c. super eo. il 2. de test. vbi dum considerant disparitatem, quæ potest esse in matrimonijs contrahendis, dicunt, quod disparitas probatur tum ex numero, & qualitate consanguineorum, & affinium, tum etiam ex qualitate, & numero amicorum, hoc idem dixit Paris. cons. 58. nu. 38. lib. 4. Decian. in tract. crim. p. 1. lib. 3. cap. 5. nu. 15. in vltimis verbis.

280 Centesimus vigesimus septimus effectus amicitiæ est, vt in electione alicuius officij, vel beneficij eligens possit eligere suum amicum magis, quam alium non amicum stante paritate habilitatis concurrentium, secus si amicus esset magis habilis, & idoneus, quia tunc deberet præferri nullo habito respectu ad amicitiam, ita Follerius in practica censuali, in ver. Nicolaus Episcopus, num. 8. carte mihi 27. & super constit. Regni, in tit. de iust. & iur. in cōstit. speciale, num. 4. carte mihi 109.

281 Centesimus vigesimus octauus est, quod amicus faciens aliquos actus possessoris in re sui amici, videtur hoc facere iure familiaritatis, & sic ex præcedenti titulo sui amici, l. qui iure, vbi Bar. & alij, ff. de acquiren. possess. Alciatus in tractatu de præsumptione, regul. 2. præsumptione 23. numero 4.

282 Centesimus vigesimus nonus effectus amicitiæ est, vt excludat præsumptionem simoniæ quotiescunque quis permutat beneficium magnum cum tenue, namque si talis permutatio fiat inter extraneos, præsumitur facta mediante pecunia, secus si inter amicos. Alexan. de Neuo in cap. 1. num. 11. de cler. non residen. & ad hoc bene conferunt scripta per Dom. Flam. Parif. in tract. de confidentia benef. c. 75. per tot.

283 Centesimus trigesimus effectus est, quod ad substinendam citationem, sufficit, quod copia ipsius citationis sit data amico citandi, qui amicus asserat illam dedisse ipsi citato, & pro hoc aliquid expendisse, quia concurrentibus expensis, & assertione amici, citatio reputabitur legitima Achill. de Grassis, decisione 56. in titulo de citatione. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. num. 123. carte mihi 52.

284 Centesimus trigesimus primus effectus est, vt licet in confectione inuentarij sint citandi creditores hæreditarij, iuxta text. in l. fin. §. 1. C. de iure deliberan. attamen si ipsi creditores sunt absentes

285 sufficit, vt citentur eius amici. Ioan. Corset. in tractat. de inuentar. nu. 18. inter tract. de success. diuers. carte mihi 455.

286 Centesimus trigesimus secundus effectus amicitiæ est, vt amicitia, & conuersatio habita cum inimicis occisi, vel aliter iniuriati faciat indicium contra talem amicum, ita vt præsumere faciat, quod illum occiderit, vel iniuriauerit animo appensato, & deliberato. Blanc. in tractat. de ind. num. 163.

287 Centesimus trigesimus tertius effectus colligitur ex text. in l. fundi, §. item si amicus, ff. de acquir. possessio. vbi habetur, quod amicus venditoris potest tradere possessionem rei venditæ ipsi emptori, & hoc etiam si ipse venditor mortuus fuerit, dummodo isto casu hæredes non contradicant, & ibi gl. dicit, quod isto casu amicus habetur loco procuratoris, vel nuntij.

288 Centesimus trigesimus quartus effectus est, vt amicus dicatur familiaris, & domesticus: amici, & in eo verificentur omnia, quæ de domesticis scribuntur. Luc. de Pen. in l. 1. C. de muner. & honor. lib. 10. Carou. super ritu M. C. V. ritu 46. num. 34. vbi pro argumento citat tex. in l. obseruandum, ff. de offi. præsidis, & in l. qui iure familiaritatis, ff. de acquir. poss.

289 Centesimus trigesimus quintus effectus colligitur ex textu in l. amicissimos in princ. ff. de excus. tutor. vbi habetur, quod parentes solent eligere tutores suis filijs suos amicissimos, quod idem puto esse faciendum per ius dicentes, qui in electione tutorum debent eligere amicos parentis, si qui sunt habiles.

290 Centesimus trigesimus sextus effectus est, vt si non adsit is, cui debeat fieri denuntiatio, vt quia dominus sit absens, tunc poterit is, qui nouum opus facere habet, denuntiare amicis, ita dicit textus in l. at qui aliter, §. 1. vers. & si forte, ff. quod vi aut clam.

291 Centesimus trigesimus septimus effectus amicitiæ est, vt amicus patris prædefuncti possit accusare suspectum tutorem filiorum, l. is, qui amicitia,

ff de neg. gest. est tamen verum, quod si in tali causa aliquid expendit, illud repetere non poterit, vt dixi supra effectu 70. num 206.

292 Centesimus trigesimus octauus effectus est, vt offendens amicum meo respectu, dicitur mihi fregisse pacem. Bald. in l. 1. C. de episc. & cler. Fel. in c. repellantur circa finem, de accus. Blanc. in tract. de ind. num. 165.

293 Centesimus trigesimus nonus effectus amicitiæ est, vt amicus possit paciscì pro amico. Alexan. post glo. in l. si vnus, §. 1. ff. de pact. Bertac. in reper. in verb. amicus potest.

294 Centesimus quadragesimus effectus est, vt amicitia superueniens inter compromissarium, & compromittentem excusat arbitrum ne cogatur ferre sententiam. Specul. in tit. de arbitr. §. excipitur, ver. item quod inimicitiæ, iuncto ver. sed nunquid excusabitur, quod sit Bertac. in reper. in ver. amicitia superueniens.


295 Centesimus quadragesimus primus effectus amicitiæ est, vt faciat cessare actionem furti, namque si aliquis accipiat rem amici sui etiam secreto, non propterea erit reputandus, quod illam rem furto subtraxerit. Specul. in tit. de furtis, ver. quid si amicus. Bertach. in dicto Repertorio, in verbo amicitia

296 facit cessare, quod secus est in eo, qui occultat laudem sui amici, nam is furi par est. Rebuff. in tractat. de priuil. scholar. priuil. 104. nu. 16. in 18. tomo tract. diuers. car. mihi 52.

297 Centesimus quadragesimus secundus effectus est, vt citatus a iudice amico sui inimici, non teneatur coram eo comparere, sed eius iurisdictionem declinare poterit Bal in l. 1. C. si a quocunque præd. potest. Io. de Anan. in c. cum dilectus circa finem, de accus. Corset. in additio. ad Repert. Abb. in verbo amico si est factum.

298 Centesimus quadragesimus tertius, & vltimus effectus est, vt iudex legitimè recusari possit, quando aduocatus partis aduersæ esset amicus strictissimus iudicis, coram quo ligatur, vt dicit Grat. consil. 134. nu. 5. lib. 2. sed in præsenti effectu teneo, quod contraria opinio, vltra quod est communior, sit etiam verior. Franc. in cap. postremo, nu. 17, & ibi etiam Innocent. & Dec. de appell. idem Dec. in c. 1. de offic. iud. ordin. Marant. in pract. p. 6. act. 2. nu. 47. Alb. Mandel. consil. 42. num. 1. & 2. lib. 1. cum similibus, quos latè adduxi in meo tract. de exceptio. exceptio. 24. num. 112. Et hoc pro effectu amicitiæ dicta sufficiant.

FINIS.



IN-

INDEX
TRACTATVS DE EFFECTIBVS
AMICITIAE V. I. D. DON CAROLI DE GRASSIS.


A

Arbi-

Offen-

Tutor

FINIS.








1971